B.a.1-2

R.7157

# INDEX LOCVPLE TISSIMVS DVOBVS TOMIS DIGESTVS, IN ARIS TOTELIS STAGIRITAE OPERA,

quæ extent, auctore R. Patre F. Franciſco Ruizio Valliſoletano, S. FACVNDI ordinis S. Benedicti Abbate. In quo tam multa expoſita ſunt in q̃plu rimis & obſcuris apud ARISTOTE LEM locis, quæ aut perperam intel lecta hactenus, aut omnino omiſſa fu erant, ut uice commentarij attento lectori eſſe poſſint.

EIVSDEM AVCTORIS IVDICIVM DE ARI ſtotelis operibus, quæ nuper Simon Grynæus ex impreſſio ne repræſentauit, habes in calce ſecundi tomi.

Del collegio de la Comp.ª de Jesus de granada

APVD INCLYTVM Sanctorum martyrum FACVNDI & PRIMITIVI Cœnobiũ. Anno Domini. M.D.XL. Menſe Februario.

Cum priuilegio CAROLI .V. Imperatoris ſemper Auguſti ad decennium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# NOMINA, NVMERVS ET ORDO LIBRORVM Ariſtotelis, ex quibus utriuſq; tomi index excerptus eſt. Vnde etiam citationum compendia nota euadent.

## PRIORIS TOMI.

Artis poeticæ LIB.I.
Prædicamentorum. LIB.I.
Perihermenias in duos libros latinis diuiſus, cum Græcis unicus ſit. LIB.II.
Priorum Analyticorum LIB.II
Poſteriorum Analyticorum LIB.II.
Topicorum LIB.VIII.
Elenchorum unus, Latinis in duos diuiſus. LIB.II.
Phyſicorum LIB.VIII.
De Cælo LIB.IIII.
De Generatione & corruptione LIB.II.
Meteorologicorum LIB.IIII.
De Anima LIB.III.
De Senſu & ſenſato LIB.I.
De Memoria & Reminiſcentia LIB.I.
De Somno & Vigilia LIB.I.
De Somniis LIB.I.
De Diuinatione per ſomnum LIB.I.
De Longitudine & breuitate uitæ LIB.I.
De Iuuentute & Senectute LIB.I.
De Vita & Morte LIB.I.
De Spiratione LIB.I.
De Phyſiognomia LIB.I.
De Admirandis Auditis LIB.I.
De Lineis indiuiſibilibus. LIB.I
De Coloribus LIB.I.
De Nilo ſeu de Nili inundatione LIL.I.
De Mundo ad Alexandrum LIB.I.
Mechanicorum LIB.I.
Rhetoricorum ad Theodecten LIB.III.
Rhetoricorum ad Alexandrum LIB.I.
Ethicorum LIB.X.
Magnorum Moralium LIB.II.
Politicorum LIB.VIII.
Oeconomicorum LIB.II.
Oeconomiarum publicarum LIB.I.
Metaphyſicorum LIB.XIIII.
His acceſſit Porphyrii Prædicabilium LIB.I.

## POSTERIORIS TOMI.

De Hiſtoria animalium LIB.IX.
De Partibus animalium LIB.IIII.
De Generatione animalium LIB.V
De Communi animalium motu LIB.I.
De Communi animalium inceſſu LIB.I.
Problematum ſectiones XXXVIII.

Ex interpretibus

Vetere interprete, quem non eſſe unum, certis argumentis collegimus.

Innominato ex Arabico interp̃te. Qui an unus fuerit, incertum eſt. Cõſtat tamen apud Toletum clariſſimam Hiſpaniæ urbẽ, aut omnia aut plæraq; Auerrois latinitate fuiſſe donata.

Theodoro Gaza.

Ioanne Argyropilo Byzantio.

Franciſco Philelpho.

Leonardo Aretino.

Georgio Trapezuntio.

Georgio Valla.

Antonio Becaria.

Hermolao Barbaro.

Laurentiano Florentino.

Beſſarione Cardinale.

Petro Alcyonio.

Franciſco Vatablo.

Fauſto Victore.

Geneſio Sepulueda Cordubẽſi.

Qui interpretes cum inter ſe in hoc interpretãdi munere alii alios longo interuallo præcurrant, mirum eſt, q̃ illorum collatio iuuet, ut auſim affirmare, plus interdum paucis uerbis eruditum interpretem ad Ariſtotelem intelligendum conferre, q̃ quorundam uel longiſſima commentaria.

## CANONES, QVIBVS LECTOR dexterius indice utatur.

### Canon primus, de ratione excerpendi indicem ex Ariſtotele.

ADMONENDVS es mihi imprimis candide lector, nõ defuturos uidelicet quoſdam, qui præfracte nimis, &, ut ita dixerim, ſuperſtitioſe excerpſiſſe me hunc ex Ariſtotele indicem, calumnientur, cum uideant minutatim & conſciſſim plæraq; in indicem a me redacta, quæ, ut ipſi fortaſſe credent, & paucioribus & cõmodius & integra magis ſententia cõplecti potuiſſent. Quos ego tamen oratos uelim, animaduertant, eum eſſe auctorem Ariſtotelem, qui in tradendis tam multiiugis diſciplinis parciſſimam breuitatem, cui fere ſemper eſt affinis obſcuritas, affectarit, & non ſtatim quo uergat, aperuerit, ſed lectorem ipſum pẽdenti diſputatione, quouſq; in ſuam ſententiam inducat, hiantem ſubinde teneat, & quaſi quid ipſe decreturus ſit, ignoret, exploranti ſimilis rem aggrediatur. Interdũ etiã laconiſmo quodã nõ aperte quid ipſe ſentiat explicãs, alio auolat quaſi apes infixo aculeo. Nõnunq; p̃terea dũ aliorũ dogmata cõfutat, ſua nõ infeliciter colligit, ita ut unico uerbulo addito antiquorũ placita cõuellat. Ecquis itaq; inter has ſalebras tuto poſſit ac paucis Ariſtotelis ſenſũ colligere, qui non ipſis eiſdẽ ueſtigiis inſiſtat in excerpẽdo, quibus ille inſtitit in tradendo? Niſi



Niſi enim tantum eſſet negocii in Ariſtotelis ſenſibus eruendis, nulla unq; inter tot clariſſimos eruditione uiros controuerſia de tam multis apud Ariſtotelem orta fuiſſet. Secuti igitur ſumus ipſum Ariſtotelici textus ordinem iuxta probatiſſimos interpretes, nec latũ, ut aiũt, unguem, ab eo diſceſſimus. Quod ſi uſpiam ſub eadem dictione idem repeti uideatur, circũſpiciat oculatus lector, nunquid uel tantillum additum ſit, quo ille locus diſcrepet ab eo, cui ſimillimus eſſe uidebatur. Porro ſi Ariſtotelis ſententias noſtro arbitratu lubitum fuiſſet diſponere, non iam indicem texentis, ſed in alieno labore petulanter laſciuientis opus eſſe iuſtiſſime cenſeretur. Excerpſimus tamẽ quædam parcius, quædam fuſius, non ſine certi ratione conſilii, quod præ nobis ſemper tulimus. Sed illud obiter lectorem admonemus, uſurpari quædam in philoſophorum ſcholis tanq; Ariſtotelica, quæ an ſenſu apud Ariſtotelẽ cõtineantur, ipſi uiderint, certe uerbis apud illum non extare, res ipſa indicat. Non tamẽ mihi tantum arrogo, ut credam, nil me fugiſſe excerpendum in tam difficili tam multiplici ac tam uaſto opere, ſed admoneo lectorẽ, ne fruſtra quærat, quod nuſq; fortaſſe apud Ariſtotelem ſit inuenturus.

### Canon ſecundus docet, libros quoſdam in indicem non redactos, & quantum Aldinæ æditioni ſit tribuendum

EXtant adhuc græce ex Aldina impreſſione germane Ariſtotelica pauca quædam, ut moralia ad Eudemum. Ex quibus nihil excerpſimus, quia latinitate donata adhuc non ſunt. Certe quæſita ſummo ſtudio inuenire latina nõ potuimus. Quædã etiam inter ſuperiora Ariſtotelis ne ſint, an Theophraſti, ambigunt. Nam libros quoſdam, qui Ariſtotelis titulo circumferũtur, cum nil habeant non dico Ariſtotelicum, ſed nec ſani quidem hominis, prorſus reiecimus, ne nugiuendus quilibet minus attento lectori Ariſtotelem mentiatur. Interiiſſe tamen nobis multa Ariſtotelis opera uel temporis iniuria, uel barbarorum in Græciam & Italiã irruptionibus, ille liquido cognoſcet, qui eos ex Græcis authores legerit, quibus acre ſtudium fuit nomenclaturam operum Ariſtotelicorum texere. Illud etiam non eſt hoc loco diſſimulãdum, Ariſtotelis opera græca, quæ ex Aldinis torculis prodierũt, nequaq; per omnia cum latinis etiam non admodum emendatis conuenire, multaq; eſſe latinis meliora q̃ græcis illis, cum præſertim apud Aldum ſubſultent quædam, deſint nonnulla, & in ipſum Ariſtotelis contextum ex græcis commentatoribus non pauca irrepſerint. Habendæ tamen ſunt Aldo gratiæ non uulgares, q̃ primus in tãta græcorum librorum inopia tot græcos authores, Ariſtotelẽ præcipue ſuis pulcherrimis typis impreſſos collegerit, & publicarit. Quod idcirco lectorem admonemus, ne ſtatim aut diſpungat, aut damnet, quod ab Aldina æditione diſſentire uiderit.

Canon tertius docet, quo differant inter ſe exoterici Ariſtotelis libri & acroamatici.

MOS fuit ueterum philoſophorum & eorum quidem illuſtrium, cū plures in philoſophia locos tractarent, libros quoſdam uulgi utilitati publicare, qui eſſent uel uulgariter eruditis peruij, utpote nullis anxiis diſputationibus aut ſpinoſis ſubtilitatibus referti, ſed pingui, ut aiunt, Minerua ad populare uſqꝫ captū ſe demitterent. Rurſumqꝫ libros alios ſic ſcripſerūt, ut nō niſi ab eruditis diſcipulis & in eorum philoſophia detritis intelligi poſſent. Priores illos ἐξωτερικόυς id eſt externos, poſteriores uero ἀκροαματικόυς appellabant, eo ꝙ ad τοῦς ἀκροατάς id eſt auditores ſuos germaneqꝫ diſcipulos ſcriberent. Quod in quinto de Finibus libro Cicero his uerbis explicat. De ſummo autem bono, quia duo genera librorum ſunt, unum populariter ſcriptū, quod ἐξωτερικόν appellabāt, alterū limatius, quod in commentariis reliquerunt, non ſemper idem dicere uidentur. Hæc Cicero. Quem morem Ariſtotelem tenuiſſe, nonnulli ex illius libris oſtendunt, & pluribus in locis ipſe teſtatur, cum ad ἐξωτερικὸυς τοῦς λόγους hoc eſt externos illos libros lectorem ſubinde mittat. Hinc illa inſcriptio περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως. Occuluiſſe quippe philoſophos ſua decreta, nec cōmunia feciſſe ulli præterqꝫ diſcipulis, liquet ex hiſtoriis. Cū præſertim Alexander ille magnus expoſtulet per epiſtolam cum Ariſtotele, ꝙ illa, quæ eū ut diſcipulum ſecretius docuerat, inuulgarit, ut legis apud Plutarchum & Themiſtium. Noſtra igitur hac admonitione inſtructus lector, & quo differāt inter ſe Ariſtotelis libri, ſimulqꝫ quid per externos ſermones ſeu libros intelligat Ariſtoteles, cognoſcet, ne quorundam in hac re ſomnia ipſe dormitans forſan ſequatur.

Canon quartus, quo ratio ordinis librorum Ariſtotelis redditur.

SCIO, plæriſqꝫ etiā Peripateticis placuiſſe, ut moralis philoſophia ante naturalem auditoribus traderetur. Id quod & Themiſtius in principio paraphraſeon librorum de phyſico auditu ſiue alius is fuerit, non obſcure ſignificat. Quod & olim factitatum in omnibus philoſophorum ſcholis, author eſt diuus Hieronymus in Eccleſiaſten. Philoſophi, inquit, ſuos ſectatores erudiunt, ut primum Ethicam doceant, & deinde Phyſicam interpretentur, & quem in his profeciſſe perſpexerint, ad theologiam uſqꝫ perducant. Hæc Hieronymus. Et Seneca Stoicus philoſophiam diuidens, moralem partē ſemper præmittit. In quam ſententiam Quintilianus etiam conceſſit. Illos ergo, qui hoc docendi genere uſi ſunt, morales libros naturalibus præpoſuiſſe, credendū eſt. Nec me fugit, alios aliter librorū Ariſtotelis ordinē texuiſſe, quod & Simplicius in p̄dicamēta docet. Et Adaſtrus apud Græcos peculiari uoluīe ordinē librorū Ariſtotelis digeſſit. Nā quantū ad phīæ naturalis libros attinet,





net, Ariſtoteles ipſe ſtatim in principio primi Meteoron ordinē illorū tradit. Nobis uero eo ordīe illos digerere uiſum ē, quo in ſcholis diſcipulis tradi cōſueuerunt. Vt dialecticos libros ſequantur eueſtigio naturalis philoſophiæ libri, non tamen omnes, nam magnam eorum partem poſterior tomus complectitur. Hos excipiunt libri de moribus, quibus ideo Rhetoricos utroſqꝫ præpoſuimus, ꝙ illis quaſi organo quodam moralis utitur philoſophia. Vltimus locus in hoc ordine Metaphyſicis datus eſt, quo commodius librorū ſeries ſcholaſticæ conſuetudini congrueret. Poeticen tamē Ariſtotelis, & Porphyrij prædicabilia omnibus antetulimus. Libri uero de animalibus poſteriorem tomum occupant.

Canon quintus, modum citandi explicans.

CItari plæraqꝫ Ariſtotelis loca per textus commentariorū Auerrois, notius eſt, q̄ꝫ ut multis ſis admonendus, optime lector. Sed cū multa ſint Ariſtotelis opera, in quæ aut nulla extent Auerrois cōmentaria, aut ſi extāt, non ea tamen commentariorum partitione & ordine, proponēda nobis fuit compendioſior uia quædam, qua lectori facile occurrat, quod quæritur. Nā ſi cites per libros & tractatus cæteraſqꝫ huiuſmodi ambages, lectoris potius memoriam obruere, q̄ꝫ quærendi laborē adimere uidearis. Quapropter ubi Auerrois commentariorum ordo deeſt, librum tantum & caput citamus, additis alphabetico ordine literis. Qui modus in citandis ſacræ ſcripturæ locis eſt familiaris. Capitum uero diuiſionem eam ſecuti ſumus in libris dialecticis & moralibus & metaphyſicis, quā Iacobus Faber Stapulenſis ſuis recognitionibus diſtinxit. In naturalibus, Franciſci Vatabli. In libris de animalibus, Aldi Manutii per capita partitionem. Nam horum uirorū æditiones ut ſunt multo emendatiores, ita & articulatiores. Librum de Amirandis auditis per numeros, in ſingula, quæ narrantur, partiti ſumus. Mechanicorum etiam ſingulæ queſtiones ſingula capita occupant.

Canon ſextus, quo oſtenditur, cur eadem ſententia ſub diuerſis dictionibus occurrat.

INdicis uirtutem eſſe copiam & inueniendi facilitatem, nemo eſt, qui ignoret. Vnde non ocioſum tibi uideri debet, candide lector, ſi eadem ſententia ſub diuerſis dictionibus collocetur. Eſto exēpli gratia. Plato ideas poſuit rerū ſenſibilium cauſam &c. Hanc ipſam ſententiā inuenies ſub dictionibus. Plato. Senſibile. Idea. tū ꝙ ad harū unamquāqꝫ pertineat, tū etiam ꝙ non oēs, quo loco ſingula quæqꝫ quærēda ſint, norūt, & crebrius illud occurſat, quod pluribus locis ſparſum eſt. Idqꝫ in primis nos impulit, ut philoſophorū ſingulorū, quorū Ariſtoteles meminit, ſententiæ omnes ſub eorū nominibus explicarentur, tametſi in ſuis quæqꝫ dictionibus ſparſim digerantur.

Canon ſeptimus, oſtendens cur ab una in aliam dictionem lector mittatur.

ILlud item non te offendat, ſtudioſe lector, ſi ex dictione in dictionẽ quærendam tranſmittaris. Etenim cum Ariſtotelis doctrina ſibi ferme tota cõſtet, & quibuſdam quaſi annulis omnia apud illum inter ſe cohæreant, nec uno loco explicari ſatis ſingula queant, e pluribus locis alia petenda ſunt, ut locupletius Ariſtotelis mẽtem intelligas. Quod fit, aut conſyderatione oppoſitorum quacunq; oppoſitione, aut ſimilium & diſſimilium, aut inferioris & ſuperioris, aut alicuius conuenientiæ & differẽtiæ, & aliorum huiuſcemodi. Quapropter in fine plurimarum dictionum aliæ quærendæ ſignantur. Vnde huic negocio numeri ſingulis locis præpoſiti ſeruiunt. Adde, ꝙ niſi huiuſmodi compendiis rem artaremus, in immenſum creuiſſet opus.

Canon octauus, orthographiæ rationem reddens.

DIV apud me anceps fui, exactam ne ſcribendi rationem, quã orthographiam dicunt, an uulgatam imperitorum corruptelam in alphabetaria ſerie diſponenda ſequerer. Nam cũ uiderem, dictionum pſeudographia eruditos offendi, rurſumq; ingrueret tanta eorum turba, qui has, ut ipſi dicunt, minutias, aut negligunt, aut contemnunt, aut ignorant potius, difficile uidebatur aliquid excogitare, quo utriſq; abunde ſatiſfactum putaremus. Obtulit ſe tandem uia, qua utriq; ſuo ſtomacho ſeruientes incederent. Vt ſcilicet eo ordine dictio quæq; locaretur, quem recta ſcribẽdi ratio optat, nec minus iis, qui hæc neſciunt, locis idoneis ſingulæ quæq; dictiones diſponuntur, quod facile uel ineptiſſimus quiſq; deprehendet.

Canon nonus, utrumq; indicis tomum concilians.

LIbrorum de Animalibus & Problematũ Indicẽ propterea altero alphabeto diſcreuimus, ꝙ Theodori interpretationi non admodum cum reliquis cõueniat, ita ut ſub una literarum ſerie eiuſdem ſignificationis dictiones iugari non facile paterentur, & intererat multum iſta inter ſe coaleſcere. Nam qui ſine cognitione earum rerum, quæ in libris de animalibus ab Ariſtotele traduntur, conſũmatos ſe naturales philoſophos arbitrantur, longe abſunt a ueritate. Permulta namque in libris de animalibus aut explicãtur fuſius, aut diſputantur acutius, aut docẽtur felicius, quàm in reliquis naturalis philoſophiæ libris. Quapropter ne tanto fructu ſtudioſus lector priuaretur, ita priorem tomum cum poſteriore conciliauimus, ut facile in altero inueniatur, quod deſyderatur in altero. Idque nota breuiſſima effecimus. Vbi enim in altero tomo in fine dictionis ſtellula appoſita fuerit, intelliget ſolers lector, ſub eadem dictione in altero tomo plura de eodem haberi. Quod ſi poſt ſtellulã dictio alia ſequatur, ſub ea dictione, quæ ſequitur, & nõ ſub ea, cuius ſententiæ præceſſerunt, illud haberi monſtratur.

Canon decimus, de dictionibus græcis.

EXtãt apud celeberrimos quoſdã theologos uocabula qdã græca ex uetere Ariſtotelis interptatiõe hauſta, quibus utuntur, præſertim cum de uitiis & uirtutibus diſputãt. Qualia ſunt Banauſia, Apirocalia, Syneſis, Epiicia, Epiices, & alia huiuſmodi permulta, quæ in gratiã illorum in indicem redegimus, addita latina interpretatione, & ſubiuncta dictione, in qua quærantur. Græcis tamẽ dictionibus, ſed quæ apud Latinorum probatiſſimos receptiſſimæ ſunt, plærumq; uſi ſumus, tum ꝙ latina paulo duriora deſuetudine ſunt, tum etiam ꝙ ſcholæ dandum aliquid eſſe cenſuimus.

Canon undecimus, de multiiuga uariarum rerum apud Ariſtotelem commentatione.

EST adeo ingens nominum propriorum regionum, prouinciarum, mõtium, fluuiorum, urbium, oppidorum, gentium, hominum, aliorũq; animalium, plantarum, metallicorum, hiſtoriarum, fabularum, totius deniq; antiquitatis apud Ariſtotelem ſylua, ut non temere occurrat tibi author aliquis uel ex ijs, qui hiſtorica aut coſmographica ex profeſſo ſcripſerunt, qui in hoc genere paria cum Ariſtotele faciat, cui obiter aliud agenti hæc ipſa, ut ita dixerim, excidebant. In quibus interpretandis maxime nobis laboratum eſt, euoluẽdis ſacris profanis græcis & latinis authoribus eiſdẽq; probatiſſimis. Quorum nomina nequaq; citari a nobis rem ipſam breuiſſimo compẽdio attingentibus debuerũt, alioqui nec modus, nec finis futurus erat, uel ipſis recenſendis, uel diſſidentibus componẽdis. Quo factum eſt, ut plæraq; apud Ariſtotelẽ loca, quæ hactenus aut intacta aut perperam expoſita fuerant, aperuerimus. Quod ita ſe habere, re ipſa prudẽs lector intelliget. Porro id præſtare in Ariſtotele, duplici nomine difficillimum eſt. Tum ꝙ rerũ, quas tractat, quædam longo æui ductu funditus interierunt, tum ꝙ nulli extent noſtro ſeculo authores, quos de quibuſdam apud Ariſtotelem rebus poſſis cõſulere. Id uerum eſſe, ille facile intelliget, qui artẽ poeticam rhetoricos ad Theodecten & Politicorum libros legerit, ut interim tam multa omittam, quæ in aliis Ariſtotelis libris paſſim offendas. Quædam uero cum totius dictionis lectione nota euadant, in ipſo tamẽ cuiuſq; dictionis ueſtibulo quid ſint, aperuimus, ne per tam multa lectori ſit euagandum, niſi in iis dictionibus, in quibus ſtatim occurrit ex Ariſtotele, quid illud ſit, de quo agitur.

Canon duodecimus, cur id quod naturæ unum eſt, diuerſis locis diuidatur, & appellationibus uarijs cẽſeatur apud Theodorum Gazam in libris de Animalibus Ariſtotelis.

THEOdorum Gazam in uertendis in latinum ſermonem græcis authoribus primas tenere, aſſeuerant uiri quidam eruditiſſimi, quod & nos non diffitemur. Certe in illis, q̃ ex Ariſtotele tranſtulit, citra controuerſiã admirationi poſteris ſemper erit. At is tãtus interp̃s adeo diuerſa nomẽclatura unã eãdẽqꝫ græcã uocẽ latĩe reddit, ut uel oculatiſſimo lectori facile imponat, niſi latĩos de aĩalibus libros cũ græcis Ariſtotelis diligẽtiſſime cõtulerit. Idqꝫ adeo manifeſtũ eſt, ut impudentiſſimum fuerit negare. Admonet tamen aliquando lectorem Theodorus, ſed in paucis admodum. Nec nos id uitio damus Theodoro præſertim homini de republica literaria q̄ꝫ optime merito. Quippe qui nõ obliuiõe, nõ p̃poſtero iudicio, nõ inopi copia id affectarit, ſed quod intelligeret cordatus uir, probatiſſimos ex latinis authores inter ſe uariare, dũ græcam unicam uocem multis latinis repræſentãt, ita ut quod naturæ idem eſt, multiplici nominũ appellatione minus eruditis diuerſum eſſe uideatur. Nobis uero tam probatum interpretem in excerpendo indice ſequentibus, diuaricaſſe hæc conſulto, neceſſe fuit, ne alium interpretẽ ſecuti fuiſſe crederemur. Quoties tamen ambiguitas huiuſmodi inciderit, incidet autẽ frequentiſſime, lectorem, ut animaduertat, breuiſſimis notis excitamus. Huc accedit, deeſſe aut ſupereſſe nõnulla in Theodori interp̃tatiõe, q̃ in græcis exẽplaribus habẽtur, eaqꝫ hmõi ſunt, q̃ magnopere ad Ariſtotelis ſenſũ faciãt.

Canon tertiusdecimus, de charactere orõnis utriuſqꝫ tomi.

POteramus & nos, quod ſine arrogantia dictum uelim, ſi non orationis ſplendore, certe latina mundicie totũ Ariſtotelem ueſtire, ſi per eos nobis licuiſſet, qui latinis hoĩbus Ariſtotelẽ tradiderũt. Qui cũ Ariſtotelicæ, ut ita dixerim, reipublicæ ciues dederint, loquẽdi etiã leges quaſdã p̃ſcripſerũt, quibus neglectis, ſi quid ipſe apud Peripateticos loquaris, & ipſi ſurdi tibi erũt, & tu quaſi mutus exſibilaberis, tantum abeſt, ut te audiant. Id quo caſu factum ſit, res ipſa ſatis ſe prodit. Negare tñ nõ poſſumus, multa eſſe, quæ uix aliter dici poſſunt, q̄ꝫ ab eis quaſi per manus tradita ſunt, etiã ſi laciniosis uerborũ ſpaciis rem aliter uelis exprimere. Quare æqui boniqꝫ conſulamus, oportet, quicquid ab eis minus cõpte dictũ ſit, quibus impendio maior ſemper cura fuerit rerũ q̄ꝫ uerborũ, & qui pectus q̄ꝫ linguã locupletius reddere ſtuduerint. Vnde & nos priori tomo ita ſtylũ tẽperauimus, ut qui mundiore ſermone capiuntur, noſtrũ non omnino auerſentur, & ſuus ſcholæ ſermo nõ deſit. Alioqui nullis minus noſter labor profuturus erat, q̄ꝫ quibus maxime deſudauit. Poſteriore tamẽ tomo Theodoro Gazæ ſua phraſis integra manet.

Vale.

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI EIDEMQVE ILLVSTRISSIMO PRINCIPI IOANni Tauerae, S.R.E.TT. S.Ioannis ante portam latinam Preſbytero Cardinali & Archiepiſcopo Toletano Hiſpaniarumqꝫ Primati, F.Franciſcus Ruizius. S. FACVNDI ordinis S.Benedicti Abbas, S.D.

INTER tam multos philoſophos, qui iam inde ab orbe condito ad noſtra uſqꝫ tempora rerum cognitioni eruendiſqꝫ diſciplinis uacarũt, Reuerendiſſime in Chriſto Pater ac Princeps illuſtriſſime, mirum certe uideri poterat, ſolum Ariſtotelem in ſcholis tot ſæculis regnare, ſi non etiam eundem ipſum iudicio doctrina & ſanctitate inſignes theologi ſcientiarum Auguſtæ famulaturum nõ illibenter intra ſua penetralia recepiſſent, multo ſapientius iudicantes, q̄ꝫ qui eum longe a theologorum contubernio ſubmouendum caſſo labore contendunt. Neqꝫ enim eo animo Ariſtoteles eſt a theologis in ſuã rẽpublicã admiſſus, ut inter eos aut cenſorem agat, aut magiſtratum aliquem gerat, aut ut ſublimia illa decreta, uel diuina potius ad illius normam exigant, aut ad libellam examinent, cuius nonnulla & conuellunt acriter, & frequenter explodunt, & irrident nonnunqꝫ. Sed cum uiderent, Ariſtotelis labore diligentia & iudicij acrimonia pleraqꝫ omnia, quæ ſiue ad diſſerendi artem, ſiue ad eloquentiã, ſiue ad mores, ſiue ad rerum naturam, ſiue ad ciuilem & domeſticam facultatem, ſiue ad altiores cauſas pertineant, tam exacte tam paucis tradita, nõ indignum cenſuerunt, quem ſaltem ut inquilinũ, ſed qui magno illis uſui futurus eſſet, reciperent. Nec illi tantum Ariſtotelem amplexati ſunt, qui theologica argutis & eruditis diſputationibus tractarunt, uerum etiam antiqui illi ſummates ad uerbũ pene illum edidiciſſe uidentur. Vt Baſilius ille magnus, Gregorius Nyſſæ epiſcopus, Gregorius Nazianzenus, Ioãnes Chryſoſtomus, Damaſcenus. Nonne dum Baſilij diſputationes illas de ſex dierum, quibus mundum creauit deus, operibus legis, Ariſtotelis libros de animalibus feliciſſime operi inſperſos uides? Quod in Ambroſio Baſilij imitatore nõ poteſt non interlucere. Iam Gregorij Nyſſeni liber de homine, & quæ Damaſceno inſcribitur philoſophia, multis nominibus Ariſtoteli ſe debere fatentur. Eoqꝫ laudis cõtinua ſæculorũ ſerie euectus eſt Ariſtoteles, ut ab eruditiſſimis eloquentiſſimis nonnũqꝫ etiã ſanctiſſimis uiris, & ſi non uſquequaqꝫ in dogmate, ingenij certe excellẽtia & ſublimitate ſẽper laudatus fuerit. Dũ ab aliis aureũ flumen, ab alijs uariæ & incõparabilis eruditionis uir, ab aliis eruditionis omniũ ſæculorũ theſaurus, ab aliis excellẽtis ingenij & eloquij, ab aliis ſummus in omni ſciẽtia, ab aliis ultima ingeniorũ meta nominetur. Et quem alij dubitant, fuerit ne ſcientia rerũ, an ſcriptorũ copia, an eloquendi ſuauitate, an inuẽtionũ acumine, an uarietate operũ clarior. Vt iã nõ hominis ſed philoſophi noĩe apud oẽs Ariſtoteles cẽſeatur. Illud profecto uere ac iure uẽdica

re ſibi Ariſtoteles ſine ulla controuerſia poteſt, ꝙ diſciplinas omnes uagas atque palantes nulliſque artis legibus coercitas, cum ænigmata uel ſomnia potius aliorum ante illum ſcripta uiderentur, in artis præcepta feliciſſime contraxit. Siue illæ circa ſermonem, ſiue circa res ipſas uerſentur. Tanta fuit ingenij uis, tanta dexteritas. Verum enimuero cum tam late patens bonarum rerum oceanus ſit apud Ariſtotelem, ut ſine illo mille prope abhinc annis eruditus euaſerit nemo, non poteſt non ſubire animum cõmiſeratio quædã eorũ, qui cũ ſe Peripateticos profiteantur, ablegato Peripateticæ doctrinæ fonte argutarũ nugarũ riuulos cõſectentur. Ex quo diſciplinis omnibus tã tetra labes inuecta eſt, ut quorundã ingeniorũ ſomnia, ne dicam delyramenta, pro ueris atq; genuinis Peripateticis tantũ nõ adorare coacti homines fuerint. Porro excitãdis ad Ariſtotelẽ legendũ noſtri ſeculi hominibus, nullũ cõpẽdium cõmodius mihi uiſum eſt, ꝗ ſi talẽ indicẽ texerẽ, quo eos rerum pulcherrimarũ & admirandarũ cognitione perlicerẽ. Vnde non tantũ ſignaſſe loca, quibus apud Ariſtotelẽ ſingula habeantur, contenti, lõge in permultis procurrimus, ut uel ipſo indice ineſcatus lector, alacrior & auidior ad Ariſtotelẽ ipſum euoluẽdũ accurrat. Tuæ uero celſitudini Præſulum decus ac Princeps clariſſime noſtros hos labores idcirco dicamus, ut Ariſtoteles, qui apud maximos reges ſummo olim in p̃cio fuit, noſtra nunc opera, ut ita dixerim, renatus, multo felicius ſub tuo noĩe uiuere ſe ſentiat, ꝗ ſub potẽtiſſimis illis regibus uixerit. Cui enim clariſſimorũ uirorũ ſeu antiquorũ ſiue eorũ, qui noſtra aut patrũ memoria cũ optimis moribus rerum a ſe geſtarũ ſplendorẽ coniunxerunt, ceſſurus ſis Pater ampliſſime, ego non uideo. Quin potius multorũ geſta uel clariſſima tuarũ uirtutũ fulgore potes perſtringere. Nã & eccleſiæ dei, in qua primatũ per uniuerſam Hiſpaniã tenes, talẽ te ſẽper exhibuiſti, qualẽ Paulus apoſtolus epiſcopũ eſſe debere p̃cepit. Sed iſtas tuas uirtutes, q̃ oĩbus ſingulari admiratiõi ſẽper fuerũt, CAROLVS catholicus & inuictiſſimus imperator acerrime intelligẽs, re ipſa illuſtriores reddidit. Nã primo te illi ſapiẽtiſſimo Senatui p̃fecit, unde maxima Hiſpaniæ regna iura petunt. Cui muneri prudẽtia & integritate tanta præfuiſti, ut oĩbus eſſes in ore, omniũq; laudibus celebrareris. Deinde, quod tuæ celſitudĩs merita expoſcebãt, ſup̃mo Cæſaris cõſilio p̃poſitus, eũ te toti Hiſpaniæ p̃ſtitiſti, quẽ admirari ꝗ imitari poſteri magis poſſit. Demũ ad id humanarum rerũ faſtigium auctore Cæſare uel Deo potius aſcẽdiſti, ut quoties Cæſar ab Hiſpania peregre abeſt, ſiue dũ Turcas uix credendo peditũ equitũq; numero Pannonias uaſtãtes imperio præſens profligat, ſiue Aphricã graui bello concutit, celſitudinẽ tuã Hiſpani orbis habenis moderãdis imponat, quod nũc nõ ſine magna lætitia cernimus. Sed quid ego ſatago tuam magnitudinẽ rerũq; a te geſtarũ breuiſſimis his lineis circũſcribere? Cũ illud oĩbus ſit uel maxime a deo optandum, ut celſitudinẽ tuã, quã tantopere ſubuexit, eccleſiæ ſuæ & totius orbis ornamẽto ſeruet incolumẽ.

Vale Pater ampliſſime. Ex Sanctorum martyrum Facundi & Primitiui cœnobio Calendis Februarii.

ANN. DOMINI. M.D.XL.



# INDICIS LOCVPLETISSIMI DVPLICI ALphabeto digeſti in oĩa ARISTOTELIS opera, autore R. Patre F. FRANCISCO Ruizio Valliſoletano S. FACVNDI, ordinis. S. Benedicti Abbate.

## TOMVS PRIOR.

### ABDICARE.

ABDICARE filiũ licet patri, nõ tamẽ econtrario. 8. Ethicorũ. ca. 14. B.

ABYDVS. Oppidũ Helleſpõti ĩ Aſia, a quo ABYDENI.

1 Abydi electio magiſtratuum per plebem fiebat. 5. Politicorum. cap. 6. B.

2 Abydeni quo pacto pecunias collegerint, habes. Oeconom. Publi. F.

ABORSVS. Fœtus effluxio.

Aborſus ſi procurandi ſunt, ante animationem procurandos, cenſuit Ariſtoteles. 7. Politicorum. cap. 16. E. ✳. Abortio.

ABSOLVTVM. Diſtinctum contra relatiuum.

Abſoluta priora ſunt reſpectiuis. 1. Ethic. cap. 6. A Quære Ad aliquid.

ABSTINENTIA. Quære Febricitans. 4.

ABSTRACTIO. ABSTRACTA ABTRAHENS. Per intellectum a materia.

1 Abſtrahens intellectu abſtrahit. 2. Phyſicorum. T. Comment. 18.

2 Abſtrahentium non eſſe mendacium, oſtenditur. 2. Phyſicorum. T. Co. 18. & 13. Metaphyſic. c. 3. C. D.

3 Abſtracta intellectus intelligit, non ut in materia ſunt, licet ſint in materia, ut ſimitatẽ non intelligit, ut ſimitas eſt, quia tunc ſine naſo intelligi non poteſt, ſed ut cauſtas eſt, 3. de Anima. T. Co. 35.

4 per Abſtractionem ſunt mathematica. 6. Ethicorũ. c. 8. C. Quære Intellectus. Mathematica. 8. 16. 21. 22. ✳.

ACCENTVS FALLACIA. Vna ex illis ſex, quæ ſunt in dictione.

1 Accentus fallacia quomodo cõmittatur, habes. 1. Elench. cap. 3. E.

2 Accentus fallacia quomodo ſoluatur, habes. 2. Elench. c. 3. D. E.

ACCIDENTIS FALLACIA. Vna ex illis ſeptem, q̃ ſunt extra dictionẽ.

1 Accidentis fallacia quomodo committatur, oſtenditur. 1. Elench. c. 4. A.

2 Accidentis fallacia quomodo ſoluatur, habes. 2. Elench. c. 3. D. E. per totum.

ACCIDENS. ACCIDERE. ACCIDENTALITER.

1 Accidens noſſe quid ſit, neceſſariũ eſt ad doctrinam prædicamentorum, & ad aſſignandas diffinitiones, & ad demonſtrationem, & diuiſionem. Prædicabil. Præfat. A.

2 Accidens differt a genere, quia accidens prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale quid eſt, genus uero in eo quod quid eſt. Prædicabil. c. 1. C.

3 Accidens aliud eſt ſeparabile, aliud inſeparabile, ut cæſitas oculorum, & naſi curuitas. Prædicabiliũ. c. 3. A. & cap. 5. B. & 1. Phyſic. T. Comment. 28.

4 Accidens eſt, quod abeſt, & adeſt præter ſubiecti corruptionẽ. Prædicabil. c. 5. A.

5 Accidens inſeparabile & ſi nõ p̃ot actualiter abeſſe a ſubiecto, intelligi tamẽ ſubiectum ſine illo poteſt. Prædicabil. c. 5. A.

6 Accidens eſt, quod contingit alicui ineſſe, & non ineſſe, aut quod nec eſt genus, nec ſpecies, nec proprium, ſemper autẽ eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Prædicabil. c. 5. A.

7 Accidentis ad alia prædicabilia communitates, ſeu conuenientiæ, & differẽtiæ, ponuntur. Prædicabil. c. 6. per totũ.

8 Accidentia neceſſaria non ſunt. 1. Poſter. T. Comment. 15. & 8. Phyſic. T. Co. 36.

9 Accidentia per ſe demoſtrãtur in demõſtratione. 1. Poſteriorum. T. Co. 22.

10 Accidens aliquando poteſt eſſe propriũ ſecundum quid, non tamen ſimpliciter. 1. Topicorum. cap. 4. B.

11 Accidentis melior diffinitio eſt iſta. Accidens eſt, quod contingit alicui ineſſe, & non ineſſe illi, q̃ iſta. Accidens eſt, quod nec eſt genus, nec proprium, nec diffinitio, quia illa eſt perfecta, hæc uero requirit, ut intelligatur, quid propriũ, quid genus, quid diffinitio. 1. Topic. c. 4. C.

12 Accidenti annexa eſt comparatio ſecundum magis & minus.1.Topic.c.4.D.

13 Accidentis problemata difficilius conſtruũtur,quia ab ineſſe ad eſſe nõ ſemp ualet conſequentia.2.Topic.c.1.B.

14 Accidentis ſimplicis inhærentiæ quomõ problemata ſunt deſtruenda, aut conſtruẽda,habes.2.Topic.c.2.3.4.p totũ.

15 Accidens,& id cui accidit,non ſunt ſimpliciter idem,aut ſimpliciter diuerſa,quia ſunt idẽ ſuppoſito,ſed ſunt ad aliud ſecundum eſſe.5.Topicorum.c.3.H.

16 Accidens facillime omnium eſt conſtruere.7.Topic.cap.3.F.

17 Accidens non interimitur,niſi oſtendendo quod non ineſt.7.Topic.c.3.F.

18 Accidẽs nõ põt eſſe ſine ſubſtãtia. 1.Phyſic.T.Co.14.&.2.Metaph.T.Co.3.25.

19 Accidens de ſubiecto aliquo dicit.1.Phyſicorum.T.Comment.26.

20 Accidens hoc eſt,quod cõtingit eſſe,aut non eſſe.1.Phyſicorum.T.Co.28.

21 Accidens licet non ſit ens ſimpliciter,nõ tamen eſt nõ ens. 1.Phyſi.T.Co.31.&.12. Metaphyſicorum.T.Comment.3.

22 Accidentia,dicebãt aliqui,eſſe formas eſſentiales.[illegible].Phyſic.T.Comment.9.

23 Accidere poſſunt infinita uni. 2.Phyſicorum.T.Comment.50.

24 Accidens nullum eſt neceſſarium,ſed contingens non eſſe. 8.Phyſic.T.Co.36.

25 Accidentiũ cæli ꝑpaucorũ habemus ſenſum.2.de Cæl.T.Co.17.Quære Cælũ.

26 Accidẽtium cauſæ ſicut cognoſcũtur,cognito quod quid eſt,ſic econtrario magnam partem cõferunt ad cognoſcendũ quod quid eſt.1.de Anima.T.Co.11.

27 Accidẽtia nõ cõtingit cognoſcere ſcd̃m quaſcũqꝫ diffinitiones. 1.de Aĩa.T.Co.11.

28 Accidentia quædã corrumpũtur per ſe, quædam per accidens.de Longit.& Breuit.Vit.cap.1.C.D.

29 per Accidens quæ ſunt, non curat ars.5. Ethicorum.cap.11.C.

30 per Accidens quæ ſunt,non nimiũ cõiũguntur.8.Ethicorum cap.4.B.

31 Accidentium illa ſunt nobiliora,quæ ſunt nobilioris ſubiecti ſeu ſubſtantiæ.7.Politicorum.cap.1.C.

32 Accidentium etiam ſciẽtia eſt.1.Metaphyſicorum.T.Comment.29.

33 per ſe Accidentia circa aliquod ſubiectũ ſpeculatur omnis ſcientia demõſtratiua. 3.Metaphy.T.Comment.5.

34 Accidentia cũ ſint infinita, impoſſibile eſt illa percurrere.4.Metaphy.T.Co.12.

35 Accidentaliter ſi omnia prædicentur,nõ erit primum uniuerſale. 4.Metaphyſicorum.T.Comment.14.

36 Accidens accidenti non accidit,niſi quia ambo eidem accidunt.4.Metaphyſicorũ. T.Comment.14.

37 Accidens tripliciter dicitur. Primo,quod ineſt alicui.Secundo,quod euenit alicui non neceſſario,ut fodiens plantã reperit theſaurum.Tertio,quod nec ut plurimũ, nec neceſſario.5.Metaphyſic.T.Co.35.

38 per Accidens ens nulla ſcientia conſyderat,nec actiua,neqꝫ factiua, nec ſpeculatiua,quia ens per accidens non eſt ens ſimpliciter,ſed quaſi ſolo nomine ens.6.Metaphyſicorum.T.Co.4.&.11.c.7.A.

39 per Accidens ens quodammodo eſt non ens,quia non eſt illius generatio,aut corruptio.6.Metaphyſicorum.T.Co.4.

40 per Accidens entiũ cauſa & principiũ eſt ens,quod neqꝫ ſemp eſt,neqꝫ ex neceſſitate,ſed ut plurimũ.6.Metaphy.T.Co.5.

41 per Accidens ens dicimus illud, qđ neqꝫ eſt in pluribus,neqꝫ ſemper,ſed raro,ut ſi frigus ſit ſub canicula.6.Metaphyſicorũ. T.Comment.5.&.11.Metaphy.c.7.C.

42 per Accidens entis non eſt ſcientia,quia ſcientia eſt eorum,quæ ſunt aut ſemper, aut in pluribus,per accidens uero quod eſt,nec eſt ſemper,neqꝫ frequenter.6.Metaphyſicorum.T.Co.6.

43 per Accidens entia qui tollunt,refelluntur.6.Metaphyſicorum.T.Co.7.

44 per Accidens cauſæ an reducãtur in cauſam materialem,an finalem,an efficientem,dubitatur.6.Metaphyſicorũ.T.Comment.8.Quære Cauſa.

45 de Accidentibus aliter dicitur ens q̃ de ſubſtantia.7.Metaphy.T.Co.2.

46 Accidentia non poſſunt ſeparari a ſubſtãtia.7.Metaphyſico.T.Comment.3.&.12. Metaphyſicorum.T.Co.3.25.

47 Accidentia an ſint entia,an non, & quomodo ſint entia, oſtenditur. 7.Metaphyſicorum.T. Comment.3.

48 Accidentia ſunt propter ſubſtantiam.7. Metaphyſicorum.T.Comment.3.

49 Accidẽtia quodammodo habẽt diffinitionem,quodammodo non habẽt,quia non habent pro prius,habent tamẽ pro poſterius. 7. Metaphy.T.Commẽt.13.& ultra.

50 In iis,quæ per Accidens ſunt,non eſt idẽ quod quid erat eſſe,& id cuius eſt.7.Metaphyſicorum.T.Comment.21.

51 Accidentia impoſſibile eſt eſſe priora ſubſtantia tempore aut generatione.7.Metaphyſicorum.T.Comment.47.



52 Accidentium non eſt materia,ſed ſubſtãtia eſt eis ſubiectum.8.Metaphyſicorum. T.Comment.12. & ultra.

53 per Accidens quod eſt,poſterius eſt eo, quod eſt per ſe.11.Metaphyſic.c.7.F.

54 per Accidens entium ſi eſſent cauſæ, & principia qualia ſunt entis per ſe, omnia neceſſario euenirent, & tolleretur ipſum contingere.11.Metaphy.c.7.C.

55 circa Accidens tantũ uerſatur ſola ſophiſtica.11.Metaphy.cap.7.B.

56 Accidentium impoſſibile eſt, ꝙ ſit ſciẽtia. 11.Metaphyſic.cap.7.B.C.D.

57 Accidentia non ſunt ſimpliciter entia. 12.Metaphyſicorum.T.Commẽt.3.Quære.Diſpoſitio.Qualitas.

ACCIPITER. Auis. Quære Amphipolis.✳.

ACCVSARE. ACCVSATOR. ACCVSATIO.Apud iudicem.

1 Accuſare ex quibus poſſimus, oſtẽditur. Rhetor.ad Alexandrũ. cap.3.A.B.C.D.

2 Accuſatio eſt expoſitio iniuriarum delictorumqꝫ.Rhetor.ad Alexand.c.3.A.

3 Accuſatio quomodo tractanda ſit,& quibus conſtet,oſtenditur.Rhetoricorum.ad Alexand.cap.32.per totum.

4 Accuſatio ex quibus cõſicienda & ſumẽda ſit,oſtenditur.1.Rhetor.c.10.per totũ.

5 Accuſatoribus,qui temere accuſauerint, magna pœna conſtituenda eſt. 6.Politicorum.cap.5.B.

ACER SAPOR.

Acer ſapor medius eſt inter dulcem & amarum.de Sen.& Sen.cap.4.H. Quære Sapor.

ACERBVS SAPOR.

Acerbus ſapor medius eſt inter dulcem & amarũ.de Sen.& Sen.cap.4.H.Quære Sapor.5.

ACERBVS.Vt dicit uitium in morib9. Quære Amarus uitium.

ACETVM

Acetũ dicitur fieri ex uino,qa ſit ex materia uini.8.Metaphy.T.Comment.14.

ACHADINVS FONS. In Palicis Siciliæ.Quære Palici.

ACHAIA.Regio Europæ,quæ alio nomine Peloponneſus dicitur.

1 Achaia frequẽter laborat terræmotu,qa eſt regio ſpongioſa,& cauernis abundat, & mare ſubintrat terram quaſi quibuſdam fiſtulis.2.Meteor.cap.8.D.

2 in Achaia terræmotus & diluuium factũ eſt,Auſtro & Borea uentis contrariis flãtibus.Nam Boreas terram concuſſit,Auſter uero mare inuexit.2. Meteor.c.8.R. Quære Cometa.10.

3 in Achaia cerui abſcõduntur,cũ mutare debẽt cornua. Quære Arcadia.1.Ceruus .2.Peloponneſus.

ACHAEI.Qui & Græci.

1 Achæi finitimi ſunt Theſſalis.2.Politicorum.cap.7.A.

2 Achæi una cum Trœzeniis Sybarim incoluerunt,deinde maiore numero creſcẽtes Achæi Trœzenios expulerunt,5.Politicorum.cap.3.E.Quære Græci.

ACHAEI.Populi alii a ſuperioribus.

Achæi populi circa Pontum ad hominũ cædes & eorum comeſſationem inſultãt, & per inſidias latrocinantur,ad bellica tamen opera nil ualent.8.Polit.c.4.A.

ACHELOVS.Fluuius Acarnaniæ.

1 Achelous fluuius ex Pindo mõte oritur. 1.Meteororum.cap.13.L.

2 Achelous multis in locis curſum ſuũ mutauit.1.Meteororum.cap.14.H.

3 Acheloi fluuii quidam piſces uocem uidentur hr̃e,ſed nõ eſt uox,niſi ſonus,quẽ brãchiis efficiunt.2.de Aĩa.T.Co.87.✳.

ACHILLES.Poetis cantatiſſimus heros.

1 Achilles iratus ſocios defendere neglexit. 2.Poſteriorum.T.Comment.22.

2 Achilles laudatur,ꝙ Patrocli ſodalis ultionem ſuſceperit,cum ſciret,ſe hac de cauſa parum uicturum.1,Rhetor.c.3.D.

3 Achillem aliis uiris prætulit Homerus.1. Rhetoricorum cap.6.F.

4 Achilles prohibitus ſuit ſæuire in Hectoris cadauer,quia cadauer ſurda terra eſt. 2.Rhetor.cap.3.E.

5 Achilles Hectora fortiſſimum Troianorum interfecit,& Cygnum inuulnerabilem,& adoleſcens,nec iureiurando aſtrictus militauit.2.Rhetor.cap.22.F.

ACIDVS SAPOR.

Acidus ſapor medius eſt inter dulcem & amarum.de Sen.& Sen.cap.4.I.

ACQVIRERE.Parare opes.

Acquirẽdi mod9 uniuerſalis eſt, ſi q̄s monopoliam faciat,id eſt,ut ipe ſolus uẽdat. 1.Polit.c.7.E.Quære Diues.Diuitiæ.

ACRIBOLOGIA. Exacta rõ.Quære Certitudo. Mathematica.23.Moralis.1.9.

ACROPOLIS.Athenienſium arx.

Acropoli degebat Palladis ſacerdos. Oeconom.Publi.C.

ACTIO. Pro pronunciatione orationis rhetoricæ,quæ uoce & geſtu conſtat.

1 Actio ſeu prõũciatio maximas uires ha-

bet in oratione.3.Rhetor.cap.1.A.B.C.
2 Actio minus artificioſa eſſe debet,ꝗ elocutio, & magis accedere ad naturam.3. Rhetoricorum.cap.1.D.
3 Actionis ubi plurimum eſt,ibi minimum exquiſitæ elocutionis,ac maxime ubi opus eſt uoce magna.3.Rhet.cap.12.D. Quære Pronunciatio.Glaucus Teius.

ACTIO.Vt opponit relatiue paſſioni, & pro actione,qua aliquid efficit,& pro hominum actionibus moralibus.

1 de Actione & paſſione,habes. Prædicament.cap.9.per totum.
2 Actiones denominantur a principiis.2. Phyſicorum.T.Comment.14.
3 Actio & paſſio utrum ſint unus & idem actus,habes.3.Phyſicorum.T.Co.19.
4 Actio & paſſio unus & idem actus eſſe uidentur.3.Phyſic.T.Co.19.
5 Actio eſt agentis & paſſio patiẽtis.3.Phyſicorum.T.Comment.19.
6 Actio non poteſt eſſe in patiente,aut paſſio in agente, niſi æquiuoce. 3. Phyſicorum.T.Comment.19.
7 Actio ſi eſt in agente,ſequitur,ꝙ eſt motus in mouente.3.Phyſic.T.Co.19.
8 Actionem & paſſionem eſſe unum motũ, incõuenientia,quæ uidentur ex eo ſequi, ſoluitur.3.Phyſic.T.Co.19.& ultra.
9 Actio & paſſio licet ſint unus motus improprie, nõ tamẽ ſequit,quod agens patiatur,aut ecõtrario.3.Phyſic.T.Co.21.22.
10 Actio omnis habet determinatum tempus minimum,in quo fieri poteſt.2.de Cæl.T.Co.39.
11 Actione & paſſione non exiſtente,non fieret alteratio,aut congregatio,aut ſegregatio.1.de Gener.T.Co.43.
12 Actio & paſſio ſine tactu non poſſunt fieri.1.de Gener.T.Co.43.
13 Actionem & paſſionem fieri inter ea,quæ ſunt omnino diſſimilia,quidam dixerunt. 1.de Gener.T.Comment.47.
14 Actionem & paſſionẽ fieri inter ea,quæ ſunt omnino ſimilia,dixit Democritus.1. de Generatione.T.Comment.47.
15 Actionem & paſſionem,qui dicũt,fieri inter omnino ſimilia,aut inter oĩno diſſimilia,contrarii ſunt,quia nõ totũ, ſed partẽ cõſyderauerũt.1.de Gener.T.Co.48.
16 Actio nõ põt fieri inter ea,quæ ſunt oĩno ſimilia,ꝗa ſequeret, ꝙ idẽ pateretur a ſe ipſo.Neq; eſt,cur alterũ magis ꝗ alterum pati debeat. 1.de Gener.T.Cõment.48.
17 Actio non eſt niſi inter ea, quæ ſunt aut contraria,aut ex contrariis.1.de Gener. T.Comment.49.
18 Actio fit in iis,quæ potentia talia ſunt,ab iis,quæ actu talia ſunt.1.de Generatione. T.Comment.77.
19 Actiones & operationes priores ſunt potentiis ſecundum rationem.2.de Anima T.Comment.33.
20 Actio non fit ſecundum quod aliquid eſt aut ignis,aut terra, aut aliqd tale,ſed ſecundum quod habet contrarietatem. de Sen. & Sen.cap.4.D.
21 Actio ſequitur,actiuo & paſſiuo ſimul iũctis.de Longi.& Breuit.Vit.cap.1.G.
22 Actiones quædam ſunt,quæ cõtinuo ſuo nomine habent annexam prauitatem.2. Ethicorum cap.6.E.
23 Actio bona aut mala non eſt ſine mente atq; more.6.Ethic.c.2.B.
24 Actio ipſa bona eſt finis in agibilibus. 6.Ethicorum.cap.2.B.
25 Actionis & factionis diuerſi ſunt habitus, neq; alter altero cõtinet.6.Ethic.c.4.A.
26 Actio & factio diuerſa ſunt, nec altera altera continetur.6.Ethicorum.c.4.A.
27 Actionis finis non eſt ſemper aliud ab ipſa actione,ſed ipſa bona actio eſt finis. 6.Ethicorum.c.5.B.
28 Actio uerſatur circa ſingularia, ideo aliq neſcientes aptiores ſunt ꝗ ſcientes,& maxime experti.6.Ethicorum.c.7.C.
29 Actiones propriæ delectabiles ſunt cuiq;. 8.Ethicorum.cap.3.C.
30 Actionem dupliciter contingit eſſe malã, aut quia ex mala intẽtione, aut ꝗa opus ipſum malũ eſt.1.Magnor.Mor.c.18.C.
31 Actio eſt eorum,quæ poſt actionem nõ manent in aliquo opere exteriore. 1.Magnor.Mor.cap.35.B.
32 Actiones magis differunt fine, ꝗ ſeipſis. 7.Politicorum.cap.14.C.
33 Actiones omnes ſingularium ſunt.1.Metaphyſicorum.c.1.D.&.2.Ethic.c.7.A.
34 ad Actionis prædicamentum nõ eſſe motum,probatur. 11.Metaphyſic.cap.10.E. Quære Paſſio.Actus.Agere.

ACTIVVS.A.VM.

1 Actiua & paſſiua mutuo cõmunicant in materia.1.de Gener.T.Co.87.
2 Actiuorum actus ſunt in patiẽte & diſpoſito.2.de Anima.T.Comment.24.
3 Actiuarum uirtutum operationes aut in bellicis aut ciuilibus rebus uerſantur.10. Ethicorum.cap.7.B.
4 Actiuarum artium principium eſt electio in agente. 6.Metaphyſicorum. T.Co.1. Quære Actio.Ars.30.31.34.62.

ACTIVA VITA. Vt diſtinguitur contra ſpeculatiuam ſeu contemplatiuam. Quære Vita.

ACTVS.Vt diſtinguitur cõtra potẽtiã, & pro actione ſeu opatione,& p forma.

1 Actu ſemper aliqua ſunt ſine potentia,ut primæ ſubſtãtiæ.2.Periher.c.3.G.
2 Actus non poteſt poni genus habitus,aut econtrario.4.Topic.cap.5.A.
3 Actu quod eſt, magis ens dicitur ꝗ id, quod eſt potentia.2.Phyſic.T.Co.12.
4 In Actu & potentia eſſe aliquid, dupliciter dicitur,aut reſpectu eiuſdem diuerſis temporibus,aut reſpectu diuerſorum in eodem tempore.3.Phyſic.T.Co.8.
5 Actus & potentia licet ſubiecto ſint idem, non tamen ſunt idem ſimpliciter.3.Phyſicorum.T.Comment.9.10.
6 Actum unius,non eſt inconueniens, eſſe in alio,ut a quo in quo.3.Phyſicorum.T. Comment.20.
7 Actu alia ſunt ,alia potentia.3.Phyſicorũ. T.Comment.56.
8 Actu quod eſt tale,fit ex eo,quod in potẽtia eſt tale.4.Phyſic.T.Comment.84.
9 Actus duplex eſt,primus ſcilicet & ſecundus.2.de Anima.T.Comment.5.
10 Actus ſiue forma eſt id, quod proprie eſt.2.de Anima.T.Comment.7.
11 Actus actiuorum ſunt in patiẽte & diſpoſito.2.de Anima. T.Comment.24.
12 Actus uniuſcuiſq; natus eſt fieri in potentia & propria materia & non in alia. 2. de Anima.T.Cõment.26.
13 In Actu eſſe dupliciter dicitur.Vno modo, ut qui ſcit grammaticam reſpectu eius, qui neſcit.Alio modo,ut ſciens grammaticam & actu exercens illam.2.de Anima.T.Comment.55.56.
14 Actus omnis bonum quoddam appetere uidetur.1.Ethicorum.cap.1.A.
15 Actu quod eſt,iucundiſſimum eſt & amabile.9.Ethicorum.cap.7.C.
16 Actus & potentia quodammodo unum ſunt.8.Metaphyſicorum.T.Co.16.
17 Actus uidetur maxime eſſe motus.9.Metaphyſicorum.T.Comment.7.
18 Actus nomen,quod ponitur ad endelechiam,id eſt,perfectionẽ ipſam ſignificandam, ex motibus maxime uidetur ſumptum.9.Metaphyſic.T.Co.7.
19 Actus quid ſit,oſtenditur.9.Metaphyſicorum.T.Comment.11.
20 Actus non tantum eſt in rebus mobilibus, ſed etiam in immobilibus. 9.Metaphyſicorum.T.Comment.11.
21 Actus eſt,quando res eſt,& non ſicut eſt, quãdo eſt in potẽtia.9.Metaphy.T.Co.11.
22 Actus quid ſit, inductione moſtratur.9. Metaphyſicorum.T.Comment.11.
23 Actu non omnia ſimiliter eſſe dicuntur, ſed diuerſimode dicitur actus. 9.Metaphyſicorum.T.Comment.11.
24 Actus prior eſt ꝗ potentia non ſolum determinata,quæ dicitur principiũ permutatiuum in aliquo,inquantum aliud, ſed totaliter omni principio motiuo aut immobilitatiuo.9.Metaphy.T.Co.12.
25 ab Actu exiſtentibus fiunt actu, quæ prius in potentia erant. 9.Metaphyſicorum.T.Comment.12.
26 Actus prior eſt potentia tempore, quia idem ſpecie eſt prius actu ens ꝗ in potẽtia,idem uero numero prior eſt potentia ꝗ actu.9.Metaphyſicorum.T.Co.13.
27 Actus quomodo ſit prior potentia ratione,oſtenditur.9.Metaphy.T.Co.13.
28 Actus prior eſt potentia non ſolum ratione & tempore,ſed etiam ſubſtantia.9.Metaphyſicorum.T.Comment.15.
29 Actus eſt cuius gratia potentia operatur, & ideo eſt prior illa.9.Metaphyſicorum. T.Comment.15.
30 Actum eſſe priorem omni potentia,inductiue probatur in potentiis naturalibus rationalibus & paſſiuis.9.Metaphyſicorũ. T.Comment.15.& ultra.
31 In Actu ſi nõ conſiſteret finis,ſequeretur nil intereſſe inter perfectum & imperfectum,& erit Mercurius Paxonis.9.Metaphyſicorum.T.Comment.16.
32 Actum eſſe priorem potentia,oſtenditur comparatione ſempiternorum ad corruptibilia.9.Metaphyſic.T.Co.17.
33 Actu ſunt ſemp omnia æterna & neceſſaria.9.Metaphyſic.T.Comment.17.
34 Actus melior eſt & honorabilior in melioribus & honorabilioribus ꝗ potentia.9. Metaphyſicorum.T.Comment.19.
35 Actus deterior eſt ꝗ potentia in malis.9. Metaphyſicorum.T.Comment.19.
36 Actus & potentia comparantur ſecundũ intelligentiam ueri & falſi. 9.Metaphyſicorum.T.Comment.20.
37 Actus ſi non eſt prior potentĩa,ſequitur, nil aliquando eſſe cõtingens.12.Metaphyſicorum.T.Comment.30.
38 Actum putare eſſe priorem potentia,quodammodo uerum eſt, quodammodo nõ eſt uerum.12.Metaphyſic.T.Co.32.
39 Actũ eſſe priorẽ potẽtia,oſtendit Anaxagoras dicens,mẽtem ſeu intellectum eſſe

priorē,& Empedocles litem & amicitiā,& Leucippus,& Plato.12.Metaphyſicorum. T.Comment.32.

ACVTVM.Vt opponitur hebeti ſeu retuſo.

1 Acutum eſt,quod mouet ſenſum in breui tempore multū.2.de Anima.T.Co.86.

2 Acutū dicitur de uoce p metaphorā ſumptam a tangibilibus.2.de Aia T.Co.86.

3 Acutum & uelox non eſt idem,ſed fit talis motus propter uelocitatem.2.de Anima.T.Comment..86.

4 Acutum quaſi pungit.2.de Anima.T. Comment.86.✳.

ACVTVM.Vt opponitur graui in ſono & obtuſo.

1 Acutum conſonat graui,quia habet rationem numerorum acutum & graue.2.Poſteriorum.T.Comment.1.

2 Acutum multipliciter dicitur,quia ei9 cōtrariū ſcilicet graue multipliciter dicitur. 1.Topicorum.cap.13.A.

ACVTVS.Ingenio.

Acuti in reſpondendo maxime prima admittunt,& in fine recantant,tanq̄ nil acciderit ex iis,quæ poſita ſunt.Ponunt autem prompte confidentes habitui,& arbitrantes nihil ſe eſſe paſſuros.8.Topicorū. cap.1.H.Quære Interrogans.

ADAGIVM.Quære Prouerbium.

AD ALIQVID. Pro quarto prædicamento relationis.

1 Ad aliquid dicuntur,quorum hoc ipſum quod ſunt,aliorum eſſe dicūtur, uel quomodolibet aliter ad aliud.Prædicament. cap.7.A.&.6.Topic.cap.4.A.

2 Ad aliquid quæ ſunt, in omnibus ineſt contrarietas,ut uirtus uitio,ſcientia ignorantiæ cōtraria ſunt.Prædicamēt.c.7.R.

3 Ad aliquid quæ ſunt,licet ſuſcipiant magis & minus,non tamen omnia,ut ſimile & diſſimile magis & minus ſuſcipiunt, duplū tamen & alia huiuſmodi nō ſuſcipiunt magis & min9.Prædicamēt.c.7.R.

4 Ad aliquid quæ ſunt,omnia ad cōuertentiam dicuntur,ut dominus ſerui, ſeruus domini.Prædicament.cap.7.C.

5 Ad aliquid quæ ſunt,cū oīa ad cōuertentiam dicantur,differūt aliquoties caſu ſecundum locutionem, ut diſciplina diſciplinati diſciplina dicitur,& diſciplinatum diſciplina diſciplinatū.Prædicamēt.c.7.C

6 Ad aliquid quæ ſunt,aliquando uidētur non dici ad conuertentiam, niſi conuenienter aſſignetur id, quod dicitur, ut ala ſi aſſignetur auis, male conuertitur, cum ala aliquorum ſit, quæ non ſunt aues,ſi tamen huiuſmodi recte aſſignentur, ad conuertentiam dicuntur, ut ala alati.Prædicament.cap.7.C.

7 Ad aliquid quæ ſunt, ut ad conuertentiam dicantur,oportet,licet tamen aliquādo nomina fingere, ſi non ſunt impoſita, ut remus,ſi aſſignetur nauis,nō eſt bona aſſignatio.Sunt eñ naues,quæ remis carēt,& ideo remus rei remitæ rem9 dicit. ut dicat ad cōuertētiā.Prædicamē.c.7.D

8 Ad aliquid quæ ſunt,ad conuertentiā dicūtur,circūſcriptis oībus aliis,ut ſeruus ſemper ad dominū dicetur, circūſcriptis aliis dñi accidentibus,ut eſſe bipedē uel ſciētiæ ſuſceptibilem.Prædicamēt.ca.7.F

9 Ad aliqd quæ ſunt,ad cōuertentiā dicuntur,ſi circūſcriptis oīb9 aliis,relicto eo, ad quod aſſignabantur,nō cōueniēter aſſignetur,nō dicuntur ad illud,ut ſi dicatur remus nauis,ala auis.Prædicamēt.c.7.F.

10 Ad aliquid quæ ſunt,ſimul natura ſunt, ut dominus ſerui dominus,ſeruus domini ſeruus.Aliquādo tamen nō ſunt ſimul natura.Vt nō ſequit,ſcibile eſt,ergo ſcietia eſt.Multa eñ ſcibilia ſunt,quorum nō eſt ſcientia inuenta.Prædicament. c.7.F.

11 Ad aliquid quæ ſunt,ſi quis unum eorum diffinite cognouerit,cognoſcet etiā aliud diffinite,ad qd̄ illd̄ eſt.Prædicamēt.c.7.L.

12 Ad aliquid & quale unū & idem eſſe contingit,habes.Prædicament.cap.8.L.

13 Ad aliquid quæ ſunt,nō poſſunt diffiniri niſi per ſua correlatiua. 4.Topic.c.4.F.

14 Ad aliquid quæ dicuntur,quædā neceſſario inſunt illis,ad quæ dicuntur,ut diſpoſitio in diſpoſito, & habitus in habente. Alia nō neceſſario inſunt illis, ad quæ dicuntur,ut ſciētia ſcibili. Alia nō cōtingit ineſſe ſine contrario.4.Topic.c.4.H.

15 Ad aliquid non eſt motus.5.Phyſicor.T. Comment.10.&.11.Metaphy.cap.10.E.

16 Ad aliquid ſunt aliqua,& aliqua ſunt ad ſe.Si tamen dicatur,omne quod apparet, eſſe uerum, omnia erunt ad aliquid, & nil erit ad ſe,quia apparens,alicui eſt apparens.4.Metaphy.T.Coment.26.

17 Ad aliqd tripliciter dicit. Primo,ſecūdū numerū & quantitatē,ut duplū aut dimidiū.Secundo, ſecūdum actionē & paſſionē,aut potentiā actiuā aut paſſiuam, ut calefactiuum calefactibile.Tertio,ſecūdū quod menſurabile refertur ad menſurā, ut ſcibile ad ſcientiā,ſenſibile ad ſenſum. 5.Metaphyſicorum.T.Comment.20.

18 Ad aliquid ſecūdum accidens dicitur triplicit.



Primo,quādo ſua genera ſunt ad aliqd, ſicut medicina eſt ad aliquid, quia ſcientia eſt ad aliquid. Secundo,quādo abſtracta dicunt ad aliquid,quia cōcreta ſunt ad aliquid, ſicut æqualitas eſt ad aliquid,qa æquale eſt ad aliqd. Tertio,quādo ſubiectū dicit ad aliqd rōne accidētis. 5.Metaphy.T.Co.20. Quære Abſolutū.

ADAMANS.ADAMARE.

1 Adamantis ad adamatū non eſt proprie amicitia. 8.Ethicorum. cap.4.A.

2 Adamandi principium eſt uoluptas,quæ fit per aſpectum.9.Ethic.c.5.A. Quære Amare.Amicitia.33.

ADDISCENS.Quære Diſcens.

ADEPS.Quære Vrſus.✳.

ADMETVS. Pheræorum rex. Quære Alceſtis.

ADMIRARI.ADMIRATIO.

1 Admirari ſolemus & naturæ opera,quorum cauſa nobis nō liquet,& ea,quæ præter naturæ legem in uſus hominū arte & induſtria comparantur.Mechanic.c.1.A.

2 Admirabilia ſunt inuſitata omnia.3.Rhetoricorum.cap.1.A.

3 qui Admiratur,ignorare uidetur.1.Metaphyſicorum.cap.2.E.

4 propter Admirationē antiqui & nūc philoſophari cœperūt.1.Metaphy.c.2.D.

ADNASCI.Quære Cōnaſcentia.

ADOLESCENS. ADOLESCENTIA.

1 Adoleſcentū mores quales ſint, habes.2. Rhetor.cap.12.per totū.Quære Iuuenis.

2 ab Adoleſcentia ſic uel ſic aſſueſcere,nō parum refert ad uirtutes,immo multum, immo totum.2.Ethicorum.cap.1.C.

3 ab Adoleſcētia,iubet Plato,aſſueſcere homines gaudere,& dolere,quibus oportet. 2.Ethicorum.cap.3.A.

4 Adoleſcentes difficile inſtituūtur ſub nō bonis legibus,quia honeſte uiuere cū pleriſq; hominibus graue ſit,tū uel maxime adoleſcentibus.10.Ethicorum.cap.9.B.

5 Adoleſcentibus non tantum prouidenda eſt bona educatio,ſed etiā bonæ leges ipſis iam uiris factis.10.Ethic.cap.9.B.

6 Adoleſcentum coniunctio inutilis eſt ad procreandos filios,quia in cunctis animalibus iuueniles partus imperfecti ſunt.7. Politicorum.cap.16.B.

7 Adoleſcētū filii imbecilli euadunt & corpore & mente.7.Politicorum.c.16.E.✳.

ADRA.

Adra ciuitas eſt Siciliæ,quæ alio nomine Peloris dicitur,de Admirand. Audit.99

AD SE.Vt diſtinguitur contra ad aliud. Quære Ad aliquid.

ADVENA.

1 Aduenæ facile remittunt iniuriam, quia inutile eſt eis,dum iudicia & compenſationem ſpectant, tempus conſumere.1. Rhetoricorum.cap.12.F.

2 Aduenæ non ſunt ciues. 3.Politicorum. cap.1.A.

3 Aduenæ cauſa ſeditionis ſunt aliquādo. 5.Politicorum.cap.3.F.

ADVERBIVM.

Aduerbium ſi multipliciter dicitur, & caſus multipliciter,ut ſi iuſte multipliciter, etiam iuſtus.1.Topicorum.C.

ADVERSITAS.ADVERSA.

1 Aduerſitates magnas qui fert non ob inſenſibilitatem,ſed quia generoſus & magnanimus eſt,laudabilis eſt.1.Ethicorum. cap.10.G.

2 In Aduerſis ad quid cōducāt amici,oſtēditur.9.Ethicorum.cap.11.per totum.

3 Aduerſa ferre moderate difficilius eſt,q̄ proſperis bene uti,nam in magnis calamitatibus & iniuriis nihil abiecti facere, excelſi animi eſt. 2. Oeconom.cap.1.C. Quære Proſpera.

ADVLATOR.ADVLATIO.

1 Adulator inter iucunda cenſetur.1.Rhetoricorum.cap.11.G.

2 Adulationis eſt præſentem laudare.2. Rhetoricorum.cap.6.B.

3 Adulationis ſigna habes.2.Rhetoricorū. cap.6.B.

4 Adulatio opponitur affabilitati per exceſſum.2.Ethicorum.cap.7.D.

5 Adulator ſui commodi gratia eſt.2.Ethicorum.cap.7.D.

6 Adulatores omnes ſeruiles ſunt & humiles.4.Ethicorum.cap.3.G.

7 Adulator eſt,qui ad uoluptatem alterius loquitur, ſui tamen commodi gratia pecuniæ & utilitatis cauſa. 4. Ethicorum. cap.6.A.

8 Adulator amicus inferior eſt, aut talem ſe fingit,& magis amare q̄ amari. 8.Ethicorum cap.8.A.

9 Adulatores ipſos multi amant.8.Ethicorum.cap.8.A.

10 Adulator differt ab amico,quia adulator loquitur ad uoluptatem, amicus uero ad bonum,& ideo hic laudatur, ille uero uituperatur.10.Ethicorum.cap.3.D.

11 Adulator eſt,qui,q̄ ſit par,& plura,& q̄ inſint, alicui arrogat. 1. Magnor. Mor. cap.32.A.

12 Adulatoribus gaudẽt tyranni & populus. 5.Politicorum.cap.11.D.

13 Adulatoris opus eſt humiliter conuerſari. 5.Politicorum.cap.11.D.

ADVLTER.ADVLTERIVM.

1 Adulterium ad intemperantiam reducitur.5.Ethicorum.cap.2.A.

2 Adulterium qui committit, ut lucretur, potius per ſe loquendo dicitur iniuſtus, q̄ adulter.5.Ethicorum.cap.2.A.

3 Adulterium interdicitur, & ſi quis committat, punitur.7.Politicorum.cap.16.E.

4 Adulter & ſibi dedecus parat,& coniugem ſuam fraudat honore, & filiis iniuriam facit.2.Oeconom. cap.2.G.Quære Vxor.Maritus.

AEDEPSVM. Oppidũ Locridis regionis.Eſt & Aedepſeos ſeu Aedepſos urbs in Eubœa inſula.

circa Aedepſum balnea facta ſunt terræ motu.2.Meteororum.cap.8.G.

AEDILITAS.Magiſtratus multiplex.

Aedilitas magiſtratus eſt de publicis ac priuatis rebus,ut de ornatu decenti, de conſeruatione labefactorum ædificiorum, & uiarum conſeruatione & directione, de finibus regendis. Cuius magiſtratus plures ſunt partes in magnis ciuitatibus, ut præfecti mœnibus reficiendis, fontiũ curatores,portuum conſeruatores. 6.Politicorum.cap.8.B.

AEDITVVS.

Aeditui magiſtratus eſt circa templa deorum,ut erigantur ruinoſa ædificia.6.Politicorum.cap.8.F.

AEGES. Id eſt capræ impreſſio in ſublimi.

1 Aeges eandem cauſam habent,ut fiant, quam ſtellæ currentes, & dali,& flãmæ. 1.Meteororum.cap.4.A.

2 Aeges fiunt,quando hyppeccama,id eſt fomes ſeu materia ſuccendi facilis incenditur in longitudinem, & ſcintillat. 1.Meteororum.cap.4.B.

AEGEVM MARE.Quod alluit Peloponneſum ab oriente.

Aegeũ mare ꝓfundius eſt Põto,minus tamẽ profundũ, q̄ Siculũ mare, nã Aegeũ influit in Siculũ.2.Meteor.c.1.F.✳.

AEGIALA.Inſula adiacens Aetoliæ.

in Aegiala inſula multa extãt gigãtũ monumenta,& inadibilis eſt tpe quodam,& lapides ſeu calculos fert uariis & inter ſe diſſimilibuſq; coloribus, & alia quædam. de Admirand.Audit.93.

AEGINA.Inſula prope Athenas.AEGINETAE.Aeginæ incolæ.

1 Aeginam peſtem Piræi eſſe tollendã, dixit Pericles .3.Rhetor.cap.10.D.

2 in Aegina multitudo mercatorum eſt.4. Politicorum.cap.4.G.

3 Aegina inſula.5.Metaphyſic.T.Co.6.

4 Aeginetæ.Quære Athenienſes.8.

AEGYPTVS.Prouincia inter Aphricã & Aſiam & noſtrum mare.AEGYPTII. Incolæ Aegypti.

1 Aegyptii pluribus annis ante Ariſtotelẽ multa fide digna de ſtellis tradiderunt. 2.de Cæl.T.Co.60.

2 in Aegypto aliquæ ſtellæ uidentur,quæ non uidentur in regionibus ſeptentrionalibus.2.de Cæl.T.Co.100.

3 Aegyptiis credere oportet in aſtrologicis. 1.Meteor.cap.6.D.

4 Aegyptii dicunt, coniunctionem uagarũ ſtellarum ſeu planetarum partim inter ſe, partim cum ſtellis fixis ſæpe fieri. 1.Meteororum.cap.6.E.

5 Aegyptii antiquiſſimi hominũ eſſe dicũtur.1.Meteor.c.14.H.&.7.Polit.c.10.B.

6 Aegypt9 fluminis Nili opus uidetur eſſe, nam adaggerata uidetur eſſe ab iis,quæ flumẽ inuehit.1.Meteor.c.14.E.H.

7 Aegyptus antiquitus nihil aliud erat, q̄ urbs una Thebæ,reliquis partibus aquis coopertis.Quod Homerus indicat,qui nõ admodum multum poſt huiuſmodi mutationes floruit.Nam Thæbarũ tantũ meminit,quaſi aut Memphis omnino non eſſet,aut tanta non eſſet.1.Meteor.c.14.F

8 Aegyptus quotidie fit aridior & ſiccior, quia illius paludes ſiccæ redditæ ſunt,& ſic pluribus locis incoli cœpta eſt.1.Meteororum.cap.14.F.

9 Aegyptum mediã Nilus fluuius influit. de Admirand.Audit.17.

10 Aegyptus a quibuſdam ponitur in Aſia, a quibuſdam in Aphrica.de Mundo ad Alexand.cap.1.G.

11 in Aegypto poſt tertiũ diem licet mouere medicis,id ẽ pharmacũ purgatiuũ præbere ægrotis,ſi uero prius præbeãt,ſuo periculo agunt medici.3.Politicorũ.c.11.C.

12 apud Aegyptios Seſoſtris rex legem tulit,qua agricolarum genus diſtinguebat a pugnatorib9.7.Politicorum. cap.10.A. Quære Darius.Thaos.

13 in Aegypto primum mathematicæ ſunt inuentæ a Sacerdotibus, quibus permiſſum eſt uacare.1.Metaphyſicorum.c.1.G. Quære Nilus.

AEGOS POTAMOS. Cherſonneſi Thraciæ fluuius,interpretatur autem capræ fluuius.

in Aegos potamum lapis cecidit eleuat9 a uento,orto cometa.1.Meteor.c.7.E.

AEGON.

Aegon fluuius ex Aethiopicis montibus oritur.1.Meteoror.cap.13.H.

AEGROTANS.

1 Aegrotantes iracundi eſſe ſolent. 2.Rhetoricorum.cap.2.D.

2 Aegrotantibus alia uidẽtur,quæ non uidebantur illis ipſis ſanis,quia illorum organa aliter affecta ſunt. 11.Metaphyſicorum.c.5.F.Quære Inſalubres.Infirmitas. Morbus.

AEMVLVS.AEMVLATIO.

1 Aemulus & inuidus in hoc differũt,ꝙ inuidus impedimento eſt ei,cui inuidet,& priuari illũ bonis uult,æmulus uero cõcitatur ad bona aſſequẽda. 2.Rhet.c.11.A.

2 Aemulatio eſt dolor quidã, eo ꝙ bona & honorabilia quæ ipſe aſſequi poſſet, natura ſimilibus adeſſe uideantur, non quoniam aliis inſunt, ſed quoniam non ipſi quoq; inſunt,ideo æmulatio probũ quid eſt.2.Rhetor.c.11.A.

3 Aemulatio ex quibus oriat̃,& qui ſint,inter quos contingat,& unde, oſtenditur. 2.Rhetor.c.11.per totum.

4 Aemulatio contemptui contraria eſt.2. Rhetoricorum.cap.11.D.

AENARIA.

Aenaria ciuitas in Tyrrhena eſt ſita, in cuius medio ſylua eſt arboribus plena & ſcatentibus aquis. Sed ne aliquis ex ciuibus ꝓpter amœnitatem & munitionem a natura datam tyrannidẽ occuparet,decretum eſt publico conſenſu,ut famulus aliquis ex ſuis uniuerſæ reipublicæ præeſſet,nec amplius q̄ uno anno,& alius rurſus crearet̃,qui præteriti ferociã contũderet,& corriperet.de Admirã.Audit.82.

AENEAS.Virgilii carmine celebratus.

Aeneas Diomedem intercepit dolo. de Admirand.Audit.69.

AENEIA

in Aeneia Italiæ parte in loco,qui dicitur Hyppata,columna inuenta eſt antiquiſſimis græcorũ characterib9 inſculpta.Quas litteras cũ intelligere non poſſent incolæ, qui ſciſcitarentur,Athenas miſerunt. Qui cum Thebas ueniſſent, inuenerũt ſimiles characteres litterarum,quibus depræhenderũt,quid colũnæ litteræ ſignificarẽt.Significabant autem uerſus. Herculẽ abduxiſſe boues, deuicto Geryone,& captum amore Paſiphae uirginis,in præcium mutuæ coniunctionis & amicitiæ regionem illam appellatam Erithyam illi tradidiſſe. de Admirand.Audit.105.



AENESIDEMVS.Quære Gelon.1.

AENIGMA.Obſcurus ſermo.

1 Aenigmata ſententiis accõmodantur.2. Rhetor.c.21.D.

2 Aenigmata cuburbitæ habes. 2.Rhetoricorum.cap.2.E.

3 in Aenigmatibus cõprobatis metaphoras commodas inuenire poſſum9. 3.Rhetoricorum.c.2.F.

4 Aenigmaticæ orationi conueniunt tranſlationes.3.Rhetoricorum.c.2.F. Quære Metaphora.

AEOLIAE.Inſulæ prope Siciliam.

1 in Aeoliis inſulis cum flatur9 eſt Auſter, priuſq̄ incipiat,denunciat,nã loca in quibus fiũt ignitũ eructationes,ſonãt,quia mare incipit e lõginquo ꝓpelli,& ab eo rurſum compellitur,quod efflaturum erat a terra.2.Meteor.c.8.L.

2 Aeoliæ inſulæ ſeptẽ ſunt circa Siciliam. de Admirand. Audit.1.& de Mundo ad Alexand.cap.4.

AEQVALIS.AEQVALE.AEQVALITAS.

1 Aequale uel inæquale non admodum dicitur de iis, quæ quãtitatem non habent, ſed potius ſimilia aut diſſimilia, ut diſpoſitio ſimilis uel diſſimilis,album ſimile uel diſſimile.Prædicament.c.6.E.

2 ab Aequalibus ſi auferas æqualia,quæ remanent, ſunt æqualia.1.Poſteriorum. T. Comment.24.

3 Aequalis æqualem amat,ut eſt in prouerbio.1.Rhetor.cap.11.I.

4 Aequale dupliciter dici poteſt,aut ex parte rei,aut ex parte nr̃i.2.Ethic.c.6.A.

5 Aequale medium quoddã eſt inter exuperationẽ & defectum ſeu inter plus & minus. 2.Ethicorum. cap.6.A.&.5.Ethicorum.cap.4.B.

6 Aequale in duobus minimis conſiſtit.5. Ethicorum. cap.3.A.&. 1. Magnor.Mor. cap.34.B.

7 Aequalitas non poteſt eſſe,ſi non ſit communis menſura.5.Ethic.c.5.D.

8 Aequale non eodem modo ſe habet in iuſtis & in amicitia,nã iuſtis eſt æquale. Primo, pro dignitate. Secundo, quod eſt in quãtitate, in amicitiis autem id quod eſt pro dignitate. 8.Ethic.c.12.B.

9 Aequalis æqualem delectat. 8. Ethicorum.cap.12.B.

10 Aequalitas aut uiciſſitudo inter imperantem & parentem nimium nocet. 1. Politicorum.cap.3.E.

11 Aequale duplex eſt,alterũ numero, alterum dignitate.5.Politic.c.1.D.

12 Aequale,& habere quæ ſua ſunt, conſeruant reſpublicas.5.Politic.c.7.C.

13 Aequalia ſunt,quorum quantitas eſt una. 5.Metaphy.T.Comment.20.

14 Aequale cōſequitur ipſum unum.10.Metaphyſicorum.T.Comment.10.

15 Aequale quomodo opponatur magno & paruo,obiicitur in utramq; partē,& tandē oſtenditur,quomodo opponātur magnũ & paruum æquali . 10. Metaphyſicorum. T.Comment.17.& ultra.

16 Aequale opponitur magno & paruo ut negatio priuatiua. 10.Metaphyſicorũ. T. Comment.17.& ultra.

17 Aequale contrarium eſt inæquali.10.Metaphy.T.Comment.18.

18 Aequale uidetur eſſe medium inter magnum& paruum . 10. Metaphyſicorum. T.Comment.19.

AEQVIVOCATIO . AEQVIVOCVS.A.VM.

1 Aequiuoca dicuntur,quorum nomen ſolum commune eſt,ſecundum nomen uero ratio ſubſtantiæ diuerſa. Prædicamēt. cap.1.A.

2 Aequiuocationes latent magis in genere q̃ in ſpeciebus . 2.Poſteriorum. T.Comment.22.

3 Aequiuocationes latent magis in uniuerſalibus.2.Poſter.T.Co.22.

4 Aequiuoca ſeu multipliciter dicta cognoſcuntur aut ex conſyderatione contrarii, aut contradictorii,aut priuatiue oppoſiti, aut coniugatorum, aut diuerſorum prædicamentorum, aut ex parte generis ſub alterni,aut ex parte diffinitionis partiũq; eius.1.Topicorum.c.13.per totum.

5 Aequiuoci ſeu multipliciter dicti diffinitio utilis eſt.Primo,ad dilucidit atē,ſi manifeſtatur multipliciter. Secũdo,ad interrogationem,ne interrogans & reſpōdens ad diuerſos ſenſus ferant ſuos intellectus, & ſic fiat ſyllogiſmus non ad rem,ſed ad nomen.Tertio,ut nō decipiamur, ſed decipiamꝰ potius. Nam qui ſcit multiplicis diſtinctionē, nō decipit.1.Topic.c.14.B.

6 Aequiuocum ſi lateat reſpondentem, interrogans ſiue opponens debet eo uti uni uoce.6.Topic.cap.5.B.

7 Aequiuocum an uniuocum aliquod nomen ſit in principio diſputationis quærēdum eſt.6.Topicorum.cap.5.B.

8 Aequiuocationis fallacia quomō fiat,oſtēditur.1.Elench.cap.3.C.

9 Aequiuocationis tres ſunt modi . Vnus, quando nomē,aut oratio plura ſignificat principaliter. Secundus,quādo aliquid ſignificat oratio aut nomen principaliter, aliud trāſlatiue. Tertius,quādo compoſitum plura ſignificat,ſeparatum uero unũ. 1.Elench.cap.3.D.

10 Aequiuocationis elenchi ſeu fallaciæ quo modo ſoluantur,oſtenditur. 2.Elenchor. cap.3.C.D.E.

11 Aequiuoca nulla ſunt cōparabilia.7.Phyſicorum.T.Comment.24.25.

12 Aequiuocationes aliæ ſunt multum diſtātes,aliæ multum habent ſimilitudinis.7. Phyſicorum.T.Comment.31.

13 Aequiuoce ſeu multipliciter dictum confundit intellectũ.1.de Cæl.T.Co.110.

14 Aequiuoca cōueniunt cauillatori.3.Rhetoricorum.cap.2.D.

15 Aequiuocatio later,quādo propinqua eſt, nec ita eſt manifeſta,ut in iis,quæ longe diſtant. 5. Ethicorum.cap.1.B . Quære Vniuocum.

AEQVITAS, & BONITAS, AEQVVM,& BONVM. AEQVVS & BONVS.

1 Aequum & bonum eſt præter legem ſcriptam.1.Rhetor.cap.13.E.F.

2 Aequo & bono quando utimur, oſtenditur.1.Rhetor.cap.13.F.G.

3 Aequum & bonũ ut præualeat, eligitur arbiter.1.Rhetor.c.13.G.

4 Aequum & bonum quomodo a iuſto legali differant,& quid ſint,& in quibus cōſiſtant,oſtenditur. 5. Ethicorum . cap.10. per totum.

5 Aequum & bonum nec ſimpliciter eſt iuſtum,neq; genere uidetur differre a iuſto. 5.Ehicorum.cap.10.A.

6 Aequum & bonum melius eſt aliquo iuſto,& emendat iuſtum legale . 5. Ethicorum.cap.10.A.

7 Aequum & bonum cum ſint circa particularia,emendare poſſunt,qđ lex uniuerſaliter præcipit.5.Ethic.c.10.C.

8 Aequitas & bonitas quomodo differant a iuſtitia,& in quibus ſint,oſtendit.5.Ethicorum.cap.10.per totum.

9 Aequitas & bonitas eſt habitus, quo non exequimur exacte iuſtum,q̃uis legem habeamus adiutricem.5.Ethic.c.10.B.

10 Aequitas ſimilis eſt plumbeæ regulæ ædificationis Leſbiæ,quæ ſic rebꝰ aptatur,ut illa regula lapidibus.5.Ethicorũ.c.10.B. Quære Leſbia regula.

11 Aequus & bonus uir eſt, qui non exequitur iuſtum legale exacte,neq; in deteriorem partem,q̃uis legem habeat adiutricem.5.Ethicorum.cap.10.B.

12 Aequum & bonum commune eſt omnibus bonis.6.Ethicorum.cap.11.A.

13 Aequi & boni uiri eſt ueniam in aliquibus dare.6.Ethicorum.cap.11.A.

14 Aequitas & bonitas moderatur circa iuſtum legitimum, nam legiſlator cum in uniuerſali ſtatuat,æquitas circa particulare decernit.2.Magnor.Mor.cap.1.A.

15 Aequum & iuſtum difficile eſt inuenire,& debiliores illud quærunt, potentes tamē non curant illud.6.Politicorum.cap.3.B.

AER.

1 Aere plenum aliqui uacuum eſſe dicũt. 7.Topic.c.1.F.&.4.Phyſic.T.Co.52.78. &.2.de Anima.T.Comment.81.

2 Aerem aliqui poſuerũt principium omnium rerum.1.Phyſicorum.T.Co.32.

3 Aer minime habet aliorum elementorũ ſenſibiles differētias.1.Phyſic.T.Co.54.

4 Aerem, dixit Empedocles,eſſe congregatum a caſu & fortuna in loco,ubi eſt in hoc mundo,ſed in aliis mundis,qui ſecũdum eum fient,non congregatum in hoc loco.2.Phyſicorum.T.Co.43.

5 Aer & aqua habent contrarietatē.3.Phyſicorum.T.Comment.44.

6 Aer humidus eſt.3.Phyſicorum.T.Comment.44.&.2.de Gener.T.Commēt.16.

7 Aeris extrema ſuperficie cōtinetur aqua. 4.Phyſicorum.T.Comment.46.

8 Aer incorporeus eſſe uidetur,unde quidam,aere plenum uacuum eſſe,dixerũt. 4.Phyſic.T.Com.40.78.&.T.Co.52.

9 Aeris conuexa ſuperficie ignis continetur.4.Phyſicorum.T.Comment.46.

10 Aer ſe habet ad aquam,ſicut actus quidam ipſius.4.Phyſicorum.T.Co.49.

11 Aer alio modo eſt potentia ad aquam,q̃ aqua ſit potentia ad aerem . 4.Phyſicorum.T.Comment.49.

12 Aer magis diuiſibilis eſt,q̃ aqua,quia magis eſt terminabilis . 4. Phyſicorum.T. Comment.71.

13 Aer aliquid eſt, quia q̃uis non uideatur, tamen tactu percipitur.4.Phyſicorum.T. Comment.78.

14 Aer pulſus pellit proiecta.4.Phyſicorũ. T.Comment.68.Quære Proiecta.

15 Aer ſubtilior eſt aqua & minus corporeus.4.Phyſicorum.T.Comment.71.

16 Aer leuis eſt,ſi ad aquam comparetur.1. de Cæl.T.Comment.17.

17 Aer eſt,ſi terra & ignis ſunt. 2.de Cæl. T.Comment.19.

18 Aer circa aquam collocatur . 2.de Cæl. T.Commēt.30.&.2.Meteor.cap.2.C.

19 Aer maxime calefit motu, eo ꝙ ſit igni propinquior q̃ alia.2.de Cæl.T.Co.42.

20 Aer neceſſe eſt,ꝙ igniatur,quando aliqua corpora igniuntur in ipſo propter motum.2.de Cæl.T.Comment.42.

21 Aer cũ ſit ſub ſphæra cæleſti, neceſſe eſt, motu cæli calefieri. 2.de Cæl.T.Co.42.

22 Aer eſt uelut inſtrumentum ad motũ naturalē & uiolentũ.3.de Cæl.T.Co.28.

23 Aere utitur motoris uirtus ad utrumq; motum ſcilicet ſurſum deorſum uiolentum.3.de Cæl.T.Comment.28.

24 Aer aptus eſt eſſe grauis & leuis. 3.de Cæl.T.Comment.28.

25 Aer cum pulſus fuerit,& principiũ ſumpſerit a uirtute motoris uiolenti,facit motum ſurſum,& ſimiliter motum deorſum. 3.de Cæl.T.Comment.28.

26 Aer coadiuuat ad motum naturalem, ſicut ad uiolentum.3.de Cæl.T.Co.28.

27 Aer reſpectu ignis grauis eſt,reſpectu uero aquæ leuis.4.de Cæl.T.Co.27.

28 Aer ſuper omnia eminet,excepto igne.4. de Cæl.T.Comment.36.

29 Aer in ſuo loco habet grauitatem, & nō habet leuitatem, niſi in iis,quibus ſuper fertur.4.de Cæl T.Comment.39.

30 Aerem ex hoc probatur, in ſuo loco habere grauitatē,quia ſi ſubtrahatur elementũ inferius,deſcēdit ſua ſpōte,& ſi elementum ſuperius ſubtrahatur,non aſcendit niſi uiolenter.4.de Cæl.T.Co.39.

31 Aer eſt ualde inſenſibilis.1.de Generatione.T.Comment.24.

32 Aer eſt calidus & humidus.2.de Generatione.T.Comment.16.

33 Aer ſurſum & a medio fertur.2.de Generatione.T.Comment.22.

34 Aer minus ſyncerus eſt q̃ terra,aut ignis, quia elemēta media magis admixta ſunt. 2.de Generatione.T.Co.22.

35 Aer magis eſt humidus q̃ calidus. 2.de Generatione.T.Co.23.

36 Aer calidus & humidus,in altera qualitate ſcilicet in humiditate eſt igni contrariꝰ. 2.de Generatione.T.Comment.24.

37 Aer quomodo generetur ex aliis elemētis,& ex quibus facilius,& ex quibus difficilius oſtenditur.2. de Generatione.T. Comment.25.& ultra.

38 Aeris decem pugilli fiunt ex uno pugillo aquæ.2.de Gener.T.Co.37.
39 Aer omnibus mixtis ineſt,quia contiguus eſt terræ, & miſcibilia a contrariis alterantur,& ſi unum extremũ eſt, & aliud eſſe, neceſſe eſt.2.de Gener.T.Co.49.
40 Aere plenum eſſe totum ſpacium,quod eſt inter cælum & terram, aliqui dixerunt.1.Meteor.cap.3.D.
41 Aere ſi plenum eſſet ſpacium,quod eſt inter cælum & terram,excederet æqualitatẽ proportionis cõmunis, quã habet aer ad alia elementa.1.Meteor.c.3.D.
42 Aeris regio,q̃ eſt circa terram,calida eſt & humida,quia uaporem & exhalationẽ terræ habet.1.Meteor.c.4.D.
43 Aeris regio ſuprema calida eſt & ſicca.1.Meteor.c.4.D.
44 Aeris ſuprema regio non ſolum aer eſt, ſed potiꝰ eſt ignis.1.Meteororũ.c.4.E.&.cap.8.E.
45 Aerem illum, qui non capitur intra eam circumferentiã,q̃ efficit,ut terra tota ſphærica ſit,neceſſe eſt in orbem agitari & fluere propter motũ cæli.Cuius ſignum eſt,ꝙ uenti generantur in locis ſtagnantibus terræ, & non excedunt altiſſimos montes.1.Meteor.cap.4.E.
46 Aer fluit circulariter, quia ſimul trahitur cum uniuerſi cõuerſiõe.1.Meteor.c.4.E.
47 Aer igni continuus eſt.1.Meteor.c.4.E.
48 Aeris q̃cunq; pars graueſcit in regione ſuprema,deorſum fertur, & q̃cunq; caleſcit, ſurſũ fertur, & ſic hoc perſeuerat aere plenum, & illud ſupremum igne plenum,& ſemper aliud atq; aliud fit.1.Meteor.c.4.E.
49 Aer collocatur poſt calidũ & ſiccũ, quod appellamus ignem.1.Meteor.c.5.B.
50 Aer quando condẽſatur propter frigus, extrudit,& ſegregat calidum, & ideo impreſſiones ſimiliores ſunt iaculationi q̃ exuſtiõi.1.Meteor.c.5.C. Quære Impreſſio.Dali.Aeges.Bothyni.
51 Aer frigore denſatus proiicit ſæpe impreſſiones ignitas in mare & in terram, etiam ſereno cælo, quẽadmodum nuclei compreſſi a digitis extrudunt.1.Meteororum.cap.5.D.
52 Aer coagulatꝰ uarios reddit colores, quia lux per aerem denſiorem tranſlucens refractionem ſuſcipit, & uarios colores reddit.1.Meteor.cap.5.F.
53 Aeris pars,in qua generãtur pluuiæ,frigidior eſt tempore calidiore,& calidior tempore frigidiore propter antiperiſtaſim.1.Meteor.cap.12.E.
54 Aer æſtate ſiccior eſt q̃ in aliis anni tẽporibus,uere tñ & autũno humidꝰ.1.Meteor.cap.12.F.
55 Aerem motum & fluentem uentum eſſe, quidam dixerunt.1.Meteor.c.13.A.&.2.Meteor.cap.4.C.
56 ex Aere fit aqua ſub terra, ſicut in media aeris regiõe propter frigiditatẽ.1.Meteor.c.3.C.Quære Fluuius.6.7.8.9.
57 Aerem quidam dixerunt,ortum eſſe a terra humida & ſolis calore calefacta.2.Meteor.c.2.E.
58 Aerem concretum,quidam,pluuiam eſſe dixerunt.2.Meteor.c.4.C.
59 Aer humido & calido conſtat tanq̃ uapore & fumo.2.Meteor.c.4.C.
60 Aerem motum dicere eſſe uentum,abſurdum eſt.2.Meteor.c.4.C.
61 Aerem terræ incidentem nec potentem erumpere, dixit Anaxagoras, terræmotũ efficere.2.Meteor.c.7.C.
62 Aer ſicut repercuſſꝰ uarios ædit ſonos,ſic percutiẽs multiplices & uarios ſonos ædit. Nihil enim refert ad ædẽdos tales ſonos, an pcutiat, an percutiat.2.Meteor.c.8.P.
63 Aer auſtrinus habilior eſt,ut in aquam cõuertatur,q̃ ſeptentrionalis.3.Meteororum.cap.6.D.
64 Aer putreſcit, quia eſt materia igni.4.Meteor.T.Comment.5.
65 Aerem continentia ſurſum feruntur.4.Meteor.T.Comment.40.
66 Aerem in aquam cõuertens frigus,craſſeſcere facit ipſum.4.Meteororum.T.Cõment.40.
67 Aerem, dixit Diogenes, principium eſſe omniũ & ſubtiliſſimũ.1.de Anima.T.Cõment.32.
68 Aer diaphanus eſt,non quia aer,ſed quia ineſt illi natura quædã, q̃ aliis diaphanis, q̃ etiam cælo ineſt.2.de Anima.T.Cõment.68.
69 Aer medium eſt, ut ſonus audiatur.2.de Anima.T.Co.76.
70 Aer mouetur ab odore,& non ut diaphanus a colore, ſed alio modo innominato.2.de Anima.T.Co.76.
71 Aer eſt,qui audire facit, cum moueatur continuus & unus, ſed non ſonat,quia fragilis eſt, niſi id,quod percutitur, læuigatũ & terſum ſit.2.de Anima.T.Co.81.
72 Aer quidam ineſt auditui animalium,qui quandam connaturalem conuenientiã habet cum aere exteriore.2.de Anima.T.Comment.82.
73 Aer per ſe non habet ſonum, quia facile cedit percutienti,ſed prohibetur aliquãdo cedere a ſolido,& ideo ſonat.2.de Anima.T.Comment.83.
74 Aer medium eſt ad odorationem,nam uidemus animalia, quæ in aere degũt,a lõge ſentire odorem alimenti, & moueri ad ipſum.2.de Anima.T.Comment.97.
75 Aer non eiuſdem coloris eſt,ſi ſpectetur prope,& alonge.de Sen.& Sen.cap.3.C.
76 Aer nõ eſt intra aquam,nam ſimul ut generatus eſt intra aquam, emergere ſolet.de Sen.& Sen.cap.5.A.
77 Aer ſolus nõ nutrit.de Sen.& Sen.c.5.R.
78 Aeris colores uarii unde proueniant,habes.de Colorib.cap.1.D.E.F.
79 Aerem aquam & terram poſuit Empedocles ut materiam,ignem uero ut cauſam efficientem.1.Metaphyſic.cap.2.D.
80 Aerem aqua priorem & principium corporum ſimplicium ponunt Anaximenes & Diogenes.1.Metaphy.cap.3.E.Quære Elementum.✳.

AES.AERIS.

1 Aes odorem habet.de Sen.& Sen.c.5.C.
2 Aeris quoddam genus auro ſimile naſci dicitur in Cypro inſula,eo potiſſimum loco,quẽ Tyriã appellant,quod minutatim cõſciſſum illius loci agricolæ ſeminare cõſueuerũt,& pluuia deinde exoriri ac multiplicari,& cum ad maturitatem peruenerit,colligitur ab agricolis, & reconditur.de Admirand.Audit.40.
3 Aes Indicũ tale eſt,ut non poſſit diſcerni ab auro,plurimiq; erant ſcyphi int̃ pocula Darii eo cõfecti.de Admirãd. Audit.45.
4 Aeris flore multũ utunt̃ medici ad oculorũ curationẽ.de Admirãd.Audit.54.
5 Aera qui effodiunt, acutiſſimi uiſus fieri creduntur.de Admirãd.Audit.14.✳.
6 Aes quoddã eſſe dicitur,quod moſynecõ appellãt, ſplẽdidiſſimũ & candidiſſimum pluſq̃ cætera,nõ ꝙ ſit cũ ſtanno cõiũctũ, ſed ꝙ cõtrahat huiuſmodi colorẽ ex terra quadã,quæ cũ illo decoquitur. Quæ ars ideo prorſus intercidit,qa qui primo illã inuenerunt, poſteris tradere noluerunt.de Admirand. Audit.56.

AESCHYLVS. Philoſophus,& Aeſchylus poeta tragicus.

1 Aeſchylus Hippocratis diſcipulus cometam, dixit eſſe unũ ex erraticis ſyderibꝰ, & comã ex ſe nõ habere,ſed aliqñ accipere ratione loci,refracto nr̃o uiſu ad ſolẽ ab humore,quẽ trahit.1.Meteor.c.6.B.
2 Aeſchylus dixit,cometam nõ uideri niſi poſt lõgũ tp̃s,quia eſt cõiũctꝰ ſoli,& obſcuratur ab illius claritate,uideri tamẽ,cũ a ſole diſcedat.1.Meteor.cap.6.B.
3 Aeſchylus dixit, cometã non uideri inter tropicos,quia nõ eſt illic humoris copia, quem attrahat,,cum tota illa regio a ſole deuſta ſit,nec uideri in parte auſtrali,licet illuc deflectat,quia breuitas circuli ſuper orizõtẽ prohibet uideri.In ſeptẽtrione tñ uideri,qa illic magnus eſt circulus ſupra orizontem,& ingens humoris copia, quẽ attrahat.1.Meteor.cap.6.B.
4 Aeſchylus myſteria Cereris reuelauit,dixitq; ſe ignoraſſe illa eſſe celanda.3.Ethicorum.cap.1.G.

AESYMNETAE.Quære Regnũ.6.

AESOPVS. Fabulator Phrygius,cuius circumferuntur apologi.

1 Aeſopus dixit,cũ bis exſorpſiſſet Charybdis,primo reddidiſſe montes manifeſtos, ſecũdo inſulas,poſtremo cũ ſorpſerit,totũ mare prorſus exſiccandum.2.Meteororũ.cap.3.D.Quære Democritus.40.
2 Aeſopi apologus pro primate populi de uulpe,quæ caninas muſcas illam ſuggẽtes abigi noluit,ponitur.2.Rhet.c.20.C.D. Quære Apologus.Momus.

AESTAS.Anni pars quarta.

1 Aeſtate ſiccior eſt aer.1.Meteor.c.12.F.
2 Aeſtate minus grandinat q̃ uere aut autũno,magis tñ q̃ hyeme.1.Meteor.c.12.E.
3 Aeſtatis calores maxime infeſtant, non cum ſol acceſſit proxime ad nos,ſed cũ diutius calefecerit,& prope ſit.2.Meteororum.cap.5.D.
4 Aeſtate rari fiunt terræmotus, quia æſtas ſicca eſt,& aer minus mouetur exhalationibus.2.Meteororum. cap.8.G. Quære Terræmotus.8.& ultra.✳.

AESTIMATIO.Pro appreciatione.

Aeſtimatio quarundum rerũ qualis eſſe debeat,habes.9.Ethicorũ.ca.1.per totum. Quære Commutatio.Nummus.1.2.8.

AETAS.

1 Aetatis ſtatus eſt mediũ inter augmentum & diminutionem partis refrigeratiuæ.de Vi.& Mor.cap.1.E.
2 Aetas non eſt conſyderanda,cum aliquis peccat,nan ſi iuuenis iracundus eſt,non agit,quæ agit propter ætatẽ, ſed propter cupiditatem. 1.Rhetoricorum.cap.10.D.
3 Aetatis cuiuſq; mores q̃les ſunt, habes.2.Rhetoricorum.cap.12.13.14.per totum.
4 Aetatis æqualitas magnum momentum habet ad amicitiam.8.Ethic.c.12.B.
5 In Aetate perfecta conſiſtit felicitas.1.Magnor.Mor.cap.4.B.

6 propter Aetatem nemo indignatur maiori concedere, nec tamen putat illũ, cui cedit, potiorem, cum præſertim & ipſe quã do ad id ætatis peruenerit, eundem honorem ſit recepturus. 7. Politicor. cap. 14. A.

7 Aetatem hominũ metiunt̃ poetæ ſeptenario numero. 7. Politicorum. cap. 16. E.

8 Aetates duæ ſunt, in quas oportet diſciplinas diuidere, altera a ſeptimo anno uſq; ad pubertatem, altera a pubertate uſq; ad annũ uiceſimum primũ.. 7. Polit. c. 17. E.

9 Aetates qui ſeptenario diuidunt, ut plurimum nõ bene dicunt. 7. Polit. cap. 17. E. Quære Iuuenis. Puer. Senex. ✳.

AETERNVM.

1 Aeterna non ſunt in tempore, quia nec continentur, nec menſurantur tempore. Cuius ſignum eſt, q nil patiuntur a tempore. 4. Phyſicorum. T. Comment. 117.

2 Aeternorum quorũdam cauſa eſt. 8. Phyſicorum. T. Comment. 15.

3 Aeterno toto ducunt uitam ſufficientiſſimam entia illa, quæ extra cælum ſunt. 1. de Cæl. T. Comment. 100.

4 Aeternum diuine pronunciatum eſt ab antiquis. 1. de Cæl. T. Comment. 100.

5 Aeternũ dupliciter dicit̃. Primo pro ſpacio & termino uitæ cuiuſlibet. Alio modo pro ſpacio cõtinẽte oẽm duratiõnẽ totius cæli & uniuerſi. 1. de Cæl. T. Co. 100.

6 Aeterna ſunt, quæ neceſſario ſimpliciter ſunt. 6. Ethicorum. cap. 3. A.

7 Aeterna ingenerabilia & incorruptibilia ſunt. 6. Ethicorum cap. 3. A.

8 Aeternũ ſi nullũ eſt, generationẽ impoſſibile eſt eſſe. 3. Metaphy. T. Co. 12.

9 Aeterna priora ſunt corruptibilibus. 9. Metaphyſicorum, T. Comment. 17.

10 Aeternorum nullum eſt potentia. 9. Metaphyſicorum. T. Comment. 17.

11 Aeterna licet non ſint potentia ad ſubſtantiam, ſunt tamen in potentia ad ubi. 9. Metaphyſicorum. T. Co. 17.

12 in Aeternis non eſt malũ, nec peccatum, nec error, neq; corruptio. 9. Metaphyſicorum. T. Comment. 19.

13 Aeternũ aliquid manens & ſeparatũ eſſe debet, ſi ordo rerũ eſſe debet. 11. Metaphy. cap. 2. C. Quære Neceſſarium. Perpetuũ.

AETHER. Quære Cælum. 111. 125.

AETHIOPIA. Pars Aphricæ late patens & multiplex.

1 in Aethiopia frequentiores pluuiæ fiunt æſtate q̃ hyeme, & uehementiores, & ſæpe eodem die, quia cum Aethiopia calidiſſima ſit, celerrime congelantur nubes in aquam propter antiperiſtaſim. 1. Meteororum. cap. 12. F.

2 ex Aethiopicis montibus fluunt Aegon & Nyſes ſiue Onyſes int̃ celebres fluuios cõnumerati, & Chremetes, q in exterius mare effundit̃. 1. Meteororũ. c. 13. H.

3 Aethiopia calidiſſima eſt & inhabitabilis propter æſtum. de Nilo. C.

4 in Aethiopia diuiduntur magiſtratus ſecundum magnitudinem corporis. 4. Politicorum. cap. 4. A. ✳.

AETNA. Mons Siciliæ memoratiſſim9.

1 Aetnæ montis ignis cum late erupiſſet, & omnia popularetur, obuiam factus iuuenibus ſenes patres humeris portantibus diuiſus fuit, & locum dedit fugiẽtib9. de Admirand. Audit. 3.

2 Aetnæ eruptiones flãmarũ non ſunt continuæ, ſed multis annis interiectis euenire conſueuerũt. de Admirand. Audit. 37.

3 in Aetna Siciliæ monte ſpecus eſt, circa cuius aditum immenſa omnium florũ & & præcipue uiolarũ copia naſcitur, nec uno anni tpe, ſed ppetuo, ita ut ſit perpetuũ uer. Locũ ſi canes accedãt, deſiſtũt ab inſequenda præda, & ita odore florũ capiunt̃, ut nõ poſſint inde auelli niſi ui, aut ſaturati odoribus. de Admirã. Audit. 72.

AETOLIA. Europæ regio. Quære Talpa. 2.

AFFABILIS. AFFABILITAS.

1 Affabilitati opponitur adulatio per exceſſum, cõtẽtio p defectũ. 2. Ethic. c. 7. D.

2 Affabilitas mediocritas eſt in conuictu & uſu communi rerum & uerborum. 4. Ethicorum. cap. 6. A.

3 Affabilitas perſimilis eſt amicitiæ, nam talis eſt affabilis, qualẽ amicum dicere ſolem9. Differt tamẽ ab amicitia, qa affabilis eodẽ mõ ſe habet ad oẽs, & ſine dilectione, amicus uero cũ dilectione, & nõ ad omnes, ſed ad amicũ. 4. Ethic. c. 6. A.

4 Affabilitas uidetur uerſari circa uoluptates uel dolores, qui fiunt in congreſſionibus. 4. Ethicorum. cap. 6. B.

5 Affabilis aliter ſe debet habere cum potentatibus, aliter cum priuatis, aliter cum magis, aliter cum min9 notis, ſingulis tribuens, quod decet. 4. Ethic. cap. 6. B.

AFFECTIO. Pro diſpoſitione ſeu qualitate.

Affectiones & diſpoſitiones tãto ſunt meliores, quanto ſunt ſubiecti excellentioris. 7. Politicorum. ca. 1. C. Quære Accidens. Diſpoſitio. Qualitas. Subiectum.

AFFECTVS. Pro paſſione uoluntatis.



1 Affect9 ut indignatio, miſericordia, ira, & reliqui, quos oratores mouẽt, nõ habẽt locũ, ubi legib9 præcipit̃, ne moueant̃. Ideo ad enthymemata, & ad alia cõfugiẽdum eſt, & nõ putare in his affectib9 mouẽdis abſolutũ oratorẽ eſſe. 1. Rhetor. c. 1. B.

2 Affectus quos oratores mouẽt, non pmittebantur mouere apud Areopagitas. 1. Rhetoricorum. cap. 1. C.

3 Affectus ſeu paſſiones ſunt, quibus homines commoti differenter iudicant. 2. Rhetoricorum. cap. 1. C.

4 Affectum omnem conſequitur uoluptas, aut dolor. 2. Rhetor. cap. 1. C.

5 Affectus ſunt ira, & cupiditas, & cætera talia. 2. Rhetor. cap. 12. A. ✳.

AFFIRMATIO. AFFIRMARE. AFFIRMATVM.

1 Affirmatio omnis uel uera uel falſa eſt. Prædicament. cap. 4. A.

2 Affirmatio uel negatio prædicamentorũ cõplexione fit. Prædicamẽt. c. 4. A.

3 Affirmatio oratio affirmatiua eſt. Prædicament. cap. 10. E.

4 Affirmatum nõ eſt idem qđ affirmatio, quia affirmatio oratio eſt, affirmatũ uero nõ eſt oratio. Prædicament. c. 10. E.

5 Affirmatio ſeu habitus prior eſt negatione ſeu priuatione. 1. Periherme. cap. 4. B. &. 2. de Cæl. T. Comment. 18.

6 Affirmatio eſt enunciatio alicuius de aliquo. 1. Periherme. cap. 4. C.

7 Affirmare contingit, quod non eſt, eſſe, & quod eſt, non eſſe. 1. Periherme. c. 4. C.

8 Affirmare cõtingit, quod quis negauerit, & ecõtrario negare, quod quis affirmauerit. 1. Periherme. cap. 4. C.

9 Affirmationi oĩ oppoſita eſt negatio. 1. Periherme. cap. 4. C.

10 Affirmationis unius una eſt negatio, quia idem oportet negationẽ negare, qđ affirmatio affirmat. 1. Periherme. c. 6. B.

11 Affirmatio una eſt, quæ unum de uno ſignificat, ſiue uniuerſaliter, ſiue nõ uniuerſaliter. 1. Periherme. cap. 7. A.

12 Affirmatio non eſt una, ſed plures, ſi unũ nomẽ duobus aut pluribus impoſitũ eſt, ut ſi hoc nomen tunica hominẽ & equũ ſignificet. 1. Periherme. cap. 7. A.

13 propter Affirmare noſtrũ uel negare nil mutatur in re. 1. Periher. cap. 8. C.

14 Affirmatio nulla poteſt eſſe ſine uerbo. 2. Periherme. cap. 1. A.

15 Affirmatio ſi eſt cauſa ipſius eſſe, negatio erit cauſa ipſius non eſſe, & econtrario. 1. Poſteriorum. T. Comment. 30.

16 Affirmatio eſt cauſa affirmationis, ſicut negatio negationis. 4. Topic. cap. 4. D.

17 Affirmatio ſic ſe habet in intellectu, ſicut in appetitu proſecutio. 6. Ethic. c. 2. A.

18 Affirmare aut negare de quolibet neceſſe eſt, de nullo uero ambo ſimul. 4. Metaphyſicorum. T. Comment. 27. Quære Principium. 129. uſq; ad. 136.

AFFIRMATIVA PROPOSITIO.

Affirmatiuæ enũciationes ſequuntur ad negatiuã, & econtrario in propoſitionib9 contradictoriis, prædicato uariato penes finitum & infinitũ. Et idem euenit in cõtrariis, & ſubcontrariis etiã ſingularibus. 2. Periherme. c. 1. D. Quære Propoſitio.

AFRICA. Quære Aphrica. ✳.

AFRICVS. Ventus. Quære Aphricus.

AGATHO. Poeta tragicus.

1 Agatho dixit. Quæ uos fortuna facitis, hæc nobis arte neceſſitateq; ſunt. 2. Rhetoricorum. cap. 19. C.

2 Agatho dixit, hoc ſolo priuari deũ, ut ſcilicet illa, quæ facta ſunt, infecta facere nõ poſſit. 6. Ethic. cap. 2. B.

3 Agatho dixit. Ars fortunam, fortuna diligit artem. 6. Ethic. cap. 4. A.

AGERE. AGENS.

1 Agere recipit magis & minus. Prædicament. cap. 9. A.

2 Agere recipit contrarietatem, ut calefacere frigefacere. Prædicament. c. 9. A.

3 Agentium duorum illud melius eſt, cuius finis eſt melior. 3. Top. c. 1. F.

4 quæ Agũt, & patiũtur mutuo, neceſſe eſt habere unam materiam ſubiectam. 1. de Gener. T. Co. 43.

5 Agere ut opponit̃ pati, in min9 ſe habet q̃ mouere. 1. de Gener. T. Co. 45.

6 Agens & paſſum ſimilia debent eſſe in genere, & diſſimilia ſpecie, & contraria. 1. de Gener. T. Co. 50. 51.

7 Agens aſſimilat ſibi paſſum. 1. de Gener. T. Co. 51.

8 Agens dupliciter dicitur, ſicut & mouens. Prĩo, in quo eſt principiũ actionis, & illud quod eſt pximum agens, poſt quod non eſt aliud agens, ut medicina, qua medicus ſanat. 1. de Gener. T. Co. 53.

9 Agens primũ in tali genere & ordine impaſſibile eſt. 1. de Gener. T. Co. 53. 54.

10 Agens ultimum ſemper eſt patiens. 1. de Gener. T. Co. 53.

11 Agentia non habentia eãdem materiam impaſſibilia ſunt, ut medicina faciens ſanitatem nil patitur a ſanato. 1. de Gener. T. Comment. 53.

12 Agentia non habentia formã in materia, impaſſibilia ſunt.1.de Gener.T.Co.54.

13 Agens differt a fine, quia agens realiter agit, finis uero metaphorice. 1.de Gener. T.Comment.55.

14 Agens principale & ultimum ingredi in paſſum per poros patientis, & ſic agere, dixerunt quidam. 1.de Gener.T.Co.56.

15 Agens & patiens debent eſſe diuiſa, & nõ continua, quia cõtinuũ unum impaſſibile eſt.1.de Gener.T.Comment.78.

16 Agens & patiens in debita propinquitate debẽt eſſe. 1.de Gener.T.Comment.78.

17 Agens primo agit in propinquum, dein de in diſtans.1.de Gener.T.Co.78.

18 Agens circa materiã eſt illud, unde eſt prin cipiũ motus.4.Meteor.T.Comment.30.

19 Agens circa materiã duobus agit, ſcilicet calido & frigido.4.Meteor.T.Co.30.

20 Agere quodlibet in quodlibet indifferenter nõ poteſt, ſed determinatũ in determinatum, & inter quæ aliqua ſit communitas.1.de Anima.T.Comment.52.

21 Agens omne præſtantius eſt patiẽte.3. de Anima.T.Comment.19.

22 Agunt quæcunq; hoĩes, ſeptẽ cauſis agũt, ſcilicet fortuna, ui, natura, cõſuetudine, ratione, ira, cupiditate. 1.Rhetor.cap.10.D.

23 Agit unuſquiſq; talia, q̃lis ipſe eſt.4.Ethicorum.cap.7.B.

24 quæ Aguntur ſingularia ſunt. 7.Ethicorum.cap.3.B.

25 Agens ſecundum rationem practicam poteſt agere contra particularem propoſitionem, conſyderans tantum uniuerſalem.7.Ethicorum.cap.3.C.

26 Agẽdo atq; uiuẽdo ſumus.9.Ethic.c.7.B.

27 Agere & facere ſpecie differunt.1.Politicorum.cap.3.C.

28 Agere bene, qui bona non agat, impoſſibile eſt.7.Politicorum.c.1.D.

29 Agendi & patiendi potentia quodammõ eſt una, quodammõ non eſt una.9.Metaphyſic.T.Co.2.Quære Agibile.

AGER.

1 Agrorum diuiſio inter ciues quomodo facienda ſit, oſtendit. 7.Polit.c.10.C.D.

2 Agro ſtercus optimũ eſt dñi ueſtigia, ut Lybicus dixit.1.Oeconom.c.6.A.

AGESILAVS.Spartanorum rex.Quære Cinadon.

AGIBILE.

1 Agibilia omnia ſingularia ſunt. 6.Ethicorum.cap.8.A.B.

2 circa Agibilia duo tantum ſunt modi propoſitionum ſcilicet uniuerſalis & particularis.7.Ethicorum.cap.3.C.

3 Agibilium principium ſic ſe habet in agibilib⁹, ſicut ſuppoſitiones, id eſt, principia in mathematicis. Quod principium uirtus conſeruat, uitium autem corrumpit. 7.Ethicorum.cap.8.B.

4 Agibilium principiũ cauſa rectæ exiſtimationis eſt uirtus uel acquiſita uel naturalis.7.Ethicorum.cap.8.B.

5 in Agibilibus magis expetuntur opera, q̃ uerba.10.Ethicorum. cap.8.E. Quære Theognis.2.

6 in Agibilibus non eſt finis cognitio, ſed operatio.10.Ethic.cap.9.A.

7 Agibilium quædam ſunt neceſſaria, quædam utilia, quædam honeſta.7. Politicorum.cap.14.D.

8 Agibile & eligibile idem ſunt. 6.Metaphyſicorum.T.Comment.1.✳.

AGRICOLA.

1 Agricolarũ futurorũ animis miſceri ferrũ quoddã ſtatim a genitura, dixit Plato.2. Politicorum.cap.3.H.

2 ex Agricolis qui cõſtat, optimus populus eſt.6.Politicorum.cap.4.A.

3 Agricolæ, quia corporib⁹ exercitati ſunt, utiliſſimi ſunt ad bellicas expeditiones, ac potentes ſub dio cõſiſtere.6.Polit.c.4.D. &.1.Oeconom.cap.2.A.

4 Agricolæ ſunt una e quattuor partibus, quibus conſtat popularis multitudo. 6. Politicorum.cap.7.A.

5 ſine Agricolis non poteſt conſtare ciuitas.7.Politicorum.c.8.B.

6 Agricolæ non ſunt ciues reipublicæ optimæ, quia ad uirtutẽ comparandam opus eſt ocio & quiete.7.Politic.c.9.A.

7 Agricolas in optima ciuitate neceſſe eſt, eſſe aut barbaros, aut ſeruos, aut miniſtros.7.Politicorum.c.9.C.

8 Agricolæ diſtincti ſunt a pugnatorib⁹ tã in optima republica, quã inſtituit Ariſtoteles, q̃ in republica Cretenſium & Aegyptiorum.7.Polit.cap.10.A.

9 Agricolæ, qui nõ ſunt pars ciuitatis optimæ, ſerui eſſe debẽt, & nõ unius generis, nec animo elati, quia ſic & idonei erũt ad agriculturam, & nil noui ab eis timẽdum erit. Poſt hos idonei ſunt barbari miniſtri. 7.Politicorũ. cap.10.D.Quære Agricultura. Minos.2.Planta.49.

AGRICVLTVRA.

1 de Agricultura ſcripſerunt Chares & Apollodorus Lemnius.1.Politic.cap.7.E.

2 Agricultura eſt prima pars poſſeſſionis ſecũdũ naturã, & iuſta eſt.1.Oecono.c.2.A.

3 Agricultura plurimum p̃deſt ad fortitudinem, non enim eneruat corpora, ſed talia facit, ut ſub dio conſiſtere & tolerare laborem ualeant, & aduerſus hoſtes pericula capeſſere, quia ſoli agricolæ habent poſſeſſiones ſuas extra munitiões.1.Oeconom.cap.2.A.Quære Agricola.

AIAX. Thelamonius heros unus e græcis ad Troiam.

Aiax ſeipſum interfecit. 2.Poſteriorum. T.Comment.22.✳.

ALA.Volucrum.

Ala multorum aliorum eſt, quæ nõ ſunt aues. Prædicament.cap.7.C.Quære Ad aliquid.6.✳.

AIBEDO.

Albedo ſic ſe habet ad corpora, ſicut lumẽ ad diaphanum.de Sen.&.Sen. c.3.E. Quære Albus color.

ALBION. Inſula, quæ & Britannia ſeu Anglia dicitur.

Albion inſula ampliſſima eſt in oceano ſeptẽtrionali.de Mũdo ad Alexã.c.1.F.

ALBVGO.Oculi album.

Albugo oculi craſſa & pinguis eſt, ne geletur illud aqueum, quod ipſa circumſtat. de Sen.& Sen.cap.2.G.✳.

ALBVS COLOR.ALBVM.

1 Albius eſt, quod eſt nigro impermixtius. 3.Topicorum.cap.4.C.

2 Album eſt diſgregatiuum uiſus. 3.Topicorum.cap.4.C. &.10.Metaphyſicorum. T.Comment.23.

3 Albus color mixtus nigro multas colorũ differentias efficit. 1.Meteor.cap.5.B.

4 Albũ dixit Democritus, eſſe læue uel terſum ſeu politũ.de Sen.& Sen.cap.4.M.

5 Albus color eſt primus inter colores, quia ex ipſo & nigro omnes alii uidentur fieri, & niger color eſt priuatio albi.10.Metaphyſicorum.T.Comment.7.

6 Album magis & minus dicitur.10.Metaphyſicorum.T.Comment.11.Quære Color.1.32.36.Nigrum.3.5.

ALCAEVS.Poeta lyricus.

1 Alcæo dicẽti, ſe uelle aliquid dicere Sappho, ſed impediri pudore, reſpondit Sappho. Si laudabile eſſet, quod dicere uolebat, nõ illum erubeſcere debere, ſed ideo erubeſcere, quia turpe erat. 1.Rhetoricorum.cap.9.E.

2 Alcæus poeta dux fuit exulum Mityleneorum, contra Mityleneos ipſos. 3.Politicorum.cap.10.D.

ALCESTIS.

Alceſtis Admeti Pheræorum regis uxor, quia pro marito ſpõte ſua mortem obiit, clara fama celebratur. Nam cũ Apollo, ut fabulæ ferunt, a Parcis impetraſſet, ut Admetus non moreretur, ſi quis ſpontaneam mortem pro illo oppeteret, ſola uxor Alceſtis inuenta eſt, reliquis renuẽtibus, quæ pro marito uitã cõmutaret.2. Oeconom.c.1.C.Quære Penelope.

ALCIBIADES.Athenienſium dux.

1 Alcibiades contra patriam dimicauit.2. Poſteriorum.T.Comment.22.

2 Alcibiades ingenioſus fuit, eius uero fili⁹ furioſus.2.Rhetor.cap.15.A.✳.

ALCIDAMAS.Rhetor Eleates.

1 Alcidamas in Meſeniaco dixit. Per æthera latum & terras iacentes conſtitutũ eſſe ius naturale.1.Rhetoricorum. cap.13.D.

2 Alcidamas legum uallum & foſſam philoſophiã appellauit.3.Rhetor.c.3.D.

3 Alcidamas frequentibus admodum epithetis uſus eſt, quod frigidum eſt.3.Rhetoricorum.cap.3.C.

ALCIMEDES.Sybarita quidam.

Alcimedis Sybaritæ ueſtis, quam induebat, potiſſimum dum ſacra Dianæ Laciniæ celebrarentur, quindecim cubitos habebat amplitudinis. Ipſa purpurea erat, beſtiolis undiq; intextis, Suſæ ciuitas deſup, ſubtus Perſæ intexti erant, in medio Iupiter, Iuno, Diana, Pallas, Apollo, & Ven⁹, imminebãt. Ad finem uero Antiſthenes utrinq; erat, & ipſa Sybaris ciuitas. Quã ueſtẽ Carthaginenſes centũ & uiginti talentis emerunt.de Admirand.Audit.84.

ALCMAEON. Amphiarai & Eriphilæ filius, qui matrẽ in patris ultionẽ occidit.

Alcmæonem ut matrem Eriphilem occideret, ridicula quædam impulerũt, ut eſt apud Euripidem.3.Ethic.cap.1.C.

ALCMAEON.Philoſoph⁹ Crotoniata.

1 Alcmæon animam dixit immortalẽ, quia ineſt illi, quod eſt immortaliũ, ſcilicet ſemper moueri, nã diuina, & immortalia ſemper mouentur, ut ſol, & aſtra, & cælum. 1.de Anima.T.Comment.32.

2 Alcmæon Crotoniates omnia diſtinguit in duas contrarietates, ut in album & nigrum, dulce & amarum, bonum & malũ, magnũ & paruum &c. Et uidetur Pythagoram ſequi, aut Pythagoras illum, nam eodẽ tpe floruerũt.1.Metaphy.c.5.D.

3 Alcmæõ & Pythagoras primi principia contraria eſſe, dixerunt.1.Metaphy.c.5.E.

4 Alcmæon Pythagoræ iam ſenioris ætate fuit.1.Metaphyſic.c.5.E.✳.

ALEATOR.

Aleatores auari & illiberales ſunt,qa turpilucro ſeruiunt.4.Ethic.c.1.L.
ALEVADENSES.Nobiliſſimi quidam erant in Lariſſa Theſſaliæ ducentes originem ab Aleuo rege.
Aleuadenſes.5.Polit.cap.6.E.
ALEXANDER.Qui & Paris.
Alexandrum deæ aliis uiris prætulerunt. 1.Rhetor. cap.6.G.Quære Helena.2.
ALEXANDER.Magnus Philippi Macedonis filius.
1 Alexander magnus ueſtium decore atq; magnificentia præſtare cæteris hominib9 ſtudebat. in Præfatione Rhetoricorum. ad Alexand.A.
2 ad Alexandrũ ſcripſit diligentiſſime rhetoricorum librum Ariſtoteles.in Præfat. Rhetoricor.ad Alexand.A.
ALIENVM.Quære Cura.
ALIMENTVM.
Alimenta neceſſaria ſunt ciuitati. 7.Politic.c.8.B.Quære Nutrimentum.✳.
ALNVS.Arboris ſpecies uulgo nota.
Alni in Creta fructus ferunt, cum huiuſmodi arbores nullibi fructum pariant. de Admirand.Audit.61.
ALOIDAE.Duo Neptuni filii ex Iphimẽdia,q freti mole & robore corporis cælũ ſubuertere uoluerũt,ut poetæ fabulanẽ Aloidæ demẽtes cogitarũt cælum ipſum affectare.de Mũdo ad Alexand.c.1.A.
ALOPE. Carcini Poetæ tragœdia ab Alope Cercyonis filia dicta.
Alope Carcini .7.Ethicorum. cap.7.C. Quære Cercyon.
ALTERATIO.ALTERARE.ALTERABILE.ALTERATVM.
1 Alteratio ſpecies motus eſt.Prædicamẽt. cap.13.A.
2 Alteratio non eſt generatio, neq; corruptio,nec augmentatio,nec diminutio,nec loci mutatio,qa contingit,nos alterari ſecundum omnes fere paſſiones, nullam aliam mutationem participantes. Quin etiam ſi alteratio non differt ab aliis,oporteret,quod alteratur, continuo gigni, corrumpi,augeri,diminui,loco mutari,& quod generatur,corrumpi,alterari,augeri,diminui,& ſic de aliis. Alteratio ergo differt ab aliis ſpeciebus motus. Prædicament.cap.13.A.
3 Alterationis contrariũ licet non ſit facile aſſignare,tamen alterationi ſecundũ unã qualitatem contraria eſt alteratio ſecundũ contrariam qualitatem, ut albefactio nigrefactioni.Prædicament,c.13.B.
4 Alterari aliquid,quando fiebat, dixerunt quidã.1.Phyſicorum.T.Comment.33.
5 Alteratio eſt actus alterabilis, ſecundum quod alterabile eſt. 3. Phyſicorum.T. Comment.6.&.23.
6 Alteratio ſine loci acquiſitione fieri poteſt.4. Phyſicorum.T.Commẽt.62.
7 in Alterationibus ad maiorem gradũ aut minorẽ non fit talis alteratio per additionem aut ſubtractionem,ſed per trãſmutationem ad magis perfectum uel minus perfectum, quia hæc erant ibidem in potentia.4.Phyſicorum. T.Co.84.
8 Alteratio non eſt uniformis ſeu regularis. 4.Phyſicorum.T.Comment.133.
9 Alteratio in prædicamento qualitatis inuenitur. 5.Phyſicorum.T.Comment.17. &.1.de Cæl.T.Comment.21.&. 1.de Generatione.T.Comment.25.
10 Alteratio in ſpecie ſpecialiſſima contraria eſt alteri alterationi eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſimæ, ut quando accipitur ſecundum magis & minus,ſicut una albedo ut decẽ contraria eſt alteri albedini ut ſex.5.Phyſicorum.T.Comment.19.
11 Alteratio non poteſt differre genere ab alia alteratione, poteſt tamen differre ſpecie.5.Phyſicorum.T.Comment.31.
12 Alteratio non poteſt in idem ſubiectum una & eadẽ numero redire,quia impoſſibile eſt,idem numero corruptum redire. 5.Phyſicorum.T.Comment.36.
13 Alteratio quædam eſt naturalis, quædã uiolenta.5.Phyſicorum.T.Co.56.
14 Alterans ſimul eſt cum alterato. 7.Phyſicorum.T.Comment.11.12.
15 Alteratus ſenſus,& alterans ſenſum ſimul ſunt.7.Phyſic.T.Comment.12.13.
16 Alterari nõ poteſt,niſi illud,quod pati poteſt a ſenſibilibus.7.Phyſic.T.Co.14.
17 Alteratio per ſe nõ eſt in prima aut quarta ſpecie qualitatis.7.Phyſicorũ. T.Comment.15.16.17.
18 Alteratio in ſenſibilibus tãtum eſt.7.Phyſicorum.T.Comment.15.
19 Alteratio non eſt in habitibus animæ.7. Phyſicorum.T.Comment.18.
20 Alteratio non eſt in parte animæ intellectiua.7.Phyſic.T.Comment.20.
21 Alterationes comparantur inter ſe.7.Phyſicorum.T.Comment.32.
22 in Alteratione duæ identitates attendi debent,ut ſint æque ueloces. 7.Phyſicorũ. T.Comment.32.
23 Alterationes ſunt æquales,ſi paſſio,id eſt paſſibilis qualitas,ſit eadẽ ſpecie,ſubiectũ etiam debet attendi. 7. Phyſicorum.T. Comment.32.33.
24 in Alteratione tria ſunt, ſcilicet alterans, alteratum,& tẽpus,in quo fit.Et hæc tria habent quandam quantitatem. 7.Phyſicorum.T.Comment.37.38.39.
25 Alteratur nil,niſi quod natum eſt alterari.8.Phyſicorum.T.Co.4.
26 Alteratio non ſemper fit ſucceſſiue, ſed aliquando multæ partes ſimul alterãtur. 8.Phyſicorum.T.Cõment.23.& de Sen. & Sen.cap.6.L.
27 Alterationem ponere ſemper continuã, eſt dubitare de manifeſtis.8.Phyſicorum. T.Comment.23.
28 Alterationem, neceſſe eſt, eſſe mutationẽ in contraria.8.Phyſic.T.Co.23.&.55.
29 Alteratio præcedit augmentum,quia impoſſibile eſt augmẽtũ fieri,alteratione nõ præcedente.8.Phyſic.T.Co.55.
30 Alteratio in hoc etiam differt a motu locali naturali,q alterabilia mouentur fere ſemper ab extrinſeco, quæ uero mouentur motu lationis naturalis, ut graue & leue,habent in ſe principium motus.4. de Cæl.T.Comment.24.
31 Alterabilia alterantur,præſente alterante, a remouente impedimentum.4.de Cæl. T.Comment.24.25.
32 Alterabilium perfectio & endelechia eſt qualitas,quam acquirunt alterabilia.4.de Cæl.T.Comment.25.
33 Alterationem eſſe idem cum generatione,dixerunt inter antiquos quidam.1.de Generatione.T.Comment.1.
34 Alterationem & generationem idem eſſe, neceſſe eſt, illos dicere, qui omia unum eſſe dicunt.1.de Gener.T.Co.1.
35 Alterationem aliud eſſe a generatione dixerunt antiquorum quidam.1.de Generatione.T.Co.1.
36 Alterationem non eſſe idem cum generatione, dicere debent,qui plura principia ponunt, ut Anaxagoras, Leucippus, Empedocles,Democrit9.1.de Generatione.T.Comment.1.
37 Alteratio fit,manente eadem ſubſtãtia. 1.de Generatione.T.Co.1.
38 inter Alterationem & generationem nullam differentiam aſſignare poſſunt, qui negant generationem ex ſe mutuo elementorum fieri. 1. de Generatione. T. Comment.1.
39 Alterari eſſe id,quod generari & corrũpi, dixit Anaxagoras, propriã uoce ignorans,1.de Generatione,T.Comment.1.
40 de Alteratione nullam prorſus mentionẽ fecit Plato,quis de generatione aliqua dixerit.1.de Gener.T.Comment.5.
41 Alterationem fieri per uariationẽ ordinis & ſitus corporum indiuiſibilium infinitarum figurarũ,dicebãt Democritus & Leucippus.1 de Generatione.T.Co.5.7.
42 Alteratio diuerſa uidetur a generatione omnibus fere philoſophis. 1.de Generatione.T.Comment.6.
43 Alteratio eſt, quando manente ſubiecto ſenſibili,tranſmutatur in eius paſſionibus aut contrariis aut mediis. 1.de Generatione.T.Comment.23.
44 Alteratio eſt, quando eſt tranſmutatio ſecundum paſſiones. 1.de Generatione. T.Comment.24.
45 quod Alteratur, non neceſſario locum mutat.1.de Generatione.T.Co.25.
46 quod Alteratur, manet idem. 1.de Generatione.T.Co.33.
47 in Alterato non manet eadem qualitas. 1.de Gener.T.Comment.33.
48 Alterari aliquid dicitur,quando manente eadem ſubſtantia & quidditate, aduenit aliqua qualitas,quæ prius non erat.1.de Generatione.T.Comment.34.
49 Alterans quandoq; nil patitur, quandoq; patitur.1.de Gener.T.Co.34.
50 Alterans eſt principiũ motus in eo, quod alteratur.1.de Gener.T.Comment.34.
51 Alteratio non fieret, ſi agens & patiens non eſſent.1.de Gener.T.Co.43.
52 Alterationem tollunt,qui dicunt per poros fieri actionẽ,quaſi poris diuidentibus corpora.Nam ſæpe uidem9,corpora manentia continua alterari,ut nunc ſint calida, nunc frigida. 1.de Generatione.T. Comment.79.80.
53 Alteratio differt a mixtione,quia paſſio non miſcetur ſuo ſubiecto.1.de Generatione.T.Comment.83.
54 Alterationis uiuẽtis & naturalis cauſa eſt anima.2.de Anima.T.Co.37.
55 Alteratio duplex eſt, altera,quæ eſt mutatio in priuatiuas diſpoſitiones,& hæc eſt imperfectio,altera,quæ eſt mutatio in habitum & naturam,& hæc eſt proprie perfectio.2.de Anima.T.Comment.58.
56 Alterationem non poteſt ponere Empedocles.1.Metaphyſic.T.Co.15.✳.
ALTERNATIO.Quære Viciſſitudo.
ALTITVDO. Vna e ſex dimẽſionib9.
Altitudo eſt magnitudo diuiſibilis ſecundum tria. 5.Metaphyſic.T.Co.18.Quære Dimenſio.Magnitudo.Quantitas.

ALVMEN.

Aluminis plena reddit terra uirtute ignis intra eam contenti.2.Meteor.c.3.Z.

AMABILE.

1 Amabile omne aut eſt bonum, aut iucundum,aut utile.8.Ethic.cap.2.A.

2 Amabilibus numero æquales ſunt amicitiæ.8.Ethic.ca.3.A.

3 Amabile illud tantum eſt,quod eſt ſimpliciter bonū. 2.Magnor.Mor.cap.11.C.

Quære Amans.Amare.Amator.

AMADOCVS.

cōtra Amadocum regem inſurrexit Seuthes dux exercitus Amadoci. 5.Politicorum.cap.10.H.

AMANS.AMARE.AMATIO.AMATOR.

1 Amamus magis,cum habem9 illud,quod non eſt facile adipiſci.3.Topic.c.2.D.

2 Amantes facile decipi ſolent circa ſenſibilia,nam leui motu facto, adeſſe putant, quod amant.de Sen.& Sen.cap.2.L.

3 in Amantibus oſtenditur,corpora pati a paſſionibus animæ.de Phyſiognom.A.

4 Amantes cū ſcribunt,aut aliquid faciūt, quod ad abſentem pertineat, gaudent. 1.Rhetoricorum.cap.11.C.

5 Amantium mœror,& luctus,& fletus aliquid uoluptatis habet, quia illius, quem amant,recordātur.1.Rhetor.c.11.E.

6 Amare & amari iucundum eſt.1.Rhetor. cap.11.G.

7 Amantes iracūdi eſſe ſolēt,ac facile incēduntur.2.Rhetor.c.2.D.

8 Amare eſt alicui uelle illa,quæ putamus bona gratia illius, & non ſuiipſius, eorumq; eſſe actiuum, inquantum poteſt. 2.Rhetor.c.4.A.

9 Amat nullus illum,quem metuit. 2.Rhetoricorum.cap.4.E.

10 Amari qui ſint digni,& quibus de cauſis, habes.2.Rhetor.c.4.per totum.

11 Amator non eſt, qui non ſemper amet. 2.Rhetoricorum.c.21.B.

12 Amare potius debemus tanq̄ non oſuri, & odiſſe tanq̄ amaturi,cōtra Biantis ſententiam.2.Rhetor.c.13.A.&.21.F.

13 Amat unuſquiſq; ſua opera. 4.Ethicor. c.1.D.Quære Poeta.19.

14 Amant minus ſuas facultates,qui ab aliis eas acceperunt,& non ſibi illas acquiſierunt.4.Ethicorum.c.1.D.

15 Amantes amicum id amant, quod ſibi ipſis bonum eſt.8.Ethicorum.c.5.C.

16 Amatio ſimilis eſt effectui, ſicut amicitia habitui. 8.Ethicorum.cap.5.B.



17 Amatio non minus eſt ad inanimata q̄ ad animata,amicitia tamen non eſt ad inanimata.8.Ethicorū.c.5.B.

18 Amatur non quodlibet,ſed quod eſt amabile.8.Ethicorum.cap.2.A.

19 Amat unuſquiſq;, uel quod ſimplicit eſt bonum, uel quod ſibi eſt bonū,uel quod apparet bonum.8.Ethic.cap.2.A.

20 Amari propinquum eſt huic, quod eſt honorari.8.Ethicorum.c.8.A.

21 Amari præſtabilius eſt q̄ honorari.8.Ethicorum.cap.8.A.

22 Amationem ſequuntur extenſio & appetitio.9.Ethic.cap.5.A.

23 Amatio eſt cū cōſuetudine, ſicut beneuolentia repente.9.Ethicorum.c.5.A.

24 Amare ſimile eſt actioni, & amari paſſioni.9.Ethicorum.c.7.C.

25 Amantes maxime ſeipſos increpantur. 9.Ethicorum.cap.8.A.

26 Amare ſeipm̄ maxime an aliquis debeat, dubitatur,& in utrāq; partem obiicitur,& tandem quæſtio determinatur.9.Ethicorum.cap.8.per totum.

27 Amare ſeipſum, id eſt,plus ſibi tribuere in honoribus uoluptatibus & diuitiis,uituperabile eſt.Qui uero honeſta & temperata & iuſta ſibi uēdicat,& reliq̄,quæ a uirtute proficiſcuntur, non eſt uituperabilis,& talis amor ſui laudandus eſt.9. Ethicorum.c.8.B.C.&.2.Polit.c.3.D.

28 Amare quæ faciunt homines duo ſunt, ſcilicet proprium & affectio. 2.Politicorum.cap.2.F.

29 Amamus per animæ potentiam.7.Politicorum.cap.7.B.

30 qui Amant inter ſe nimium, ſi nimium ſe oderunt,ſi cauſa ſubſit. 7.Polit.c.7.C.

Quære Amor.Amicus.Amicitia.

AMARVM. Dulci oppoſitum. AMARVS SAPOR.

1 Amarum priuatio eſt dulcis,ſicut nigrū albi.de Sen.& Sen.cap.4.I.

2 Amarus ſapor idem eſt fere q; ſalſus. de Sen.& Sen.cap.1.Quære Sapor.✳.

AMARVS.Vt dicit uitium in moribus.

1 Amari multo tempore retinent irā, & cū difficultate placātur,ſed ubi reddiderint, ceſſant.4.Ethic.cap.5.C.

2 Amari & ſibiipſis & amiciſſimis moleſti ſunt.4.Ethic.c.5.C.

AMASIS. Rex fuit Aegypti.

1 Amaſis cum filius eius duceretur,lachrymas nō effudit.At uero cum amicū mēdicantē uidiſſet,effudit lachrymas.2.Rhetoricorum.cap.8.D.



2 Amaſis rex exemplo peluis oñdit,quantū differentiæ eē debet inter ſubditos,& eos qui p̄ſunt,licet ex ſubditis aſſumpti ſint, ut præſint.1.Polit.c.8.A.

AMBITIO.AMBITIOSVS.

1 Ambitioſi honorē expetunt,& donari cupiunt.1.Rhet.c.5.F.

2 Ambitioſus inuidus eſt.2.Rhetoricorum cap.10.A.

3 Ambitioſiores ſunt,qui nobiliores ſunt.2 Rhetor.c.15.A.

4 Ambitio opponitur modeſtiæ per exceſſum.2.Ethic.c.7. B.&.4. Ethicorum. capit.4. B.

5 Ambitioſus eſt,qui in honorum appetitione exuperat.2.Ethic.c.7. B.

6 Ambitioſi amari magis q̄ amare uelle uidentur.8.Ethic.c.8.A.

AMBRACIA.Ciuitas Epiri.AMBRACIOTAE.Ambraciæ ciues.

1 apud Ambraciam populus gubernationem reipublicæ in ſe tranſtulit, quia Periandrum tyrannum expulit.5. Politicorū. cap.4.D.

2 apud Ambraciotas reſpublica immutata eſt propter paruitatē,quæ eſt una ex cauſis ſeditionis & mutationis in republica.5 Polit.c.3. D.

AMBROSIA.Deorum cibus,ut poetæ fabulantur.

Ambroſiam quæ non guſtauerunt, facta ſunt mortalia.3.Metaph.T.Co.15.

AMBVLATIO.

Ambulatio non uidetur eſſe latio,quia latio eſt eorum,quæ inuoluntarie mouentur,ut inanimata .4. Topicorum . capit. 2.F.✳.

AMENVM.Quære Amœnum.

AMICITIA.

1 Amicitia expetenda eſt propter ſeipſam, & ſi nil aliud nobis eſſe debeat q̄ ipſa. 3. Topic.c.1.F.

2 Amicitiæ eſt congregare.8. Phyſicorum. T.Comment.14.

3 Amicitiæ ſpecies ſunt ſodalicium,familiaritas,propinquitas, & quæcunq; huiuſmodi.2.Rhet.c.4.E.

4 Amicitia quibus conſtet,& efficiatur, & quæ ſint eius ſpecies, oſtenditur.2.Rhet. c.4.per totum.

5 Amicitiam efficiūt gratia, & ſi feceris nō rogatus,nec ſignificaueris,cum feceris.2. Rhet.c.4.E.

6 Amicitia eſt mediocritas circa iucundū, quod non eſt in ioco,ſed quod eſt in uita,& ei opponitur indulgentia per exceſſum,& inimicitia per defectum.2.Ethic. cap.7.E.



7 Amicitia quædam uirtus eſt, aut eſt cum uirtute.8.Ethic.c.1.A.

8 Amicitia res ſumme neceſſaria eſt in uita.8.Ethic.c.1.A.

9 Amicitia naturaliter uidetur ineſſe ei,qui genuit erga genitum.Et non ſolum in hominibus,ſed etiā in aliis animalibus uidere licet.8.Ethic.c.1. B.

10 Amicitia magis neceſſaria eſt q̄ iuſtitia. Nam ſi omnes eſſent amici,non eſſet op9 iuſtitia,attamen q̄uis iuſti omnes ſint, adhuc amicitia neceſſaria eſt.8.Ethicorum. cap.1.B.

11 Amicitia ciuitates continere uidetur,& legūlatores circa hanc magis q̄ circa iuſtitiam ſtudent.8.Ethic.c.1.B.

12 Amicitia non ſolum utilis eſt,ſed etiā honeſta.8.Ethic.c.1.B.

13 Amicitiam,quidam dixerūt, eſſe inter ſimiles,quidam uero inter diſſimiles.8. Ethicorum.cap.1.C.&.2.Magnorum.Mor. cap.11.A.

14 Amicitiam,dixit Heraclitus,gigni ex contrariorum concurrentia.8.Ethicorum.capit.1.C.

15 Amicitiam ex contrariis conſtare, carminibus Euripidis adſtrui uidetur.8. Ethic. cap.1.C.

16 Amicitiam ex ſimilibus cōſtare,dixit Empedocles.8.Ethic.c.1. C.

17 Amicitiæ qui unam ſpeciem crediderunt eſſe,quia recipit magis & min9, male opinati ſunt.8.Ethic.c.1.C.

18 Amicitia non eſt ad res inanimatas, quia non eſt amor reciprocus,eſt tamen amatio ad inanimata.8.Ethicorum.c.2.A. & cap.11.B.

19 Amicitia eſt mutua beneuolentia non latens.8.Ethic.c.2.A.

20 Amicitiæ ſpecies tres ſunt æquales numero amabilibus ipſis,ſcilicet amicitia honeſta,utilis, & uoluptaria. 8. Ethicor. cap. 3.A.&.2.Magnorum Moralium.capit.11. F.G.

21 Amicitia ob utilitatem eſt amicitia per accidens.8. Ethicor.c.3.A.

22 Amicitia utilis facile diſſoluitur, quia cū utilitas mutetur, mutatur & ipſa amicitia, quia utilitate conſtabat.8. Ethicorum.capit.3.A.

23 Amicitia ob uoluptatē facile ſoluit, qa cū uoluptas muteт,mutaт & ipſa amicitia,q̄ uoluptate conſtabat.8. Ethic.c.3.A.

24 Amicitia ſenū p̄pt utilitatē eſt,nam ſenes

utilitatem magis q̃ uoluptatem quærunt. 8.Ethic.c.3.B.

25 Amicitia perfecta eſt inter eos, qui boni ſunt & ſimiles uirtute, & ii mutuo ſibi ſimiliter bona uolũt, boni uero ſunt per ſe ipſos.8.Ethic.c.3.B.

26 Amicitia bonorum permanens eſt, quia a uirtute proficiſcitur, quæ eſt res permanens.8.Ethicor.c.3. B.C.

27 Amicitia bonorum ea omnia continet, q̃ in amicis eſſe oportet.8.Ethi.c.3.C.

28 Amicitiæ bonorum raræ ſunt, quia pauci ſunt boni.8.Ethic.c.3.D.

29 Amicitia tempore & conſuetudine eget, ut ſtabiliatur. Nõ enim mutuo ſe cognoſcunt, niſi conſumant dictam ſalis menſuram.8.Eth.c.3.D.

30 Amicitiæ uoluntas non fit amicitia celeriter.8.Ethic.c.3.D

31 Amicitia utilis ſimilitudinem habet ad amicitiam, quæ eſt inter bonos.8. Ethicor. cap.4.A.

32 Amicitia uoluptaria ſimilitudinem habet ad amicitiam, quæ eſt inter bonos.8.Ethicor.c.4.A.

33 Amicitiæ illæ maxime permanent cũ æquale fit ab utriſq;.8.Ethic.c.4.A.

34 Amicitia adamantis ad adamatum non eſt amicitia, cum non delectẽtur eiſdem, ſed adamans aſpectu gaudet adamati, ad amatus obſequio amatoris. Deſinente uero pulchritudine, amicitia plærumq; deſinit. Nam adamati aſpectus nõ eſt iucũd9 adamanti, adamato uero non præſtatur obſequium.8.Ethic.c. 4.A.

35 Amicitia etiam firma eſt aliquando inter non bonos, ſi mores inuicem placeant.8. Ethic.c. 4.A.

36 Amicitia utilis parum conſtans eſt, quia non ſe, ſed utilitatem diligunt.8. Ethico. cap.4.A.

37 in Amicitia bonorum nullum locum habet calumnia, quia non facile cuiq; credere poteſt de eo, quem ipſe diuturno tempore comprobarit.8. Ethic.c.4.B.

38 Amicitia uoluptaria non admodum durat, aut copulatur, quia eſt per accidens.8 Ethic.c.4.B.

39 Amicitia alia actu, alia habitu eſt, ut & uirtutes.8.Ethic.c.5.A.

40 Amicitia per diutinam abſentiam diſſoluitur. Vnde in prouerbio dicitur. Silentium multas amicitias diſſoluere. 8. Ethic. cap.5.A.

41 Amicitiam non diſſoluunt loca abſolute, ſed operationem.8. Ethic.c.5.A.

42 Amicitia ſodalicia uidetur hoc habere, ut ſcilicet ſint inter ſe iucundi, & eiſdem gaudeant.8.Ethic. c.5.A.

43 Amicitia ſimilis eſt habitui, ſicut amatio ſimilis eſt affectui.8.Ethic.c.5.A.

44 Amicitia dicitur quædam æqualitas. 8.Ethic.c.5.B.

45 Amicitiam tanto minus contrahũt ſenes & ſæueri, quanto difficiliores ſunt, & minus congregationibus gaudent. Nã amicitiam congregationes uidentur facere.8 Ethic.c.6.A.

46 Amicitia perfecta nõ fit cum multis, quia perfecta amicitia ſuperabũdãs amor eſt, qui ad plures eſſe non poteſt. Et difficile etiam eſt multis placere, & multos reperire bonos, & plures nõ poterit perfecte cognoſcere, & conſueſcere illis, quod eſt maximum in amicitia.8.Ethicor.c.6.A.&.2. Magnor.Mor.c.16. A.

47 Amicitia utilis aut uoluptaria, licet in aliquo ſit ſimilis amicitiæ, quæ eſt cum uirtute, in multis tamen eſt diſſimilis, & in illis non dicitur amicitia.8.Ethic.c.6.B.

48 Amicitiæ quædam ſpecies eſt, quæ eſt in excellentia, ut patris amicitia ad filiũ, ſenioris ad iuniorem, uiri ad uxorẽ, & principis ad eos, quibus p̃eſt. In q̃bus a͞it unaquæq; earũ conſiſtat, oſtenditur.8. Ethic. c.7.per totum.

49 in Amicitiis, quæ ſunt ſecundum excellẽtiã, amatio debet fieri ſecundum proportionem, ut ſcilicet melior & ſuperior plus ametur q̃ amet.8. Ethic.c.7.A.

50 in Amicitiis æquale primo eſt in quantitate, ſecũdo pro dignitate. Econtrario uero eſt æquale in iuſtis.8.Ethic.c.7.B.

51 Amicitia non eſt inter illos, inter quos eſt magna diſtantia, aut diuitiarũ, aut honorum, aut uirtutis.8.Ethic.c.7.B.

52 Amicitia propter ſeipſam expetenda eſt. 8.Ethic.c.8.A.

53 Amicitia magis uidetur conſiſtere in exhibendo q̃ in ſuſcipiendo amorẽ.8. Ethi. cap.8. A.

54 Amicitia eſt æqualitas & ſimilitudo.8.Ethic.c. 8.B.

55 Amicitia eorum, qui ſimiles ſunt in uirtute, ſtabilis & firma eſt, nec prauis indigẽt, nec talia ſubminiſtrant, immo prohibent. 8.Ethic.c.8. B.

56 Amicitia, quæ fit propter utilitatem, magis uidetur fieri ex contrariis, ut pauper diuiti, indoct9 docto.8.Eth.c.8. C.

57 Amicitia prauorũ pauco tpe durat, cum ſua gaudeãt mutuo prauitate.8.Eth.8.C

58 Amicitia quædam eſt in om̃i ſocietate.8. Ethicorum cap.9.A.

59 Amicitia & iuſtum circa eadẽ & in eiſdẽ eſſe uidentur.8.Ethicorum.c.9.A.

60 Amicitiarum aliæ magis, aliæ minus amicitiæ ſunt.8.Ethicorum.c.9.A.

61 Amicitia in communicatione ſocietateq; conſiſtit.8.Ethicorum.cap.9.A.& c.12.A. &.3.Politicorum.cap.6.E.

62 Amicitia & iuſtum ſimul augentur, & ſimul minuũtur, quia in eiſdẽ ſunt, & æque ſe extendunt.8.Ethic. c.9.A.

63 Amicitiæ tantũ eſt in unaquaq; republica, quantũ & iuſti.8.Ethic.c.11.A.

64 Amicitia regis ad eos, qui reguntur, in excellentia beneficii conſiſtit, ut paterna. Regis tamen beneficia minora ſunt q̃ paterna. Nam pater eſt cauſa eſſendi, quod maximum eſſe uidetur, nutritionis præterea & eruditionis.8.Ethic.c.11.A.

65 Amicitiæ aut nil aut perparum eſt in tyrannide, quia nihil eſt commune tyrannis cum ſubditis eorum. 8. Ethicorum.cap.11.B.

66 Amicitiæ nil eſt inter illos, quibus nil eſt commune.8.Ethic.c.11.B.

67 Amicitia eſt omni homini ad hominẽ omnẽ, qui cõmunicare ſecundũ legem & pactionẽ poteſt.8.Ethic.c.11.B.

68 Amicitiæ plurimum eſt in populari ſtatu, quia multa communia ſunt.8.Ethicorum.c.11.B.

69 Amicitia inter cõſanguineos uidetur eſſe multiplex, pendet autem omnis ex paterna.8.Ethic.cap.12.A.

70 ad Amicitiam magnum momentum habet nutritos eſſe ſimul, & ætatis æqualis eſſe.8.Ethic.cap.12.E.

71 Amicitiæ tres ſunt ſpecies, & in unaquaq; alii ſunt pares amici, alii impares.8.Ethicorum.cap.13.A.

72 in Amicitia utili maxime fiunt incuſationes & querelæ.8.Ethic.c.13.A.

73 in Amicitia ſecundum uirtutem nõ fiunt incuſationes, nec querelæ, quia ſunt prompti ad benefaciendum mutuo. 8.Ethicorum.cap.13.A.

74 in Amicitia uoluptaria non fiunt nimiũ querelæ, quia ſi non delectet, licet non cõuerſari, & ideo eſt ridiculus, qui non delectantem incuſat.8.Ethic.c.13.B.

75 Amicitia utilis, alia eſt moralis, alia legitima, & in quo unaquæq; harum cõſiſtat, oſtenditur.8.Ethic.cap.13.B.

76 in Amicitiis ſecundum excellentiã unde fiant incuſationes & querelæ, oſtenditur, 8.Ethic.c.14.per totum.

77 in Amicitiis ſecundum excellentiã magis dandum eſt, ſed non eiuſdem rei. Vt ſuperiori maior honor tribuendus eſt ab inferiori, ſuperior uero maiorem utilitatem inferiori tribuet.8.Ethic.c.14.A.

78 in Amicitiis ſecundum excellẽtiam quid ſuperior conferre debeat, & quid inferior exhibere ſuperiori, oſtenditur.8.Ethicorũ cap.14.per totum.

79 Amicitias ſpecie differentes conſeruat, & æquat id, quod exhibetur proportionale. 9.Ethicor.c.1.A.

80 in Amicitia, quæ eſt inter adamantem & adamatum, fiunt incuſationes, quia alter pulchrum, alter utilitatem amat, & non ſe ipſos mutuo amant.9.Ethicor.c.1.A.

81 in Amicitia ſi non rependitur, quod ab altero quæritur, non eſt recõpenſatio, ut q cytharœdo petẽti pro uoluptate pecuniã, uoluptatem redditam, dixit, pro uoluptate, quo melius cantauit.9.Ethic.c.1.A.

82 Amicitia ſi ſoluat̃, ſublata cauſa, propter quam erat, non uidetur abſurdum, præcipue in amicitia utili aut uoluptaria. 9. Ethicor.cap.3.A.

83 Amicitia, quæ ſecundum uirtutem eſt, ſoluenda eſt, ſi alter uitioſus fiat. Non tamẽ continuo ſoluenda, ſed paulatim, niſi magna illius ſint ſcelera, quæ curari non poſſint.9.Ethic.c.3. A.

84 Amicitia, quæ ſecundum uirtutem eſt, nõ ſolum ſoluitur, ſi alter uitioſus euadat, ſed etiam ſi alter in maximam uirtutem erigatur, ut magna diſtantia ſit inter eos .9. Ethic.cap.3.B.

85 Amicitiã q ſimulat, magis peccat, q̃ qui adulterinos nũmos facit; q̃a amicitia nũmis præſtãtior eſt.9.Ethic.c.3.A.

86 Amicitiæ effect9 qui ſint, & quales, oſtenditur.9.Ethic.cap.4.& ultra.

87 Amicitiæ effect9 uidẽtur p̃ficiſci ex iis, q̃ ſunt hoĩ ad ſe ipſum.9.Ethic.c.4.A.

88 Amicitia non eſt ad ignotos aut latens.9. Ethicorum.c.5.A.

89 Amicitiæ ſecundũ uirtutem principium eſt beneuolentia.9.Ethic.c.5.A.

90 Amicitia ciuium uidetur eſſe concordia. 9.Ethic.cap.6.B.

91 Amicitiæ, q̃ fama celebrãtur, inter duos tãtum fuerunt.9.Ethic.c.10.B.

92 Amicitia prauorũ flagitioſa eſt, & peiores fiũt cõuerſatione inter ſe.9.Ethic.c.12.A.

93 Amicitia media eſt inter aſſentationẽ, & inimicitiam.1. Magnorum Moralium, capit.32.A.

94 Amicitia non eſt ad deum, aut ad inanimata, aut ad ea, q̃ licet animata ſint, non poſſunt mutuo amare. Nam amicitia mutuus amor eſt. 2. Magnorum Moralium. cap. 11. B.

95 Amicitia utilis. 2. Magnorum Mora. cap. 11. B. C.

96 Amicitia uoluptaria. 2. Magnor. Mor. cap. 11. C. D.

97 Amicitia honeſta. 2. Magnor. Mor. cap. 11. C. D.

98 in Amicitia unde fiant cõtentiones, oſtẽditur. 2. Mag. Mor. c. 11. F. G. H.

99 Amicitiæ tot ſunt ſpecies, quot ſunt iuſti. 2. Mag. Mor. c. 11. M.

100 Amicitia an ſit ad ſeipſum, oſtenditur. 2. Mag. Mor. c. 13. A.

101 Amicitia an opus ſit illis, qui ſibiipſis ſatis ſunt, oſtenditur. 2. Magnor. Moralium. capit. 14. A.

102 Amicitia multorum an expediat, oſtenditur. 2. Magnor. Mor. c. 16. A.

103 Amicitia fragilis & infirma efficitur, ſi uxores & liberi communes ſint, ut Socrates uoluit. 2. Polit. c. 2. F.

104 Amicitia eſt electio ſimul uiuendi. 3. Politic. c. 6. E. Quære Amare. Amicus. Amor. Beneuolentia. Filius. Fratres. Pater.

AMICVS.

1 Amicis magis uolumus benefacere, q̃ uideri benefacere, quibuſlibet uero econtrario. 3. Topic. c. 2. E.

2 de Amicis ſomniamus aliquãdo uera, qa ſolliciti de illis ſumus. Nam ſicut uigilantes de longinquo illos agnoſcimus, ita eorum motus in ſomniis notiores ſunt nobis. de Diuinat. per Som. M.

3 Amicus eſt, qui quæ bona amico fore putat, ea propter ipſum agit amicum. 1. Rhetor. c. 5. I.

4 Amici quos uituperant, prauos eſſe eos conſtat. 1. Rhet. c. 6. E.

5 Amicus propter ſe eſt expetibilis. 1. Rhetor. c. 6. E.

6 in Amicos profuſi eſſe debemus. 1. Rhet. cap. 9. H.

7 Amicus inter iucunda cenſetur. 1. Rheto. cap. 11. G.

8 Amici non obſeruãt iniuriantes amicos, & reconciliari malunt q̃ accuſare. 1. Rhet. cap. 12. A.

9 Amicus eſt, qui amat, & redamat. 2. Rhetor. cap. 4. A.

10 Amicus & in bonis amici congratulatur, & in malis cõdolet, nõ alia cauſa, niſi cauſa amati. 2. Rhet. c. 4. A.

11 Amicis eadem bona & mala ſunt, & eiſdẽ amici eiſdem inimici. 2. Rhet. c. 4. A.

12 Amici inter omnia bona maxime diligũtur. 2. Rheto. c. 4. E.

13 Amicus quis ſit, & unde efficiatur, & quas ob cauſas, oſtenditur. 2. Rhetor. cap. 4. A. & deinceps.

14 Amicus uerus oportet, ꝙ amet, tanq̃ nunquam ſit oſurus. 2. Rheto. c. 21. G.

15 Amicis ueritas eſt præferenda. 1. Ethicor. cap. 6. A.

16 per Amicos tanq̃ per inſtrumenta multa aguntur. 1. Ethicor. cap. 8. E.

17 Amicorum proſperitates aut aduerſitates licet ad defunctorum felicitatem aliquo modo pertineant, non tamen faciunt felices infelices, aut econtrario. 1. Ethicorum cap. 11. A.

18 per Amicos quæ fiũt, per nos agere quodãmodo dicimur, quia principium in nobis eſt. 3. Ethicor. c. 3. C.

19 ſine Amicis nemo expeteret uiuere, etiam ſi alia omnia bona haberet. 8. Ethic. c. 1. A.

20 Amicis maxime egere uidentur diuites, & qui ſunt in poteſtate & principatu conſtituti. Nã quid prodeſt talis proſperitas, ſublata beneficẽtia, qua utaris in amicos? Talis etiam proſperitas conſeruari ſine amicis non poteſt, nam quo pluribus abundat, hoc pluribus ſubiacet periculis. 8. Ethic. c. 1. A.

21 Amici unicum confugium putantur in paupertate & in calamitatibus. 8. Ethico. cap. 1. A.

22 Amici conferunt iuuenibus ad cõpeſcenda peccata. 8. Ethic. c. 1. A.

23 Amici conferunt ſenibus ad obſequium, atq; ad eos actus perficiendos, quos ſenes propter imbecillitatem agere nõ poſſunt. 8. Ethic. c. 1. A.

24 Amicis indigẽt, qui in ætate media ſunt, ut magis intelligere & agere poſſint. 8. Ethicor. c. 1. A.

25 Amicos & uiros bonos eoſdem eſſe, quidam putant. 8. Ethic. c. 1. B.

26 Amicos qui amant, & amicorum copiam laudamus. 8. Ethic. c. 1. 8. B.

27 Amico bona uelle debemus illius gratia. 8. Eth. c. 2. A.

28 Amici quodãmõ latẽtes ſunt beneuoli, q eos, quos nõ uiderũt, amãt. 8. Ethic. c. 2. A

29 Amici propter utilitatẽ nõ amãt ſe propter ſe, ſed propter utilitatem, quia ex ſe mutuo capiunt bonum. 8. Ethic. c. 3. A.

30 Amici ob uoluptatẽ nõ ꝑ ſe amãt, ſed propter uoluptatẽ, quã ex ſe mutuo capiunt. 8. Ethicor. c. 3. A.

31 Amici maxime ii ſunt, qui bona uolunt amicis, & illorũ gratia, quia propter ſeipſos ita ſe hñt, & nõ per accidens. 8. Eth. c. 3. C

32 Amici boni utiles ſunt mutuo & iucũdi. 8. Ethic. c. 3. C.

33 Amici non uere ſunt, nec acceptãtur, priuſq̃ uterq; amabilis utriq; uideatur, atq; credatur. 8. Ethic. c. 3. D.

34 Amicorum maxime proprium eſt ſimul uiuere. 8. Ethicor. c. 5. A.

35 Amici non proprie dicuntur, qui non ſimul uiuunt. 8. Ethicor. c. 5. A.

36 Amici amant ſe mutuo cum electione. 8. Ethic. c. 5. B.

37 Amici bona uolunt amicis, non per affectum ſed per habitum. 8. Ethic. c. 5. B.

38 Amicus factus uir bonus, bonum fit ei, cui iam eſt amicus. 8. Ethicor. c. 5. B.

39 Amicis diuiſis uti uidentur potẽtes, & ii, q in magiſtratibus ſunt. Alii nãq; ipſis utiles ſunt, alii iucundi, nam hæc duo ſimul raro uni inſunt. 8. Ethic. c. 6. B.

40 Amicos, qui potentes & in magiſtratibus ſunt, non quærunt utiles ad honeſta, nec iucundos cum uirtute, ſed facetos ad uoluptatem, & aſtutos ad obeunda negocia. 8. Ethic. c. 6. B.

41 Amicorum uirtus uidetur eſſe amare. 8. Ethic. c. 8. B.

42 Amicorum omnia cõia eſſe, ueteri puerbio dicitur, quia amicitia in communicatione & ſocietate conſiſtit. 8. Eth. c. 9. A. & 9. Ethic. c. 9. A. & 2. Polit. c. 3. C.

43 cum Amicis quærere quomodo uiuẽdũ ſit, eſt quærere quomodo iuſtum eſt. 8. Ethic. c. 12. C.

44 Amici ſecũdum uirtutem prõpti ſunt ad beneficia ſibi mutuo conferenda, quod ẽ uirtutis & amicitiæ. 8. Ethic. c. 13. A.

45 Amicus nemo faciendus eſt inuitus. 8. Ethic. c. 13. C.

46 Amicis, qui fuerũt ante, aliquid tribuẽdũ eſt ob amicitiam præteritam, cũ non ob exuperationem prauitatis facta ſit diſſolutio. 9. Ethic. c. 3. C.

47 Amicus eſt alter ipſe. 9. Ethic. c. 4. B.

48 Amicos impoſſibile eſt eſſe, niſi prius beneuoli fuerint. 9. Ethic. c. 5. B.

49 Amicorum anima una, ueteri prouerbio dicitur. 9. Ethic. c. 8. B.

50 Amicis an indigeat felix, diſputatur. Tãdem concluditur rationibus moralibus & logicis, felicem indigere amicis. 9. Ethico. cap. 9. per totum.

51 Amicis quid opus eſt cum dæmonium omnia dat, ut dicitur. 9. Ethic. c. 9. A.

52 Amicis utilibus nõ indiget felix. 9. Ethi. cap. 9. B.

53 Amici maximũ bonum ſunt inter omnia bona externa. 9. Eth. c. 9. A.

54 Amicis uoluptariis non indiget felix. 9. Ethicor. c. 9. A. B. C.

55 Amicis q̃plurimis an opus ſit, dubitatur, & ſoluitur. 9. Ethic. c. 10. per totum. & 2. Mag. Mor. c. 16. A.

56 Amici ſecundum utilitatem non ſunt neceſſarii multi, quia difficile eſt multis ſubminiſtrare. 9. Ethicor. c. 10. A.

57 Amici uoluptarii pauci ſufficiunt, ut cõdimentum in cibis. 9. Ethic. c. 10. A.

58 Amicis q̃plurimis etiã ſecũdũ uirtutẽ nõ eſt opus, quia difficile eſt multis conuiuere & congaudere. 9. Ethic. c. 10. B.

59 Amicos qui habet q̃plurimos, is nemini uidetur eſſe amicus, niſi ciuiliter, quos placidos appellant. 9. Ethicor. c. 10. B.

60 Amici utra in fortuna ſcilicet proſpera an aduerſa magis neceſſarii ſint, dubitatur. Tãdẽ reſpondetur, amicos magis neceſſarios eſſe in aduerſis, honeſtiores uero in proſperis. 9. Ethicor. c. 11. per totum.

61 Amicis condolentibus in aduerſis, minuitur dolor, & aduerſitas, & qua de cauſa id fiat, oſtenditur. 9. Ethicor. c. 11. B. C.

62 Amici in proſperis cito uocandi, in aduerſis tarde. 9. Ethic. c. 11. B.

63 Amici uocandi ſunt, cum parua ſuſcepta moleſtia, multũ prodeſſe poſſunt. 9. Ethicor. c. 11. C.

64 Amici nõ debent expectare, ut ab amico beneficium petatur, ſed ultro ipſi conferre. 9. Ethic. c. 11. C.

65 Amici utrũ maxime conuiuere uelint, dubitatur. Ad quod reſpondetur, ꝙ amicorum maxime uidetur proprium conuiuere. 9. Ethicor. c. 12. A.

66 Amicus differt ab adulatore, quia adulator ad uoluptatem loquitur, amicꝰ aũt ad bonum. 10. Ethic. c. 3. D.

67 Amico quomodo utendum ſit, oſtendit. 2. Magnor. Mor. c. 17. A.

68 Amicis diffidere tyranni eſt, quaſi uelint omnes, poſſint autem amici ſubuertere tyrannum. 5. Polit. c. 11. C.

69 per Amicos regnũ conſeruatur. 5. Politic. cap. 11. C.

70 Amicos prauos habet tyrannus, quia adulatores amat. 5. Polit. c. 11. D.

71 contra Amicos & familiares magis irritatur animus, q̃ contra ignotos, ſi cõtemni nos putemus. 7. Politicorum, cap. 7. B. C

Quære Amicitia.

AMIGENVM. Quære Chalybs.3.

AMYNTAS.

Amyntas paruus occiſus fuit a Derda, qa iactaret ſe abuſum eius ætate. 5. Politic. c.10.F. Quære Pauſanias.

AMOENVM.

Amœnum eſt, quo frui poſſumus, & quæ ſint amœna ſiue iucũda, hẽs.1. Rhet.c.11. per totum. Quære Iucundum.

AMMONIA. Aphrica. Quære Aphrica.2.

AMOR.

1 Amoris indicium eſt, ſi non ſolum cum adeſt, quod amatur, lætãtur homines, ſed etiam abſentis memoriam tenẽtes amãt. 1.Rhetor.c.11.E.

2 Amor maxime oritur, & fit per ſenſum uiſus.9.Ethic.c.12.A.

3 Amorem non laudauit Homerus abſq; uerecundia, ſed ubiq; amare præcipit cũ modeſtia & pudore.2.Oeconom.c.3.A.

4 Amorẽ eſſe primum deorũ, dixit Parmenides.1.Metaph.c.4.A.

5 Amorem dixit Heſiodus, fuiſſe poſt chaos, & poſt terram.1.Metaph.c.4.A. Quære Amare. Amatio. Amicitia. Iuuenis.8.20.27.33.

AMPHIARAVS. Argiuus augur.

In Amphiaraum elogium Pittaci, habes.2.Rhet.c.12.C.

AMPHIBOLIA. Vna ex illis ſex fallaciis, quæ ſunt in dictione, interpretatur ambiguitas.

1 Amphibolia fallacia quomodo fiat, oſtenditur.1.Elench.c.3.D.

2 Amphibolia tribus modis fit, aut p nomẽ uel p orõnẽ plura principaliter ſignificantem, aut quando nomen aliud ſignificat principaliter, aliud tranſlatiue, aut quãdo compoſitum plura ſignificat, ſeparatum uero unum.1.Elench.c.3.D.

3 Amphibolia quomodo ſoluatur, habes.2.Elench.c.3.C.

AMPHIPOLIS. Ciuitas Macedoniæ iuxta Thraciam. AMPHIPOLITAE. Ciues Amphipolis.

1 ſupra Amphipolim Thraciæ mirabile aucupium fit, accipitribus ſimul & pueris aucupium exercentibus & inter ſe prædã diuidentibus. de Admirandis Aud.114.

2 Amphipolitæ pulſi ſunt a Chalcidenſium colonis, quos receperant.5. Politicorum. cap.3.F.

3 Amphipoli Cleotinus contra ciues ſeditinem fecit.5.Polit.c.6.C.

AMPLIFICATIO. Color rhetoricus.

1 Amplificationes, quæ eſſe debent in laudando, ponuntur.1.Rhet.c.9. L.M.

2 Amplificatio demonſtratiuo generi accõmodatior eſt.1. Rhetor.c.9.M.

3 Amplificatiõi cõuenit uniuerſalit̃ pferre, quod uniuerſale nõ eſt.2.Rhet.ca.21.D.

4 de Amplificatione, habes.2. Rhetoricor. c.26.per totum.

5 Amplificationi cõgruũt dialyta, id eſt diſſoluta. Quære Diſſoluta in oratione.

ANACHARSIS. Philoſophus Scytha.

1 Anacharſis dixit, non eſſe modulatrices apud Scythas, quia non ſunt uites, uſus in hoc cauſa remota ad demonſtrationẽ quia eſt.1.Poſter.T.Co.30.

2 Anacharſis dixit, recte ſe habere, ſi quis iocetur, ut ſtudeat, & non econtrario.10.Ethicorum.c.6.C.

ANALOGIA. Interpretatur pportio.

1 Analogia plurimũ ualet ad inueniendum mediũ ppter quid.2.Poſter.T.C.22.23.

2 Analogia unum ſunt, quæcunq; ſe habẽt ad aliud.5.Metaph.T.Co.12. Quære Aequiuocum.

ANAXAGORAS. Philoſophus Clazomenius.

1 Anaxagoras infinita poſuit principia rerum naturalium.1.Phyſi.T.Co.32.33.50 &.3.Phyſic.T.Co.27.

2 Anaxagoras infinitas partes poſuit cuiuſlibet corporis.1.Phyſic.T.Co.32.

3 Anaxagoras oĩbus modis credidit eſſe uerum illud omnium philoſophorũ, ſcilicet ꝙ ex nihilo nihil fit.1.Phyſic.T.Co.33.

4 Anaxagoræ ratio infiniti improbatur.1. Phyſic.T.Co.35.

5 Anaxagoras, oĩa ſimul eſſe, dixit.1.Phyſic.T.Co.37.

6 Anaxagoras impugnatur.1.Phyſi.T.Cõment.18.37.38.

7 Anaxagoras intellectum ſeu mentem omnia ſegregantem ponit, ſed inconuenienter.1.Phyſic.T.Co.38.

8 Anaxagoras infinitum continuum tactu fieri, dixit.3.Phyſic.T.Co.27.

9 Anaxagoras, quamlibet partem mixtam toti eſſe dicebat.3.Phyſi.T.Co.28.

10 Anaxagoras quodlibet ex quolibet fieri, dixit.3.Phyſi.T.Co.28.

11 Anaxagoras, omnes res aliqñ ſimul fuiſſe, affirmat.3.Phyſic.T.Co.28.

12 Anaxagoras accipit principium diſgregationis non in uno ſolo, ſed in omnibus ſimul.3.Phyſi.T.Co.28.

13 Anaxagoras mentem dixit eſſe principiũ effectiuũ omnium.3.Phyſic.T.Co.28.

14 Anaxagoras dixit, mentẽ opari intelligere & cognoſcere.3.Phyſi.T.Co.28.

15 Anaxagoras, motũ aliqñ incœpiſſe, cum pri⁹ non fuerit, dixit.3.Phyſi.T.Co.28.

16 Anaxagoras poſuit infinitũ eſſe immortale & diuinum & incorruptibile.3.Phyſ.T.Comment.30.

17 Anaxagoras abſurde dixit, infinitum ſe ipſum fulcire.3.Phyſi.T.Co.50.

18 Anaxagoræ ratio de terræ quiete, refellitur.3.Phyſic.T.Co.51.& ultra.

19 Anaxagoras, uacuũ nõ eſſe, ex eo conabatur oſtẽdere, ꝙ quæ nobis uacua uident, aere plena ſunt.4.Phyſic.T.Co.51.

20 Anaxagoras mũdũ ſic incœpiſſe dixit, ut tñ nũq̃ antea fuerit.8.Phyſic.T.Co.2.

21 Anaxagoras poſuit mentem ſegregaſſe, & mouiſſe omnia, cum prius quieſcerẽt. 8.Phyſi.T.Co.2.

22 Anaxagoras improbat, eo ꝙ dixerit, motũ incœpiſſe.8.Phyſ. T.Co.13.& ultra.

23 Anaxagoræ ratio commendatur, in eo ꝙ dixerit, mentem impaſſibilem & immixtam, quia ſic mouet non mota.8.Phyſic. T.Co.37.&.1.de Anima.T.Co.31.

24 Anaxagoras nõ recte utitur nomĩe ætheris pro igne.1.de Cæl.T.Co.22.&.3. de Cæl.T.Co.34.

25 Anaxagoras ex immobilibus incipit facere mundum.3.de Cæl.T.Co.25.

26 Anaxagoras cõtrarius eſt Empedocli in elementis aſſignãdis.3.de Cæl.T.Co.34

27 Anaxagoras elementa eſſe dicit infinitas ptes homogeneas, & ex iis cõſtare aquã ignem terrã & aerẽ.3.de Cæl.T.Co.24.&.1.de Gener.T.Co.1.

28 Anaxagoras homiomera, id eſt ſimilariũ partium elementa eſſe dixit.3.de Cæl.T Comment.34.

29 Anaxagoras nil determinauit de graui & leui.4.de Cæl.T.Co.15.

30 Anaxagoras generationem alterationem & corruptionem idem eſſe dicens, propriam uocem ignorauit.1.de Generatione. T.Comment.1.

31 Anaxagoras contraria Empedocli dicit, cum elementa ponat compoſita ex infinitis partibus ſimilaribus.1.de Generatione T.Comment.1.

32 Anaxagoras cælum putauit eſſe ignem, & ætherem appellauit a ſemper currẽdo. 1.Meteor.cap.3.C.

33 Anaxagoras cometam dixit eſſe ſymphaſim, id eſt, coapparitionẽ, ſiue iunctã imaginem ſtellarum erraticarum, quia cũ prope acceſſerint, uidẽtur tangere ſe mutuo.1 Meteor.c.6.A.

34 Anaxagoras dixit, lacteum circulum eſſe lumen quorundam ſyderum nõ obſcuratum a ſolis claritate obiectu terræ inter lumen illorum ſyderum & ſolis.1. Meteoror.c.8.B.

35 Anaxagoras dicebat nubem congelari, cũ aſcenderit in locum frigidiorẽ. Cuius ſententiæ contrarium accidit.1.Meteororum cap.12.E.

36 Anaxagoras Clazomeni⁹ dixit, terræmotum fieri, aere incidẽte in cauernas terræ, qui cum appetat ſurſum aſcendere, nec poſſit propter compactam ab aquis pluuiæ terram, efficit terræmotum.2.Meteoror.cap.7.A.

37 Anaxagoras dixit, terræ partem, quã nos habitamus, ſurſum eſſe, cælum uero deorſum.2.Meteor.c.7.A.

38 Anaxagoræ ratio de terræmotu adeo inconſyderate dicta eſt, ut nil ad illã dicere congruat.2. Meteor.c.7.B.

39 Anaxagoras dixit, tonitru eſſe extinctionem ignis, fulgur uero ignẽ ab æthere latum deorſum, quod improbatur.2. Meteor.cap.9.E.F.

40 Anaxagoras animam dixit, eſſe principium motus.1.de Anima.T.Co.23.

41 Anaxagoras omnibus animantibus tam nobilibus q̃ ignobilibus intellectũ tribuit, ita ut aliquando uideatur ſenſum & intellectum confundere.1.de Anima.T.Comment.24.

42 Anaxagoras mentem dicit eſſe cauſam recti & boni.1.de Aĩa.T.Co.24.

43 Anaxagoras aliud animam, aliud intellectum dicit, utitur tñ utriſq; ſicut una natura.1.de Anima.T.Co.31.

44 Anaxagoras ſolus inter antiquos dicit, animam impaſſibilẽ, nec habere aliquid cõmune cum aliis. Sed nõ dixit, quomõ cognoſcat, nec ex dictis eius perſpicuum eſt 1.de Anima.T.Co.24.

45 Anaxagoras intellectũ immixtum dixit, ut ſuperet & uincat.3.de Aĩa.T.Co.4.

46 Anaxagoras oĩa animalia ſpirare dixit, atq; etiam piſces.de Reſpir.c.1.D.

47 Anaxagoras dixit, Nilum æſtate creſcere, quia niues liquatæ a mõtibus infundũtur in eũ. Quod non uidetur, quia maioribus aquis fertur Nilus, q̃ poſſint ſuppeditare niues liquatæ. Creſcit enim aliquando ſupra triginta cubitos. de Nilo.C.

48 Anaxagoram q̃uis peregrinum magnifice ſepelierũt Lampſaceni, & ad hũc uſq;

diem uenerantur.2.Rhet.c.23.H.

49 Anaxagoras quia rerũ difficilium & admirabilium & diuinarum cognitionem haberet, tamen quia rerũ humanarũ ignorans erat, habitus fuit ſapiens, ſed nõ prudens, quia bona humana non quærebat. 6.Ethico.c.7.B.

50 Anaxagoras Clazomenius ætate prior Empedocle, poſterior uero operibus, infinita principia poſuit partium ſimilium, & congregationem harum partium dixit eſſe generationem, ſegregationem uero corruptionem.1.Metaph.c.3.D.

51 Anaxagoras intellectum ſeu mentem poſuit eſſe mundi cauſam. Quod licet Anaxagoras prius manifeſte dixerit, tñ Hermotimus Clazomenius ante eũ dixit.1. Metaph.c.3.I.

52 Anaxagoras utitur intellectu ſeu mente tãq̃ machina ſeu arte ſeu artifice ad mũdi generationẽ. Vel ex Argyropilo. Vtitur mente tanq̃ diis in ſcæna tragici poetæ, cum in anguſtum res deducuntur.1. Metaph.c.4.C.

53 Anaxagoræ opinio de cauſa efficiente, quam mentem appellauit, refellitur. Nam licet bene dixit in hoc, quod cauſam efficientem attigit, non tamen recte dixit in eo, quod expreſſit.1.Metaphyſic.T.Comment.16.& ultra.

54 Anaxagoras omnia ſimul eſſe, dixit, ac ſi diceret, nihil eſſe unum ab aliis determinatum.4.Metaph.T.Co.15.

55 Anaxagoras, ut tradit quidam ſuorum, talia eſſe omnia, qualia apparẽt, dixit.4.Metaph.T.Co.21.22.

56 Anaxagoræ ratio dicens medium eſſe inter contradictorias, facit omnia eſſe falſa. 4.Metaph.T.Co.28.

57 Anaxagoras non recte dixit, ponens res omnes a principio eſſe ſimul, & multitudine & paruitate infinitas.10.Metaph.T. Comment.20.

58 Anaxagoras ponit principium primũ eſſe bonum ut mouens, mens enim mouet, ſed alicuius gratia mouet.12.Metaph.T. Comment.55.✳.

ANAXANDRIDES. Poeta.

Anaxandrides facete dixit de ciuitate, q̃ cõſultabat quidem, ſed rectas leges negligebat.7.Ethic.c.10.B.

ANAXIMANDER. Philoſophus Mileſius.

1 Anaximander unũ cõfuſum poſuit principium rerum.1.Phyſic.T.Co.32.

2 Anaximander dixit, infinitũ eſſe immortale incorruptibile & diuinum.3.Phyſic. T.Co.30.

3 Anaximander terram dixit quieſcere in medio propter habitudinẽ, quam habet ad omnem partem cæli. Nam quod in medio collocatum eſt, non magis ſurſũ, q̃ deorſum, q̃ ad latera natum eſt ferri.2. de Cæl.T.Co.90.

4 Anaximandri ratio de terræ quiete refellitur.2.de Cæl.T.Co.91.& ultra.

ANAXIMENES. Philoſophus Mileſius.

1 Anaximenes terræmotum fieri dixit propter terram madefactam & exſiccatam, q̃ cum rumpitur, fruſtris ingentibus, quæ incidere ſolent, concutitur, & hoc eſſe terræmotum.2. Meteor.c.7.D.

2 Anaximenis ratio de cauſa terræmotus reprobatur.2.Meteor.c.7.E.

ANDRIA.

Andria appellabantur comeſſationes Lacedæmoniorum, ſicut apud Cretas.2.Polit.c.8.B. Quære Creta.4.

ANDROMADAS.

Andromadas Rheginus legiſlator fuit Chalcidenſibus, qui ſunt in Thracia.2. Polit.c.10.E.

ANDROPORA. Quære Planta.6.

ANGLIA. Inſula quæ Britannia. Quære Albion.

ANGVLVS.

1 Angulorum rectorum medium eſt angulus rectus.2.Poſter.T.Co.11.

2 Angulus urit & calefacit ſecundum Platonicos.3.de Cæl.T.Co.69.

3 Angulus ſecundum Democritum urit.3. de Cæl.T.Co.72.

4 Anguli ſi calefaciunt, corpora mathematica maxime calefacere debent, quia indiuiſibiles angulos habẽt. Vel ſi anguli corporũ naturaliũ urunt, aſſignãda eſt ratio, cur anguli corporum mathematicorum non urunt.3.de Cæl.T.Comment.72.

5 Angulũ rectũ aliter faber, aliter geometra inquirit. Nã faber, quoad utilis eſt ad opus, geometra, quid ſit, & qualis.1.Ethicorum. cap.7.G.

6 Angulus acutus eſt pars recti.7.Metaphyſic.T.Comment.33.✳.

ANIMA.

1 Animæ paſſionum ſigna ſunt uoces.1.Periherme.cap.1.A.

2 Animæ paſſiones, ſeu rerũ conceptus idẽ ſunt apud omnes, ſicut res ipſæ, quarum ſunt conceptus.1.Periherme.c.1.B.

3 in Anima aliquando eſt intellectus ſine uero uel falſo, aliquãdo tamen eſt intellectus, cui neceſſe eſt ineſſe uel uerum uel falſum.1.Periher.c.1.B.

4 in Anima ſic ſe habet mens, ſicut oculus in corpore.1.Topic.c.14.A.

5 Animæ ipſum quod quid eſt, non eſt eſſe motum ſiue agitatum.4.Topic.c.1.A.

6 de Anima nõ prædicatur numerus, q̃a numeri differentiæ non prædicantur de anima, ſcilicet par aut impar.4.Topicorum cap.2.G.

7 Anima hominis cum fuerit flagitioſa, cõcupiſcibilis & iraſcibilis imperant rationali.5.Topic.c.1.C.&.1.Polit.c.4.D.

8 Animæ proprium ad aliud eſt imperare corpori.5.Topic.c.1.A.&.1.Polit.c.4.D.

9 Animam diffiniuit Plato eſſe numerũ ſeipſum mouentem. In qua diffinitione ſuperfluit numerus, cum illud, quod ſupereſt, conuertatur cum diffinito, ſcilicet ſeipſũ mouens.6.Topicor.c.2.D.&.1.de Anim. T.Comment.28.

10 Anima & animæ intellectus ſolus numerare poteſt.4.Phyſic.T.Co.131.

11 Anima non exiſtente non eſt tempus, cũ tempus ſit numerus motus, & anima ſola ſit, quæ numerat.4.Phyſic.T.Co.131.

12 Anima quieſcendo & ſedendo fit ſciens & prudens, & in parte animæ intellectiua non eſt alteratio.7.Phyſic.T.Co.20.

13 Animam conſtare ex elementis, dixit Empedocles, quod falſum eſſe probat̃.2.de Gener.T.Co.45.

14 Animam conſtare ex elementis, inconueniens eſt dicere, quia non eſſent animæ alterationes.2.de Gener.T.Co.45.

15 de Anima ſcientia, propterea ꝙ meliorũ eſt & honorabiliorum, & certior & exactior aliis partibus philoſophiæ naturalis, p̂fertur.1.de Anima.T.Co.1.

16 Animæ cognitio multum confert ad omnem ueritatem, & præcipue ad cognitionem philoſophiæ naturalis.1.de Anima. T.Co.2.

17 de Anima quæ traduntur in libris de Anĩa ab Ariſtotele, ſunt hæc, ſcilicet de ſubſtantia ſeu natura ipſius, de accidentibus, & paſſionibus propriis & communibus.1 de Anima.T.Co.3.

18 de Anima tradere ſcientiam, difficillimũ eſt ex omni parte.1.de Anima.T.Comment.4.

19 Animæ diffinitionem circa quid eſt tradere, communis quæſtio eſt cũ aliis multis rebus.1.de Anima.T.Co.4.5.

20 Anima an ſit ſubſtantia, an quantum, an quale, an aliquid aliorum prædicamentorum, dubitatur ſoluendum.1.de Anima.T Comment.6.

21 Anima an actus ſit, an potentia, an partibilis, an impartibilis, dubitatur ſoluẽdum. 1.de Anima.T.Co.7.

22 Animæ omnes an ſint eiuſdem ſpeciei, an etiam genere differant, dubitatur.1.de Anima.T.Co.7.

23 de Anima humana uidentur tantum tractaſſe, qui ante Ariſtotelen de anima loquuti ſunt.1.de Anima.T.Co.7.

24 Animæ ſi non ſunt plures in uno, ſed ſũt plures potentiæ unius animæ, dubium ẽ, an prius de partibus ipſius, an de ipſa anima tractandũ ſit, an prius operationes q̃ potentiæ, an prius obiecta q̃ operatiões determinanda ſint.1.de Anima.T.Comment.9.10.

25 Animæ paſſiones utrum omnes communes ſint corporis & animæ, an ſit aliqua paſſio propria ipſius animæ, dubitatur ſoluendum.1.de Anima.T.Co.12.

26 Animæ paſſiones, ſi ſint communes, an ꝓpriæ, neceſſarium eſt cognoſcere, ſed eſt difficile.1.de Anima.T.Co.12.

27 Animæ quædam paſſiones ſunt, quas nullo modo poteſt anima aut pati aut facere ſine corpore, ut iraſci, confidere, concupiſcere, & uniuerſaliter ſentire.1.de Anĩa. T.Co.12.

28 Animæ ſolius uidetur eſſe proprium intelligere, ſed ſi intelligere aut phantaſia ẽ, aut non ſine phantaſia, non contingit intelligere ſine corpore.1.de Anima.T.Cõment.12.

29 Anima ſeparabilis eſt, ſi operationes aut paſſiones proprias habet, ſi uero non habet proprias, quas non poſſit ſine corpore exercere, non eſt ſeparabilis realiter, ſed ſecundum rationem.1.de Anima.T. Comment.13.

30 Animæ paſſiones uidentur eſſe cum corpore, ut ira, manſuetudo, timor, miſericordia, gaudium, odium & amor, quia corpus ipſum aliquid patitur. Cuius rei indicium eſt, ꝙ aliquando duris & manifeſtis paſſionibus nõ perturbamur, aut timemus, aut iraſcimur, aliquando tamen paruis & debilibus, immo nullo terribili imminente, aliqui timent. Quod nõ eſſet, niſi corpus ad hoc concurreret.1.de Anima.T.Com.14.15.

31 de Anima conſyderare phyſici eſt, uel de anima tali, uel de omni anima.1.de Anima.T.Co.15.

32 Animæ paſſiones diuerſimode diffiniuntur a phyſico & a dialectico, qa phyſic9 diffinit p materiam, dialecticus per formam & rationem.1.de Aia.T.Co.16.

33 Aniæ paſſiones, ut gaudiũ, timor, ira. &c. nõ ſunt ſeparabiles a materia animaliũ, ut tales ſunt.1. de Anima.T.Co.18.

34 Animã eẽ ignẽ & calorẽ cõflatum ex atomis ſphæricis, quia maxime poſſunt ſeipſas penetrare & alia & mouere, qa ania p̃ſtat animalibus motũ, dixerunt Democritus & Leucippus.1.de Ania.T. Co.20.

35 Aiam eẽ corpuſcula illa, q̃ in aere uolitãt, qdã Pythagorici dixerũt. Alii aia3 eẽ dixerũt id, qđ ipſa corpuſcula mouet, qa cõtinue mouent̃, etiã ſi tranquillitas maxia ſit.1.de Anima.T.Comment.22.

36 Aiam qdam dixerũt eſſe id, qđ ſeipſum mouet, qa maxime ꝓpriũ animæ eſſe credebant motũ, & qcqd mouet̃, ab aia moueri, ipſam uero a ſeipſa moueri, qa exiſtimabãt nihil mouere aliqd, ſi ipſum quod mouet, non moueat̃.1.de Aia.T.Co.22.

37 Animam eſſe principium motus, dixit Anaxagoras, ſed ipſam non moueri.1.de Anima.T.Co.23.

38 Animã eẽ motũ, dixerũt oẽs, qui reſpexerũt ad animalis motũ.1.de Aia.T.Co.25.

39 Animam quidã eſſe dicũt principia rerũ, quia conſyderauerunt cognitionem, ac ſenſum ipſius animæ, quibus anima cognoſcit & ſentit.1.de Anima.T.Co.25.

40 Aiam dixit Empedocles conſtare ex omnibus elementis, & eſſe unũquodq; illorũ, & ideo oĩa cognoſcere, quia omnia eſt, ut terrã, quia terrea, aquã, quia aquea, aerẽ, qa aerea, ignẽ, qa ignea ſit.1.de Ani.T.C.25

41 Animam, dixit Plato, habere intellectum ab unitate, ſcientiam a dualitate, opinionẽ a trinitate, ſenſum a quaternitate.1.de Anima.T.Co.27.

42 Aiam dixit Plato, cognoſcere aliqua intellectu, alia uero ſcientia, alia opinione, alia ſenſu.1.de Anima.T. Co.27.

43 Animã, quidã dixerunt, eſſe numerum ſe ipſum mouentẽ, quia eſt motiua & cognitiua.1.de Anima.T.Co.28.

44 Animã quidam ſic determinarũt, ſicut & principia, non in hoc irrationabiliter dicẽtes.1.de Anima.T.Co.29.

45 Animam, quidam dixerunt, eſſe ignẽ, qa ignis ſubtiliſſimarum partium eſt, & magis incorporeus, q̃ cætera elementa.1. de Anima.T.Co.29.

46 Animam & mentem idẽ eſſe, & conſtare atomis rotundis, quia nobiliſſima figurarum ſphærica eſt, dixit Democritus.1. de Anima.T.Co.30.

47 Animam aliud eſſe a mente, dixit Anaxagoras, utitur tamen utriſq; uelut una natura.1.de Anima.T.Co.31.

48 Animã Thales dixit, eſſe quoddam mouens. Vnde magnetem lapidem animam habere dixit, quia ferrum trahit.1.de Anima.T.Co.32.

49 Animam eſſe aerẽ, dixit Diogenes, quia aerem dicebat eſſe omniũ principium & ſubtiliſſimum, & ideo animã mouere, qa ſubtiliſſima eſt, cognoſcere quia prima.1. de Anima.T.Co.32.

50 Animam dixit Heraclitus eſſe uaporem, quia uapor, ut ipſe dicebat, eſt principiũ omniũ, & ideo anima cognoſcit, quia uapor eſt principium, & ideo mouet, qa uapor eſt fluxibilis.1.de Aia.T. Co.32.

51 Animam, dixit Alcmæon, eſſe immortalẽ, quia ineſt illi, quod eſt immortaliũ propriũ, ſcilicet ſemper moueri, nam diuina omnia ſemp mouẽtur, ut ſol, luna, aſtra, & totũ cælũ.1.de Aia.T.Co.32.

52 Animam, quidam dixerunt, eſſe aquam, ut Hippo, quia ſemen humidum eſt.1.de Anima.T.Co.32.

53 Animam quidam dixerũt, ſanguinem eſſe, ut Critias, quia uim ſentiendi tribuebant ſanguini, & anima præcipue ſentit. 1.de Anima.T.Co.32.

54 Animam nullus dixit eſſe terram, niſi q dixerunt ipſam animam, & omnia cõſtare ex omnibus elementis.1.de Anima.T Comment.32.

55 Animam diffiniunt oẽs motu ſenſu & incorporeo.1.de Anima.T.Co.33.

56 Animã unũ eſſe dicunt, qui unũ principium ponũt, & eſſe illã de natura illius principii. Qui uero plura principia ponũt, animã plura eſſe dicunt, & illis cõſtare principiis.1.de Anima.T.Co.34.

57 Animã ſolus Anaxagoras dixit impaſſibilem, & nil habere cõmune cum aliis. Sed nõ dixit, quomodo cognoſcat, & propter quã cauſam, nec ex ei9 dictis percipi põt. 1.de Anima.T.Co.34.

58 Animam ex contrariis faciunt, qui cõtraria in principiis faciunt.1.de Anima. T. Comment.35.

59 Animam alterũ cõtrariorum eſſe, dicunt, qui ponũt principia eſſe alterum contrariorum, ut frigidũ aut calidum aut aliqd tale.1.de Anima.T.Co.35.

60 Anima an moueatur, an nõ, & ſi moueat̃, quomodo moueatur, aut moueat, oſtenditur.1.de Anima.T.Co.39.& ultra.

61 Anima ſi mouet̃ per ſe, aut mouet̃ motu locali, aut motu alterationis, aut augmẽti, aut decremẽti, cũ non ſint plures motus. Sed ii oẽs mot9 ſunt in loco, ergo aia erit in loco, & p cõſequens erit corpus, qđ impoſſibile eſt.1.de Aia.T.Co.38.39.

62 Aia ſi ſecũdũ locum mouetur per ſe, erit motus ille naturalis, ergo erit alius mot9 uiolẽtus. Eodẽ mõ & de quiete dicẽdum eſt, quod impoſſibile eſt, cum motus aiæ ſint uolũtarii.1.de Aia.T.Co.40.

63 Aia ſi ignis eſt, ſemp ſurſum mouebitur, & mouebit corp9. Si terra eſt, ſemp deorſum. Eodẽ mõ & de intermediis elementis dicendũ erit.1.de Anima.T.Co.40.

64 Anima ſi corpus mouet ſecundũ locũ, ergo cõueniens eſt dicere, ꝙ eodẽ motu ipſa moueat̃, quo mouet. Quod ſi cõtingat ipſam mouere, & exeuntẽ ingredi, ſequeretur mortua corpora animalium reſurgere.1.de Anima.T.Comment.41.

65 Aiam ſcđm ſe nõ moueri motu locali, ex hoc probat̃. Nã cui cõuenit aliquid p ſe, illud nõ cõuenit per aliud, niſi ſcđm accidens, ſed animæ cõuenit per ſe moueri a ſenſibilibus, ergo nõ mouetur per ſe motu locali.1.de Anima.T.Co.42.43.

66 Anima ſi mouetur p ſe, diſtabit a ſua ſubſtantia, quia quod mouetur, diſtat ab eo, a quo mouetur.1.de Anima.T.Co.43.

67 Animã, quidam dixerunt, eſſe harmoniã quandã, & harmoniam eſſe temperamẽtũ & compoſitionem contrariorũ. Quæ opinio probabilis uiſa eſt multis, & nulla opinione carũ, quæ de anima traduntur, inferior.1.de Anima.T.Comment.54.55.

68 Anima non eſt harmonia, quia non eſt ratio compoſitorum aut cõpoſitio.1.de Anima.T.Comment.55.

69 Anima non eſt harmonia, qa non eſt harmoniæ mouere, ſed oẽs maxime tribuũt animæ mouere.1.de Anima.T.Co.55.

70 Anima non recte dicitur harmonia, quia per cognitionẽ harmoniæ potius deuenimus in cognitionẽ operationũ corporis q̃ animæ.1.de Anima.T.Cõment.56.

71 Anima nõ põt eſſe harmonia, quia nõ eſt cõpoſitio corporũ, alioqui plures aiæ eẽnt in uno hoĩe.1.de Aia.T.Co.57.& ultra.

72 Anima deficiente, corpus corrumpitur.1. de Anima.T.Co.60.

73 Anima motu locali mouet̃ per accidẽs, quia corpus, in quo eſt, mouetur localiter, nã alio modo impoſſibile eſt ipſam moueri localiter.1.de Aia.T.Co.61.

74 Aia ſeipſam mouet.1.de Aia.T.Co.61.

75 Animæ ipſius motus uidẽtur eſſe, dolere, gaudere, timere, ſentire. Et ꝓpter hos motus aliqui opinati ſunt aiam ipſam moueri, ſed ii motus non ſunt aiæ, ſed ab anima in organis corporis alteratis aut motis aut paſſis. Dicere enim animã dolere, aut iraſci, ſimile eſt, ac ſi aliquis eã dicat ædificare, aut texere. Et ideo dolere, timere &c. potius ſunt totius coniuncti q̃ animæ ſolius.1.de Anima.T.Co.62.& ultra.

76 Anima non quia paſſa ſit aliquid, accidit ſenect9 in aiabus, ſed quia corpus in quo anima eſt, aliquid paſſum eſt. Nam ſi oculus iuuenis ſeni aptaretur, uideret ſenex ut iuuenis. Quo argumento colligimus, non animam, ſed corpus paſſum eſſe.1. de Anima.T.Co.65.

77 Animam, qui dixerunt, eſſe numerũ ſeipſum mouentẽ, incidũt in illa inconueniẽtia, in quæ inciderũt, qui animã numerũ dicũt, & ultra illa incidũt in quædã impoſſibilia propria.1.de Anima.T.Co.67.

78 Anima non poteſt eſſe numerus ſeipſum mouens, quia ex unitatibus conſtat, ſed unitates nõ poſſunt ſeipſas mouere, quia indiuiſibiles ſunt, & om̃e quod ſe mouet, diuiſibile eſt in partem mouentem & motam.1.de Anima.T.Co.69.

79 Anima non eſt numerus, quia ſpecies numeri uariantur per additionẽ, aut ſubtractionem unitatis. Nam plantæ, & animalia quædã deciſa uiuunt, & eãdem habent ſpeciẽ animæ.1.de Anima.T.Co.68.

80 Anima ſi eſſet numerus, potius diceretur, ꝙ ſit numerus mouens numerum mõtũ, q̃ numerus ſeipm̃ mouens. Aia enim eſt, quod mouet in animali, & non qđ mouetur.1.de Anima.T.Co.69.

81 Anima ſi eſſet puncta, ſequeretur animã eſſe in quolibet corpore, cũ omne corpus infinita contineat puncta.1.de Anima. T.Comment.70.71.

82 Anima in toto corpore ſentiente eſt.1.de Anima.T.Comment.72.

83 Anima non poteſt eſſe corpus, quia cum ſit in toto corpore, erunt duo corpora ſimul, qđ eſt ĩpoſſibile.1.de Aia.T.Co.72.

84 Animam, qui dicunt, eſſe numerum, in uno puncto plura puncta ponunt.1.de Anima.T.Comment.72.

85 Animæ diffinitioni qui adiunxerunt motum aut numerũ, non ſolum p huiuſmodi diffinitionem nõ poſſunt peruenire in cognitionẽ eſſentiæ aiæ, ſed nec in cognitionẽ accidẽtiũ illius.1.de Aia.T.Co.74.

86 Animam ideo ex elementis cōſtare, aliq
dixerunt,quia cognoſceret omnia,q̄ ex e
lementis cōſtant.1.de Aia.T.Co.76.

87 Animam mouere corpus eiſdē motibus,
quibus ipſa mouetur,dixit Democritus.
Similis in hoc Philippo Comico,qui Ve
neris ſtatuam a Dedalo fabrefactam di
xit moueri motibꝰ argēti uiui in ea inclu
ſi.1.de Anima.T.Co.44.

88 Anima mouet corpus per uoluntatem &
intellectum, & non eo modo, quo aliqui
dixerunt.1.de Anima.T.Co.44.

89 Animam, dixit Timæus, mouere cor
pus eo mō,quo ipſa mouetur,quia corpo
ri annexa eſt.1.de Anima.T.Co.45.

90 Animæ motus non eſt naturalis ſecundū
Platonē,ſed uiolentus,& ideo non poteſt
anima intelligendo eſſe beata,quoniā nul
lum uiolentū eſt beatum.1.de Anima.T.
Comment.49.

91 Animam,dixit Plato,non eſſe corpori u
nitam ex ſua natura, cū uero iam unita
fuerit,nō poſſe recedere,cū uelit.Ex quo
contra Platonem argumentatur Ariſtote
les.Laborioſum eſſe animæ corpi uniri,
& fugiendū. Siquidem melius eſt intelle
ctui non eſſe in corpore, ut conſuerunt
multi dicere,& plures conſentiunt.1.de A
nima.T.Co.49.

92 Animam quidā coniungūt corpori, & in
corpore eam ponunt,nil tñ determinant,
quare iungatur corpori, aut quomodo ſe
habeat ad illud, & quale illud corpus ſit,
quod animæ coniungi debeat,cū præſer
tim non quodlibet moueat quodlibet,nec
agat in quodlibet,nec cuilibet iungatur,
ſed determinatum in determinatū,& ſibi
conueniens.Itaq; qui de corpore nihil di
xerunt, ſimiles ſunt Pythagoricorū fabu
lis, qui referunt,animam in quoduis cor
pus indifferenter ingredi, ut ſi aliquis di
cat,ꝙ ars fabrilis fiſtulas ingrediatur.1.de
Anima.T.Co.51.& ultra.

93 Anima utitur corpore,ut ars inſtrumen
tis.1.de Anima.T.Co.53.

94 Animam dicere conſtare ex elemētis, qa
cognoſcat omnia,& omnia conſtent ex e
lementis,non eſt uerum.Nā multa ſunt,
quæ non ſunt elementa in rebus naturali
bus,quæ tamen cognoſcit anima.1.de A
nima.T.Co.75.& deinceps.

95 Animam dicere conſtare ex elemētis, qa
ſentiat omnia,quæ ex elemētis conſtant,
multa abſurda & impoſſibilia ſequuntur.
1.de Anima.T.Co.76.

96 Animam dicere cōpoſitam ex principiis,
cū principia multiplicitˀ dicantur, ſcilicet
ſubſtantia,quantitas, qualitas &c.ſi anima
conſtet ex principiis,quæ ſunt ſubſtantia,
non intelliget niſi ſubſtantias,ſi uero con
ſtet ex aliis principiis,ergo erit quantitas,
qualitas,relatio, &c. quæ omnia abſurda
ſunt.1.de Anima.T.Co.78.

97 Anima ſi ſit compoſita ex omnibus ele
mētis,elemētata oia & elemēta habebunt
animam.1.de Anima.T.Co.81.

98 Animam qui ex motu & ſenſu tantū con
ſyderauerūt, inſufficienter dixerunt,quia
non omnia habentia animā mouētur ſe
cundum locum uel cognoſcunt.1.de Ani
ma.T.Co.83.

99 Aiam qui dicunt eſſe harmoniā, aut ex e
lementis conſtare, plures animas in uno
corpore ponūt.1.de Aia.T.Co.58.

100 Animam dixit Orpheus in ſuis carmini
bus,eſſe aerem,qui attrahitur reſpiratiōe.
Quod eſſe falſum,ex eo conſtat,ꝙ multa
animalia animā habentia, non reſpirant,
nec attrahunt aerem.1.de Anima.T.Cō
ment.84.

101 Animam qui dicunt compoſitā ex elemē
tis,nō neceſſe erat dicere ex omnibus cō
poſitam,ſed ex duobus altero perfecto al
tero imperfecto,quia per iſta duo efficere
tur omnis cognitio. Nam per elementū
perfectum cognoſcerētur perfecta & im
perfecta,quia rectum eſt iudex ſui & obli
qui.1.de Anima.T.Co.85.

102 Animā quidam dixerunt eſſe partibilē,
& nos alia parte eius intelligere,alia con
cupiſcere.1.de Anima.T.Co.90.

103 Anima ſi partibilis eſt, oportet, ꝙ conti
neatur ab alio,& illud potius erit anima.
Quod ſi impartibile illud eſt,cur non etiā
anima dicatur impartibilis? Si uero par
tibile illud ſit,quærendum eſt, quid illud
contineat,& ſic in infinitum procedere
mus.Ergo anima non eſt partibilis .1. de
Anima.T.Co.91.92.

104 Anima eſt,quæ continet corpus,& non e
contrario.Nam anima decedente,corpꝰ
diſſoluitur,& putreſcit.1.de Anima.T.Cō
ment.90.

105 Anima ſi partibilis ſit, oportebit cuilibet
operationi corporis aſſignare aliquam p
tem animæ,quod non poteſt fieri, præ
ſertim in anima intellectiua.1.de Anima.
T.Comment.92.

106 Animam præcipue intellectiuam,impoſ
ſibile eſt ex elementis conſtare, quia ele
menta materiæ comparantur,cuiꝰ eſt cō
tineri,& anima continet & nō cōtinetur.
1.de Anima.T.Co.82.



107 Animam,quidam dixerunt, permixtam
eſſe in toto uniuerſo.Et ppterea Thales
omnia eſſe plena diis,dixit.1. de Anima.
T.Comment.82.

108 Animam in toto uniuerſo ideo aliqui po
ſuerunt,quia partes illius animatum con
ſtituere uidebant, & eandem credebant
eſſe rationem totius & partis.1.de Anima
T.Co.88.

109 Animam uniuerſi talem dixit eſſe Plato,
qualis eſt ille,qui intellectus uocatur.1.de
Anima.T.Co.46.

110 Animam uniuerſi dixit Plato,non eſſe ta
lē,qualis eſt ſenſitiua,aut appetitiua, quia
harum motus nō eſt circulatio,ſed eſt re
ctus.1.de Anima.T.Co.47.

111 Aniā uniuerſi ſi magnitudo eſt, ut dicit
Plato,non poteſt intelligere quamcunq;
ſuarum partium,ſiue partes illæ ſint mag
nitudines,ſiue puncta, quia ſi ſunt pūcta,
non poſſunt percurri,cum ſint infinita, ſi
uero magnitudines,idem intelliget infini
ties.1.de Anima.T.Co.47.& ultra.

112 Animam in toto uniuerſo permixtā dice
re,duo abſurda ſequuntur,& elementa di
cere animata,aut ſi animata non ſunt, ſe
queretur animam habentia non eſſe ani
mata.Quorum utrumq; abſurdum eſt .1.
de Anima.T.Co.86.87.

113 Anima corpus nō eſt,quia corpus eſt de
iis,quæ non ſunt in ſubiecto.2.de Aniā.
T.Co.4.

114 Animā neceſſe eſt eſſe ſubſtantiam ſicut
formam corporis phyſici organici poten
tia uitam habētis,& eſſe actum illius cor
poris organici, id eſt habentis naturalia
inſtrumenta.2.de Anima.T.Comment.
4.& ultra.

115 Animæ ſi aliqua communis diffinitio aſ
ſignari debet,quæ omni animæ conueni
at,eſt hæc.Anima eſt actus primus corpo
ris phyſici organici potentia uitam habē
tis.2.de Anima.T.Co.7.

116 Anima & corpus non oportet quærere,
cur ſunt unum, ſicut nec quærimus, cur
ſint unū cera & figura,& materia & illud,
cuius eſt materia.2.de Anima.T.Co.7.

117 Anima ſubſtātia eſt, quæ eſt forma,a qua
accipitur ratio rei id eſt totiꝰ,& eſt quod
quid erat eſſe.2.de Anima.T.Co.8.

118 Aniā eſt quod quid erat eſſe, & ratio cor
poris phyſici habentis in ſe ipſo principiū
motus & ſtatus.2.de Anima.T.Co.8.

119 Anima ea ratiōe ſe habet ad corpus, qua
uiſus ad oculū, nā ſi oculus eſſet animal,
anima eſſet uiſus,& uiſu deficiente oculus
non eſt oculus, niſi æquiuoce,ſic & corpꝰ
reſpectu animæ.2.de Anima.T.Co.9.

120 Animā quod abiecit corpꝰ, nō eſt potētia
uiuēs,ſed illud tantū corpus, quod habet
animam.2.de Anima.T.Co.10.

121 Anima quia eſt actus corporis, non eſt ſe
parabilis a corpore.2. de Aniā.T.Co.11.

122 Animæ aliquæ partes ſeparabiles ſunt a
corpore,quia nullius corporis ſunt actus.
2.de Anima.T.Co.11.

123 Animā habēt multa,q̄ tamē non mouen
tur motu locali .2.de Aniā.T.Co.16.

124 Anima dubium eſt an ſit in corpore,ut eſt
nauta in naui.2.de Anima.T.Co.11.

125 Anima uegetatiua,ſenſitiua,motiua,intel
lectiua,an ſit quælibet harū una, an ſint
partes & potentiæ animæ,dubitatur. Ad
quod reſpōdetur,quod in quibuſdā non
eſt difficile iudicare,ut in plantis,in quibꝰ
una anima eſt in omnibꝰ partibꝰ, eſt tñ
illa aniā plures in potētia, qa deciſo ra
mo & plātato,uiuit,ut arbor, unde deciſꝰ
fuit,& nō niſi qa aiam habet. In aliis dif
ficile eſt iudicare.2.de.Aia.T.Co.19.20.

126 Aiæ partes nō ſunt ſeparabiles loco,ut q
dā dicūt,ſed ſcd̄m ratione.Nā alia eſt ra
tio ſenſitiui,alia opinatiui,& alia uegetati
ui,& pari modo de aliis dicendū eſt.2.de
Anima.T.Co.21.22.

127 Anima eſt,qua aialiū differētiæ fiūt,ut qd̄
ſolū eſt uegetatiuū,differat a ſenſitiuo,qd̄
ſenſitiuum ſolum,differat ab intellectiuo.
2.de Anima.T.Co.23.

128 Anima eſt,quo uiuimꝰ,& ſentimꝰ, & mo
uemur,& intelligimus prio,quo dico, nō
ut ſit materia,aut ſubiectū, ſed ut forma,
& ſpecies,& ratio.Sicut ſcientia eſt ſpecies
& forma eorum,q̄ ſuſcipere poſſunt diſci
plinā,& ſanitas corū,quæ ſanari poſſunt.
2.de Anima.T.Co.24.

129 Anima actus eſt corporis, & non corpus
actus animæ.2.de Anima.T.Co.25.

130 Animam corpus non eſſe,nec ſine corpo
re eſſe,qui dixeruut, recte opinati ſunt.2.
de Anima.T.Co.26.

131 Aia corpꝰ nō eſt, tñ eſt aliqd corporis ſci
licet actꝰ,forma,& ſpēs.2.d Aia.T.Co.26

132 Aia nō in quolibet corpore indifferenter
nata eſt eſſe, ſed in determinato ſcilicet
phyſico organico, qa actus unius cuiuſq;
natus eſt fieri in potentia, & in propria
materia.2.de Anima.T.Co.26.

133 Aiæ diffinitio, ſcilicet ꝙ ſit actus corporis
phyſici &c.q̄uis oī animæ cōueniat,nō tñ
alicui propriæ cōuenit,ſicut figuræ diffini

tio. Quæ licet omnibꝰ figuris ſub illa rõe, q̃ figuræ ſũt, ſit cois, & oẽs cõplectat̃, nullius tñ eſt propria. 2. de Anima. T. Co. 30.

134 Aiæ ptes ſeu differẽtiæ priores cõtinent̃ uirtute in iis, q̃ ſunt cõſequẽter, ut uegetatiuũ in ſenſitiuo, ſenſitiuũ in intellectiuo, ut in figuris triangulꝰ continetur in quadrangulo. 2. de Anima. T. Co. 31.

135 Aiæ ultimũ & minimũ habet hõ, aut ſi qd homine præſtantiꝰ eſt. Vltimum dico, qa intellectiuũ includit alia, minimũ, qa paucioribꝰ cõuenit. 2. de Aia. T. Co. 29. 32.

136 Animæ differẽtias qui uoluerit aſſignare, prius de operationibꝰ tractare debet q̃ de potẽtiis, ut prius dicat, quid ſit intelligere aut ſentire, q̃ quid ſit intellectiuũ, aut ſenſitiuũ, qa actus & operationes priores ſunt potẽtiis, & obiecta priora ſunt actibus & operationibꝰ, ideo ab obiectis inchoandũ eſt. 2. de Anima. T. Co. 33.

137 Anima eſt cauſa formalis, & cauſa efficiẽs & finalis uiuẽtibꝰ. Formalis dico, quia uiuere uiuentibus eſt eſſe. Efficiens, qa augmentum & decrementum & ſenſum & motum præſtat. Finalis, quia gratia eius ſiunt organa corporum & plantarum. 2. de Anima. T. Co. 36. 37.

138 Animæ inſtrumenta ſunt corpora animalium & plantarum. 2. de Aia. T. Co. 37.

139 Animã nõ hñtia nec ſentiũt, nec nutriuntur, nec augẽtur, nec decreſcunt proprie & naturaliter. 2. de Aia. T. Co. 37.

140 in Anima quodãmodo ſunt uniuerſalia. 2. de Anima. T. Co. 60.

141 Animã duobꝰ maxime diffinierũt antiq, ſcilicet motu ſcdm locum, & hoc quod eſt intelligere & diſcernere & ſentire. 2. de Anima. T. Co. 150.

142 Anima multo tempore uerſatur in errore 2. de Anima. T. Co. 151.

143 Aia ſeruat id, quod habet illam, alimẽto mediante. 2. de Anima. T. Co. 48.

144 Aia uegetatiua eſt principale principium nutritiuum. 2. de Aia. T. Co. 48.

145 Aia uegetatiua eſt, quæ poteſt generare ſibi ſimile. Et hæc erit illius denominatio a fine prĩcipaliſſimo, qa licet alat, & augeat, ab eo quod principalius eſt ſcilicet generare, denoĩatur. 2. de Aia. T. Co. 49.

146 Anima uegetatiua duplici inſtrumẽto utitur ad nutritionẽ, ſcilicet alimento & calore naturali. 2. de Anima. T. Co. 50.

147 Anima uegetatiua ab aliis ſeparari põt, aliæ uero aniæ a uegetatiua ſeparari non poſſunt. 2. de Anima. T. Co. 15. & de Iuuẽtut. & Seneċt. c. 2. A. & de Somn. & Vig. cap. 1. E.

148 Anima uegetatiua eſt, cuius plantæ ſunt participes. 2. de Anima. T. Co. 17.

149 Anima uegetatiua & aliis omnibus ineſt, & maxime cõmunis eſt. 2. de Anima. T. Comment. 24.

150 Animæ uegetatiuæ opera ſunt generare ſibi ſimile, & alimento uti. 2. de Anima. T. Comment. 34.

151 Anima uegetatiua eſt cauſa, ut aliqua leuia in corpore ſint deorſum, & quædam grauia ſint ſurſum ratione finis, & non, ut Empedocles dixit, ratione materiæ. 2. de Anima. T. Com. 38.

152 Anima uegetatiua diſtinguit̃ ab aliis nutritione. 2. de Aia. T. Co. 42.

153 Anima ſenſitiua an ſit diſtincta ab aliis, an pars aliarum, in quibuſdã nõ eſt difficile iudicare, in aliis tñ eſt difficile. 2. de Anima. T. Co. 19. 20.

154 Aia intellectiua diuerſa eſt ab aliis, & ſeparatur ab illis, ſicut perpetuum a corruptibili. 2. de Aia. T. Co. 21.

155 Anima intellectiua ſi ineſt, inſunt & aliæ. 2. de Anima. T. Co. 32.

156 Animæ partes ſeu gradus ſeu potentiæ ſunt quinq;, uegetatiuũ, ſenſitiuũ, appetitiuum, motiuum ſecundũ locum, & intellectiuum. Quorum unum tantum habent quædã animalia, alia uero plura, alia omnia. 2. de Anima. T. Co. 27.

157 Animæ in poteſtate eſt intelligere, cũ uelit, nullo exteriore præſente, ſentire uero non poteſt ſine ſenſibili præſente. 2. de Anima. T. Co. 60.

158 Animam non habens non poteſt nutriri, quia nil alitur, niſi animatum. 2. de Ania. T. Co. 46.

159 Anima certo quodam modo eſt omnia, quia eſt ſenſibilia per ſenſum, cum ſenſus quodammodo ſit omnia ſenſibilia, & eſt omnia intelligibilia per intellectum, qui ẽ in actu. 3. de Anima. T. Com. 37. & ultra. Quære Intellectus. 45.

160 in Anima non ſunt res, ſed ſpecies rerum. 3. de Anima. T. Co. 38.

161 Anima eſt ſicut manus, nã ſicut manus ẽ inſtrumentũ inſtrumentorũ, ſic anima ẽ ſpecies ſpecierũ. 3. de Ania. T. Co. 38.

162 Anima duabus differentiis potiſſimũ decernitur, & diffinitur, ſcilicet cognitiõe intellectiua aut ſenſitiua & motu. 3. de Anima. T. Co. 40.

163 Animam diuidere iraſcibili & concupiſcibili & rationali, ut aliqui diuiſerunt, nõ eſt rationi cõſentaneum, quia huiuſmodi uires non omnia, q̃ ſunt animæ, complectũtur. Et cum uariæ ſint operationes harũ uirium, in infinitas partes diuidi & ſecari anima poſſet. 3. de Anima. T. Co. 41. 42.

164 Animã uegetatiuam non facile quis ponere poteſt rationalem aut irrationalem. 3. de Anima. T. Co. 41.

165 Anima uegetatiua non eſt principiũ motus localis in animalibꝰ, qa animalia mouentur motu locali ut fugientia uel proſequentia aliquid. Quod nõ ſit ſine phantaſia aut appetitu, qbus uegetatiua caret. Alioqui plantæ mouerentur motu locali, & haberent organa ad talem motũ. 3. de Anima. T. Co. 44. 45.

166 Animam uegetatiuam neceſſe eſt habere omne uiuẽs a generatione uſq; ad corruptionem. 3. de Anima. T. Co. 59.

167 Animam ſenſitiuã non facile quis ponere poteſt eſſe rationalem aut irrationalem. 3 de Anima. T. Co. 41.

168 Anima ſenſitiua nõ eſt principium motꝰ animalium, quia animalia quædam ſunt, quibus ineſt ſenſus, & tamẽ ſunt immobilia. Nec eſt dicẽdũ, ideo nõ moueri, quia non habent organa, nam ſicut natura nil facit fruſtra, ſic nõ deficit in neceſſariis. 3. de Anima. T. Co. 45.

169 Animam intellectiuam nullũ corpus poteſt habere, quod non habeat ſenſum. 3. de Anima. T. Co. 61.

170 Anima tñ intellectiua eſt locꝰ ſpecierum intelligibilium. Non tamen eſt locus in actu, ſed in potentia. 3. de Aia. T. Co. 6. 38.

171 Animæ & corporis communia ſunt ſenſus, memoria, ira, appetitus, gaudiũ, triſtitia. de Sen. & Sen. c. 1. A.

172 Anima intelligit nõ aliquid mittẽdo, aut fundendo extra ſe, ſed intelligit magnitudines intelligendo ſimilitudinẽ maiorem aut minorem magnitudinis, ut uoluerit. Nam ſi anima nõ intelligeret magnitudinem, niſi applicando ſe illi realiter, ſequeretur, ꝙ anima non poſſet intelligere niſi magnitudinem actu exiſtentem, quod eſt abſurdũ. de Memo. & Remi. c. 2. M. N.

173 Ania aliter ſe habet ad corporis coionẽ q̃ ſcientia ad animam. Nã ſi ſe haberet anima ad corpus, ſicut ſcientia ad animã, alia corruptio conueniret ei. Sequitur ergo, ꝙ aliter ſe habet ad corpus, q̃ ſcientia ad animã. de Longit. & Breuit. Vit. c. 1. D.

174 Animæ eſſentiam eſſe corpus, impoſſibile eſt. de Iuuent. & Seneċt. c. 1. A.

175 Anima licet non ſit corpus, eſt tamẽ in aliqua corporis particula, quæ præ cæteris partibus polleat uirtute quadam. de Iuuẽtut. & Seneċt. c. 1. A.

176 Anima eſt tanq̃ ignita in corde. de Iuuẽt. & Seneċt. c. 2. D.

177 Animam habent uiuentia omnia, quæ tamẽ anima nõ poteſt eſſe ſine calore naturali. de Iuuent. & Seneċt. c. 3. D.

178 Animæ uegetatiuæ principiũ eſt in corde. de Iuuent. & Seneċt. c. 2. A.

179 Animæ ſenſitiuæ principiũ eſt in corde. de Iuuent. & Seneċt. c. 2. A.

180 Animæ partes an potentiæ dicantur, an partes, in dubio reliquit Ariſtoteles. de Iuuent. & Seneċt. c. 1. A.

181 Animam & calidum, dixit Democritus, eſſe primas figurarum ſphæricarum. de Reſpir. c. 1. L.

182 ſine Anima non ſit digeſtio. de Reſpir. cap. 4. A.

183 Anima illorũ animaliũ eſt honorabilior, quæ habent pulmonem. de Reſpir. c. 6. A.

184 Anima uegetatiua non poteſt eſſe ſine calore naturali. de Reſpir. c. 4. B.

185 Anima & corpus ita ſe habẽt a natura, ut ſint ſibiinuicem cauſæ multarum paſſionum. de Phyſiog.

186 Animæ ſequuntur corpora, & patiuntur a motibus corporis, quod manifeſtũ ualde ſit in ebrietatibus & ægritudinibus. de Phyſiognom.

187 ab Animæ paſſionibus pati corpora manifeſtũ eſt in amãtibus. de Phyſiog.

188 Anima diſſoluta forma, quæ eſt in corpore, diſſoluitur. de Phyſiog.

189 Anima, qua uiuimus, licet non uideatur, officiis tamen & functionibus ſuis ſe conſpiciendam præbet. de Mundo ad Alexãdrum. c. 5. N.

190 Animæ bona propriiſſime & maxime dicuntur bona. 1. Ethic. c. 8. A.

191 Animæ uirtus eſt uirtus humana, & non ea, quæ eſt corporis. 1. Ethic. c. 13. A.

192 Aiæ aliquã cognitionẽ debet habere, qui de uirtutibus conſyderat, qa uirtutes animæ ſunt & non corporis. 1. Ethic. c. 13. A.

193 Animæ pars rationalis ſemper ad optima prouocat. 1. Ethic. c. 13. C.

194 Animæ pars alia eſt rationalis, alia irrationalis, quæ partes ſiue diſtinguantur re, an ratione tantum, nil attinet ad moralẽ diſciplinam. 1. Eth. c. 13. C. & 6. c. 1. B.

195 Anima uegetatiua in omnibus, quæ nutriuntur, eſt. 1. Ethic. c. 13. C.

196 Aia uegetatiua maxime operatur in ſomnis. 1. Ethic. c. 13. C.

197 Animæ pars irrationalis quodãmodo eſt

rationalis,quodammodo nõ. Nã in conti nentibus rationi paret.1.Ethic.c.13.D.

198 in Anima tria ſunt, affectus, potentiæ, & habitus.2.Ethicorum.c.5.A.&.1.Magnor. Mor.cap.7.A.

199 Animæ pars rationalis differt ab ea parte,quæ eſt irrationalis, ſecundum ſubiectionem & dominium.5.Ethicorũ.c.11.C. &.1.Politicorum.cap.4.D.

200 Aniæ pars rationalis in duas partes diuiditur, alterã,qua cõtemplamur ea, quorum principia impoſſibile eſt aliter ſe habere, alteram,qua proſpicimus ea,quæ aliter ſe habere poſſunt.6.Ethicorum.c.1.B.

201 Animæ partes illæ differunt genere, quæ contemplantur illa,quæ genere differunt. 6.Ethicorum.cap.1.B.

202 in Anima ſunt illa,quæ cognoſcit ꝑ quandam ſimilitudinem.6.Ethi.c.1.B.

203 Animæ pars,quæ contẽplatur neceſſaria, uocatur ſcientia,altera quæ contingentia conſyderat,dicitur ratiocinatiua.6.Ethicorum.cap.1.B.

204 Animæ pars ratiocinatiua eſt pars eius, quæ eſt rationalis.6.Ethic.c.1.B.

205 in Anima tria ſunt,quæ rebus agẽdis dominantur,ſcilicet ſenſus,appetitus,& intellectus.6.Ethicorum.cap.2.A.

206 Anima uegetatiua non habet in ſua poteſtate operari aut non operari,& ideo operatio eius non concurrit ad operationem humanam,ut humana eſt . 6.Ethicorum. cap.12.C.

207 Anima una eſt amicorũ,ut in prouerbio dicitur.9.Ethic.c.8.A.

208 Anima prauorum in ſeditione eſt.9.Ethicorum.cap.4.C.D.

209 Animæ partem irrationalẽ extinguit, qui uirtutes dicit eſſe ſcientias . 1. Magnor. Mor.cap.1.B.

210 Animam diuiſit Plato in partem rationalem & irrationalem,& ſuas uires utriq; parti dedit.1.Magnor.Mor.c.1.B.

211 Animæ bona præcipua ſunt inter omnia bona,& trifariã diuiduntur ſcilicet in prudentiam,uirtutem,& uoluptatem . 1. Magnor.Mor.cap.4.A.

212 in Anima ſunt uirtutes. 1.Magnor.Mor. cap.4.A.

213 Anima & nulla alia re uiuimus . 1.Magnor.Mor.cap.4.A.

214 Anima alia multa facit,q̃ ut ipſa uiuamus 1.Magnor.Mor.cap.4.A.

215 Anima uegetatiua alimur . 1. Magnor. Mor.cap.4.B.

216 Animam uegetatiuam non adiuuare ad uoluptatem capeſſendam,probatur.1.Magnor.Mor.cap.4.C.

217 Anima in duas partes diuiditur in rationalem,& in rationis expertem. A priore exoriuntur uirtutes intellectuales,a poſteriore morales.1.Magnor.Mor.c.5.A.

218 Animæ pars rationalis in duas partes diuiditur, alterã conſultatricem,alterã uero ſcientiæ indagatricem, ſeu in practicam & ſpeculatiuã. Prior ergo pars uerſatur circa mobilia,poſterior circa neceſſaria & æterna.1.Magnor.Mor. cap.35.A.B.&.7. Politicorum.cap.14.D.

219 Anima corpore mutabilior eſt,& ideo animam nequam habenti auferenda eſt opulentia,imperium,dominatio &c.huiuſmodi.2.Magnor.Mor.cap.3.D.

220 in Anima tria ſunt,quibus aliquis malus dicitur,ſcilicet uitium,incõtinẽtia, feritas. 2.Magnor.Mor.cap.4.A.

221 Animæ ineſt a natura,ut etiam ſine ratione nos impellat ad ea,quæ commoda nobis ſunt.2.Magnor.Mor.cap.8.C.

222 Animæ pars irrationalis ſi non prohibet rationalem agere ſuam actionem,tunc dicitur fieri aliq̃d ratione recta.2.Magnor. Mor.cap.10.A.

223 Animæ pars irrationalis propter rationalem eſt,& non econtrario . 2. Magnor. Mor.cap.10.A.

224 propter Animam eſt corpus,& non ecõtrario.2.Magnor.Mor.c.10.A.

225 Anima naturaliter imperat corpori.1.Politicorum.cap.3.E.

226 Anima prauorum non imperat corpori, ſed paret.1.Polit.c.3.E.

227 Anima habet imperium in corpus,ut dominus in ſeruum.1.Polit.c.3.E.

228 Animæ pars rationalis imperare debet parti irrationali ſecundum naturam. 1. Politicorum.c.3.D.

229 Animæ unius pulchritudinem diſcernere ab alterius turpitudine non eſt facile, ſicut & corporum.1.Polit.c.3.F.

230 Anima principalior pars eſt animalis q̃ corpus.4.Polit.cap.4.E.

231 Anima ſicut eſt corpore precioſior, ſic & eius affectiones & diſpoſitiones ſunt meliores. 7.Politicorum. cap.1.C. Quære Diſpoſitio.4.

232 Animæ gratia expetuntur bona externa, & non econtrario.7.Polit.cap.1.C.

233 Animæ bona quanto magis excedũt,tãto magis utilia ſunt.7.Polit.c.1.C.

234 Anima precioſior eſt corpore & pecuniis & ſimpliciter & nobis.7.Polit.c.1.C.



235 Animam præcedit corpus generatione. 7.Polit.cap.15.C.

236 Animæ cura poſterior habẽda eſt legiſlatori q̃ corporis cura,debet tamẽ cura corporis eſſe ꝓpter animã.7.Polit.c.15.C.

237 Animam, dixerunt multi ſapientes, eſſe harmoniam,aut habere harmoniam,quia maxima cognatio eſt nobis cum harmonia.8.Polit.cap.5.G.

238 Anima pars hominis eſt,in qua prima ipſum uiuere eſt.5.Metaphy.T.Co.23.

239 Animã,ut eſt in materia,conſyderat phyſicus, & non de anima ſeparata. 6.Metaphyſic.T.Comment.2.

240 in Anima contrariorum forma quodammodo eadem eſt.7.Metaphy.T.Co.23.

241 Anima forma & ſpecies animati eſt,& eſt quod quid erat eſſe tali corpori.7.Metaphyſic.T.Comment.35.

242 Anima & animam eſſe idem eſt. 8.Metaphyſicorum.T.Comment.8.

243 Animam,ut intellectus eſt,nihil prohibet manere poſt corruptionem illius cuius erat forma.12.Metaphy.T.Co.17.

244 Animam omnem manere,corrupto corpore,fortaſſe impoſſibile eſt, animam uero intellectiuam, nihil prohibet manere, corrupto corpore. 12.Metaph.T.Co.17. Quære Animus,Intellectus.✳.

ANIMAL.

1 Animal multum exiguum nõ poteſt eſſe ſpecioſum.in Poet.c.6.D.

2 Animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Prædicabil.cap.3.D.

3 Animali ſublato ſcientia non eſt . Prædicament.cap.7.G.

4 Animaliũ naturas poſſibile eſt cognoſcere,ſi quis cõcedat,paſſiones naturales trãſmutare aĩam & corpus.2.Prior.c.Vlt.A.

5 Animalia non oĩa reſpirãt.1.Poſter.T.Co.30.Quære Reſpiratio.4.8.9.10.12.

6 Animalia cornigera ſuperioribus dentibus carent.2.Poſter.T.Co.23.

7 Aĩalia oĩa hñt potẽtiã ſenſitiuã,q̃ iudicãt, quã uocãt ſenſum.2.Poſter.T.Co.27.

8 Animalis differẽtia eſt immortale,& non genus.4.Topic.cap.2.E.

9 Aĩalia a natura ſunt.2.Phyſic.T.Co.1.

10 Animalium partes plurimas a fortuna fieri,dixit Empedocles.2.Phyſi.T.Co.43. Quære Empedocles.9.11.12.

11 Animalia a natura uel a mente facta eſſe, quidam poſuerunt.2.Phyſic.T.Co.45.

12 Aĩaliũ partes dixit Empedocles,eſſe a caſu,& q̃ incidebãt apte, cõſeruabant, quæ uero inepte,peribãt. 2.Phyſic.T.Co.76.

13 Animalia bruta nec diſcurſu nec deliberatione aliquid faciunt,propter finem tamen operantur.2.Phyſic.T.Co.80.

14 Aĩalia bruta an intellectu operent̃,an alio prĩcipio,qdã dubitãt.2.Phyſic.T.Co.80.

15 Animalia habent in ſeipſis principiũ motus & quietis.8.Phyſic.T.Comment.17.

16 Animalia non habent omnes motus a ſe ipſis.8.Phyſic.T.Co.20.

17 Animal naturaliter ſeipſum totũ mouet. 8.Phyſic.T.Co.27.

18 Animalium partes ſæpe mouentur extra naturam iuxta poſitionem & modos motus.8.Phyſic.T.Co.27.

19 Animal dormit, dum alimentum concoquitur,cum uero diſgregatur,& ſidũt uapores,& uigilat.8.Phyſic.T.Co.51.

20 Animal infinitum non poteſt eſſe.1.de Cæl.T.Comment.72.

21 Animaliũ naturæ propria ſunt principia diuerſorum ſituum.2.de Cæl.T.Co.7.

22 Animalia habent in ſe manifeſte omnes ſex differentias ſitus,ſcilicet ſurſum & deorſum,ante & retro,dextrum & ſiniſtrũ. 2.de Cæl.T.Comment.7.12.

23 Aĩalis ante eſt,ubi ſunt ſenſus.2.de Cæl. T.Co.3.& de Iuuent.& Senect.c.1.C.

24 Animalium impotẽtiæ ſeu imbecillitates omnes ſunt præter naturam,ut ſenectus, & decrementum.2.de Cæl.T.Co.37.

25 Aĩaliũ cõſtitutio forte ex talibus cõſtat,q̃ ꝓpriis differũt locis.2.de Cæl.T.Co.37.

26 Animalium nulla pars eſt in ſuo loco.2. de Cæl.T. Comment.37.

27 Aĩalibus natura tribuit inſtrumẽta cõueniẽtia motui ipſorũ . 2.de Cæl.T.Co.50.

28 Aĩalia cætera pauciores operationes habent q̃ homo.2.de Cæl.T.Co.64.

29 Animalis medium aliud eſt a medio corporis.2.de Cæl.T.Comment.74.

30 Aĩaliũ generatio in rectũ eſt,& nõ circularis,ut elemẽtorũ. 2.de Gener.T.Co.70.

31 de Aĩalibus traditio quẽ locũ obtinet in philoſophia,oſtẽditur.1.Meteor.c.1.C.

32 Animalia ſecundum ſe tota habent iuuentutem & ſenectutem.1.Meteor.c.14.B.

33 Animalibus oĩbus inſunt quattuor qualitates primæ, ſcilicet frigiditas, caliditas, ſiccitas,& humiditas.4.Meteor.T.Co.2.

34 Animalia quædam gigni ſolẽt ex putreſcentibus,quia calor,qui naturalis eſt, dũ educit̃,cõſtare facit,quæ ſegregata ſunt. 4.Meteor.T.Comment.13.

35 Aĩalia tantũ inueniũtur in aqua & terra, quia materia corporũ animaliũ ex aqua & terra cõſtant.4.Meteor.T.Co.29

36 Animalium principium anima eſt .1. de Anima.T.Co.2.

37 Animal uniuerſale aut nil eſt,aut poſteriꝰ eſt.1.de Anima.T.Co.8.

38 Aĩalis ꝑtes q̃dam,ut capilli,oſſa,& nerui, nil ſentiunt.1.de Aĩa.T.Co.79.&.3.de A nima.T.Co.66.

39 Aĩalia q̃ abſciſſa uiuunt,eadẽ anima ſpeci fice uiuũt,qua uiuebant anteq̃ abſcinderẽ tur.1.de Anima.T. Co.68.93.

40 Animal eſſe dicimus aliquid, qa ſenſum habet.Eſt eñ animalis principiũ ſenſus. 2.de Ania.T.Co.16.

41 Anĩalia etiã q̃ loco nõ mouẽt, ut oſtrea, non ſolũ uiuentia eſſe,ſed etiã animalia di cimus,qa ſenſum hñt.2.de Aĩa.T.Co.16

42 Aĩalia omnia habent tactum,qui eſt ſen ſus maxime neceſſarius.2.de Anima. T. Co.17.23:27.31.

43 Aĩalia deſciſſa, q̃uis habeãt animã eiuſdẽ ſpẽi cũ illa,qua ante uiuebant, non tñ ui uunt diutius,qa non habent organa debi ta,quibus conſeruent ſuam naturam. 2. de Aĩa.T.Co.20.

44 Animalium inſectorũ,cũ inſcidũtur,una quæq; pars uiuit,quia anĩa eorũ eſt mul tæ animæ in potentia.2. de Aĩa.T.Co. 20.&.7.Metaph.T.Co.56.

45 Aĩaliũ q̃ diuiſa uiuunt,ſi eorũ q̃libet ꝑs habet ſenſum,habet etiã conſequentia ad ſenſum.2.de Aĩa.T.Co.20.

46 Aĩalia ſenſum habẽtia habẽt phantaſiã & appetitum,& deſideriũ & triſtitiam,& læ titiam.2.de Anima. T.Co.20.

47 Aĩalia multa ſunt,q̃ nõ habẽt alios ſenſus præter tactum.2. de Aĩa.T. Co.23.31.

48 Aĩalia oẽs qnq; ſenſus hñt, niſi ſint impfe cta,aut orbata.Nam & talpa uidetˀ oculos hr̃e ſub cute.2.de Anima.T.Co.23.131.

49 Aĩaliũ differentiæ diuerſæ ſunt ab anĩa. Nã qbuſdã ineſt tm̃ uegetatiuũ, qbuſdã ultra uegetatiuum ſenſitiuũ, qbuſdã ultra hæc intellectiuũ.2.de Aĩa.T.Co.23.

50 Animalia q̃dam oẽs habent ſenſus,q̃dam uero non omnes,ſed unũ tm̃ maxime ne ceſſariũ,qui eſt tactus.2.de Aĩa.T.Co.23

51 Animalibus,quibꝰ ineſt ſenſus, etiã ineſt appetitus,quia appetitꝰ cupiditas q̃dã eſt. 2.de Anĩa.T.Co.27.

52 Aĩalia oĩa ſenſum hñt,quo cognoſcũt ali mẽtũ ſibi cõueniẽs.2.de Aĩa.T.Co.28.

53 Aĩalia tactum habentia appetitum habẽt. 2.de Anima.T.Co.29.

54 Animalium quædam mouentur motu lo cali progreſſiuo, alia uero non. 2. de Ani ma.T.Comment.32.

55 Animal generat animal.2.de Anima.T. Co. 34.

56 Animalis caput ſurſum eſt.2 .de Anima. T.Comment.38.

57 Animaliũ inſtrumẽta licet alia & alia ſint, ſunt tñ ſimilia in operationibꝰ,ut caput in hoĩe,radix in arbore.2.de Aĩa.T.Co.38.

58 Animalia greſſibilia plus caloris retinẽt in pulmone q̃ alia, ideo reſpiratiõe egẽt. 2.de Anima.T.Co.89.

59 Aĩalia reſpirãtia habẽt operculũ olfactus. Quæ uero nõ reſpirãt,nõ habẽt illud oper culum.2.de Anima.T.Co.100.

60 Animalia quæ olfaciunt ſpirando,nõ odo rant in aqua.2.de.Aĩa.T.Co.100.

61 Animalia non mouẽtur motu locali a ue getatiua,qa motꝰ localis in aĩalibꝰ ſemper eſt cũ appetitu aut cũ phãtaſia.Sed appeti tus aut phãtaſia nõ eſt partis uegetatiuæ. Ergo animalia non mouentur a uegetati ua.3.de Anima.T.Co.44.

62 Animalia ſi mouerentˀ motu locali a uege tatiua,plantæ mouerẽtur motu progreſſi uo,& haberent organa ad talem motum 3.de Anima.T.Co.44.45.

63 Animalia nõ mouentur motu locali pro greſſiuo a ſenſitiuo , quia multa animalia ſunt,qbꝰ ineſt ſenſꝰ,& tñ immobilia ſunt. Nec habẽt organa ad talẽ motũ ꝓgreſſi uũ.Nec eſt dicẽdũ, deeſſe illis organa, li cet habeãt principiũ motꝰ,qa ſicut natura nil facit fruſtra,ſic non deficit in neceſſari is.3.de Anima.T.Co.45.

64 Animalia,quæ motu progreſſiuo non mo uẽtur,ſi tamẽ habẽt ſenſum, perfecta ſunt, quia generãt,& augmentũ & decrementũ recipiunt.3.de Anima.T.Co.45.

65 Animalium motus localis non eſt ab in tellectu ſpeculatiuo,quia intellectꝰ ſpecula tiuꝰ cõſyderat ea,quæ ſunt tm̃ ſpeculabilia & nõ agibilia,ideo nõ præcipit aliq̃ ꝓſequẽ da aut fugiẽda.3.de Aĩa.T.Co.49.

66 Animalium motus localis cauſa nõ eſt in tellectꝰ practicus . Nã licet ipſe oſtendat aliquid fugiendũ ut malũ,aut proſequẽdũ ut bonũ , nõ tñ mouetur animal ad illud, ſed aliquãdo in oppoſitũ, ut in incontinẽ te patet.3.de Aĩa.T.Co.47.

67 Animaliũ motꝰ localis cauſa nõ eſt appeti tꝰ,quia uidemꝰ cõtinẽtes q̃q̃ appetãt & cu piãt,nõ agere tñ ſecũdũ appetitũ, ſed ſecũ dũ intellectꝰ dictamẽ.3.de Aĩa.T.Co.48.

68 Animaliũ motꝰ localis principia ſunt in tellectꝰ practicus & appetitus, ſi quis phã taſiã ponat ſicut quandam intelligentiam. 3.de Anima.T.Co.48.





69 In Animalibus aliis ab homine nõ eſt in tellectiuũ,nec ratio,ſed eſt phantaſia.3.de Anima.T.Comment.48.49.

70 Animalia quod mouet motu locali ſpecie unum eſt, ſcilicet obiectum appetibile,nu mero uero plura ſunt mouẽtia. 3.de Ani ma.T.Comment.54.

71 In Animalium motu tria ſunt, ſcilicet mo uens,& illud quo mouet,ſcilicet inſtrumẽ tum,& quod mouetur.Mouens immobi le eſt bonum appetibile, ſcilicet quod eſt agibile.Mouens motum eſt appetitꝰ,quia mouetˀ a bono,& mouet animal, & quod mouetur,eſt animal. Inſtrumentum uero eſt aliquid corporeum,quo animal moue tur.3.de Anima.T.Co.54.

72 Animaliũ motus localis organũ ibi eſt po nendũ,ubi principium & finis idem ſunt, ut in cardine.Nã eſt conuexũ ſiue gibbꝰ, qui eſt principiũ,& cõcauũ, ſiue acetabu lum,quod eſt finis, in quo recipitˀ ille gib bus ſiue tuberculũ.Vnde aliud q̃eſcit,ſci licet acetabulũ, aliud uero mouetur ſcili cet tuberculũ.3.de AnimaT.Co.55.

73 Anĩaliũ motꝰ localis,aut eſt pulſus,aut tra ctus,& ideo neceſſe eſt aliquid quieſcere, & hinc incipere motũ.3.de Aĩa.T.Co.55.

74 Animalia habẽtia tantũ ſenſum tactus,ui dẽtur habere triſtitiã & delectationẽ. Sed ſicut habẽt impfectũ motũ,ita hñt impfe ctam imaginationẽ & phãtaſiam & appe titum.3.de Anima.T.Comment.56.

75 Animalia irrationalia ſenſitiuam phanta ſiam habent,deliberatiuam uero non ha bent.3.de Anima.T.Co.57.

76 Animalia rationalia deliberatiuam habẽt, quia opus ratiõis eſt deliberare. 3.de Ani ma.T.Comment.57.

77 Animal om̃e neceſſe eſt habere ſenſum. 3.de Anima.T.Comment.60.61.

78 Animal corpus animatum eſt. 3.de Ani ma.T.Comment.63.

79 Anĩalia,quæ motu proceſſiuo mouentur, neceſſe eſt habere aliũ ſenſum præter gu ſtum & tactum,quæ ſi conſeruari debent, nõ ſolum prope,ſed etiã a lõge ſentire de bẽt.Cui rei ſeruiũt alii ſenſus,ſcilicet odo ratꝰ,uiſus,& auditꝰ.3.de Anĩa.T.Co.64.

80 Animalium nullum corpus ſimplex eſt ut igneũ aut aereũ.3.de Anima.T.Co.66.

81 Anĩalia tactu priuata intereunt. 3.de Ani ma.T.Comment.67.

82 Anĩalia nõ corrũpũt excellẽtia ſenſibilia aliorũ ſenſuũ,niſi forte ꝑ accidẽs, ut ſi cũ ſono fiat ictus,aut depulſio,excellens tñ tã gibile anĩal corrũpit. 3.de Aĩa.T.Co.67.

83 Animalium cõmunia ſunt ſenſus, memo ria,ira cupiditas,& gaudiũ,quæ fere om̃i bus anĩalibꝰ inſunt.de Sen.& Sen.c.1.A.

84 In Animalibus ꝑfectis quattuor cõiugatio nes paſſionũ reperiuntˀ,ſcilicet ſomnus & uigilia,iuuẽtus & ſenectꝰ,inſpiratio & ex ſpiratio,uita & mors.de Sen.& Sen.c.1.B.

85 Anĩal,ut anĩal,neceſſe eſt habere ſenſum, quia ꝑ ſenſum habere diffinimus animal, per nõ habere nõ animal.de Sen.& Sen. cap.1.C.& de Somno.& Vigil.c.1.I.

86 Animalia quæ tp̃s nõ percipiunt,memo ria carent.de Memo.& Remi.c.1.C.

87 Animalia quædam ratione carẽtia habẽt memoriam,quæ eſt paſſio primi ſenſitiui. de Memo.& Remi.cap.1.E.

88 Animalia melius uegetantur, aluntur, & augentˀ dormiẽtia q̃ uigilantia.de Somn. & Vigil.cap.1.H.

89 Animalia mouẽtur,facto aliquo ſenſu uel proprio uel extraneo in ſenſorio primo. de Somn.& Vigil.cap.2.H.

90 Animalia non mouentur ſine aliqua in tenſione uiriũ.de Somn.& Vigil.c.2.L.

91 Animal cum primũ ſenſum habuerit,nu trimẽtum & augmẽtum ſumit.de Somn. & Vigil.cap.3.A.

92 Aĩal nõ p̃ot eſſe, niſi ea cõtingãt, quibus animal ꝑficitur.de Somn.& Vigil. c.3.O.

93 Animalia an habeant eandẽ cauſam lõgi tudinis & breuitatis uitæ,quã hñt plantæ, dubitatur.de Lõgit.& Breuit. Vit.c.1.A.

94 Animalia maiora lõgioris uitæ ſunt,quia maius humidum & non facile deſiccabile & calidum continent.de Longit. & Bre uit.Vit.cap.2.C.

95 Animal natura calidum eſt & humidum, & uita etiam ipſa talis eſt . de Longit.& Breuit.Vit.cap.2.C.

96 Anĩalia naturæ frigidæ maioris magnitu dinis ſunt.de Lõgit.& Breuit.Vit.c.2.F.

97 Animalia non ſuſcipientia nutrimentum corrumpuntur,quia calor naturalis cõſu mit materiam, in qua eſt . de Longit.& Breuit.Vit.cap.2.G.

98 Animalia,quæ dicũtur uiuere, neceſſario habẽt unam & eandem particulã, ſecũdũ quã primo uiuũt, & appellantur animalia. de Iuuent.& Senect.c.1.B.

99 Anĩal ſecundũ quod anĩal,impoſſibile eſt, nõ uiuere.de Iuuẽt.& Senect.c.1.B.

100 Animal uiuere, & animal eſſe, unũ & idẽ ſunt ſubiecto,differunt tamen ratione.de Iuuent.&. Senect.c.1.B.

101 Animalia ꝑfecta in tres partes diuidũtur. Quarũ prima cibum capiũt. Alia,qua ſu

ſuperfluitates emittũt. Tertia, quæ inter has media eſt, quæ appellatur pectus in maximis animalibus, in aliis autẽ pectoris proportionale. de Iuuent.& Senect.c.1.E.

102 Animalia greſſibilia partes quaſdã habẽt accõmodatas ad motum proceſſiuũ, quibus totum cytos, id eſt, totus alueus feratur. de Iuuent.& Senect.c.1.E.

103 Animalia quædã, ablato capite, & ea parte, quæ cibos continet, uiuunt, ut inſecta, apes, & ueſpæ. de Iuuẽt.& Senect.c.1.F.

104 Aialia quædã, quæ inſecta nõ ſunt, diuiſa uiuere poſſunt, ꝓpter nutritiuũ principiũ, qđ licet actu unũ ſit, uirtute tñ & potẽtia multa eſt. de Iuuent.& Senect.c.1.F.

105 Aialiũ quorundã uegetatiuũ & ſenſitiuũ licet unũ actu ſit utrũq; illorũ, potẽtia tñ plura eſt, quia talia animalia uiuũt, & ſentiũt diuiſa. de Iuuẽt.& Senect.cap.1.F.G.

106 Animalia quæ diuiſa uiuunt, aſſimilantur multis animalibus ſimul iũctis. de Iuuent. & Senect.cap.1.H.

107 Animalia perfectiſſima diuiſa uiuere non poſſunt, quia illorũ natura maxime una eſt. de Iuuent.& Senect.c.1.H.

108 Animalis ſingulæ partes caliditatem quãdam habent. de Iuuent.& Senect.c.2.E.

109 Animalis reliquæ partes frigefactæ non corrumpuntur, cor uero frigefactũ corrũpitur, quia principiũ eſt caloris. de Iuuẽt. & Senect.cap.2.E.

110 Animalibus omibus cõmunis eſt generatio & mors. de. Vita.& Mor.c.1.A.

111 Animalium ſanguinem habentium corruptio fit in corde. de Vit.& Mor.c.1.B.

112 Aialiũ ſanguine carẽtiũ corruptio fit in ꝓportionali cordis. de Vit.& Mort.c.1.B.

113 Aialia facile moriunt̃ in ſenectute, paruis etiã paſſioib⁹ aduenĩetibus, qa calorẽ exiguũ habent. de Vit.& Mort.cap.1.D.

114 Animalia oĩa reſpirare, aliqui dixerunt, quod nõ eſt uerũ. de Reſpirat.c.1.A.

115 Animalia pulmonem habẽtia reſpirare, manifeſtũ eſt. de Reſpirat.c.1.A.

116 Aialia ſanguine carẽtia reſpiratione non egẽt, qa cũ exiguũ calorẽ naturalẽ hẽant, modica refrigeratiõe indigẽt, q̃ eſt uel ab aq̃ uel ab aere circũſtãte. de Reſpir.c.4.D

117 Animalia illa ſunt honoratiora, quæ plus caloris ſortita ſunt, ſi tamẽ pulmonem habeant. de Reſpirat.c.6.A.

118 Animalia maiora ſunt illa, quæ pulmonẽ maiore copia ſanguinis refertum habent. de Reſpiratione.c.6.B.

119 Animalium quædam conſtant magis ex aere, quædam magis ex igne, quædã magis ex aqua. de Reſpirat.c.6.B.

120 Animaliũ materia & eorũ habit⁹ & diſpoſitiones nõ idẽ ſunt. de Reſpirat.c.6.D.

121 Animalia in illis locis conſeruantur, quæ eorum naturæ proportionata ſunt. de Reſpiratione.cap.6.E.F.

122 Aial nullũ producit̃, ut ſpeciẽ unius mores uero alterius habeat. de Phyſiogno.A.

123 Animaliũ mores ex lineamẽtis corporis iudicant periti. de Phyſiogno.A.

124 Animalia omnia ſecundum naturã appetunt uoluptatem.1.Rhetor.c.6.B.

125 Animalia interficere iure naturali ꝓhibemur ſecũdũ Empedoclẽ.1.Rhet.c.13.A.

126 Animalia eiuſdem ſpeciei amicitiam inter ſe habent.8.Ethicorum.cap.1.B.

127 Aialia omnia congregantur ad procreationẽ filiorũ, & hæc eſt finis omniũ preter q̃ hominis.8.Ethicorum.c.12.C.

128 Animalium uiuere determinatur per ſentire.9.Ethicorum.cap.9.D.

129 Animaliũ uoluptates differũt ſpecie, ſicut & ipſa animalia. Nã alia eſt uoluptas equĩ, alia canis, alia hominis.10.Ethic.c.5.C.

130 Animalia ex corpore & anima conſtant primum.1.Politicorum.cap.3.E.

131 Animalium differentes uiuẽdi modos facit diuerſitas nutrimenti. Nam alia ſunt gregalia, alia ſoliuaga, prout illis conducit ad nutrimẽtum acquirendum. Alia enim uiuis animalibus, alia fructibus, alia omnibus ueſcuntur.1.Politicorum.c.5.C.

132 Aialib⁹ oĩb⁹ etiã ad pfectionẽ iã deductis data eſt a natura acq̃ſitio uictus, ſicut etiã datur ipſis, ſtatim poſtq̃ genita ſunt, ſicut quibuſdã tãtũ ſimul exprimitur nutrimẽti, quãtũ ſufficit uſq; ad tẽpus, quo poſſint ſibi acquirere alimentũ, ut in iis quæ ex putrefactione generant̃.1.Polit.c.5.C.

133 Aial pariẽs uiuũ habet in ſe ipſo alimentũ ad educationẽ eorum, quæ peperit, donec qđ generatũ eſt, poſſit ſibi parare uictũ, & hoc lac dicimus.1.Polit.c.5.C.

134 ꝓpter Aialia ſunt plãtæ.1.Polit.c.5.E.

135 Animalis principalior pars eſt aĩa q̃ corpus.4.Politicorum.cap.4.E.

136 Animalia alia ab homine uiuũt maxime ſecundum naturam, parum uero ſecundũ mores.7.Politicorum.cap.13.B.

137 In Animalibus omnibus partus adoleſcẽtiũ imperfecti ſunt.7.Polit.c.16.B.

138 In Aialibus oĩb⁹ cõiũgunt̃ mas & fœmina naturaliter ad ꝓcreationẽ prolis. Et quãto aialia ſunt mãſuetiora & prudẽtiora, etiã ad alias utilitates cõiungunt̃, ut patet in uiro & fœmina.1.Oeconom.c.3.A.



139 Animalia auditũ cũ memoria habẽtia diſciplinabilia ſunt.1.Metaph.c.1.B.

140 Aial actu nõ ſemp requiritur ad gñationem animalis.7.Metaph.T.Cõ.32.

141 Animalis forma & ſpecies eſt anima, nec aliqua animalis pars recte diffinitur ſine opere & officio, quod ei nõ conuenit abſque ſenſu.7.Metaph.T.Co.35. Quære Animatum. Anima.✳.

ANIMATVM.

1 Animatorum eſt mouere ſeipſa.8.Phyſi. T.Co.29.

2 Animatum differt ab inanimato ſenſu & motu.1.de Anima.T.Co.19.

3 Animatum, ut animatum nutritur, & nullum aliud præter animatum nutritur.2. de Anima.T.Co.46.

4 Aiatũ omne calorẽ naturalẽ habet, quo alimentũ digeritur.2.de Anima.T.Co.50

5 Animata tantum habent uocem.2.de Anima.T.Co.87.

6 Animatis uiolentia inferri poteſt, ſicut & inanimatis.1.Magnor.Mor.c.15.A.

7 Animatum generatione poſterius eſt inanimato, ſubſtantia uero prius.13. Metap. c.2.E. Quære Animal.✳.

ANIMVS.ANIMOSVS.ANIMOSITAS.

1 Animus diſciplina & bona ualetudine ſeruatur. in Præfat.Rhet.ad Alexand.E.

2 Animi oculis uidere multo iucundius eſt q̃ corporis oculis. in Præfat.Rhetor.ad Alexand.E.

3 Animi bona ſunt fortitudo, ſapiẽtia, iuſtitia & reliquæ uirtutes. in Præfat. Rhetor. ad Alexand.c.1.C.

4 Animi bona propriiſſime & maxime dicuntur bona.1.Ethic.c.8.A.

5 Animi bona quãto maiora & plura ſunt, tanto ſunt utiliora, ſi non ſolũ nomẽ honeſti, ſed etiam utilis illis tribui debet.7. Polit.c.1.C. Quære Bonum.

6 Animus eſt, quod dominat̃, & libertatem ſeruat, & inuictũ eſt.7.Polit.c.7.C.

7 Animoſi nõ ſunt, qui calidas regiones incolũt, licet ingenio abũdent. Cuius cõtrarium accidit regiones frigidas incolentibus.7.Polit.c.7.A. Quære Græcia.8.

8 Animi excelſi ẽ nihil abiecti facere in magnis calamitatibus & iniuriis.2. Oecono. cap.1.C.

9 Animoſitatis filias, dixit Orpheus, eſſe diuitias.2.Oecon.c.1.C.✳.

ANNON. Quære Hannon.

ANNVS.

Ann⁹ ſeptuageſimus eſt fere finis gignẽdi in uiris, in fœminis uero quinquageſimus. Nubẽdi in uiris triceſimus ſeptim⁹, in fœminis decimus octauus. Anno quinquageſimo uiget intellect⁹ in hominib⁹. 7.Pol.c.16.B. Quære Aetas.7.8.9.✳.

ANNONVS. Scriptor quidam. Quære Herculis columnæ.

ANTE.

1 Ante & retro principium quoddã eſt oppoſitionis.2.de Cæl.T.Co.8.

2 Ante & retro profunditatis ſunt.2.de Cæl.T.Co.8.

3 Ante eſt motio, quæ fit ſenſu.2. de Cæl. T.Co.8.

4 Ante in aialib⁹ eſt, in quo ſunt ſenſus.2. de Cæl.T.Co.8.& de Iuuent.& Senect. cap.1.C.

5 Ante & retro non ſunt in quibuſdam corporibus, niſi in comparatione ad nos.2. de Cæl.T.Co.10.

6 Ante & retro oppoſita ſunt.2. de Cæl. T.Co.10.

7 Ante & retro nõ minorẽ differẽtiã hñt q̃ dextrũ & ſiniſtrum.2.de Cæl.T.Co.12. Quære Cælum.49.51.52.uſq; ad 60.

8 Ante nobilior eſt locus q̃ retro.2.de Cæl. T.Co.34.

ANTIGONE. Oedipi filia, q̃ Polynicẽ fratrẽ, in bello quod patriæ intulit, interẽptũ ſepeliuit cõtra Creontis iuſſum, ut eſt apud Sophoclẽ in tragœdia Antigone.

Antigone apud Sophoclẽ iuſtũ eſſe aſſerit ſepelire Polynicem, iuſtũ naturale intelligens, cũ dicat illud iuſtũ nõ eſſe nũc aut nudiuſtertius, ſed ſemper eſſe.1.Rhetor.c. 13.A. Quære Iuſtum.7.19.Ius.3.

ANTIMACHVS. Poeta.

Antimachus de Teumeſſo dixit, q̃ non erant.3.Rhet.c.6.A.

ANTIMENIDES.

Antimenides poeta dux fuit exulum Mityleneorum contra Mityleneos ipſos.3. Polit.c.10.D.

ANTIMENIDES. Alius a ſuperiore.

Antimenides Rhodius quomõ pecunias collegerit, habes. Oeconom.Publ.P.

ANTIPERISTASIS. Interp̃tatur circũobſiſtentia, qñ ſcilicet q̃litas cõtraria aliã qualitatẽ circũobſidet, ut frigus calorem.

1 Antiperiſtaſis eſt, quando calidũ frigido circumobſiſtit, & oppugnat, aut econtrario.1.Meteor.c.12.E.

2 ꝓpter Antiperiſtaſim fiũt maiores guttæ, & impetuoſiores pluuiæ tpibus calidioribus q̃ hyeme propter celeritatẽ congelationis.1.Meteor.c.12.E. Quære Calidum.

Frigidũ. Aqua.33.34.Grãdo.10.Puteꝰ.1.

ANTIPHERON. Qui ab Oreo oppido Oretanus ſiue Oreta dictus eſt.

1 Antipheron ſuã imaginem uidebat ubiq;, quia uiſus eius nõ poterat aerem expellere, & aer erat illi pro ſpeculo ſolido propter debilitatẽ.3.Meteor.c.4.A.

2 Antipherõ Oretanus phãtaſmata & imaginationes ſic accipiebat, ac ſi facta realia eſſent.de Memo. & Remi. c.1.L.N.Quære Refractio.4.

ANTIPHON.Poeta.

1 Antiphontis Meleager.2.Rhet.c.2.G.

2 Antiphon poeta eos increpabat, qui ſecũ ducebãtur ad ſupplicium, q̄ capita uelaſſent per portas exeuntes. 2.Rhet.c.6.H.

ANTIPHON.Philoſophus.

Antiphonis q̃dratura circuli talis eſt, quæ non poſſit a geometra impugnari. 1.Phyſicorum.T.Co.11.

ANTIQVVS.A.VM.

1 Antiquiora honorabiliora ſunt.2.Rhetoricorum.c.15.A.

2 Antiquiſſimum eſt honorabiliſſimum. 1. Metaphyſicorum.c.3.D.

3 Antiquis ſcriptoribus, qui uera dixerunt, non ſolum habendæ ſunt gratiæ, ſed etiã iis, qui improbabilia dixerunt, q̃a exercuerunt habitũ noſtrũ.2.Metaphy.T.Co.2.

ANTISSAEI.Ciues Antiſſæ ciuitatis in Leſbo.

Antiſſæi exules ex Chio ſuſceptos armis eiicere coacti ſunt.5.Polit.c.3.F.

ANTISSAEVS.

Antiſſæus quomodo pecunias collegerit, habes. Oeconom.Publi.C.

ANTISTHENES. ex Rhetore philoſophus Socratis diſcipulus Cynicæ ſectæ auctor.

1 Antiſthenes dixit, quod non contingit cõtradicere.1.Topicorum.cap.9.B.

2 Antiſthenes Cephiſodotũ thuri cõparauit, quod cõtritũ delectat.3.Rhet.c.4.C.

3 Antiſthenis apologus de lepuſculis cẽſentibus oẽs eq̃les eſſe debere.3.Polit.c.9.A.

4 Antiſthenes ſtulte opinabatͬ, quia dicebat, nil prædicari de aliquo, niſi eius diffinitionem.5.Metaphyſic.T.Co.34.

5 Antiſthenis ſectatores dicebant, nõ poſſe quidditatẽ diffiniri, q̃a diffinitio eſt cõpoſita orõ ex pluribus.8.Metaphy.T.Co.9.

ANNVLVS.Digitorũ ornamenũ, & circulus annuli forma.

Annulos quidã dixerũt infinitos per ſimilitudinẽ & nõ proprie. 3.Phyſi.T.Co.62. Quære Circulus. Lynx.



AORNVS.

Aornus lacus eſt iuxta Cumas Italiæ, quẽ græci ideo Aornõ uocãt, quia nulla auis ſupuolitare põt ſup illud, aut in eo lauari audet præter cygnos. Eſt aũt circũſeptus altiſſimis collibus triũ prope ſtadiorũ aſcẽſu. Forma uero eiꝰ eſt circularis, & pfunditas inadibilis. Et q̃uis multæ arbores ſupſtẽt ex oĩ latere & intra ſepta ipſius, nullus tñ uidere potuit aliq̃d foliũ arborũ in lacũ incidere. Nõ lõge aũt ab eo fontes emanãt multis in locis, ſed aq̃s feruẽtiſſimis, ex quibus regio illa periphlegeton eſt appellata.de Admirand.Audit.89.

AORTA. Vena quæ inter duas maximas humani corporis minor eſt.

Aorta uena ſanguinem ſubminiſtrat duobus uentriculis cordis.de Somn.& Vigi. cap.3.O.✳.

APARCTIAS. Ventus ſeptentrionalis flans ab axe.

1 Aparctias uẽtus unus eſt ex præcipuis uẽtis ſeptẽtrionalibꝰ.2.Meteor.c.6.F.G.

2 Aparctias unus eſt ex uẽtis, qui maxime alios ceſſare faciunt, quia cum de propinquo ſpiret uehemẽs, alios repellit. Eſt etiã ſerenus, quia ſuo impetu nubes a nobis pellit. Si uero fuerit magis frigidꝰ q̃ uehemens, nõ eſt ſerenus, quia prius gelat nubes, q̃ repellat.2.Meteor.c.6.L.

3 Aparctias grandinoſus eſt, 2.Meteororũ. cap.6.M.

APELIOTES. Vẽtus, interpretatur ſubſolanus.Quære Subſolanus.

APER.

Aper fortiſſimꝰ eſt, & ideo durum pilum habet.de Phyſiognom.✳.

APES.Inſectum notiſſimum.

1 Apes phãtaſia carẽt.2.de Aïa.T.Co.156.

2 Apes lõgioris uitæ ſunt q̃ alia maiora animalia, quia nutriuntur dulci. de Lõgit.& Breuit.Vit.cap.2.H.

3 Apes longioris uitæ ſunt, cũ ſanguinẽ nõ habeant, q̃ aliqua animalia ſanguinem habentia.de Longit.& Breuit.Vit.c.2.A.

4 Apes ablato capite, & ea parte, quæ cibos cõtinet, uiuũt.de Iuuent.& Senect. c.1.E.

5 Apes quædam annos ſeptem uiuunt. de Reſpirat.cap.4.E.

6 Apes bombos ædunt attritu ſpiritus ad membranam, ſicut pueri per arundinem ſuperpoſita tenui membrana. de Reſpiratione.cap.4.E.F.

7 Apes tempus colendi terram & laborandi docent homines ſua quiete. de Admirand.Audit.58.



8 Apes prudẽtes ſunt, licet nõ audiant, nec diſciplinabiles ſint.1.Metaphy.c.1.B.✳.

APHYTALI.

Aphytalorum lex.6.Polit.c.4.C.

APHRICA.Tertia terreni orbis pars.

1 Aphricæ quidam mõtes, & flumina, quæ ab eis oriunͭ, enumeranͭ.1.Meteo.c.13.G

2 Aphrica Ammonia humilior & depſſior eſt, q̃ reliquæ adiacẽtes regiones, q̃a olim paludoſa fuit, nũc exſiccata eſt.1.Meteor. cap.14.L.Quære Lybia.Nilus.11.15.

3 Aphrica calidiſſima eſt & inhabitabilis propter æſtum.de Nilo.C.

4 Aphrica incipit ab anguſta terra, quæ eſt inter mare noſtrum & Arabicum ſinum uſq; ad columnas Herculis.de Mũdo. ad Alexand.c.1.G.✳.

APHRICVS. Ventus alio nomine dictus lybs.

1 Aphricus flat ab occidẽte hyberno, & opponitur Cæciæ.2.Meteor.cap.6.F.

2 Aphricus circa æquinoctiũ autũnale flare ſolet.2.Meteor.cap.6.I.

3 Aphricus nubiloſus eſt, minus tamen q̃ Cæcias.2.Meteor.c.6.M.✳.

APYRON. Aurum quoddam.Quære Aurum.4.

APOGAEI VENTI.Id eſt abterranei ſeu qui a terra flant.Quære Boreas.10. Ventus.50.

APOLLONIA.Ciuitas in multis locis.

1 apud Apolloniam, quæ eſt iuxta regionẽ Tarentinorum aſphaltus eruitur ex uenulis terræ, & pmanat, & ebullit e fonte. Præterea lacus eſt, unde ignis ſemp erũpat. Sunt tamen ad quattuor cubitos arbores dẽſiſſimæ & proceræ, & herbæ uirẽtes.de Admirand.Audit.124.

2 In Apollonia, quæ eſt in Ionio, magiſtratꝰ diuidebanͭ nobilibꝰ tm̃.4.Polit.c.4.B.

APOLLO.Poeticus deus.

Apollinis templũ antiquiſſimũ fuit in Sicyonia, in quo ſimulachrum fuit ex ferro Demoneſi inſulæ.de Admirãd.Audit.53.

APOLOGVS.Quales ſunt, qui Aeſopi nomine circumferuntur.

1 Apologus exempli ſpecies eſt, cum non narrantur geſta, ſed fingũtur, quæ narramus.2.Rhetor.cap.20.A.

2 Apologus Aeſopi de uulpe, quæ caninas muſcas illam ſuggentes abigi noluit, ponitur.2.Rhetor.cap.20.C.

3 Apologos fingere facile ẽ.2.Rhe.c.20.D

4 Apologi ad populũ maxime accõmodati ſunt, & facile apologis perſuadetur.2. Rhetoricorũ, cap.26.B.Quære Antiſthenes.Fabula.3.



APOREMA.

Aporema eſt ſyllogiſmus dialecticus cõtradictionis.8.Topic.c.4.H.

APPARERE.

1 quod Apparet, id uerum eſſe, etiam ſi cõtradictoria ſint, ortũ eſt ex quibuſdã ſenſibilibus, quæ quibuſdã uidentur bona & conueniẽtia, quibuſdã uero mala & diſcõuenientia, quæ opinio refellitur. 4.Metaphyſicorum.T.Co.21.& ultra.

2 quod Apparet, non omne uerum eſt.4. Metaphyſicorum.T.Co.24.

3 om̃e q̃d Apparet, uerũ eſſe, q̃dã dixerunt moti nõ rationibus, ſed ſtultis & ptinacibus rationibus.4.Metaphy.T.Co.26.

4 oẽ q̃d Apparet, ſi uerũ eſt, ſequereͭ om̃ia entia eẽ ad aliq̃d, & nõ ad ſe, q̃a apparẽs, alicui eſt apparens.4.Metaph.T.Co.26.

APPETERE.

1 Appetunt om̃ia participare diuino eſſe, & illius cauſa agunt, quæcunq; agunt ſecũdum naturam.2.de Anima.T.Co.34.

2 quod Appetunt om̃ia, bonum eſt.1.Ethicorum.cap.1.A.

3 Appetitur unũquodq;, aut quia eſt honeſtũ, aut quia utile, aut iucundum.2.Ethi. c.3.B.Quære Bonum.Eligibile.Finis.

APPETIBILE.

1 Appetibile ſemper mouet ut bonũ, aut apparens bonũ.3.de Anima.T.Co.51.

2 Appetibile eſt unũ mouens ſpecie cũ appetitu.3.de Anima.T.Co.54.

3 Appetibile eſt mouens nõ motũ, mouens dico appetitiuũ & nõ motũ ab aliquo.3. de Anima.T.Co.54.Quære Appetitus.

APPETITIVVM APPETITVS.

1 Appetitũ nil mouet niſi apparens bonũ, ſiue ſit, ſiue nõ ſit.6.Topic.c.4.D.

2 Appetitũ nõ poſſunt diffinire, q̃ ideas ponunt. Nã cũ appetitus ſit boni apparentis, quod apparet, non habet cauſam extra eum, cui apparet. 6.Topic.c.4.D.

3 Appetitus naturalis.1.Phyſic.T.Co.81.

4 Appetitiuum potẽtia eſt ſeu pars animæ. 2.de Anima.T.Co.27.

5 Appetitus ineſt om̃ibus, quibus ſenſitiuũ ineſt.2.de Anima.T.Co.27.

6 Appetitꝰ deſyderium quoddam eſt.2.de Anima.T.Co.27.

7 Appetitiuum non eſt aliud ſubiecto a fugitiuo aut ſenſitiuo, ſed differunt ratione. 3.de Anima.T.Comment.29.

8 Appetitiua differt rõne & uirtute ab oibꝰ aliis aïæ partibꝰ. Incõueniẽs tñ eſt ipſam ſeparari ab aliis ſubiecto.3.de Aïa.T.Co.42

9 Appetitus nō eſt cauſa motus localis animalium, quia uidemus continentes appetere & cupere, non tamē ſequuntur appetitum, nec mouentur ad ea, ad quæ appetitus impellit, ſed ſequuntur intellectum. 3.de Anima.T.Comment.48.

10 Appetitus omnis alicuius gratia eſt.3.de de Anima.T.Comment.49.

11 Appetitꝰ & intellectus practicus mouent ut unum mouens ſpecifice animalia motu locali ad proſequendum aliquid.3.de Anima.T.Comment.49.50.

12 Appetitus ſine ratione mouetꝫ aliquando, quia concupiſcentia appetitus quidā eſt. 3.de Anima.T.Comment.50.

13 ſine Appetitu nō mouet phantaſia, quando mouet animalia ad fugiendū aut proſequendū aliquid.3.de Anima.T.Co.50.

14 Appetitus contrarios tunc ſentimus, cum ratio & concupiſcentia fuerint contrariæ. 3.de Anima.T.Comment.53.

15 Appetitus contrarii non fiunt niſi in percipientibus tempus, quia intellectus propter futurum malum retrahit, concupiſcētia uero ad præſens tantum mouetur.3. de Anima.T.Comment.53.

16 Appetitus mouetur ab appetibili, & ipſe ut motus, mouet animal motu locali.3. de Anima.T.Comment.54.

17 Appetitus eſt mouens motum, mouens, in quam, animal, motum ab appetibili. 3.de Anima.T.Comment.54.

18 Appetitiuum non eſt ſine phantaſia.3.de Anima.T.Comment.56.

19 Appetitus ſi regitur ratione, mouetur ab ea, ut inferior ſphæra a ſuperiore. Et hoc eſt naturale, aliquando tamen appetitus rationem uincit, & hoc eſt contra naturam. Nam ſuperiora natura principaliora ſunt inferioribus, & mouere debent inferiora.3.de Anima.T.Comment.57.

20 Appetitus inferior tribus modis mouetur a ſuperiori, ſicut ſphæra inferior a ſuperiori.3.de Anima.T.Comment.57.

21 Appetitus non habet deliberatiuum.3.de Anima.T.Comment.57.

22 Appetitus eſt unus ex iis principiis agendi, quæ ſunt in anima. 6.Ethic.cap.2.A.

23 in Appetitu ſic ſe habet proſecutio & fuga, ſicut in intellectu affirmatio & negatio.6.Ethicorum.cap.2.A.

9 Augmētū nō ſemp fit p partes, ſed ſimul totū auget aliqñ, ut in gutta cauāte lapidē, & in ſaxis e plātis deciſſis. 8. Phy. T. Co. 23

10 Augmentum præcedūt loci mutatio & alteratio. 8. Phyſic. T. Co. 55.

11 Augmentum fit appoſitiōe alicuius cōnaturalis ad aliquod, reſolutione facta in materiam priorem, aſſumpta forma corporis angmentandi. 1. de Cæl. T. Co. 21.

12 Augmenti motus in hoc differt a motu naturali corporum, q̓ augmentum non ſemper habet principium motus intrinſecū, ſed extrinſecū, corpora uero grauia aut leuia habent principium intrinſecū ad motum naturalē. 4. de Cæl. T. Co. 24.

13 Augmentabilia, præſente augēte, augmētantur a remouente impedimētum. 4. de Cæl. T. Co. 25.

14 Augmentabilium endelechia & perfectio eſt magnitudo perfecta, ad quā augentur. 4. de Cæl. T. Co. 25.

15 Augmentatio fit, manente eadem ſubſtantia. 1. de Gene. E. Co. 1. 33.

16 de Augmentatione antiqui philoſophi nō tractarunt, ſed dixerunt aliquid augeri, adueniente ſuo ſimili. 1. de Gener. T. Co. 5.

17 Augmētatio eſt, qñ eſt trāſmutatio cōtrarietatis ſcđm quātū. 1. de Gene. T. Co. 24

18 Augmētationis differētia ab aliis trāſmutationibus ponit. 1. de Gener. T. Co. 25. 26.

19 Augmentatio eſt circa magnitudinē. 1. de Gener. T. Co. 25. &. 12. Metaph. T. Co. 7

20 Augmentati partes ſemp in ampliorē locū uergere ſolent. 1. de Gener. T. Co. 25.

21 Augmētati loci mutatio in hoc differt a latione & ſphæræ motu, qđ illud, quod fert, tota mole locū mutat, ſphæræ uero partes, toto manēte in æquali loco, locum ex loco mutāt, augmētati uero partes q̃dam locū maiorē occupāt. 1. de Gener. T. Co. 25.

22 Augmētationis materia nō pōt poni aliqđ indiuiſibile. 1. de Gener. T. Co. 27. 31.

23 in Augmētabilibꝰ nō eſt ponēda materia, q̃ ſit ſeparata ab eis, unde fiat augmētatio. 1. de Gener. T. Co. 29.

24 Augmētatio nō fit ex potētia quāto & nullam magnitudinē habente actu, ſed oportet, q̓ illud, qđ augmentationē debet accipere, aliquā magnitudinem actu habeat. 1. de Gener. T. Co. 31.

25 Augmētatio, q̃ fit ex nō quāto, potiꝰ ē gñatio q̃ augmētatio. 1. de Gener. T. Co. 31.

26 Augmētatio eſt additamentū magnitudinis exiſtētis actu. 1. de Gener. T. Co. 31.

27 Augmētatio fit, adueniente aliquo extrinſeco. 1. de Gener. T. Co. 32.

28 Augmētatio nō eſt, qñ ex aliquo corpore minoris quantitatis generatur aliud maiꝰ alterius ſpeciei, ſed eſt gñatio, ut ſi ex aqua gñetur aer. 1. de Gener. T. Co. 33.

29 ad Augmentationē tria requiruntur. Primum, q̓ quælibet pars, quæ auget, fiat maior. Secundum, q̓ augeatur, aliquo extrinſeco adueniente. Tertiū, q̓ illud quod augetur, conſeruetur, & maneat in ſuo eſſe. 1. de Gener. T. Co. 33.

30 Augmentatio ſic ponēda eſt, ut aliquo accedente fiat, & non ponatur uacuum, nec duo corpora ſimul ſint, & nō fiat p aliqđ incorporeum. 1. de Gener. T, Co. 35.

31 Augmentatio fit in partibus, quæ ſunt partes ſcđm formam, & non in partibus, quæ ſunt partes ſcđm materiā. 1. de Gener. T. Co. 35. 36.

32 Augmentationē fieri in partibus ſcđm formam, manifeſtius eſt in mēbris diſſimiliū partiū ut in manu, q̃ in mēbris ſimiliū partium. 1. de Gener. T. Co. 37.

33 Augmentatum fit maius, adueniente aliquo extrinſeco. Quod in principio eſt cōtrariū, in fine uero tranſmutatur in eandē ſpeciē aucti. 1. de Gener. T. Co. 38. Quære Aīa. 122. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 175. 177. 178. 179.

34 Augmētatio differt a gñatione, qa in generatione illud qđ gignitur, ſeparatū eſt, in augmentatione uero id quod auget, eſt in aucto. 1. de Gener. T. Co. 39.

35 in Augmentatione non augetur uniuerſale quantum, ſed hoc uniuerſale quantū, aut hoc ſingulare quantum. 1. de Gener. T. Co. 40.

36 Augmentatio differt a nutritione, quia in augmentatione aduenit aliquid, quod eſt in potentia ad talem ſubſtantiam & maiorem, in nutritione uero eſt tantummodo in potentia ad tale. 1. de Gener. T. Co. 41.

37 Augmentationem tollunt, qui actionem per poros fieri dicunt. 1. de Gener. T. Co. 56.

38 Augmentatio differt a mixtione, qa quod augetur, corrumpi oportet, & generari ſimile aucto, quæ uero miſcentur, nō corrūpunt. 1. de Gener. T. Co. 83.

39 Augmentationem tollunt, qui dicunt, elementa in ſe inuicem non tranſmutari. 2. de Gener. T. Co. 38.

40 Augmentationis cauſa aĩa uegetatiua eſt. 2.de Aĩa.T.Co.37.39.

41 Augmẽtationis cauſam, quidam dixerũt, eſſe ignem, quia ipſe inter elemẽta omnia & corpora maxime nutrit, & auget. 2.de Anima.T.Co.40.

42 Augmenti terminus eſt omnium, q̃ natura conſtant. 2.de Aĩa.T.Co.41.

43 Augmenti motus uiuentibus omnibꝰ ineſt.3.de Aĩa.T.Co.43.

44 Augmenti motus a generatiuo & uegetatiuo eſt.3.de Aĩa.T.Co.43.

45 Augmentationis principium in corde eſt. de Iuuent.& Seneƈt.c.2.E. Quære Diminutio. Nutrimentum.

AVGVR.

Augures dextrum & ſiniſtrum accipiunt quo ad nos, ut illud ſit dextrum, quod eſt nobis dextrum, illud uero ſiniſtrum, quod eſt ſiniſtrum nobis. Nõ enim dextrum & ſiniſtrũ accipiunt reſpeƈtu cæli. 2.de Cæl. T.Co.10. Quære Patria.1.✳

AVIS.

1 Aues pulmonẽ habẽt. de Reſpirat.c.4.L

2 Aues epiglottida non habent, ſed quando cibum ſumunt, claudunt arteriam, & cum ſpirare uolũt, aperiũt eã. de Reſpir.c.4.O

3 Aues timidæ ſunt, quæ pennas mollẽs habẽt, q̃ uero duras, fortes ſunt. de Phyſiog.

4 Aues quædam eſſe dicũtur, quæ intra ſpecus littorum accubãt, & frigoris rigore ita inſenſibiles redduntur, ut nil omnino ſentiãt, niſi admoto igni. de Admirã. Aud.57

5 Aues Diomedis, quæ ſunt ĩ inſula Diomedea, omnes aduenas cuiuſq; nationis præter Græcos lacerãt ſuis unguibꝰ & roſtris, circa Græcos uero ſe præſtãt benignas ad modum & familiares. Creduntur eæ aues ſocios fuiſſe Diomedis in eas conuerſos, q confraƈtis nauibꝰ circa eam inſulam perierunt. de Admirand. Audit.69.

6 Auiũ carnes leues ſunt & faciles cõcoq.6. Ethi.c.7.C. Quære Aornus. Volucris.✳

AVLETICA. Tibialis ars. Quære Tibialis.

AVLVS. Quære Venenum.

AVRA.

Aura eſt halitus, qui ex humore defertur. de Mundo ad Alexãd.c.2.C.✳

AVRIS.

1 in Auribus aer qui eſt interior, immobilis eſt & quietus, ut poſſit ſuſcipere omnes differentias motus exterioris. 2. de Anima T.Co.83.

2 Auris obliqtates habet. 2.de Aĩa.T Co.83.

3 Aures magnæ arguũt hebetẽ, paruæ ſcurram, flaccæ ſtolidum, mediocres bonũ. de Phyſiognom. Quære Auditꝰ Audire Audibile.✳

AVRVM.

1 Aurum inter omnia metalla nõ uritur igni 3.Meteor.c.6.H.

2 Aurum aqueum eſt, quia ſoluitur a calido. 4.Meteor.T.Co.52.

3 Aurum inter metalla odorẽ nõ habet, qa nõ habet ſiccũ ſapidũ. de Sẽ.& Sẽ.c.5.C.

4 Auri quoddã genus, quod appellãt Apyrõ id eſt ſine igne, ꝓducitur a terra circa Pæoniã, ſi qñ humores frequẽtiores deciderit, cuius inuẽtores portionẽ certã illiꝰ terræ regi afferũt. de Admirand. Audit.42.

5 Aurũ difficilius inuenitur q̃ ferrum.1.Rhetor.c.7.E.

6 Aurum q̃ddam diuinũ miſceri ſtatim a genitura animis illorũ, q duces futuri eſſent, dixit Plato.2.Polit.c.3.H. Quære Dux. Plato.70. Quære Piera. Iberia.1.3. Oxus Gymneſiæ inſulæ.

AVSONII. Populi in Latio.

Auſonii noĩantur, qui prius Opici noĩabãtur.7.Polit.c.10.B.

AVSTER. Ventus flans a meridie.

1 Auſtro flante, fit ros.1.Meteor.c.10.D.

2 Auſtro flante, non fit ros in Ponto regiõe. 1.Meteor.c.10.C.

3 Auſtro flante, minus euaporant putei, q̃ flante Borea.1.Meteor.c.10.D.

4 Auſter uẽtus æſtuoſiſſimus eſt magnitudine & ſpiritu, & flat a locis calidis & ſiccis.2 Meteor.c.3.O.

5 Auſter licet calidus nõ ſit, unde incipit ſpirare, dũ tñ ſe lõgius ꝓtrahit, calidus fit, qa multũ exhalationis ſiccæ ex ꝓpinquis locis ſecũ rapit.2.Meter.c.3.O.

6 Auſter ſerenus eſt Aphricæ, Europæ uero pluuius, qa pellit ad nos nubes ab Aphrica 2.Meter.c.3.O.

7 Auſter frequẽter flat, qa flat ab eo loco ubi multam exhalationẽ ſol eleuat.2.Meteor. c.4.G.

8 Auſter appellatur uẽtus, qui a meridie flat 2.Meteor.c.4.L.

9 Auſter ab æſtiuo Tropico flat, & nõ ab altero polo, nec flat a tropico Capricorni, qa ſi flaret ab illo, oportet etiã aliũ uentũ flare a tropico Cãcri.2.Meteor.c.5.G.

10 Auſter ab exuſtis locis flat.2.Meteor. c.5.L.

11 Auſter uehemens & creber eſt, & magis æſtuoſus q̃ Boreas, qa locus unde flat Auſter, amplior eſt, & lõge lateq; patet.2.Meteor.c.5.L.



12 Auſter magis pertingit ad ſeptẽtrionem, q̃ Boreas ꝑtingat ad meridiem, quia auſter cũ ſit uehementior, maiore traƈtu fert.2. Meteor.c.5.L.

13 Auſtrinus aer habilior eſt, ut in aquam cõuertatur q̃ ſeptẽtrionalis.3. Meteo.c.6.D.

14 Auſter. de Mũdo. ad Alexãdr.c.2.C.D.✳

AVSTERVS. Sapor.

Auſterus ſapor medius eſt. De Sen. & Sen.c.4.I.

AVSTERVS. Vt dicit uitium in moribus. Quære amarus.

AVTOCLES.

Autoclis dictũ habes.2.Rhetor.c.23.L.

AVTOPHRADATES.

Autophradates cũ Atarnea obſidere uellet, iuſſus ab Eubulo conſyderare tpis moram & impẽſas ad obſidionem neceſſarias obſidionẽ prætermiſit.2.Polit.c.5.E.

AVTVMNVS. Anni quarta pars.

1 Autumno magis grandinat q̃ æſtate.1.Meteor.c.12.F.

2 Autumno aer humeſcit.1.Meteor.c.12.G. & de Mem.& Rem.c.2.H.

3 Autumnales pluuiæ primæ ſalſiores ſunt propter admixtionẽ calidæ & ſiccæ exhalationis.2.meteor.c.3.O.

4 Autumno & uere maxime fiunt terremotus, quia autumnus flatuoſus eſt.2. Meteor.c.8.F.✳.

AXIOMA. Interpretaẽ dignitas. Quære Dignitas quam Axioma &c.

AXIS. Quem mundum mediũ deuidere imaginamur.

Axis eſt linea recta, quã cõcipimus ꝑtranſeuntem a polo ad polum per mundi centrum. De Mundo. ad Alexandr.c.1.D.



BABYLON. Vrbs metropolis Babyloniæ ꝓuinciæ in Aſia maiore, a q̃ BABYLONII.

1 Babylonii plurima & fide digna de ſtellis tradiderũt plurimis annis ante Ariſtotelem.2.De Cælo. T.Co.60.

2 Babylon adeo ingens urbs fuit, ut cũ pars illiꝰ ab hoſtibꝰ capta fuiſſet, pars tñ aliq̃ nõ ſenſit hoſtes etiã poſt tertiũ diẽ.2. Polit.c. 4.C.& 3. Polit.c.2.A. Quære Piſcis.28.

BACCHVS. Poeticꝰ deus. Quære Craſtonia. Dithyrambi. Elis. Mars.✳.

BACHIDES. Quære Philolaus.

BACTRVS. Fluuius Baƈtrianæ regionis in Aſia.

Baƈtrus fluuius ex Paropanniſo Aſiæ mõte oritur.1.Meteor.c.13.F. Quære Oxus.

BAETIS. Fluuius Hiſpaniæ, a quo Bætica prouincia dicta eſt. Quære Tarteſſus.

BAIVLARE. Quære Tigillus.

BALEARES. Inſulæ duæ in mari Iberico contra Tarraconẽ, quæ etiã Gymneſiæ dicuntur. Quære Gymneſiæ.

BALENA. Marina bellua ingentis magnitudinis

Balenæ pulmonẽ hẽnt, q̃uis pedes non habeãt, & reſpiratione refrigerãtur. Cuiꝰ rei ſignũ eſt, qꝫ ſtertũt dormientes, & elato ore dormiũt, & fluitãt p ſumma maris, ut reſpirent. Nec refrigerãtur ſuſcipiẽtes aquã, nã aquã, quã euomũt p fiſtulã, quæ ante cerebrũ ſita eſt, nõ excipiũt, ut refrigerenẽ, ſed cum cibo tranſglutiunt. de Reſp.c.5.A.B. Quære Cetacea.✳,

BALNEVM.

1 Balnea facta ſunt terremotu circa Aedepſum.2.Meteor.c.8.G.

2 Balneis cibus condigeritur, non tanq̃ balnea ſint principium principale agens, ſed tanq̃ quoddam adminiculum ſint.4. Meteor.T.Co.15.✳.

BANAVSIA. Interpretatur. Sorditas, Quære Sorditas.

BANAVSOS. Interpretatur. Sordidus. Quære ſordidus. Auarus.

BARBARVS.

1 Barbarum eſt inclinari & loco cædere.1. Rhetor.c.5.E.

2 Inter Barbaros maxime reperiũtur homines beſtiales ſeu feri.7.Ethic.c.1.A

3 Apud Barbaros Fœmina & ſeruꝰ eodem gradu habẽtur.1.Polit.c.1.B.

4 Barbarus & ſeruus idem ſunt natura, ut dicunt poetæ, & ideo dicunt, Græcos debere barbaris dominari. 1. Polit. c. 1. C.
5 Barbarorum multæ nationes cõmutatiõe rerum utilium utuntur, & nil amplius exercent lucri gratia. 1. Polit. c. 6. B.
6 Barbaræ quædã nationes ut Celtæ, natos ſtatim flumine gelido immergunt, & parua ueſte amiciunt. 7. Polit. c. 17. A. ✳
BARBITI. Inſtrumenta quædã muſica.
Barbiti reprobati ſunt ab antiquis. 8. Politi. c. 6. D.
BASILEVS. iterp̃tat̃ Rex. Quære Rex.
BASILIA. interpretatur Regnum. Quære Regnum.
BATHEA. Ponti id eſt profunda Ponti, locus ubi mare Euxinũ profundiſſimũ eſt. Quære Pontus euxinus. 1.
BAVCOPANVRGI. interp̃tãtur molles & delicati. Quære Molles & delicati.
BEATITVDO. BEATVS
1 Beatitudo non eſt in eo, quod uiolentum eſt, nullum enim uiolẽtum beatum eſſe poteſt. 1. de Aia. T. Co. 49.
2 Beatam uitam & ſtudioſam eandem eſſe, dixit Xenocrates. 7. Topi. c. 1. B.
3 Beatus nemo eſt inuitus. 3. Ethic. c. 5. A.
4 Beati ſimul uiuere affectant. 8. Ethi. c. 5. A
5 Beati non indigent amicis utilibus, ſed iucundis. 9. Ethi. c. 9. B.
6 Beatum ſolitarium facere, abſurdum eſt. 9. Ehic. c. 9. B.
7 Beatorum inſulas quaſdam tradũt Poetæ. 7. Politic. c. 15. B. Quære Felix Felicitas. Nam ad eam dictionem reduximus, qcquid de beatitudine eſt excerptum.
BELLVM.
1 de Bello conſultans quid debeat ſcire, oñditur. 1. Rhetor. c. 4. D.
2 Bellum ſi in cõſultationem cadat, quomodo tractandum ſit, oñditur. Rhet. ad Alexandr. c. 2. H. I. L.
3 Bellum gerimus, ut in pace degamus. 10. Ethic. c. 7. B. & 7. Polit. c. 2. D. & c. 14. D & c. 15. A.
4 Bellũ negocioſiſſimum eſt. 10. Ethi. c. 7. B.
5 Bellum nemo expetit gerere gratia gerendi bellum, nec bellum propter bellum parat. Alioquidebitur crudelis & ſanguinolentus eſſe. 10. Ethic. c. 7. B.
6 Bellum iuſtum eſt natura cõtra eos homines, qui nati ſunt ad parendũ & obediẽdũ, nolunt tamen parere. Vnde & bellũ inter ea, quibus fit acquiſitio, numeratur. 1. Politi. c. 5. E.
7 Bellica congregatio multorum non eſt ciuitas. 2. Polit. c. 1. D.
8 Belli propulſatores neceſſarii ſunt ciuitati, ſi uult aduerſus inuadentes tueri libertatẽ 4. Polit. c. 4. D.
9 in Bello maxime contingit, ut alii paupertate nimia premãtur, alii diuitiis abundẽt. 5. Polit. c. 7. B.
10 ad Bellum potius eligendus eſt rex perit⁹ rei militaris q̃ probus. 5. Polit. c. 9. B.
11 ad Bellũ quattuor ptes multitudinis ſunt utiles, ſcilicet eqtes, pedites, grauis armaturæ, expediti, & leues, & turba naualis. 6. Polit. c. 7. A.
12 ad Bellũ tm̃ fere ordinata eſt diſciplina iuuentutis & legum multitudo apud Cretas & Lacedæmonios. Et potentia bellica, ut ſibi finitimos ſubdant, honoratur apud eas nationes, quæ præualere poſſunt. 7. Polit. c. 2. C.
13 Bello præferenda eſt pax. 7. Polit. c. 14. D
14 Bellica exercitatio non ob id eſt meditanda, ut in ſeruitutẽ adigantur immerentes, ſed ne ipſi adigantur in ſeruitutem. Secũdo ut imperium q̃rant gratia utilitatis ſubditorum. Tertio ut eis dominẽtur, q ſeruire digni ſunt. 7. Polit. c. 14. G.
15 Bellum cogit homines eſſe temperatos & iuſtos. 7, Polit. c. 15. A.
16 Bellicæ artes lucrũ q̃runt etiã a nolẽtib⁹. 1. Oeconom. c. 2. B. Quære Agricola. 3. ✳.
BELVA. Quære Brutum. ✳
BENE AGERE. BENE FACERE.
1 Benefacere difficilius eſt q̃ facere qnodlibet. 6. Topic. c. 1. B.
2 Benefacere cunctis uirtutis eximiæ eſt. 1. Rhet. c. 9. H.
3 Benefacere nulla ſpe recipiendi honeſtũ eſt. 8. Ethic. c. 13. C.
4 Bene agere illum, qui bona non agit, impoſſibile eſt. 7. Polit. c. 3. D.
5 Bene agere impoſſibile eſt eũ, qui nil agat. 7. Polit. c. 3. A.
6 Benefaciens oĩs facit, nõ tñ oĩs faciẽs bene facit. 9. Metaphy. T. Co. 4. Quære Agere Facere.
BENEFICIVM.
1 Beneficiorum inter ſe differentia ponitur 1. Rhet. c. 5. E. F.
2 Beneficium accipere, quare uideatur eligibilius q̃ conferre, oſtenditur. 1. Rhetori. c. 7. O.
3 Beneficium accipere & conferre iucundũ eſt. Nam qui accipit, adipiſcitur, quod cupit, qui uero confert, habet, & abundat. 1. 1. Rhet. c. 11. H.
4 Beneficium nõ eſſe collocandum in ſenẽ, prouerbio dicitur. 1. Rhet. c. 15. D, Quære Dare. Liberalitas. Liberalis.
BENEVOLENTIA. BENEVOLVS.
1 Beneuolentia auditoris quibus captanda ſit, oſtenditur. 2. Rhetor. c. 1. per totum. & Rhetor. ad Alexandr. c. 24. C. D.
2 Beneuoli ſunt, qui alios amãt eorũ gratia, non tamen ab illis rependit̃ ipſis amor. 8. Ethic. c. 2. B.
3 Beneuoli aliqui ſunt in eos, quos non uiderunt, quia putãt eos eſſe uiros bonos. 8. Ethic. c. 2. B.
4 Beneuoli in abſentes quodammõ dicunt̃ tacentes amici. 8. Ethic. c. 2. B.
5 Beneuolẽtia uidet̃ eſſe amicitia, cũ nõ ſit, quia beneuolẽtia ad ignotos & latens eſt, amicitia uero nõ eſt latens. 9. Ethic. c. 5. A.
6 Beneuolẽtia nõ eſt amatio, quia nõ habet extẽſionẽ nec appetitionẽ. 9. Ethic. c. 5. A.
7 Beneuolentia repente fit, & ideo non eſt amatio, quia amatio fit conſuetudine. 9. Ethic. c. 5. A.
8 Beneuolentia eſt principium amicitiæ ſecundum uirtutem. 9. Ethic. c. 5. A.
9 Beneuolentiam facit uigor animi. Illa eſt enim potentia animi, per quã amamus, & beneuoli ſumus. 7. Polit. c. 7. B. Quære Amatio. Amicitia Amor.
BERECYNTHVS. Mons phrygiæ, in Berecyntho mõte Hecates ſiue Dianæ ſacra celebrabant̃, ex quo ipa dea Berecynthia eſt appellata. De admirãd. Audit. 24.
BESTIA. Quære Brutum.
BESTIALITAS. Vitium heroicæ uirtuti oppoſitum. BESTIALIS. Qui hoc uitio laborat.
1 Beſtialitas eſt una e tribus ſpẽbus eorum, q̃ fugienda ſunt in morib⁹, 7. Ethic. c. 1. A.
2 Beſtialitati maxime uidet̃ ea uirt⁹ opponi, q̃ heroica & diuina dicit̃. 7. Ethic. c. 1. A,
3 Beſtialitas ſeu feritas raro inter homines inuenitur, ſicut eius oppoſitum Heroica uirtus. 7. Ethic. c. 1. A.
4 Beſtialis fit aliquãdo aliqs ob morbos & læſiones principii. 7. Ethic. c. 1. A.
5 Beſtiales aliqui ſunt partim propter naturam prauam, partim propter conſuetudinẽ, partim ob morbos. 7, Ethic. c. 1. A. B. C
6 Beſtiales qui fiunt a natura, non dicuntur ſimpliciter incontinentes. 7. Ethic. c. 5. C.
7 Beſtiales quidã efficiũtur propter inſaniã aut comitialem morbum ſiue epilepſiã. 7. Ethic. c. 5. C.
8 Beſtialitas nõ cadit in bruta, licet ab eis nomen ſortitaſit. 2. Magnor. Mor. c. 6. G. N.
Quære Barbarus. 2. Heroica uirtus.
BETYS. Quære Bætis.
BIAS. Vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus ex Prienne oppido Ioniæ.
1 Biãtis præceptum eſt, ita amare, ut aliquãdo ſis oſurus, & ita odiſſe, ut aliquando ſis amaturus, quod reprobatur. 2. Rhetor. c. 13. & 21. E. Quære Amare. 11.
2 Biantis ſententia eſt. Ne qd nimis. 2. Rhetor. c. 21. E. & 3. C.
3 Bias dixit, magiſtratum uirum oſtẽdere, declarans in hoc multos eſſe ad ſe iuſtos, q ad alios eſſe nequeunt. 5. Ethic. c. 1. D.
BIBERE.
Bibere quid opus eſt inſuper, cum ſtrãgulat aqua: ut in prouerbio dicitur. 7. Ethic. c. 2. D. Quære Incõtinens
BILIS ATRA Quære Melancholia.
BILIS FLAVA, Quære Cholera.
BISALTAE. Populi Biſaltiæ regiõis in Macedonia. Quære Craſtonia.
BITHINIA. Thraciæ locus.
In Bithinia Thraciæ ubi metalla effodiũt̃, lapis ſpinus ignem incendit. de Admiran. Audit. 32.
BYZANTIVM. Quæ & Cõſtantinopolis dicitur, urbs eſt in Thracia ad Boſphomorum. BYZANTII. Byzantii ciues.
1 apud Byzantium aduenæ coniurauerunt in ciuium oppreſſionẽ, quo cognito, prælio & armis expulſi ſunt. 5. Polit. c. 3. G. H.
2 Byzantii quomodo in pecuniarum indigẽtia pecunias collegerint, habes Oecono. Publi. B. ✳.
BIVALVIA. Quære Planta. 44. ✳
BOEOTIA. Græciæ prouincia. Quære Talpa. 3. BOEOTII. Quære Pericles.
BOLYNTHVS, Beſtia quædam, quæ & Bonaſſus appellatur.
Bolynthi beſtiæ in Heſaino Pæoniæ monte naſcuntur per ſimiles tauris ſed magnitudine & robore ac pilorũ qualitate ſuperant, proceduntq; erectiore collo ac ceruice inſtar equorum, quos Pæonii appellant monepos. de Admirand. Audit. 28. ✳. Bonaſſus.
BOMBVS. Sonus quem inſecta ædunt.
1 Bombus inſectorum ut apum & ueſparũ fit attritu ſpiritus intrinſeci ad ſeptum trãſuerſum ſeu ſuccinctorium. de Somn. & Vigil. c. 2. L.
2 Bombos efficiunt inſecta animalia attritu ſpiritus ad membranã, ſicut pueri efficiũt bombis ſonos ſimiles per arũdines, tenui membrana ſuperimpoſita. de Reſpirat. c. 4. F.

BOMOLOCHIA. Id ē ſcurilitas. Quære Scurrilitas.
BOMOLOCHOS. interpretať Scurra. Quære. Scurra.

BONITAS & AEQVITAS.

Bonitas & æquitas quomodo differant a iuſtitia, & in quibus ſint, oſtenditur, 5. Ethico. c. 10. per totum. Quære Aequus & Bonus. Aequum & Bonum, Aequitas & Bonitas.

BONVS.

1 Bonos ex bonis naſci, uerisſimile eſt. 1. Rhetor. c. 9. I.
2 Bonus non eſt, qui bonis non gaudet. 1. Ethic. c. 8. C.
3 Bonus ſolus uere honore dignus eſt. 4. Ethic. c. 3, E.
4 Bonus uir & bonus ciuis fortaſſe non ſunt idem. 5. Ethico. c. 2. D. &. 3. Politi. c. 3. per totum.
5 Boni & æqui uiri eſt ueniam aliquibus dare, & ad ignoſcendum procliuis eſt. 6. Ethico. c. 11. A.
6 Bonorum actiones aut tales ſunt, aut ſimiles. 8. Ethic. c. 3. E.
7 Boni & abſolute & ſibi mutuo ſunt iucundi. 8. Ethic. c. 3. C. & c. 4. A.
8 Bonorum amicitia. Quære Amicitia. 24. 25. 26. 27. 54. 72.
9 Boni ſibi ipſis amici ſunt. 8. Ethic. c. 4. A.
10 Bonus uir factus amicus, bonum fit ei, cui iam eſt amicus. 8. Ethic. c. 5. B.
11 Bonos multos reperire, difficile eſt. 8. Ethico. c. 6. A.
12 Bonorū eſt, nec ipſos delinquere, nec amicos permittere praua ſubminiſtrare. 8. Ethic. 8. B.
13 Bonus uidetur eſſe mēſura quædam omni homini. 9. Ethic. c. 4. A.
14 Boni uiri eſt bona agere ſui ipſius gratia. 9. Ethic. c. 4. A.
15 Bonus maxime ſe ipſum ſeruare uult & uiuere, & maxime id, quo ſapit. Eſt em̄ bonū uiro bono eſſe, & unuſquiſq; ſibi bona uult. 9. Ethic. c. 4. A. B.
16 Bonus uir ſecum maxime degere uult, qa libenter hoc cū uoluptate facit, eo q̧ præteritarum rerum memoria gaudet, & futurarum ſpes bona eſt. Et inſuper abundat contemplationibus mente. 9. Ethico. c. 4. B.
17 Bonus uir eſt omnino ſine pœnitentia. 9. co. c. 4. B.
18 Bonus & ſibi amicus eſt & aliis. 9. Ethico. c. 4. C.
19 Bonus quanto præſtabilior eſt, tanto magis gratia amicorum laborat, & ſua negligit. 9. Ethic. c. 8. A.
20 Bonus amator maxime ſui eſt. 9. Ethico, c. 8. C.
21 Bonus patriæ & amicorum cauſa plurima agit, etiam ſi mortem oppetere debeat. 9. Ethic. c. 8. C.
22 Bono uiro mens dictat agenda, & eā ſeqtur. 9. Ethic. c. 8. D.
23 Bonus uir plus appetit actum unum honeſtum & magnum q̄ multos paruos. 9. Ethico. c. 8. D.
24 Bonus uir anteponit omnibus honeſtatē. 9. Ethic. c. 8. D.
25 Bonus ut bonus eſt, bonis actibus delectatur, offenditur autem prauis. 9. Ethico c. 9. C.
26 Bonorum conuictu exercitatio q̄dam uirtutis fit. 9. Ethic. c. 9. C.
27 Bono uiro bonū & iucūdum eſt, quod naturaliter eſt bonum. 9. Ethic. c. 9. D.
28 Boni appetunt maxime uitam. 9. Ethico. c. 9. D.
29 Bono uiro quod uidetur, id bonum eſt inter operationes & paſſiones, quæ habent aliquid ambiguitatis. 10. Ethico. c. 5. D. & c. 6. B.
30 Bonus uir mēſura eſt operationum & uoluptatum humanarum. 10. Ethic. c. 5. D. & c. 6. B. Quære Quadratum. 1.
31 Bonos fieri a natura nō eſt in poteſtate hominum, ſed ineſt illis per cauſam quandā diuinam. 10. Ethic. c. 9. B.
32 Bonos fieri putant a natura, aut doctrina, aut cōſuetudine. 10. Ethic. c. 9. B.
33 Bonos nos eſſe aut malos, in noſtra poteſtate ſitum eſt. Alioqui iniuſte legiſlatores pro uitiis pœnas infligerent, aut pro uirtutibus laudes, quia nemo uituperatur, aut laudatur propter ea, quæ in ſua poteſtate non ſunt. 1. Magnor. Mor. c. 9. C. & c. 10. 11. A.
34 Boni aut mali licet noſtra ſponte ſimus, non tamen in noſtra poteſtate ſitū eſt, optimos eſſe, niſi natura talis extiterit. 1. Magnor. Mor. c. 12. B.
35 Bonus an maxime ſe diligat, oſtenditur. 2. Magnor. Mor. c. 14. A.
36 Bonus eſt, apud quē bona ſimpliciter ſunt bona. 2. Magno. Mor. c. 9. C.
37 Boni uiri ex bonis generantur, licet plerū q; nō ita fiat. 1. Polit. c. 4. C. Quære Fili⁹. 2
38 Boni duo meliores uno ſūt. 3. Poli. c. 12. C
39 Bonus uir utitur laudabiliter paupertate morbo & fortunæ aduerſitatibus. 7. Polit. c. 13. C. Quære Quadratum. 1.



40 Boni efficimur per tria, ſcilicet per naturam per morem per rationē. 7. Polit. c. 13. D. & c. 15. B. ✳.

BONVN.

1 Bonum non omne mouet appetitū ad mouendum motu locali animal, ſed bonum agibile. 3. De anima. T. Co. 51.
2 Bonum agibile cōtingit aliter ſe habere. 3. De Anima. T. Co. 51.
3 Bonū aliud exiſtens, aliud uero apparens eſt. 3. de anima. T. Co. 51.
4 Boni alicuius gratia ſemper operatur natura Quære Natura.
5 Bonis om̄ibus male uti poſſumus, præter q̄ uirtutibus. 1. Rhetor. c. 1. L.
6 Bona illa ſunt a fortuna, in quibus inuidia eſt. 1. Rhetor. c. 5. L.
7 Bonum eſt, quod ſui ipſius gratia eſt expetendū, & id cuius gratia aliquid appetim⁹, & quod omnia expetunt, & id, quod cum adeſt, bene afficit is, qui illud habet, ſatiſq; habet, & ſufficiens eſt. 1. Rhetor. c. 6. A.
8 Bona iucūda & ſpecioſa bona neceſſe eſt, eſſe. 1. Rhetori. c. 6. B.
9 Bona quæ ſint & ſimpliciter & ſecūdū pluriū æſtimationē, hēs. 1. Rhetor. c. 6. p totū.
10 Bonū illud eſſe dicimus, cui contrariū eſt malū. 1. Rhetor. c. 6. D. & 7. Ehic. c. 14. A.
11 Bonū laudabile eſt. 1. Rhetor. c. 6. E.
12 Bonum eſt, quod boni aut prudētes præferunt. 1. Rhetor. c. 6. F.
13 Bonum maius aut minus quid ſit, oſtenditur. 1. Rhetor. c. 7. per totum.
14 Bonum & æquum eſt præter legem ſcriptam. 1. Rhetor. c. 13. E. F.
15 Bono & æquo quando utimur, oſtenditur. 1. Rhetor. c. 13. F. G.
16 Bonum & æquum ut præualeant, eligiť arbiter. 1. Rhetor. c. 13. G.
17 Bonum triplex eſt animi ſcilicet & corporis & rerum externarum. Rhetor. ad Alexandr. c. 1. C. & 1. Ethic. c. 8. A.
18 Bonum ipſum id ueteres dixerunt, quod omnia appetunt. 1. Ethi. c. 1. A.
19 Bonum unius & ciuitatis licet idē ſint, cōmuni⁹ tū mai⁹ & diuinius ē. 1. Ethi. c. 2. B.
20 Bona, circa quæ uerſatur ciuilis facultas. tantam differētiam & errorem habent, ut lege & non natura cōſtare uideanť, & multi propter illa perierint. 1. Ethic. c. 3. A.
21 Bonum ſummum omnes appellant felicitatem. 1. Ethic. c. 4. A.
22 Bonū ſummū tale eſt, qđ nō facile auferri queat. 1. Ethic. c. 5. A. Quære. Felicitas.
23 Bonum ſeparatū nō eſſe felicitatē, ut dicebant Platonici, oſtenditur. 1. Ethic. c. 6. A.
24 Bonum tot modis dicitur, quot ens. 1. Ethic. c. 6. B.
25 Bonū in om̄ibus prædicamētis inueniť. 1. Ethi. c. 6. B. & 1. Magnor. Mor. c. 1. F.
26 Bonum per ſe, quod dicebāt platonici, refellitur. 1. Ethic. 6. D. E.
27 Bonum proprium habet ars quælibet. Et illud bonū eſt præcipuū in qualibet arte, cuius gr̄a omnia alia fiunt. 1. Ethic. c. 7. A.
28 Bonum eſt finis omnium actionum. 1. Ethic. c. 7. A.
29 Bona animæ ꝓpriiſſime & maxime bona dicuntur. 1. Ethic. c. 8. A.
30 Bonum finiti eſt, ſicut malū infiniti, ut Pythagorici dicunt. 2 Ethic. c. 6, D.
31 Bonū apparens tantū dixerūt aliq, eſſe uolibile a uolūtate. Quod ſi hoc uerū eſt, ſeqť nullū eſſe bonū ſua natura. 3, Ethic. c. 4. A.
32 Bonum ſimpliciter, quod eſt per ſe bonū, eſt ſimpliciter uolibile a uoluntate, ſed bonū ſcd̄m qd eſt uolibile alicui. 3. Ethi. c. 4. B
33 Ad bonum ſic ſe habet uolūtas, ſicut corpus ad ſalubre. 3. Ethic. c. 4, B.
34 Bona illa optāda ſunt, quæ ſimplicit ſunt bona, licet optare poſſimus illa, quæ nobis ſunt bona. 5. Ethic. t. 1. C.
35 Bonū ſi nō retribuatur, nō eſt beneficiū & actus dādi, 5. Ethi. c. 1. A. Quære Iuſtitia.
36 Bonum & æquum quomodo a iuſto legali differant, & qd ſint, & in quibus cōſiſtāt, oſtenditur. 5. Ethic. c. 10. per totum.
37 Bonum & equū nec ſimpliciter eſt iuſtū, nec differt ab eo genere. 5. Ethic. c. 10. A.
38 Bonū & æquū eſt melius aliquo iuſto. 5. Ethic. c. 10. A.
39 Bonum & æquum emendatio eſt iuſti legalis. 5. Ethic. c. 10. A.
40 Bonum & æquum cum ſint circa particularia, emendare poſſunt, quod lex uniuerſaliter præcipit. 5. Ethic. c. 10. B.
41 Bonū cuiuſq; fortaſſis nō eſt ſine gubernatiōe rei familiaris atq; ciuilis. 6. Ethi. c. 8. B.
42 Bonum & æquum commune eſt om̄ibus bonis ea ratione, qua ad aliud tendunt. 6, Ethi. c. 11, A.
43 Bonum duplex eſt, aliud bonum abſolute ſeu ſimpliciter, aliud bonū alicui. In quorū alterū tendūt naturæ ipæ, & habit⁹, motus, & generationes. 7. Ethic. c. 12. A.
44 Bonorū aliud operatio, aliud habitus. 7. Ethic. c. 12. A.
45 Bonis corporis & bonis externis & fortuitis indiget felix, ut non impediatur. 7. Ethi. c. 13. B.
46 Bonum eſt non malum, & malo bonum contrarium eſt. 7. Ethic. c. 14. A.

47 Bonum eſt unum eorum, quæ ſunt amabilia.8.Ethic.c.2.A.

48 Bonũ amabile eſt ut finis.8. Ethic.c.2.A.

49 Bonum amabile eſt ſimpliciter, unicuiq; autẽ id, quod ſibi eſt bonũ.8.Ethic.c.2.A.

50 Bonum apparens tantum amãt aliqui.8.Ethic.c.2.A.

51 Bonum ſimpliciter eſt iucundum ſimpliciter.8.Ethic.c.3.D.

52 Bonum ſimpliciter amabile & expetibile eſt.8.Ethic.c.5.A.

53 Bonum maxime uult ſibi unuſquiſq;. 8. Ethic.c.7.B.

54 Bonum natura uiro bono eſt bonum.9. Ethic.9.D.

55 Bonum per ſe aut ſummum nõ fit melius alterius boni additione.10.Ethic.c.2.B.

56 Bonum humanũ nullum poteſt eſſe ſummũ, qa addito illi alio bono, reddit ipſum melius.10.Ethic.c.2.B.

57 Bonum, qui dicunt, non eſſe illud, quod omnia appetunt, nil dicũt, nec multo probabiliora afferunt.10.Ethic.c.2.C.

58 Bonis externis magis indiget felicitas actiua ſeu moralis q̃ ſpeculatiua. 10. Ethi.c.8.B.

59 Bonũ per ſe eſt eligibile ſuapte natura.1. Magnor.Mor.c.1.C.

60 Bonum aliud commune, aliud particulare.1.Magnor.Mor.c.1.F.

61 Bonum quadruplex eſt, ſcilicet honorabile, laudabile, poteſtatis, & bonũ ſalubre.1, Magnor.Mor.c.2.A.

62 Bonum honorabile eſt, quod diuinum & melius eſt, & quod eſt antiquius, & principiũ, & alia ſimilia.1.Magnor. Mor.c.2.A.

63 Bonum laudabile eſt, a quo laus emergit, ut a uirtutibus.1.Magnor, Mor.c.2.A

64 Bonũ potentiæ eſt, ut dominatus, robur, pulchritudo. Quo quis etiam male uti poteſt; uſus tamen bonus illius approbatur.1. Magnor.Mor.c.2.A.

65 Bonum ſalubre eſt, a quo ſanitas ꝓuenit, ut exercitium.1.Magnor.Mor.c.2.A.

66 Bonorum quædã ſunt ſimpliciter omĩno eligibilia, ut uirtutes, quædã uero nõ ſimpliciter, ut dominat⁹, robur, & talia.1.Magnor.Mor.c.2.B.

67 Bonorum alia ſunt finis, alia non.1. Magnor.Mor.c.2.B.

68 Bonorũ alia ſunt in aĩa, ut uirtutes, alia in corpore, ut ſanitas, uenuſtas, alia ſunt externa, ut dominatio, honor. Quorum optima ſunt, quæ ſunt in anima, 1. Magnor.Mor..c.3.A.

69 Bona animæ trifariam diuiduntur, ſcilicet in prudentiam & uirtutem, & in uoluptatem.1.Magnor.Mor.c.3.A



70 Bonum ſimplex & uniforme eſt, ſicut malum multiplex.1.Magnor.Mor.c.25.A.

71 Bonorum externorũ fortũa domina eſt, ſine quibus felicem eſſe non cõtigit 2.Magnor.Mor.c.8.A

72 Boni alicuius gr̃a oĩa agũt.1.Polit.c.1.A.

73 Bonũ eſt finis cuiuſlibet artis & ſcientiæ.3. Polit.c.8.A.

74 Bonorum fortunæ optima poſſeſſio eſt mediocris, quia eſt facilima ad obediendũ rationi. 4.Polit.C.11.B.

75 ex Bonis falſis, procedẽte tempore, uerũ malum euenit.4.Polit.c.12.C.

76 Bonorũ genera tria ſunt ſcilicet bona externa, bona corporis, & bona animi, ſine q̃bus felix nemo eſſe põt.7.Polit, c.1.A.

77 Bona externa finita & determinata eẽ debẽt, ſicut inſtrnmẽtũ qddã. 7. Polit.c.1.C.

78 Bona animæ quãto maiora ſunt, tãto ſunt utiliora, ſi nomen utilis uelimus eis tribuere.7.Polit.c.1.D.

79 Bona qui nõ agit, impoſſibile eſt eũ bene agere.7.Polit.c.1.D.

80 Bonum eſt finis cuiuſlibet generationis & motus.1.Metaphy.c.3.A.

81 Bonorum cauſam, dixit Empedocles, eſſe amicitiã ſeu cõcordiã.1. Metaphy.c.4. B.

82 Bonorum cauſa bonum eſt, ſicut malorũ malum.1.Metaphy.c.4.B.

83 Bonum ponebant Pythagorici unum e ſuis decẽ prædicamẽtis.1.Metophy.c.5.C.

84 Boni naturã tollunt, qui faciũt infinitũ.2. Metaphy.T.Co.7.8.

85 Bonorum electionem tollunt, qui faciunt infinitum.2.Metaphy.T.Co.8.

86 Bonum quod eſt per ſe & ex ſua natura, finis eſt, & illius cauſa & fiunt, & ſunt cætera. 3.Metaphy.T.Co.3.

87 Bonum principium eſt multis cogitationis & motus.5.Metaphy.T.Co.1.

88 Bonum aut malum maxime pertinẽt ad qualitates animatorum, & præcipue habẽtium electionem.5.Metaphy.T.Co.19.

89 ex Bonis particularib⁹ fit bonum uniuerſale.7.Metaphy.T.Co.10.

90 Bonum eſt cuius gratia cætera fiunt.11. Metaphy.c.1.B

91 Bonum eſt in rebus agendis & in iis, quæ ſunt in motu.11.Metaphy.c.1.B.

92 Bonum & eligibile ſunt in eadem coordinatione.12.Metaphy.T.Co.37.

93 Bonum ſeparatum Scilicet primum mouens habet totũ uniuerſum, 12. Metaphy. T.Co52



94 Bonum uniuerſi quidã male aſſignarunt, quorũ opinio ponitur, & refellit.12.Metap.T.Co.52.53.& ultra. Quære Finis.✳

BOREAS, Qui & Aquilo. & BOREALES VENTI. Qui flãt a ſeptentrione.

1 Borea flante, fit ros in Ponto regione propter antiperiſtaſim.1.Meteor.c.10.D.

2 Borea flante, magis euaporant putei, q̃ Auſtro flante.1.Meteor.c.10.D.

3 Boreas flans calorem uaporũ extinguit. 1.Meteor.c.10.D.

4 Boreas flat a frigidis & uaporoſis regionibus, & ideo frigidus & uaporoſus eſt.2. Meteor.c.3.P.

5 Boreas ſerenus eſt Europæ, pluuius uero Aphricæ, quia pellit in Aphricã nubes ab Europa.2.Meteor.c.3.P.

6 Boreas frequẽter flat, quia ſol multam exhalationẽ eleuat, nec poteſt illam cõſumere ꝓpter debilitatẽ, quã habet in illis regionib⁹, unde flat Boreas.2.Meteor.c.4.I.

7 Boreæ uocantur uenti flantes a ſeptẽtrione.2. Meteor.c.4.L.

8 Boreæ tenuiſſimi primo ſunt, & nõ ſentiũtur in regionibus ſeptentrionalibus, cum præſertim illa regio hyeme ſerena ſit, paulatim tamen procedentes ingentes & ualidi fiunt.2.Meteor.c,4.M.

9 Boreales uenti, qui apud nos flant, nõ pertingunt ſuo flatu ad totã habitabilem, quã nos colimus, 2.Meteor.c.5.L.

10 Boreales uenti apogei id eſt abterranei ſunt, nec eorum flatus multum tẽditur.2. Meteor.c.5.L.

11 Boreæ maxime apud nos frequẽter flant, quia noſtra habitatio ad ſeptentrionẽ ſita eſt.2.Meteor.c.5.L.&.c.6.G.

12 Boreas minus pertingit ad meridiem, q̃ Auſter ad ſeptentrionem, quia Auſter a latiore regione flat.2.Meteor.c.5.L.

13 Boreas a ſeptentrione flat Auſtro oppoſitus.2.Meteor.c.6.D.

14 Boreas eſt præcipuus inter uentos ſeptentrionales.2.Meteor, c.6. D.& de Mundo ad Alexandr.c.2.C.

15 Borealibus uentis flantibus, melius cõgrediũtur uir & uxor ad procreationem prolis.7.Polit, c.16.C.✳

BORYSTHENES. Fluuius Sarmatiæ apud Boryſthenẽ aliqui futura diuinabãt. Cui⁹ rei rationem reddere, captum humanæ mentis excedit. de Diuinati. pſomn. c.1.B. Quære Diuinatio.4.

BOSPHORVS. Mare auguſtum inter Aſiam & Europam hic de Thracio intelligit Ariſtoteles.



1 Boſphorus ſemper fluit, ſed quotidie magis in anguſtũ arctatur, quod fit, cũ aquæ fluxus ex Aſia inuehũt multum terræ, qua efficitur ſtagnum, obiecta quaſi quadã tenia arenæ, quæ deinde ſiccatur, & ſic fit deinceps aliud ſtagnũ, & rurſum ſiccatur, donec Boſphor⁹ fiat ut fluui⁹. Et tẽpus erit, ut ſuperinductu terræ & arenæ exſiccet.1. Meteor, c.14.O.

2 in Boſphoro duo parelii, id eſt, duo ſoles ſeu ſolis imagines in medio cæli facti ſunt, qui permãſerunt uſq; ad occaſum ſolis.3. Meteor.c.2.C.✳.

BOS.

1 Boues, ferũt, maiores prouenire in Pæõia q̃ uſquã gẽtiũ, & eorũ cornua q̃ttuor cubitos excedere, De. Admirãd.audit.126.

2 Bos loco ſerui ẽ pauperib⁹.1.Polit.c.1.C.

3 Bobus ea natura eſt, ut ſimilimos genitoribus ædãt fœtus.2.Polit.c.2.C.✳.

BOTHYNVS. Interpretatur fouea, impreſſio eſt in ſublimi.

1 Bothyni nocte & per ſerenũ in cælo uidentur.1.Meteor.c.5.F.

2 Bothyni eadẽ cauſam habent, quã aliæ impreſſiones in ſublimi.1.Meteo.c.5.F.

3 Bothynus fit, quãdo lumẽ obſcuro aut cæruleo colore interrũpitur, & talis color magis cõcret⁹ eſt q̃ in hiatu.1. Meteor.c.5. G.

BOVIGENA. Quære Empedocles.11.

BRANCHIAE. Piſcium.

1 Branchiis ſonum efficiunt aliquando piſces. Qui ſonus uidetur uox, cum tamẽ nõ ſit, nam uocem non ædunt aĩalia, quæ pulmone carent, cuiuſmodi ſunt piſces.2.De Anima.T.Co.87. Quære Achelous.3.

2 Branchias habẽtia per eas aquã ſuſcipiũt, qua refrigerantur. de Reſpirat.c.4.M.

3 Branchias habẽt omĩa chartilaginea & pedibus carent. De Reſpirat.c.4.M.

4 Branchiæ datæ ſunt aquatilibus ꝓpter refrigerationẽ, quæ fit ab aqua, quã per eas ſuſcipiunt. De Reſpirat.c.4.N.

5 Branchiæ datæ ſunt animalib⁹ ad refrigerationem, quæ fit ab aqua tantum. Vnde nullum animal branchias habens pulmonem habet, nã pulmo dat⁹ eſt ad refrigerationẽ, quæ fit ab aere. De Reſpirat.c.4.N.

6 Branchias habentia ſi cibos ore ſumãt, humorem emittunt per branchias. De Reſpirant.c.4.P.

7 Branchias habentia ſũma celeritate cibos tranſmittunt. & acutos ſerratoſq; dentes habent in morem pectinis, non enim comminuunt cibos. De Reſpirat.c.4.P.

8 Branchiis refrigeratis, refrigeratur cor pi-

ſcium.de Reſpirat.c.6.L.
9 Branchias ſæpe mouent piſces ſurſum & deorſum.de Reſpirat.c.6.M.
10 Branchias quãdo non poſſunt piſces mouere aut propter ſenectutem aut propter aliud quippiam, moriuntur, quia non refrigerantur.de Reſpirat.c.6.M.& de Vit.& Mort.c.1.C.✳.
BRASIDAS. Lacedæmoniorũ dux, qui parta uictoria de Athenienſib9, & ĩterfecto Cleone, ex uulnere accepto in prælio mortuus eſt, cui Amphipolitani ſacra quotannis faciebant.
Braſidæ ſacra ex iuſto legitimo fiunt.5.Ethic.c.7.A.
BRYSSO. Philoſophus.
1 Bryſſonis circuli quadratura ex communibus principiis, quæ non faciunt ſcire, ꝓcedit.1.Poſter.T.Co.23.
2 Bryſſõis circuli q̃dratura.1.Elech..c.10.A.
3 Bryſſonis q̃dratura circuli falſa ẽ, ſed quæ poſſit a geometra impugnari.1. Phyſico. T.Co.11.✳.
BRITANNICAE. Inſulæ Anglia & Ibernia.
circum Britannicas inſulas ſcilicet Albionem & Iernam inſulæ paruæ ſunt.de Mũdo ad Alexandr.c.1.F
BRVTVM. Irrationale animal.
1 Brutorũ uoces nõ ſunt elemẽta, q̃a uox intelligibilis ex illis fieri nequit. Poet.c.7.A.
2 Brutorum & ferarum quidam ſoni ſignificant naturaliter proprias paſſiones, ſed nõ ſunt nomina.1.Periher.c.2.A.
3 Brutũ nil põt efficere a fortuna niſi p quãdam ſimilitudinem.2.Phyſic.T.Co.59.
4 Brutum a fortuna pati poteſt, quãdo aliquod agens a fortuna agat circa ipſum.2.Phiſic.T.Co.59.
5 In Brutis caſus eſt.2.Phyſic.T.Co.60.
6 Bruta nec ab arte nec diſcurſũ nec deliberatione agunt, operantur tamen propter finem.2.Phyſic.T.Co.80.
7 Bruta an intellectu, an aliquo alio principio operentur, dubitant quidam, 2, Phyſico.T.Co.80.
8 Bruta non omnia habent phantaſiam.2.de anima.T.Co.156.
9 Brutis nullis ineſt aſſenſus.2.de Anima.T.Co.157.
10 Brutis nullis ineſt ratio.2.de Anima. T, Co.157.
11 Bruta quia rationis expertia ſunt, phantaſiis aguntur.1.de Anima.T.Co.162.
12 Bruta phãtaſiã hẽnt, deliberatiuã uero nõ habent, quia deliberare utrum hoc aut illud agant, opus rationis eſt, quæ non eſt in brutis.3.de Anima. T. Co.57.
13 Bruta nõ gaudẽt odore, ut odor ẽ, niſi ut tali uł tali cibo ineſt.de Sẽ.& Sen.c.5.G.P
14 Bruta nõ reminiſcuntur, quia nõ ſyllogiſant, & reminiſci ſyllogiſmus quidam eſt. de Memo.& Remi.c.2.P.
15 Bruta quædam ſomniant. de Diuinati. per ſomn.c.1.G.
16 Brutorum ſuperius media pars eſt inter ſuperius hominis & plantarum, de iuuent, & ſenect,c.1.D.
17 Brutorũ neminẽ pudet.2.Rhetor.c.6.G.
18 Bruta nõ dicim9 eẽ felicia, q̃a nõ poſſunt eſſe capacia operationis cum uirtute.1.Ethic..c.9.B.&.10.Ethic.c.8.C.
19 Bruta non agunt aliquid ſponte & uoluntarie.3.Ethic.c.1.G.
20 Bruta non faciunt aliquid electione.3.Ethic.c.2.A.
21 Bruta fortiora ſunt propter iram.3.Ethico.c.8.C.
22 Brutorũ, eſt amare uoluptates.3.Ethi.D.
23 Bruta nullam uoluptatem capiunt per auditum aut uiſum aut odoratum, niſi per accidens.3.Ethic.c.10.B.
24 Bruta licet ſenſum habeant, dominium uero ſui actus non habent.6.Ethic.c.2.A.
25 Brutis naturales habitus inſunt.6.Ethico.c.13.A
26 Bruta nec uitium habent nec uirtuem.7.Ethic.c.1.A.
27 Bruta non ſunt incontinentia, quia non habent uniuerſalem exiſtimationem, ſed habent ſingularium imaginationem atq; memoriam.7.Ethic.c.3.E.
28 In Brutis nec eſt temperantia, nec intemperãtia niſi metaphorice.7.Ethic.c.9.C.
29 Bruta nec rationem nec electionem habent, 7.Ethic.c.6.C.
30 Brutorum feritas minus malum eſt, q̃ hominis uitium, quia in brutis non eſt corruptum optimum, quod a natura habent. in malo uero homine corruptum eſt.7.Ethic.c.6.C.
31 Brutũ min9 malum millies facere poteſt, q̃ prauus hõ.7.Ethic.c.6.C.
32 Bruta uoluptates ſequuntur.7. Ethico.c.11.B.&.c.13.B.
33 Bruta felicitatem non habent, quia ſpeculatione intellectus carẽt.10. Ethi.c.8.C.
34 Bruta electionem non habent, quia rationẽ non habent.1.Magnor.Mor.c.18.A.
35 Bruta non ſunt proprie temperantia, quia ratione carent, qua honeſtum eligimus.1.Magnor.Mor.c.22.B.



36 In Bruta non cadit beſtialitas uitium oppoſitũ heroicæ uirtuti, q̃uis habeat nomẽ ab eis.2.Magnorum.Mor.c.6.G.N.
37 Bruta manſueta meliora ſunt q̃ fera.1.Polit.c.3.E.
38 Bruta melius ſe habent, ſi ab homine regãtur, & ei pareant.1.Polit.c.3.F.
39 Bruta omnia hominum grã ſunt, ut manſueta propter utilitatem & cibum, fera uero & ſi nõ omnia, propter cibum & alia adiuuenta ut ueſtes.1.Polit.c.5.E.
40 Bruta non ſunt capacia felicitatis nec uitæ ſecundum electionem.3.Polit.c.6.B.
41 Bruta imaginationib9 & memoriis uiunt, & parum participant experimenti.1.Metaphy.c.1.B.✳.
BVLLITIO, Quære Feruor.
CACEPPA.
Caceppa fons ẽ apud Cumas, in quem ſi lignũ inciderit, primo germinat, deinde in lapidem dureſcit. De Admirand. Audit.83.
CAECIAS. Ventus flans ab ortu æſtiuo.
1 Cæcias flat ab oriẽte æſtiuo, & opponitur Aphrico, 2.Meteor.c.6.F.
2 Cæcias communis eſt Apeliotæ ſiue ſubſolano & Boreæ.2.Meteor.c.6.H.
3 Cæcias circa æquinoctium uernum flare ſolet.2.Meteor,c.6.I.
4 Cæcias ſerenus non eſt, quia in ſe reflectitur. Vnde dici ſolet. Trahit ad ſe ipſum, ut Cæcias nubes.2.Meteor.c.6.M.
5 Cæcias maxime nubiloſus eſt, 2. Meteor.c.6 M.
6 Cæcias a quibuſdã appellatur Helleſpontia.6.Meteor.c.6.N.✳.
CAECVS.
1 Cæcum eſt carens uiſu, quãdo natum eſt habere.Prædicament.c.10.D.
2 Cæcus natus ratiocinabitur de coloribus utens tantũ nominibus, res uero ipſas nequaq̃ intelliget.2.phyſic.T.Co.6.
3 Cæcus accipit non ſibi per ſe nota ut nota. 2.Phyſic.T.Co.6.
4 Cæci qui naſcuntur, ſapientiores ſunt ſurdis & mutis natis.de Sen.& Sen.c.1.G.
CAELVM.CAELESTE.
1 Cælum a caſu factum quidam poſuerunt. 2.Phyſic.T.Co.44.
2 Cælum dicere a caſu factũ, admiratione dignum eſt.2.Phyſic.T.45.
3 Cæli cauſa non eſt caſus, aut fortuna,2. Phyſic.Co.67.
4 extra Cælum nec corpus, nec Ideas eſſe, cum ideæ in loco non ſint, putabat Plato.3 Phyſic. T.Co.25.
5 Cælũ ꝑpterea oẽs opinãtur eẽ in loco, q̃a ſemp eſt in motu.4.Phyſic.T.Co.12.
6 Cælum in loco eſſe quomõ dicat, hẽs.4. Phyſic.T.Co.43.& ultra.
7 Cæli ultimi ſuperficies conuexa quomodo eſt in loco, habes.4.phyſic.T.Co.45.
8 Cælum ultimum nullo alio corpore continetur.4.Pphyſic.T.Co.46.
9 Cæli motus ſi eſt tẽpus, ſequetur, plura ſimul eſſe tempora, cum plures ſint cælorũ circulationes.4.phyſic.T.Co.93.
10 Cæli motum quidã dixerũt, eſſe tempus, alii uero ipſum cælum, quod refellitur.4. Phyſic.T.Co.93.94.
11 Cæli ſphæram ideo, dixerunt aliqui, tempus eſſe, quia ſicut ſphæra cæli cõtinet omnia, ſic tempus cõtinet omnia. Quæ ratio adeo ſtulta eſt, ut non oporteat conſyderare inconuenientia, quæ ad ipſam ſequuntur.4.Pgyſic.T.Co.94.
12 Cæli ſphæræ quomodo dicuntur moueri per accidens.8.Phyſic.T.Co.52.
13 Cælum ponendum eſt corpus prius & diuinius præter quattuor elemẽta.1.de Cælo.T.Co.13.
14 Cælum tãto præſtantius eſt, quanto ſeparatius a corporibus elementaribus inferioribus.1.de Cælo.T.Co.13.
15 Cælum nec graue nec leue eſt.1.de Cælo. T.Co.17.& ultra.
16 Cælum nec eſt generabile nec corruptibile.1.de Cæl.T.Co.20.
17 Cælum nec augmẽtabile eſt nec minuibile.1.de Cæl.T.Co.21.
18 Cælum inalterabile eſt & impaſſibile.1.de Cæl.T.Co.21.22.
19 Cælum locum Immortalem deo Immortali tribuũt.& proprium dei locum faciũt omnes.1.de Cæl.T.Co.22.&.2. de Cæl. Co.2.
20 Cælum eſſe Immutabile ſecundum alterationem aut augmentũ aut decrementũ, colligitur experientia cõſtantiæ ejus in eadem diſpoſitione.1.de Cæl.T.Co.22.&.2. de Cæl.T.Co.37.
21 Cælum oẽs antiqui eo nomine nominabãt, quo poſteriores, ſcilicet ætherẽ a ſemper currendo.1.de Cæl.T.Co.22.
22 Cælum ſi infinitum non eſt, nec aliud corpus infinitum eſſe poteſt.1. de Cæl. T. Co.35.& ultra.
23 Cælum infinitum eſſe non poteſt. 1. de Cæl.T.Co.35.

24 Cælũ moueri, ſenſu percipiꝰ.1.de Cæl. T.Co.35.

25 Cælum ſi infinitum eſſet, moueri nõ poſſet.1.de Cæl.T.Co.36.

26 Cælum finitum eſt, quia tẽpus, in quo mouetur, eſt finitum.1.de Cæl.T.Co.38.42.

27 Cælum ſi infinitum eſſet, tempore infinito uerteretur.1.de Cœl.T.Co.41.

28 extra Cælum non eſt corpus, nec ſimplex nec compoſitũ, nec finitũ, nec infinitũ, nec intellegibile.1.de.Cæl.T.Co.69.98.100.

29 Cælum ſingulare eſt, quia ſenſibile eſt.1.de Cæl.T.Co.92.

30 Cælum, & hoc cælum idem eſt, quia hoc cælum, id eſt mundus, occupauit totã materiam.1.de Cæl.T.Co.95.

31 Cælũ tripliciter dicitur. Primo, ſubſtantia extremæ totius circulationis, aut corpus naturale, quod eſt in extrema circum ferentia totius. Secũdo, corpus proximum extremæ circumferẽtiæ totius, in quo ſol, & luna, & quædam aſtra ſunt. Tertio, corpus cõtentũ ab extrema circũferẽtia ſcilicet totũ uniuerſum.1.de Cæl.T.Co.96.

32 Cælum principaliter dicitur corpus ſupremum, in quo maxime diuinum omne locatum eſſe dicimus.1.de Cæl.T.Co.96.

33 Cælũ pro toto uniuerſo acceptũ cõſtat ex oĩ corpore ſenſibili.1.de Cæl.T.Co.97.

34 extra Cælum non eſt locus, nec uacuum, nec tempus.1.de Cæl.T.Co.99.

35 extra Cælũ quæ ſunt entia, non ſunt nata eſſe in loco, nec ſeneſcũt tpe, neq; ſubiiciũtur trãſmutationi, ſed inalterabilia ſunt, & p ſe ſufficiẽtiſſimã uitã habẽt toto æterno, & ipſa cõmunicãt iſtis inferioribus uitã & eſſe, aliis quidem clarius, aliis uero obſcurius.1.de Cæl.T.Co.100.

36 Cælum, in Timeo dicitur, factum eſſe, tamen fore ſempiterno tẽpore.1.de Cæl.T.Co.109.

37 Cælum totum nec ortum eſſe, nec corrũpi poſſe, ut quidam dicunt, ſed eſſe unum nõ habens principium æternitatis uniuerſæ, & habere in ſeipſo infinitum tempus, non ſolum ex propriis rationibus, ſed etiã ex aduerſariorum opinione fidem ſumere licet, 2.de Cæl.T.Co.1.

38 Cælũ ſi contingit eſſe, ut Ariſtoteles dicit, & non ut aduerſarii illius dicũt, magnum momentum habet ad faciẽdum fidem de immortalitate & æternitate eius.2.de Cæl.T.Co.1.

39 Cæli motus pfectus eſt, & cõtinet alios motus imperfectos aliorũ, qui motus habent terminũ & quietem.2.de Cæl.T.Co.2.

40 Cæli circulatio cauſa eſt principii motus aliorum, & eorum ſuſcipit quietem, & inceſſabilis eſt infinito tempore, & nec principiũ nec finẽ habet.2.de Cæl.T.Co.2.

41 Cælum eſſe diuinũ, & illius motũ eſſe finẽ aliorũ motuũ, debemus hr̃e perſuaſum ex antiquorũ auctoritate.2.de Cæ.T.Co.2.

42 Cælum omni difficultate mortali caret.2.de Cæl.T.Co.3.

43 Cælum ſine labore eſt in ſuo motu.2.de Cæl.T.Co.3.

44 Cælum Atlante quodam ſuſtineri, fabuloſum eſt.2.de Cæl.T.Co.4.

45 Cælum, quidam fabuloſe dixerunt, uirtute quadã animata ſuſtineri, tanq̃ ſi eſſet põderoſum & terrenum.2.de Cæl.T.Co.4.

46 Cælum ſeruari tanto tpe in eo ſitu, in quo eſt, cauſam eſſe celerem motum, dixit Empedocles.2.de Cæl.T.Co.5.

47 Cælum, quidam dixerũt, manere perpetuum ab anima ipſum cõgente, quod eſt irrationabile.2.de de Cæl.T.Co.6.

48 Cælũ exiſtimare ſine labore moueri, & perpetuũ eſſe, nõ mõ rationi cõſentaneũ eſt, ſed etiam opinioni, quã habemus de diis.2.de Cæl.T.Co.6.

49 Cælum ſi dextrũ habet & ſiniſtrum, prius conueniunt ei priora iſtis ſcilicet ſurſum & deorſum.2.de Cæl.T.Co.7.

50 Cælum cum dextrum & ſiniſtrum habere dicant Pythagorici, quattuor alia addemeruntilli.2.de Cæl.T.Co.11.

51 Cælum non putandum eſt carere dextro & ſiniſtro, quia non habet principium motus, quia ſi habuiſſet, a dextra parte incipiſſet, & ſi ceſſabit, ab eadem rurſum incipere.2.de Cæl.T.Co.13.

52 Cælum non putandum eſt carere dextro & ſiniſtro ſurſum & deorſum ante & retro, quia ſphæricum eſt, nam uirtus diuerſa eſt in diuerſis partibꝰ cæli, licet partes ſimiles ſint in figura.2.de cæl.T.Co.13.

53 Cælum animatum eſt, & ideo principium motus, dextrum & ſiniſtrum, ſurſum & & deorſum habet.2.de Cæl.T.Co.13.

54 Cæli longitudo eſt diſtantia poli ad polum.2.de Cæl.Co.14.

55 Cæli latera non dicuntur poli, ſed quæ iuxta polos ſunt.2.de Cæl.T.14.

56 Cæli deorſum eſt polus, qui a nobis uidetur.2.de Cæl.Co.14.

57 Cæli motus incipit, unde oriũtur aſtra.2.de Cæl.T.Co.15.

58 Cæli ſiniſtrum eſt, ubi occidunt aſtra.2.de Cæl.T.Co.15.

59 Cæli dextrum eſt, unde oriuntur aſtra.2.



de Cæl.T.Co.15.

60 Cæli ſurſum eſt in polo, q nõ uidetur a nobis.2.de Cæl.T.Co.15.

61 Cæli corpus diuinum eſt, & ideo circulare, quia ſua natura ſemper circũuertitur.2.de Cæl.T.Co.17.

62 Cæli plures motus cur ſint, nõ facile eſt cauſam reddere, quia accidentia cæli per pauca cadunt ſub noſtro ſenſu.2.de Cæl.T.Cõ.17.

63 Cæli plures motꝰ ſunt, quia neceſſe eſt, generationes eſſe & corruptiones.2.de Cæl.T.Co.17.& ultra.

64 Cælum ſua natura mouet̃ circa mediũ.2.de Cæl.T.Co.18.

65 Cæli motꝰ ſi unus eſſet, nõ eſſet gñatio aut corruptio.2.de Cæl.T.Co.20.

66 Cælum figuram ſphæricam habere, neceſſe eſt.2.de Cæl.T.Co.22.& deinceps.

67 Cælo contenta ſphærica eſſe, neceſſe eſt.2 de Cæl.T.Co.26.

68 Cælum ſi perfecte ſphæricum nõ eſſet, ſed eſſet aut lẽticularis aut oualis aut rectilineæ figuræ, ſequeretur, & corpꝰ eſſe extra locũ, & locum eſſe ſine corpore.2.de Cæl.T.Co.27.

69 Cæli motus eſt menſura aliorum motuũ, quia ſolus continuus eſt & regularis & ſempiternus.2.de Cæl.T.Co.28.

70 Cæli motus uelociſſimus eſt.2.de Cæl.T.Co.28.

71 Cælum eſſe ſphæricum, etiam ex elemẽtorum ſphæricitate probatur.2.de Cæl.T.Co.30.

72 in Cælo nil accidit a caſu.2.de Cæl.T.Co.33.

73 Cæli motus ideo ab ea parte incipit, & non ab oppoſita, qa dextra, unde motꝰ icipit, nobilior eſt q̃ ſiniſtra.2.de Cæl.T.Co.34

74 Cælũ habet ſe q̃ optime poteſt.2.de Cæl.T.Co.34.

75 Cælum inceſſabili motu moueri, optimũ eſt.2.de Cæl.T.Co.34.

76 Cæli motũ uniformẽ eſſe, & nõ difformẽ, pbatur.2.de Cæl.T.Co.35.& ultra.

77 Cæli primi motꝰ eſt uniformis & unꝰ, aliorum uero orbium plures ſunt motus.2.de Cæl.T.Co.35.

78 Cælũ ſi irregulariter mouetur, intenſionẽ & remiſſionẽ haberet.2.de Cæl.T.Co.35

79 Cælum nõ poteſt irregulariter moueri, qa nõ habet principium aut medium aut finẽ ſui motus.2.de Cæl.T.Co.35.

80 Cæli motus ſempiternꝰ tpore eſt, & lõgitudine ſimul ductus & infrangibilis eſt.2.de Cæl.T.Co.35.



81 Cælũ licet ſit corpus, eſt tñ inalterabile & ĩmutabile.2.de Cæl.T.Co.36.

82 Cæli motus irregularis eſſe nõ põt, qa cælũ ipm eſt primũ, & ſimplex, & ingenitũ, & incorruptibile, & intranſmutabile, & mouet̃ ſimplici & prio motu.2.de Cæl.T.Co.36.

83 Cæli motor multo magis q̃ cælũ eſt primꝰ, ſimplex, ingenitus, incorruptibilis, intranſmutabilis. Et ideo cælũ ex pte mouẽtis irregularit̃ moueri nõ põt.2.de Cæ.T.Co.36

84 Cæli corpus qa ſimplex eſt & immixtũ & ĩ propria regione, ideo nil ipſi eſt contrariũ, nec põt habere aliquã impotentiã aut intẽſionẽ aut remiſſionẽ.2.de Cæl.T.Co.37.

85 Cælum irregulariter nõ põt moueri ſcd̃m partes ipſius, qa infinito tempore facta fuiſſet aliqua diſtantia aſtrorum inter ſe.2.de Cæl.T.Co.37.

86 Cælum ſcd̃m ſe totũ non poteſt moueri irregulariter, quia nõ habet impotentiã, propter quam fiat intenſio aut remiſſio in motu.2.de Cæl.T.Co.37.

87 Cæli motus intẽdi ſemp, aut iterum remitti, eſt impoſſibile, qa eſſet motus cæli indeterminatus.2.de Cæl.T.Co.37.

88 Cælum, impoſſibile eſt, ꝙ infinito tẽpore intendatur in ſuo motu, & infinito remittatur, aut aliquando remittatur, & aliqñ intẽdatur.2.de Cæl.T.Co.38.

89 Cæli motus ſi remittit̃, infinito tẽpore remitti, neceſſe eſt.2.de Cæl.T.Co.38.

90 Cælum uiciſſim intẽdi & remitti, irrationabile eſt dicere, & figmẽto ſimile.2.de Cæl.T.Co.40.

91 Cælũ ſi irregulariter moueret̃, non lateret nos.2.de Cæl.T.Co.40.

92 Cælum igneũ eſſe, quidam dixerunt.2.de Cæl.T.Co.41.

93 Cælum, aliqui putauerũt, nõ eſſe ſimile undiq;.2.de Cæl.T.Co.50.

94 Cælorũ corpora uiuentia exiſtimare debẽmus, & actionẽ habere.2.de Cæl.T.Co.61

95 Cælo optime ſe habẽti ſine actiõe ipm bonum ineſt, ppinquo uero huic p unã actionem, remotis uero ab illis per plures.2.de Cæl.T.Co.62.

96 Cælũ primũ uno motu confeſtim attingit ad optimum.2.de Cæl.T.Co.66.

97 Cælum primũ ideo tantã multitudinẽ ſtellarũ habet, qa magnũ exceſſum debet habere ad alia illud, quod eſt principiũ præcipuum uitæ.2.de Cæl.T.Co.68.

98 Cælo prio uni multa corpora ſtellarum natura tribuit, & uni corpori planetarũ multos motus, & ſic natura adæquauit, & fecit ordinẽ uni lationi multa tribuens corpora

&uni corpori multas lationes. 2. de Cæl. T.Co.69.

99 Cæli motu circulari grauiora ad mediũ ferunt, ut omnes dicũt de illis, q̃ accidũt circa aerẽ & circa hũida. 2. de Cæl. T.Co.85.

100 propter Cæli circulationẽ, dicũt quidã, terram qeſcere, ſicut in uaſis accidit, qbus ore deorſum uerſo, nõ cadit aqua propter celerem motum, apta alioqui cadere. 2. de Cæl. T.Co.85.

101 Cæli circũgiratio nõ accedit ad nos, ut dicamus ea, quæ mouẽtur, ad cẽtrũ moueri ꝑpter cæli uertiginẽ. 2. de Cæl. T.Co.87.

102 Cælum qui cõponunt ex numeris, eadem impoſſibilia dicunt, ſicut qui componunt corpꝰ ex ſuperficiebꝰ. 3. de Cæl. T.Co.16.

103 Cæli motus adducit, & abducit generãs. 2 de Gener. T.Co.55.

104 Cæli motus ꝑpetuus cauſa eſt gñationis ꝑpetuæ. 2. de Gener. T.Co.56.

105 Cæli motus ſi unus tm̃ eſſet, aut ſemp eſſet generatio, aut ſemp corruptio, quia idem eodem modo ſemp ſe habens ſemp natũ eſt facere idem, & ideo plures motus & cõtrarios cæli eſſe oportet, ut gñatiões & corruptiones fiant. 2. de Gener. T.Co.56.

106 Cæli primi motus nõ eſt cauſa gñatiõis & corruptiõis, ſed ille motꝰ, q ẽ circuli obliq. Nã uniformitas & cõtinuitas motꝰ ꝑmi cæli cauſa eſt ꝑpetuitatis gñatiõis ſicut iclinatio & eleuatio circuli zodiaci ẽ cauſa gñationis & corruptiõis. 2. de Gene. T.Co.56.

107 Cælorũ corpora oĩa unius ſunt naturæ diuerſæ tñ a corporibus elementorum. 1. Meteor. c.2. A.

108 Cælorũ corpora mundũ hũc inferiorẽ illis cõtiguũ gubernãt. 1. Meteor. c.2. B.

109 Cælũ putandũ eſt eſſe primã cauſam, qa eſt oĩbus principiũ motus. 1. Meteo. c.2. C.

110 Cæli motus ꝑpetuus eſt, finẽ nõ hñs loco, ſed ſemp in fine. 1. Meteor. c.2. C.

111 Cælũ ætherem a ſemp currẽdo appellauit Anaxagoras, & ignẽ eſſe putauit. 1. Meteo. c.3. C.

112 Cælum ignem eſſe, dixerũt quidã puerili opiniõe, qđ nõ dixiſſent, ſi cõſyderaſſent, quæ traduntur mathematicis rationibus. 1. Meteor. c.3. D.

113 Cæleſtia corpora alterius naturæ ſunt ab igne & ab aere. 1. Meteor. c.4. C.

114 Cæli motꝰ id elementũ, qđ eſt propinquũ ei, diſgregatũ accendit, & facit caliditatem 1. Meteor. c.4. F.

115 Cælorũ corpora ſuo motu calorẽ efficiunt in inferioribus, & ea præcipue, q̃ celerius mouentur, & propinquiora nobis ſunt, ut ſol. 1. Meteor. c.4. F.

116 Cæleſtium orbiũ motu aer attritus calefit. 1. Meteor. c.4. C.

117 Cæleſtiũ corporum magis pura ſunt illa, q̃ magis diſtãt a mũdo elemẽtari, & illa ſunt minus pura, q̃ propinquiora ſunt mundo elemẽtari. 1. Meteor. c.4. C. Quære Luna.

118 Cæleſtia corpora nõ eſſe calida nec ignita, ex his probatur, ꝙ ſtellarũ ignitarũ decurſus nõ fiunt illic ſed in inferioribus. Sol ẽt q maxime calidꝰ ſentitur, nõ eſt ignitus, ſed candidus. 1. Meteor. c.4. F.

119 Cælum factũ eſſe ꝑpter terrã & mare, dixerunt antiqui, qui circa theologica uerſati ſunt. 2. Meteor. c.1. A.

120 Cælũ auctũ eſſe a terra ſole calefacta, qdã dixerunt. 2. Meteor. c.2. E.

121 Cælum quare circulariter moueatur, non poteſt cauſa aſſignari ex dictis Platonis, qa aĩa mũdi nõ moueť circulariter, niſi ꝑ accidẽs, nec aliqs finis motꝰ circularis cæli aſſignari põt ex dictis Platonis. 1. de Anima. T.Co.50.

122 Cælũ diaphanũ ẽ, qđ ẽ illi cõe cũ multis aliis. 2. de Aĩa. T.Co.68. Quære Diaphanũ

123 Cælũ eſt ſumma pars mũdi, q̃ deorum eſt domiciliũ appellatũ, qđ qdẽ diuinorũ corporum plenũ eſt, q̃ ſydera appellare cõſueuimus. de Mũdo ad Alexan. c.1. A.

124 Cælum una circũuectione cum oĩbus ſyderibus abſq; intermiſſione uertiť, de Mũdo ad Alexand. c.1. A.

125 Cæli naturã ætherẽ appellamus, nõ quia, etiã ſi multo igne conſtet, poſſit αἴθεσθαι, id eſt ardere, ut quidã dixerũt, ſed qa in orbẽ agitata uideať ſemp ἀειθεῖν, id eſt ꝑpetuo currere. de Mũdo ad Alexã. c.1. B.

126 Cælũ diuerſa natura eſt a quattuor elemẽtis, & res plane diuina eſt, & nullam recipit fati malignitatẽ. de Mũdo ad Alexã. c.1. B.

127 Cælũ quale ſit, Homeri ſentẽtia oſtendiť. de Mundo ad Alexand. c.5. L.

128 ad Cælum manus tollunt deprecantes, qa eſſe in eo deum omnes exiſtimant. de Mũdo ad Alexan. c.5. L.

129 Cælum appellant Græci ὄυρανομ, quia ſupra ὄυρεα, id eſt montes exiſtat. Olympꝰ etiã cælũ appellať quaſi ὁλολαμπησ, qa totus ſplẽdeat. de Mũdo ad Alexan. c.6. Z.

130 Cælũ dixerũt Pythagorici, harmoniã eſſe 1. Metaphy. c.5. A.

131 Cæli decimam ſphæram poſuerũt Pythagorici, quia numerus denarius ꝑfectus eſt, q̃uis tm̃ nouem ſphæræ ratione deprehendantur. Illã uero decimã terrã oppoſitam dicebant. 1. Metaphy. c.5. B.



132 Cælũ, dixit Xenophanes, eſſe unũ deũ. 1. Metaphy. c.5. F.

133 Cælũ aliud erit præter hoc ſenſibile, ſi mathematica ponanť media inter ideas & res ſenſibiles. 3. Metaphy. T.Co.7.

134 Cælum ſi ponatur aliud præter hoc ſenſibile, impoſſibile eſt quieſcere, & impoſſibile eſt etiam moueri, quia cælo naturale eſt moueri, & iis quæ ſunt ſine materia, repugnat moueri. 3. Metaphy. T.Co.7.

135 ad Cælum ſi cõparentur oĩa generabilia aut corruptibilia, nullius fere quantitatis ſunt. 4. Metaphy. T.Co.23.

136 Cælum & perpetua aut non habent materiam, aut ſi habent, non eſt eiuſdem rationis cum materia ſenſibiliũ, niſi ſecundũ ꝙ eſt mobilis ad locũ. 8. Metaphy. T.Co.12.

137 Cælũ ſemp mouebiť, nec timẽdum eſt, ut ſtet, ut qdã phyſici timuerũt, qa cælũ nõ fatigatur in ſuo motu, eo ꝙ cæli motus nõ eſt circa cõtradictionis potentiam, ut ſit ei laborioſa cõtinuatio. 9. Metaphy. T.Co.17.

138 Cæleſtia corpora ſemper agunt. 9. Metaphy. T.Co.18.

139 Cæli motꝰ uniformis eſt & celerrimꝰ, quo cæteri motus iudicantur, & menſurantur. 10. Metaphy. T.Co.4

140 Cælum materiam habet, ſed non in potẽtia ad aliam formam, ſed ad motum localem. 12. Metaphy. T.Co.10.

141 Cælũ primũ æternũ eſt, & eſt aliqd, quod mouet ipſum, qđ nõ ſolũ rõne ſed etiã ſenſu patet. 12. Metaphy. T.Co.34. & ultra.

142 Cæli primi mobilis motus perpetuus eſt, & unus ab uno. 12. Metaphy. T.Co.43.

143 Cæleſte corpꝰ ſempiternũ eſt, neq; unq̃ cõſiſtit, aut quieſcit. 12. Metaphy. T.Co.44.

144 Cæleſtes orbes ſeu ſphæræ q̃draginta & nouẽ ſunt, & motꝰ eorũ quõ ſe hẽnt, poniť ex opinionibus Eudoxi & Callipi. 12. Metaphy. T.Co.45. & ultra,

145 Cæli motꝰ, impoſſibile ẽ, eſſe alios, q̃ illi, qui ordinatur ad diuerſitatem motus ſtellarum. 12. Metaphy. T.Co.48.

146 Cælum, id eſt uniuerſum unum tãtũ eſſe, probatur. 12. Metaph. T.Co.49.

147 Cælum nõ eſſet, ſi nõ eſſent aliæ ſubſtãtiæ præter ſenſibiles. 12. Metaphy. T.Co.56. Quære Planeta. Sphæra. Stella. ✳.

CAERVLEVS. Color.

Cæruleus color medius eſt inter albũ & nigrũ. de *Sen.* & *Sen.* c.4. I. Quære Color.

CALAMITAS. CALAMITOSVS.

1 In Calamitatibus unicũ refugiũ putantur amici. 8. Ethic. c.1. A.

2 Calamitoſi nõ ſunt felices, qa felicitas operatio eſt, & nõ habitus, 10. Ethic. c.6. A.

3 Calamitatibus in magnis nihil abiecti facere, excelſi animi eſt. 2. Oeconom. c.1. C. Quære Alceſtis. Felicitas. Felix. Penelope. Priamꝰ.

CALCIAMENTVM.

Calciamentum illud fruſtra eſt, cuius nõ eſt calciatio. 1. de Cæl. T.Co.32.

CALIDITAS. CALIDVM.

1 Calidum actu mouet ad calorem potentia calidum. 8. Phyſic. T.C.31.

2 Calidũ priꝰ eſt frigido, ut affirmatio prior eſt priuatione. 2. de Cæl. T.Co.18.

3 Calidũ ſeparatũ eſſe, forſitã eſt impoſibile, ſi uero eſſet ſeparatum, impaſſibile eſſet. 1. de Gener. T.Co.55.

4 Caliditas q̃litas ꝑria cõtraria eſt, & eſt ꝑria cõtrarietas ſcđm tactũ. 2. de Gen. T.Co.8

5 Calidum congregat homogenea. 2. de Gener. T.Co.8.

6 Calidũ eſt paſſio ſenſus. 1. Meteor. c.4. F.

7 Calidũ oẽ natũ ẽ ſurſũ ferri. 1. Mete. c.5. D.

8 Calidum actiuum eſt, quia congregat. 4. Meteor. T, Co.1.

9 Caliditatẽ eſſe qualitatem actiuam, inductione probatur. 4. Meteor. T.Co.1.

10 Calidi eſt digeſtio. 4. Meteor. T.Co.14.

11 Calido & frigido agit agẽs in aliquod paſſum. 4. Meteor. T.Co.30.

12 Calidũ & aĩam, dixit Democritꝰ, eẽ ꝑrias figurarũ ſphæricarũ. de Reſpirat. c.1. L.

13 Calidum omne trahit ad ſe. de Nilo. B.

14 Calidas regiones incolẽtes igenio & arte abũdat, ſed aĩoſitatẽ nõ hẽnt. 2. Poli. c.7. A Quære Frigidum. Græci. 8. ✳

CALIGO.

1 Caligo eſt ſupfluitas nubis in aquam concretæ. 1. Meteor. c.9. B.

2 Caligo ſerenitatis magis q̃ pluuiæ ſignum eſt. 1. Meteor. c.9. B.

3 Caligo eſt q̃dam nubes ſterilis, id eſt ſine pluuia. 1. Meteor. c.9. R,

CALLIAS. Quære Iphicrates., 9.

CALLICLES. Orator quidam.

Callicles apđ Platonẽ in Gorgia dicit. Leges cõtrarias eſſe naturæ. 1. Elech. c.12. C.

CALLISTHENES.

Calliſthenẽ q̃m prius Athenieẽſes dãnarãt morte, abſoluerũt Ergophilũ, q̃uis magis irati eſſent Ergophilo. 2. Rhe. c.3. E. Quære Palma. 2.

CALLISTRATVS.

Caliſtratꝰ Menalopũ accuſabat, ꝙ tẽpli cũſtodes decepiſſet, & tria minima ponderis uaſa ſuſtuliſſet. 1. Rhetor. c.12. F.

CALLIPPVS. Philoſophus.

1 Callippus in Dionem.1.Rhetor.c.12.F.

2 Callippi opinio de motu planetarum & orbibus eorum ponitur.12. Metaphyſic. T.Co.47.

CALOR. CALOR NATVRALIS. Viuentium

1 Calor fit in aere attrito a motu orbium cæleſtium.1.Meteor.c.4.C.

2 Calor, qui fit in inferioribꝰ, fit propter motum corporum cæleſtium præſertim ſolis, quia motꝰ diſgregat, & ignit, ita ut ea, quæ ferunt, liqueſiant ſæpe.1. Meteor.C.4.F.

3 Calor eleuat partes ſubtiles & dulces a corporibus, relinqt uero amara & grauia. 2.Meteor.c.2.I.& de Sen.& Sen.c.2.H.

4 Calor naturalis efficit idem in animalium & plantarum nutritione, quod efficit in exterioribꝰ corporibꝰ calor ſolis, quia dulcia & ſubtilia eleuat ad partes ſuperiores, grauia uero & amara relinquit in inferioribꝰ. 2.Meteor.c.2.I.& de Sen. & Sen.c.4. H.

5 Calor terminat ea, quæ ſunt eiuſdem generis & alterius, copulat, tranſmutat, humectat, areſacit, indurat, & mollificat.4. Meteor.T.Co.1.

6 Calore egrediẽte, coagulatio fit, ergo illo ingrediẽte, ſolutionem fieri neceſſe eſt.4. Meteor.T.Co.36.

7 Calore naturali & alimẽto utitur anima uegetatiua ad nutritionem ut duplici inſtrumento.2, de Anima.T.Co.50.

8 Calor naturalis conſumit ſubiectũ in quo eſt, ſi non ſubminiſtretur alimẽtum, quod conſumat.de Lõgit.& Breuit.Vit.c.2.H.

9 Calori naturali ineſt uis primaria digerendi alimẽtũ.de Lõgit.& Breuit.Vit.c.2.H

10 Calore naturali digerũt omnia animalia. de Iuuent.& Senect.c.2.E.

11 Caloris naturalis principium eſt cor.de Iuuent.& Senect.c.2.E.

12 Calor naturalis duobus modis corrumpitur, aut marcedine, quando a ſe ipſo, aut extinctione, quando ab alio.de Iuuẽt,& Senect.c.3A.& de Reſpirat.c.4.C.

13 Caloris naturalis marcedo eſt ſenectus.de Iuuent.& ſenect.c.3.A.

14 Caloris naturalis extinctio ab alio mors uiolentia dicit̃.de Iuuẽt & Senect. c.3. A.

15 Calor naturalis calor extraneo collecto, corrumpitur.de Iuuent.& Senect.c.3. B.

16 Calor naturalis, ſi ſeruari debet, refrigerationem quandam in ſua origine accipere neceſſe eſt, quia ſicut carbones incenſi ſi obturati fuerint, præfocãtur, ſi uero mutatis uicibus crebo remoueatur operculum, longo tempore cõſeruantur, ſic calor naturalis frequẽti refrigeratione ſeruatur. de Iuuent & Senect.c.3.G. & de reſpirat.c.4.C.

17 ſine Calore naturali anima nõ poteſt eſſe in corpore.de Iuuent & Senect.c.3.D.

18 Calor naturalis cibo augetur. de Reſpirat.c.2.F.

19 Calor naturalis in carentibus ſanguine aut in exiguis conſeruatur, & refrigeratur per aerem aut aquam circumſtantem. de Reſpirat.c.4.C.✳.

CALVMNIA

Calumnia quibus pellatur, habes.3.Rhet. c.15.B.Quære Epicharmus.

CALVVS.

1 Calui non ſunt mutili, qa licet careant parte extrema, tamẽ illa habet rurſus generationem, mutila uero non habent.5. Metaphy.T.Co.32.✳.

CALX.Quæ arenæ commiſcet̃ ad ſtructuram ædificiorum.

1 Calx potentia habet caliditatem, quia aliquando ignita fuit.2.Meteor.c.3.Q.

2 Calcis naturam retinet terra, p quã flumina ſalſa aut fontes ſalſi tranſmiſſi colantur, quia aliqñ incaluit.2.Meteor.c.3.R.✳.

CAMARINA.Siciliæ urbs.

circa Camarinam Siciliæ defunctꝰ eſt Minos.2.Polit.c.8.B.

CANCER.Piſcis.

1 Cancri marini nõ recipiunt aquã intus ad refrigerandum, cum exiguum calorẽ habeãt, ſed ſimul cum cibo combibũt.de Reſpirat.c.5.C.✳.

CANICVLA. Sydus ſuo ortu æſtus inducens.Quære Accidens.41.✳.

CANIS.Latrabilis.

1 Canes lapidem Nili contritum & pinguedine demolitum ſi deuorarint, aiunt, eos latrandi uſum ilico amittere.de admirãd. Audit.17.

2 Canes non mordent eos, qui ſedent.2. Rhetor.c.3.B

3 Canes recenter ſoluti a uinculis etiã procidentes mordent,3.Rhet.c.4.A.

4 Canibus comparantur, qui mortuos ſpoliant, quia canes lapidem mordent, proiicientes non tangunt. Vt dixit Plato in ſua republica.3.Rhet,c.4.A.

5 Canibꝰ ſimilis eſt ira, qui priuſq̃ agnoſcãt, an amicus ſit, allatrant.7,Ethic.c.6.A.

6 Canis ſemp in eadẽ tegula dormitat, ut in puerbio dicit̃. Quod Empedocles expoſuit fieri ppt̃ ſimilitudinẽ, quæ cani eſt cũ tegula.2. Magnor. Mor.c.11.A. Quære Aetna.3.Orchomenii.✳.

CANOPICVM. unũ ex Nili oſtiis aliis orientalius

Canopicum Nili oſtium uidet̃ fluuii eſſe opus, cum cætera Nili oſtia manu facta uideantur.1.Meteor.c.14.E.

CANTHAROLETHRON.Locus a Scarabeorum interitu dictus.

Cantharolethron eſt locus in chalcidica, quem ingreſſi ſcarabæi intereunt.de Admirand.Audit.113.Quære Scarabeus.

CAPIBILIA.Quære Preſſatilia.

GAPILLVS.

1 Capillũ, dicũt qdã, nõ rũpi, ſi ex æquo tẽdatur in oĩbꝰ ſuis ptibꝰ.2.de Cæl.T.Co.93.

2 Capilli exhalatione fumoſa cõſtãt.4. Meteor.T.Co.48.

3 Capilli animalium non ſentiunt.1.de Anima.T.Co.79.✳.

CAPPADOCIA. Regio aſiæ finitima Armeniæ.

Cappadociæ metropolis ẽ Tyana. de Admitã.Audit.1.Quære Aq̃.90.Mula.Halys

CAPRA.CAPREA.

1 Capræ ſylueſtres in Creta, quæ tota illis abunudat, ubi ſe uulneratas a uenatoribus ſenſerint, ad dictamnum herbam recurrunt, qua tota inſula plena eſt, & eam depaſcũtur, & ubi paſtæ fuerint, infixam ſagittam ſtatim profundunt, & a cæde facile liberantur.de admirand.Audit.12.

2 Capreæ in Cephalenia inſula nõ pitiſſant per ſingulos dies, ſed conuerſæ in flantem uentum aperto ore hauſtu uenti ſitim depellunt.de Admirand.Audit.13.

3 Capra, quæ Ioui ſacrificabatur in Cariæ regione Pedaſia per ſtadia fere ſeptuaginta tripudians ibat ad locum, ubi mactanda erat, nec auerti poterat. de admirand. Audit.108.

4 Capra diis mactatur, ſed nõ duæ oues.5. Ethic.c.7,A.✳

CAPRAE.Impſſio ignita.Quære Aeges

CAPVT.

1 Capite carẽt multa aĩalia.Prædica.c.7.D.

2 Caput magnũ habẽtes ſomniculoſi ſunt, quia multum ſuperfluæ humiditatis continent in cerebro.de Somn. & Vigil.c.3.G.

3 Capitis ſanguis puriſſimus & tenuiſſimus eſt.de Somn.& uigil.c.3.N.

4 Capite ablato, animalia quædam uiuunt. de Iuuent.& ſenct.c.1.F.

5 Caput magnum hebentes hebetes ſunt, & referuntur ad aſinos.Minutulum fatui, mediocre bonum.de Phyſiognom.

6 Caput criſpicapillũ habentes timidi ſunt, erecti capillum timidi, denſicapillũ praui. de Phyſiognom.

7 Caput habentes cacuminatum inuerecũdi ſunt & iactatores, plani capillum ſimplices.de Phyſiognom.✳.

CARABVS.Id eſt Locuſta. Quære Locuſta teſtatum aquatile.

CARBO.CARBONATILE. Quod in carbones redigitur.

1 Carbo ignis eſt groſſior q̃ flãma aut lux 5.Topic.c.3.N.

2 Carbonum incenſorum halitu homines patiuntur grauedinẽ capitis, & quandoq; ſuffocantur.de Sen.&Sen.c.5.P.

3 Carbones incẽſi pfocant̃, & extingunt̃, ſi obturati fuerint, ſi uero crebro remoueat̃ operculũ, quo operiũtur, lõgo tpe ignem ſeruãt.de Iuuen& Senect.c.3.C.✳.

4 Carbonabilia ſunt, q̃cũq; talia ſunt, ut plꝰ cõtineãt terræ q̃ fumi.4.Mete.T.Co.48.

CARBVNCVLVS.

Carbunculus gemma non ſentit ignẽ.4. Meteor.T.Co.48.

CARCER.Quo noxii cuſtodiunt̃.

Carceris ædificãdi qui cauſa fuerit, is peccat.1.Rhet.c.14.B.

2 Carcere incluſi boni s uiris tradendi ſunt in cuſtodia & nõ prauis, cum praui magis indigeãt carcere & cuſtodia, q̃ ut ipſi alios cuſtodiant.6.Polit.c.8.D.

CARCHARODONTA. Acutos & ſerratos dentes habentia. Quære Dens. 3.Piſcis.21.

CARCINVS. Poeta tragicus. Quære Alope.

CARIA.Aſiæ minoris prouincia.

Cariæ Tyrannꝰ Mauſolus.Quære Mauſolus.✳.

CARMEN.

1 Carmine quæ ſcribuntur, mirabilia & iucunda uidentur, multaq; id faciunt, commodeq; ibi dicuntur, nõ autem ſic oratione ſoluta.3.Rhetor.c.2.B.

2 Carmina melius recordantur omnes q̃ ſolutam orationem, quia carmina habẽt numerũ, quo menſurantur.3.Rhetor.c.9.B. Quære Pes ut menſurat carmen.

3 Carmina ſoluto numero, gratiã perdunt. 3.Rhetor.c.4.B.

4 Carmen rem dulciſſimam eſſe mortalibus, dixit Muſæus..8.Politi.c.5.D. Quære Chæremon.Drama.

CARO.

1 Carne molles apti mẽte ſunt, duri uero carne inepti, qa tactus ſubtilitate ingenioſos a non ingenioſis diſcernimus.2. de Anima.T.Co.64.& de Phyſiognom.C.

2 Caro non ſentit tangibilia, ſed eſt mediũ ſentiendi.2.de Anima.T.Co.111.

3 Caro dura & corpulenta hebetes oſtẽdit, mollis uero bonam indolem ſed inconſtantem, niſi robuſtæ extremitates tali contingant.in Phyſiogno.

4 Caro ſpiſſa melioris habitudinis eſt q̃ rara.5.Ethic.c.1.B

5 Carnes leues ut auium, faciles ſunt, ut cõcoquãtur, & ideo ſanitatem inducunt.6.Ethic.c.7.C.

6 Carnibꝰ crudis ueſcũtur aliq circa Põtũ, aliqui etiam hũanis.7.Ethic.c.5.A.Quære Aſſum✳.

CARTHAGO. Ciuitas Aphricæ nobiliſſima. CARTHAGINENSES.Carthaginis ciues.

1 Carthaginenſes inſulam in mari Atlãtico ultra colũnas inuenerunt deſertam quidẽ hominibus, ſed adeo arborum & fluuiorũ nauigabilium & omnium rerum copia redundantem& ſalubri aere, ut capti amore illius mercatores Carthaginẽſes ibi ſedes figerẽt. Quã obrẽ Carthaginẽſes decreto publico ſanxerũt, morte ĩdicta, neq; illuc nauigaret, & eos, qui profecti fuerant, iuſſerũt interfici, ne fama illius inſulæ, perueniret ad alias nationes, & ſubderetur fortiori imperio in Carthaginenſiũ perniciem. Diſtãt aũt inſula hæc a cõtinenti pluriũ dierũ nauigatione. De admirand. Audit.74.

2 Carthaginẽſes Alcimedis ueſtẽ emerunt. de Admirã. Audit.84. Quære Alcimedis.

3 Carthaginenſium in regione mons eſt floribus ac arboribꝰ adeo refertus, ut in propinqua loca diffundat miram fragrãtiam. Ex eo uero fons mirabilis orit̃, qui liquorem oleo ſimilem effundit cedrinam fragrantiam redolentem. Ad quem ſi incorruptꝰ adoleſcens acceſſerit, liberius exhaurit. Eiq; fonti ſaxum ad hæret, quod æſtate flammas prope inextinguibiles emittat, & hyeme aquas frigidiſſimas niuibus pares, quæ res conſpicua eſt omnibus. de Admirand.Audit.101.

4 Carthaginem Phœnices cõdiderũt poſt Vticam conditam annis ducẽtis octoginta ſex.de Admirand.Audit.106.

5 Carthaginenſiũ reſpublica quibꝰ legibus cõſtaret, & quid bene, quid non bene cõtineret, oſtẽditur.2.Polit.c.5.per totum.

6 Carthaginenſium reſpublica multa continet recte inſtituta.2.Polit.c.9.A.

7 Carthaginenſium reſpublica comparatur rebuſpublicis Cretenſium & Lacedæmoniorum.2.Polit.c.9.per totum.

8 Carthaginenſes commercium & fœdera circa res importandas & pacta habebant cum Hetruſcis, & ſcripturas circa mutuã bellãdi ſocietatẽ, tanq̃ ſi ciues unius ciuitatis eſſent.3.Polit.c.6.B. Quære Hetruſci.

9 apud Carthaginenſes reſpublica reſpicit ad diuitias ad uirtutem & ad populum.4.Polit.c.7.B.

10 Carthaginenſium reſpublica populariter gubernabatur, & pecuniis ſtudebat.5.Politi.c.12.E.

11 apud Carthaginenſes, ferunt, ornatũ anulorum accipere pro numero expeditionũ, in quibus militauerint.7.Polit.c.2.C.

12 Carthaginenſes uino abſtinent, dũ in militia ſunt.1.Oeconom,c.5.A.

13 Carthaginenſes quomõ pecunias collegerint ex præda nauali, habes. Oeconom. Publi.D.Quære Hannon.

CASPIVM MARE. In Aſia maiore eſt, quod alio nomine Hircanum dicitur. Caſpium mare nõ commiſcetur oceano, & circumhabitatur a uariis gentibus.2.Mereor.c.1.D.

CASTIGARE.

Caſtigari qui digni ſint, & ꝓpter quas cauſas, habes.3.Ethic.c.c.12.B.

CASVS. Nominis ut genitiuus Datiuus &c.& uerbi tempora.

Caſus nois aut aut uerbi eſt ꝑ id, qđ ẽ huiꝰ aut huic aut huic aut ſimilia. Alit̃ uero ꝑ id quod eſt in uno aut in multis, ut homo hoĩs ambulauit ambulabit.Poet.c.7.C.

CASVS. Vt dicit deflexionem unius ab alio unus ex locis dialecticis.

a Caſibꝰ & cõiugatis loci ſunt maxime utiles, & ideo retinẽdi, & in prõptu habẽdi.2.Topic.c.2.F.&.3.Topic.c.4.D. Quære Locꝰ dialecticus Coniugata.

CASVS. Vna ex cauſis per accidens.

1 a Caſu nihil fieri, ſi oĩa ex neceſſitate ꝑueniunt, oſtenditur.1.Periher.c.8.A.

2 Caſus de numero cauſarũ eſt, quia multa dicunt̃ fieri a caſu.2.Phyſi.T.Co.39.42.

3 Caſus & fortũa an idem ſint, quæritur.2.Phyſic.T.Co.39.

4 Caſum non eſſe, aliqui dixerunt, q̃ eorũ, quæ a caſu fieri dicuntur, alia eſt cauſa determinata.2.Phyſic.T.Co.40.

5 Caſum nõ eſſe, dicunt aliqui, quia antiqui ſapiẽtes de caſu nil dixerunt, cũ de aliis rebꝰ multa tractauerint.2.Phyſi.T.Co.41, de Caſu nil tractaſſe antiquos, mirũ eſt.2.

6 Phyſic.T.Co.42.

7 Caſus faciẽda erat mẽtio antiquis, ſi dicebãt nihil fieri a caſu.2.Phiſic.T.Co.43.



8 a Caſu cõgregati aerem in loco, ubi eſt in hoc mundo, & in aliis mũdis nõ in eodem loco congregandum, dixit Empedocles, 2.Phyſic.T.Co.43.

9 a Caſu partes plurimas animaliũ fieri, dixit Empedocles.2.Phyſic.T.Co.43.

10 Caſum, quidam dixerunt, eſſe cauſam cæli & ſtellarum & cõuerſionis & motus & ordinis uniuerſi.2.Phyſic.T.Co.44.

11 a Caſu nihil fit in cælo.2. Phyſico. T. Co.46.

12 Caſus & fortuna quomodo ſint diuerſa, & in quas cauſas reducantur, oſtẽditur.2.Phyſic..T.Co.47.& ultra.

13 Caſus aliquid eſt, quia omnes dicunt, aliquid fieri a caſu.2.Phyſic.T.Co.48.

14 Caſus eſt in iis, quæ fiunt propter aliquid. 2.Phyſic.T.Co.51.

15 Caſus eſt cauſa ꝑ accidens in iis, quæ nec ſemper, nec frequenter fieri poſſunt, & eorum q̃ alicuiꝰ gr̃a fiũt.2.Phyſic.T.Co.57.

16 Caſus & fortuna differunt ſicut ſuperius & inferius, nam caſus ſuperius eſt.2. Phyſic.T.Co.57.

17 Caſus eſt in animatis & in inaĩatis.2.Phyſic.T.Co.60.

18 Caſus eſt in illis, quæ fiũt propter aliquid, non tamen euenit id, cuius gratia factum eſt, & eiꝰ cauſa ẽ extra.2.Phyſic.T.Co.61.

19 Caſus græco noĩe ipſum fruſtra ſignificat, unde nomẽ ipſum ſcilicet αυτόματον eſt. 2.Phyſic.T.Co.63.

20 Caſus maxime differt a fortuna in iis, quæ natura fiunt.2.Phyſic.Co.64.

21 a Caſu quæ fiunt, eorum cauſa eſt intrinſeca.2.Phyſic.T.Co.64.

22 Caſus eſt in iis, quorum eſt determinata multitudo.2.Phyſic.T.Co.65.

23 Caſus reducit̃ ad genus cauſæ, unde principium motus.2.Phyſic.T.Co.65.

24 Caſum dicere eſſe cauſam cæli, refellit̃.2.Phyſico.T.Co.67.

25 Caſus eſt cauſa poſterior intellectu & natura.2.Phyſic.T.Co.67.

26 a Caſu dixit Empedocles, eſſe partes animalium, nam quæ incidebant apte, conſeruabantur, quæ uero incidebant inepte peribant.2.Phyſic.T.Co.76.

27 Caſus eſt eorum, quæ fiũt præter ſemper & frequenter.2.Phyſic.T.Co.77.136.

28 a Caſu nõ poteſt fieri illud, quod ẽ incorruptibile & in gñabile.1.de.Cæl.T.Co.135.

29 Caſus & fortuna ſunt cauſa exteriorum bonorum.7.Polit.c.1.D.

30 Caſum, non eſt bonũ, ponere cauſam eſſe mũdi & ordinis uniuerſi.1.Metaphy.c.3.I.

31 Caſus & fortuna naturæ & artis priuationes ſunt.12.Metaphy.T.Co.13.

CATACLYSMVS. Interpretatur diluuium.

1 Cataclyſmus fit, cum ad hyemen ſuam aliqua regio peruenerit, nam ſicut anni ſunt tempora quattuor, uer, æſtas, autumnus, & hyems, ſic circa aliquas partes terræ euenit, ut ſit in illis ſua hyems, & fiat imber copioſus & grandis certa quadã naturali periodo, & hoc appellatur diluuium.1. Meteor.c.14.G.Quære Argiui.1.

2 Cataclyſmus factus eſt Deucalionis tempore in Græcia circa eam potiſſimum partem, quam antiquam Helladem appellãt, quæ eſt circa Dodonem & Acheloum fluuiũ.1.Meteor.c.14.G.✳.Diluuiũ.

CATARRHVS. Id eſt fluxio. Quære Fluxio.✳.

CATASYLLOGISMVS.

Cataſyllogiſmus quomodo fiat, habes.2.Prior.c,21.Quære Syllogiſmꝰ.Elenchus

CATANENSES. Ciues Catanæ ſiue Catinæ urbis in Sicilia.

Catanẽſibus leges dedit Charondas illorũ ciuis.2.Polit.c.10.d. Quære Charõdas.

CAVCASVS. Mons in aſia maiore.

1 Caucaſus mons maximus eſt eorũ, qui ad ortũ ſolis æſtiuũ uergũt.1.Meteor.c.13.F.

2 Caucaſum eſſe altiſſimũ, duo oſtendunt. Primũ, ꝙ cacumẽ illius cernit̃ ab iis, qui incolunt Bathea Ponti id eſt ꝓfunda Ponti, & a nauigantibus paludem. Secundum, ꝙ iuga illius illuſtrãtur a ſole uſq; ad tertiã noctis partem.1.Meteor.c.13.G.

3 Caucaſus ex hoc probatur magnitudinis ingentis eſſe, ꝙ multæ gentes in eo domicilia conſtruxerunt.1.Meteor.c.13.G.

4 ſub Caucaſo ſtagnum eſt, in quod cũ multa & magna flumina ingrediantur, nec ſtagnum habeat, quod fluat terram ſubit, & tandẽ iuxta Coraxos circa uocata Bathea Ponti erumpit.1.Meteor.c.13.L.

5 ſub Caucaſo ſtagnum eſt adeo profundũ, ut nullus qui tentauerit, terminum inuenire potuerit.1.Meteor.c.12.L.

CAVENDVM.

Cauendum illud maxime eſt, quod paulatim repit.5.Polit.c.8.A.

CAVPONARIA. Ars ſordida.& ꝑ muliere cauponariam exercente.

1 Cauponaria lucrum quærit a uolentibꝰ,

1 Oeconom.c.2.B

2 Cauponaria quædã.Quære Tabernaria.

CAVRVS. Ventus, qui & Corus & Argeſtes dicitur. Quære Corus.

CAVSA.


1 non Cauſa ut cauſa fallacia quomodo cõmittatur, habes.1.Elench.c.4.F.

2 Non cauſa ut cauſa fallacia quomõ ſoluatur, habes.2.Elench.c.5.G.

3 Cauſam quærit omnis quæſtio. 2. Poſter.T.Co.1.

4 Cauſa una eſt demõſtrabilis per aliam.2. Poſter.T.Co.8.

5 Cauſarũ aliquæ ſunt eædẽ ſuo cauſato ut materialis & formalis, aliæ uero nõ, ut finalis & efficiens.2.poſter.T.Co.8.

6 per Cauſam quancunq; poſſe fieri demõſtrationẽ, oſtendit.2.Poſter.T.Co.11.12.

7 Cauſa efficiẽs eſt, quæ primo aliquid mouet.2.Poſter.T.Co.11.

8 Cauſa finalis eſt, cuius gr̃a omnes aliæ demonſtrãt per mediũ.2. Poſter.T.Co.11.

9 per Cauſam materialem tanq̃ per mediũ poſſibile eſt aliquid demonſtrari. 2. Poſter.T.Co.11.

10 per Cauſam efficientẽ poſſibile eſt aliquid demonſtrari.2.Poſter.T.Co.11.

11 per Cauſam formalẽ poſſibile eſt aliquid demõſtrari.2.Poſter.T.Co.11.

12 p Cauſam finalem tanq̃ per medium poſſibile eſt demonſtrationem fieri, 2.Poſter. T. Co.11.

13 Cauſarũ quattuor ſunt ſpecies, ſcilicet materialis, efficiens, formalis & finalis.2. Poſter.T.Co.11.&.2.Phyſic. T.Co.27.28. & de Somn. & Vigil.c.2. F. &.1. Metaphyſic.c,3.A.

14 Cauſa & effectus cum nõ ſint ſimul tempore, an ſint in continuo tempore dubitatur, & ſoluit.2.Poſter.T.Co.13.& ultra.

15 Cauſa ſi una tantũ eſt unius effectus, cauſa ſequitur ad effectum, & econtrario.2. Poſter, T.Co.25.

16 Cauſa prius eſt eo, cuius eſt cauſa.2. Poſter.T.Co.25.

17 per Cauſam eſt demõſtratio ꝓpter quid. Si uero nõ eſt ꝑ cauſam, eſt demõſtratio quia.2.Poſter.T.Co.25.

18 Cauſæ plures ſi non ſunt eiuſdem effect9, tunc eſſe effectum, non ſequitur eſſe unius illarum cauſarum.2.Poſter.T.Co.25.

19 Cauſæ unitas per ſe ſequitur ad unitatem effectus per ſe.2.Poſter.T.Co.26.

20 Cauſa prima accipiẽda eſt illius, quod ſcire uolumus.2.Phyſic.T.Co.27.

21 Cauſarum conſyderatio ad philoſophum naturalem pertinet, quia eſt propter ſcientiam habendam.2.phyſic.T.Co.27.

22 Cauſa materialis eſt, ex qua fit aliquid, cũ inſit.2. phyſic.T.Co.28.

23 Cauſa formalis eſt ſpecies, ſeu quod quid erat eſſe.2.Phyſic.T.Co.28.

24 Cauſa efficiens eſt, unde primũ principiũ mutationis & quietis, 2.Phyſic.T.Co.29.

25 Cauſa finalis eſt, cui9 gratia aliquid fit.2. Phyſic.T.Co.29.

26 Cauſa finalis eſt potiſſima cauſarum. 2. Phyſico.T.Co.29.

27 Cauſas plures per ſe & non per accidens contingit eſſe unius & eiuſdem effectus. 2.Phyſic.T.Co.30.

28 Cauſæ ſibi inuicem ſunt cauſæ, ſed non eodem modo. Vt laborare eſt cauſa ſanitatis, & ſanitas eſt cauſa, ut aliquis laboret.2. Phyſi.T.Co.30.&.5.Metaphy.T.Co.2.

29 Cauſa eadẽ eſt contrariorum cauſa, ut gubernator præſens eſt cauſa ſalutis nauis, & ille idẽ abſens cauſa eſt naufragii.2.Phyſic.T.Co.30.&.5.Metaphyſic.T.Co.2.

30 Cauſæ plures ꝑ ſe q̃ndo cõcurrũt ad unũ, diuerſimode cõcurrũt.2. Phy.T.Co.31.

31 Cauſa finali nil intereſt, an ſit bona, an appareat bona.2.Phyſic.T.Co.31.

32 Cauſarum modi multi numero ſunt, ſi tamẽ reducantur in quædam capita, ad paucos redigentur.2. Phyſic. T. Co.32.&.5. Metaphy.T.Co.3.

33 Cauſarum alia eſt prior, alia poſterior.2. Phyſic.T.Co.32.

34 Cauſa omnis aliã cauſam continens prior eſt contenta.2.Phyſic.T.Co.32.

35 Cauſæ per accidens diuiduntur ſicut cauſæ per ſe.2.Phyſic.T.Co.33

36 Cauſarum per accidens aliæ ſunt magis ꝓpinquæ cauſis per ſe, aliæ uero magis remotæ, ut ſi albus & muſicus dicantur cauſa ſtatuæ.2.Phyſic.T.Co.33.

37 Cauſarum alia eſt in potentia, alia uero in actu.2.Phyſic.T.Co.34.

38 Cauſæ omẽs in quattuor ſpecies cauſarũ reducuntur.2. Phyſic. T.Co.35.&.5.Metaphyc.T.Co.3.

39 Cauſarum alia propinqua, alia remota.2. phyſic.T.Co.35.

40 a Cauſis ꝑ accidens q̃ ſunt, diuidũtur ſicut illa, quæ ſunt a cauſis ꝑ ſe. Phyſi.T.Co.35,

41 a Cauſis quæ ſunt, diſtinguuntur ſicut ſuæ cauſæ.2.Phyſic.T.Co.35.

42 Cauſæ per ſe cum cauſis per accidens quãdoq; accipiuntur complexe, ut ſtatuarius Polycletus.2.T.Co.36.&.5.Metaphy.T. Co.3.

43 Cauſarum modi ſex ſunt tota ſua multitudine, ſcilicet ſingulare, aut gen9, accidẽs, aut genus accidẽtis, complexum, aut ſimplex.2.Phyſic.T.Co.36,

44 Cauſarum omnes modi diſtinguuntur ꝑ actum & potentiam.2.Phyſic.T.Co.36.

45 Cauſa ſingularis in actu ſemper eſt cũ ſuo effectu, uel nõ eſt, ſi effectus nõ eſt.2.Phyſic.T.Co.37.&.5.Metaphy.T.Co.3.

46 Cauſa in potẽtia nõ ſemper eſt, uel nõ eſt, quando effectus eſt, uel non eſt.2.Phyſic. T.Co.37.

47 Cauſa ſumma quærẽda eſt in naturalib9, ſicut in aliis.2.Phyſic.T.Co.38.

48 Cauſæ uniuerſales ſunt effectuum uniuerſalium.2.Phyſic.T.Co.38.

49 Cauſæ ſingulares ſunt effectuũ ſingulariũ 2.Phyſic.T.Co.38.

50 Cauſa in potentia eſt effectus in potẽtia.2 Phyſic.T.Co.38.

51 Cauſa per ſe & cauſa per accidens eſt ſicut ens per ſe & ens per accidens.2. Phyſico. T.Co.50.

52 Cauſæ per accidẽs indeterminatæ ſunt. 2 Phyſic.T.Co.50.

53 Cauſa per ſe determinata eſt. 2. Phyſico. T.Co.50.

54 Cauſæ infinitæ ſunt eius, quod fit a fortuna.2.Phyſic.T.Co.53.

55 Cauſa per accidens nõ facit aliquid ſimpliciter.2.Phyſic.T.Co.54.

56 Cauſæ per accidẽs poſteriores ſunt cauſis per ſe.2.Phyſic.T.Co.66.

57 Cauſæ non ſunt plures q̃ quattuor, quæ aſſignãtur ab Ariſtotele.2.Phyſic.T.Co.68.

58 Cauſas omnes debet cõſyderare phyſic9, & per omnes demonſtrare, & reducere q̃ſtionem propter quid ad materiam ad formam ad agentem & finem.2.Phyſico.T. Co.70.74.

59 Cauſæ tres quandoq; cõcurrunt in unam. 2.Phyſic.T.Co.70.

60 Cauſa mouẽs eadem eſt ſpecie finali & formali.2.Phyſic.T.Co.70.

61 Cauſam finalem magis debet conſyderare Phyſicus q̃ materialem, licet utrãq; cõſyderet.2.Phyſic.T.Co.90.

62 a Cauſa aliq̃ quæ ſunt, in eadẽ cauſa ſunt 4.Phyſic.T.Co.23.

63 Cauſas eaſdem neceſſe eſt aſſignare in eiſdem rebus ad eoſdem effectus.2. de Cæl. T.Co.86.

64 Cauſa prima putanda eſt illa, unde omnibus eſt principiũ motus.1.Meteor.c.2.C.

65 Cauſæ contrariæ contrariorum effectuũ ſunt cauſæ.4.Meteor.T.Co.40.

66 Cauſas qui reddunt, ii maxime docent.1. Metaphy.c.2.C.

67 per Cauſas alia cognoſcuntur, & nõ econtrario.1.Metaphy.c.2.C.

68 Cauſam primã q̃ñ cognoſcimus, tunc putamus nos ſcire.1.Metaphy.c.3.A.

69 Cauſa formalis eſt, ad quam reducimus q̃ſtionem ultimam, quare aliquid eſt talis naturæ.1.Metaphy.c.3.A.

70 de Cauſis adducendæ ſunt opiniones antiquorum philoſophorum, quia aliqua de cauſis & ꝑncipiis dixerũt.1.Metaph.c.3.A

71 Cauſam materialem tantum cognouerũt antiqui philoſophi, quia ea eſt, ex qua uidetur eſſe principium rei, ex quo fiũt omnia primo, & in quod ultimo corrumpuntur.1 Metaphy.c.3.B.

72 Cauſam efficientem cognouerunt quidã ab ipſa ueritate coacti natura, cum nullum ſubiectum ſeipſum tranſmutet. Et cũ trãſmutationes rerum uiderent, induxerunt cauſam efficientem.1.Metaphy.c.3.G.H. Quære Anaxagoras.51.52.53.

73 Cauſa efficiens eſt, unde principium motus.1.Metaphy.c.3.G.

74 Cauſam efficientẽ quia neſcierunt aſſignare quidam, poſuerunt omnia eſſe unum & immobile.1.Metaphy.c.3.H.

75 Cauſam efficiẽtẽ mũdi, quidã dixerũt, eſſe intellectũ. Et qui hoc dixit, comparat9 ad ad alios ſobrius apparet.1.Metaphy.c.3.I.

76 Cauſam efficiẽtẽ Parmenides poſuit amorem.1.Metaphy.c.4.A.

77 Cauſas duas tantum ſcilicet materialem & efficientem attigerunt antiqui philoſophi, ſed obſcure & non dilucide.1. Metaphyſi. c.4.B.

78 Cauſam formalẽ nullus antiquorũ philoſophorum attigit.1. Metaphy.T. Co.10.

79 ſine Cauſa uerum neſcitur. 2. Metaphyſico.T.Co.4.

80 Cauſæ nõ procedũt in infinitum nec in rectum nec ſecundum ſpeciem. 2. Metaph. T.Co.5.& ultra.

81 Cauſæ efficientes aut materiales aut formales aut finales non poſſunt procedere in infinitum.2. Metaphy. T. Co.5. & ultra.

82 Cauſa nulla eſt, ubi nõ eſt aliquod primũ. 2.Metaphy.T.Co.6.

83 Cauſarũ oẽs modos cõtingit ineſſe uni & eidẽ cauſæ.3.Metaphy.T.Co.3.

84 Cauſam oportet eſſe præter rem, cuius eſt cauſa, & poſſibile eſt ſeparatam eſſe.3. Metaphy.T.Co.11

85 Cauſa & principiũ mutuo ſe conſequũtur ut ens & unũ.4.Metaphy.T.Co.3.

86 Cauſæ toties dicuntur, quoties principia. Metaphy.T.Co.1.

87 Cauſa quadrupliciter dicitur aut materia-

lis, ex qua fit aliquid, ut inſit, ut æs eſt cauſa ſtatuæ, & argentum phialæ. Alio modo dicitur cauſa formalis, quæ eſt ſpecies, exemplar, & ratio eiꝰ, & quod quid erat eſſe. Alio modo dicitur cauſa efficiens, unde principiũ motus aut quietis. Alio modo dicitur cauſa finalis, & eſt illa, cuius gratia cætera ſunt. 5. Metaphy. T. Co. 2.

88 Cauſæ plures poſſunt eſſe unius non ſecũdum accidens, ſed ſecundum ſe & nõ eodem modo. 5. Metaphy. T. Co. 2.

89 Cauſarum aliæ per ſe, aliæ per accidens, aliæ priores, aliæ poſteriores, aliæ propinquæ, aliæ remotæ, aliæ uniuerſales, aliæ ꝑticulares, aliæ in actu, aliæ in potẽtia. 5. Metaphy. T. Co. 3.

90 Cauſæ in potentia nõ ſemper ſunt, aut nõ ſunt cum ſuo effectu. 5. Metaphy. T. Co. 3.

91 circa Cauſas & principia uerſatur oĩs ſciẽtia intellectualis aut particeps intellectus. 6. Metaphy. T. Co. 1.

92 Cauſas oẽs ſeu cõmunes, neceſſe eſt eſſe perpetuas, & maxime illas, quæ ſunt ſeparatæ & immobiles. 6. Metaphy. T. Co. 2.

63 Cauſæ per accidens an reducantur ad cauſam materialem, aut finalem aut efficiẽtẽ, dubitatur. 6. Metaphy. T. Co. 8.

94 Cauſæ omnes, quæ poſſunt eſſe cauſæ alicuius, dicendæ ſunt, quando quæritur, q̃ ſit cauſa alicuius. 8. Metaphy. T. Co. 12.

95 Cauſæ proximæ ſemper aſſignandæ ſunt, cum cauſa quæritur. 8. Metaphy. T. Co. 12 Quære Anacharſis. 1.

96 Cauſa finalis & formalis aliqñ coincidunt. 8. Metaphy. T. Co. 12.

97 Cauſæ per accidens poſteriores ſunt cauſis per ſe. 11. Metaphy. T. Co. 7. F.

98 Cauſa mouẽs p̄cedit id, quod ab ea fit. 12. Metaphy. T. Co. 17.

99 Cauſæ formales ſimul incipiunt eſſe cum rebus, quarum ſunt formæ. 12. Metaphyſi. T. Co. 16.

100 Cauſæ & diuerſæ ſunt diuerſorum, & quodammodo omnium eædem. 12. Metaph. T. Co. 19. & nltra.

101 Cauſa prima eſt omnium cauſa. 12. Metaphy. T. Co. 24. ✳

CAVSA. Vt apud rhetores tractatur.

1 Cauſarum genera, circa quæ rhetor dicit, tria ſunt, ſcilicet deliberatiuũ, iudiciale, demonſtratiuum, & nec plura nec pauciora poſſe eſſe, oſtenditur. 1. Rhetor. c. 3. A.

2 Cauſarum de tribus generibus ſcilicet iudiciali, demonſtratiuo, deliberatiuo habes 2. Rhetor. c. 18. per totum. Quære Demõſtratiuum. Deliberatiuum. Iudiciale.

CECVS. Quære Cæcus,

CELLARE. CELLATIVA PROPOSITIO. Sophiſticæ quædam captiones, quibus reſpondens decipitur ab opponente.

1 Cellatiua propoſitio utilis eſt ad occultandam cõcluſionem. 8. Topic. c. 1. A.

2 Cellatiua ꝓpoſitio q̃uis ſit gratia certaminis & ſophiſtica, poteſt tamen dialecticus uti illa. 8. Topic. c. 1. B.

3 Cellari quomodo debeat propoſitum ab argumentante, Quære Interrogans. 16. uſq; 23.

CELTAE. Gallorũ populi. Quære Galli

CELVM. Quære Cælum.

CENA. Quære COENA.

CENSVPOTENTES. Reipublicæ lapſæ ſecunda ſpecies oppoſita optimatũ reipublicæ. Quære Cenſupoteſtas.

CENSVPOTESTAS.

Cenſupoteſtas reipublicæ ſpecies eſt tertia inter bonas, quæ ſolet immutari in popularem corruptellam, quæ eſt tertia ſpẽs rerumpublicarum corruptarum & lapſarum. 8. Ethico. c. 10. A. B. Quære Reſpublica.

CENSVS.

Cenſus quomodo partiendus ſit in populari ſtatu, oſtenditur. 6. Polit. c. 3. per totũ.

CENTAVRVS. Poema quoddã. Quære Chæremon.

CENTIPES. Quære Scolopendra. ✳.

CENTRVM.

Centro accidunt principium medium & finis magnitudinis circularis. 8. Phyſic. T. Co. 76.

CEPHALENIA. Inſula in mari Ionio. Quære Caprea. ✳

CERBES. Fluuius.

ex Cerbe flumine quæ biberint pecora, cãdida redduntur. de Admiran. Audit. 2.

CERCYON. Alopes pater.

Cercyon Carcini in Alope diu obluctatus continere ſe nõ potuit ſuperatus ab ingẽti uoluptate. 7. Ethi. c. 7. C. Quære Carcinꝰ

CEREBRVM.

1 in Cerebro odoratꝰ ſenſoriũ ſitũ eſt, qa cerebri materia actu frigida eſt, potẽtia uero calida. de Sen. & Sen. c. 2. M.

2 Cerebrũ frigidiſſimũ & humidiſſimũ ẽ oĩm ptiũ corporis. de Sẽ. & Sen. c. 2. M.

3 Cerebrũ ideo odoribꝰ iuuat, qa cũ natura frigidũ ſit, & ſanguis, qui in uenis cerebri eſt, licet ſit purus, ſit facile refrigerabilis, odores prohibent illius ſanguinis cõgelationem. de Sen. & Sen. c. 5. I.



4 Cerebri frigiditate euaporationes ciborũ conuertuntur in fluxiones ſeu rheumata, quod aliquando odores prohibẽt. de Sẽ. & Sen. c. 5. I.

5 Cerebrum maximum & humidiſſimum habet homo proportione reliquorum mẽbrorum inter omnia alia animalia. Et propterea odoribus gaudet, quia ſuo calore tẽperant cerebri frigiditatem. de Sen. & Sẽ. c. 5. M.

6 Cerebrum melius ualet, aſcendentibus odoribus ad ipſum, quia eorũ natura calida eſt. de Sen. & Sen. c. 5. L.

7 propter Cerebrum ſentire animalia, quibuſdam uidet. de Iuuẽt. & Senect. c. 2. C.

8 Cerebrum quidam dicunt eſſe, quod primo ſit in animalibus. 5. Metaphy. T. Co. 1. Quære Cor. Odor. ✳

CERES. Frugum dea poetica.

1 Cererem natam & educatam in agro Siculo circa Etnam recte fabulati ſunt propter ubertatem maximam & inſolitam tritici. de Admirãd. Audit. 72.

2 Cereris templũ in Eleuſina. Quære Athenienſes. 4. Aeſchylus. 4.

CERTAMEN.

Certamina & præmia qui propoſuerunt corporis uirtutibus, laudat Gorgias. Iſocrates uero uituperat, eo ꝙ prudentiæ certamina nõ propoſuerint & p̃mia. 3. Rhet. c. 14. B, Quære Sapientia. 3.

CERTITVDO.

1 Certitudo quærẽda eſt in oĩbus ſcd̃m ſubiectam materiam. 1. Ethic. c. 3. A.

2 Certitudo mathematica non eſt expetenda in omnibus, ſed in non habẽtibus materiam. 2. Metaphy. T. Co. 16.

CERVLEVS COLOR. Quære Cæruleus color.

CERVVS. Animal notiſſimum.

1 Ceruorum ſanguis non coagulatur, quia frigidus eſt & aquoſus, & ines, id eſt fibras non habet. Nam fibræ oſtẽdunt ſolidum & ſtabile in ſanguine. 4. Meteo. T. Co. 41

2 Cerui in Achaia quãdo mutare debẽt cornua, ad loca munitiſſima & uenatoribꝰ inuia cõfugiũt, q̃ſi ſpoliati armis. Vnde cornua ipſa ne a uenatoribꝰ ĩueniri poſſint, intra multam hederam abſcondunt. de Admirand. Audit. 40. Quære Illiria.

3 Cerui in Epiro dextrum cornu terræ infodiunt, quando cornua mutant, cum ſentiant illud rebus humanis utile. de Admirã. Audit. 65. ✳

CESTVS. Hoc eſt Veneris cingulũ ſeu Baltheus. Quære Venus. 7.

CETARIA. Marinæ belluæ quarum ſpecies multæ. Dicta aũt ſunt a cete cetaria.

Cetaria pulmonem habent, licet pedibus careant, & refrigerantur reſpiratione. Nã dormientia ſtertunt, & per ſumma pelagi fluitant, ut reſpirent, nec refrigerantur ſuſcipientes aquam. Nam aquã, quam euomunt, non excipiunt, ut refrigerentur, ſed cum cibo trãſmittunt. Euomũt autem eã non per branchias, ut piſces, ſed per fiſtulã quæ ante cerebrum ſita eſt. de Reſpirat. c. 5. A. B. Quære Balena

CHABRIAS. Dux Athenienſiũ inclytꝰ.

1 Chabrias dixit, magis qui geſſit peccare, q̃ qui cõſuluit. 1. Rhet. c. 7. E.

2 Chabrias Athenienſis quid conſilii dederit Thao Aegyptiorum regi, qui pecuniis indigebat ad bellum, habes. Oeconom. Publi. I.

CHAEREMON. Poeta quidam.

Chæremon plurima metrorũ genera miſcuit ſimul in Centauro. in Poe. c. 7. C. ✳.

CHALCIDENSES. Ciues Chalcidis ciuitatis, quæ eſt in Eubœa inſula.

Chalcidenſes equeſtri potentia excellebãt olim, & a paucorum potentia gubernabãtur. 4. Polit. c. 3. A. Quære Andromadas, Amphipolitæ. 2.

CHALYBS. Ferri quædam ſpecies.

1 Chalybem faciunt, ſi ferrum ſoluatur multa ignis copia, qa ſcoria & fex ſubſidet, & ſecernitur. 4. Meter. T. Co. 39.

2 Chalybem ideo non ſæpe faciunt fabri ferrarii, quia multum quantitatis & ponderis amittit ferrũ, ex quo fit chalybs. 4. Meteo. T. Co. 39.

3 Chalybs & amigenũ quomõ fiat aliter q̃ dictũ eſt, oſtẽdit. de Admirãd. Audit. 44.

CHAMAELON. Animal qd̃ a loco cui hæſerit, colorem accipit.

Chamæleõ uarius & mutabilis eſt. 1. Ethi. c. 10. B.

CHAONIA. Epiri regio ẽ. A q̃. CHAONES. Populi.

1 in Chaonia fons ẽ aq̃ ſalſiuſculæ, q nõ lõge ab ortu ſuo in amnẽ piſcibꝰ uacuũ influit. Nã ut aiũt, cũ illius loci incolæ ab Hercule redeunte ab Erithia, & uaccas abigẽte optionem acciperent, elegerũt ſalem pro piſcibus. Etenim fontis huiꝰ aquam decoctã quieſcere ſinũt, quæ frigefacta, ubi una cũ calore humor euaporauit, in ſalem dẽſum & grumoſum & cãdidũ laxũ & ſubtilẽ cõuertitur. 2. Meteor. c. 3. X.

2 in Chaonia ſal fit ex aqua decocta & frigefacta, euaporato humore. 2. Mete. c. 3. P.

3 Chaones ab Oenotriis orti ſunt.7.Politic.c.10.B.
4 Chaones incolebant eam partem Italiæ, q̃ ad Iapygiam & Ionium ptinet.7.Politi.c.10.B.Quære Syrtis.
CHAOS.Illa rudis & informis cõgeries, quam ante omnia factam aliqui dixerunt.
1 Chaos dixit Heſiodus factum principio tã q̃ corporum omnium receptaculũ.4.Phyſic.T.Co.6.&.1.Metaphy.c.4.A.
2 Chaos nõ ſemp fuit, ſi actus prior eſt potẽtia.12.Metaphy.T.Co.32.
CHARES.
contra Charetem Eubulus Platonis dictũ uſurpauit.1.Rhet.c.15.D.
CHARES.Alius.
Chares parius de agricultura ſcripſit.1.Politic.c.7.D.
CHARYBDIS.Vetula quam in mõſtrũ uerſam poetæ fabulantur, & nauigia ſorbere.Reuera loc⁹ eſt i freto ſiculo iuxta Taurominium, quo plerũq; naues periclitant.
Charybdim, dixit Aeſopus fabulator, bis ſorpſiſſe, & primo montes reddidiſſe manifeſtos, ſecũdo inſulas, tertio cum ſorpſerit, totum mare exſiccandum.2.Meteor.c.3.B.Quære Mare.35.
CHARICLES.Athenienſis uir.
Charicles triginta uiros circa ſe habebat Athenis.5.Polit.c.6.B.
CHARIDEMVS.
Charidemus Orites quibus dolis aliorum bona prædatus fuerit, habes.Oeconom.Publi.M.
CHARILAVS.Spartanorum rex Polibitæ filius.
Charilai regis Spartanorum tutelam ſuſcepit Lycurgus eius patruus, & tandem dimiſit.2.Polit.c.8.A.Quære Lycurgus.
CHARISIA.
Chariſia herba naſcitur in Hyſepto mõte, quam ſi puella ad collum detulerit, aiunt, omnes in illius amorem excitari.de Admirand.Audit.11.
CHARONDAS, Catanenſium urbis Siciliæ legiſlator.
1 Charondas appellat eos, qui domeſtica ſocietate tenẽtur, homoſypios, id eſt compenuarios.1.Polit.c.1.C.
2 Charondas legiſlator fuit Catanenſibus & cæteris ciuitatib⁹ Chalcidicis, quæ ſunt apud Italiam & Siciliam.2.Polit.c.10.V.
3 Charondæ nihil eſt proprium in ferendis legib⁹, niſi mulctæ falſorum teſtium.2.Polit.c.10.E.
4 Charondas mediocris ciuis fuit.4.Politi.c.11.E.
CHARTILAGINEA, Animalia quædam aquatilia, quæ cum ſpina & oſſib⁹ careant, habent tamen chartilaginem pro oſſibus aut ſpina.
1 Chartilaginea pulmonem habẽt, quia pariunt animal, quamuis nõ intra ſe.de Reſpirat.c.4.L.
2 Chartilaginea omnia branchias habẽt.de Reſpirat.c.4.M.✳
CHASMA.Id eſt hiatus.Quære Hiat⁹.
CHEREMON.Quære Chæremon.
CHILON.Vnus e ſeptem illis Græciæ ſapientibus lacedæmonius.
Chilonem e ſenibus fecerunt Lacedæmonii, quis ſtudioſi philoſophiæ nõ eſſent.2.Rhet.c.23.H.
CHII.Chii ciuitatis ciues.CHIVS.Ciuitas & inſula ad Ioniam.
1 Chii honorauerunt Homerum, quamuis illorum ciuis non fuerit.2.Rhet.c.23.H.
2 Chii quomodo pecunias collegerit, habes Oeconom.Publi.D.
3 Chios peſſundederũt Athenięſes.Quære Athenienſes.
4 in Chio multitudo mercatorum eſt.4.Polit.c.4.G.Quære Delphius.
CHIROTECNIS. Manu operarius. Quære Artifex.Architectus.
CHOASPES.Fluuius Parthiæ.
Choaſpes fluuius ex Paropãniſo Aſiæ mõte oritur.1.Meteor.c.13.G.
CHOERILVS.Poeta quidam ineptus, electus tamen ab Alexandro magno, qui res eius geſtas ſcriberet.
Choerilus ineptis ex emplis uſus eſt.8.Topi.c.2.A.Quære Exẽplũ.7.
CHOLERA.Interpretatur bilis, unus e quattuor humoribus humani corporis.
CHOLERICVS.Qui cholera abundat.
1 Cholerici maxime iraſcuntur & pro quouis, ſed cito deſiſtunt.4.Ethic.c.5.B.
2 Choleræ propria materia ſunt amara, aut alia huiuſmodi.8.Metaphy.T.Co.11.
CHOMDVS.
Chomdus Poeta poſterior ætate fuit Epicharmo.in Poet.c.1.A.
CHORDA.Pro fidicula ſeu fide, quæ tẽditur in muſicis inſtrumentis.
Chordæ harmoniæ ſeptem ſunt.4.Metaphy.c.6,C.
CHRATES.
Chrates apud Athenienſes primus comœdias incœpit, ommittens ſpeciei iambicæ in totum confingere orationes, in Poet.c.1.A.
CHRATIS.Fluuius.Quære Thurium 1.Sybaris fluuius.
CHREMETES.Fluuius Aethiopiæ.
Chremetes fluuius ex Aethiopicis montibus fluit, & in exterius mare effunditur.1.Meteor.c.13.I.
CHRYSAORIVS.Porphyrii auditor, cui Iſagogẽ dicauit.
ad Chryſaorium Porphyrius Iſagogẽ ſiue Prædicabilia ſcripſit.Prædicabil.Præfa.A
CHRYSOCHOLLA.Humor eſt in auriſodinis per uenam auri defluens, qui deinde induratur in pumicem, qui contuſus auri ſpeciem præbet in pictura.Dicta eſt autem chryſocholla quaſi auri glutẽ.
Chryſocholla, quæ naſcit i Demoneſo inſula Carthaginenſium a Demoneſo condita, ſi optima eſt, auri precio uenditur, & uenenum & labes oculorum eſt.de Admirã.Audit.53.
CYBELE.Deorum mater poetica.Quære Lapis.5.Metragyrtes.
CIBVS.
1 Cibus animalium nõ eſt, niſi mixtus ſit ex ſicco & humido.de Sen.& Sen.c.4.F.
2 Cibus nutrit, ſecundum q͂ guſtabilis eſt.de Sen.& Sen.c.4.G.
3 Cibi exceſſus aut defect⁹ ſanitatem corrũpit.2.Ethic.c.2.B.
4 Cibis paucum condimentum ſufficit.9.Ethic.c.10.A.
5 Cibus non eſt medicina, quia continue eo utimur.1.Oeconom.c.5.B.
9 Cibus ſeruorum merces eſt.1.Oeconom.c.5.A.Quære Balneũ.2.Febricitãs.4.Nutrimentum.
CICADA.Inſectum obſtreperum.
1 Cicadæ cantantes calidiores ſunt, & ſub p̃cinctu diuiſæ, nõ cantantes econtrario ſe habent.de Reſpirat.c.4.F.
2 Cicadæ eo tempore maxime obſtrepunt, quo maxime homines laboribus inſudãt, ut uideantur illos exhortari ad opera.de Admirand.Audit.58.✳
CYCLADES. Inſulæ plurimæ in mari Aegeo, dictæ q͂ in orbem ſitæ ſunt.
Cyclades exiguæ inſulæ ſunt.de Mundo ad Alexan.c.1.E.
CYCLOPES.Siciliæ mõſtroſi homines, ut in fabulis eſt, & fons eodem nomine.
1 Cyclopes Thraciæ fons eſt nitidiſſimus q̃dem, ſed ſi animal aliqđ ex eo biberit, ſtatim turbatur, & inficitur.de Admirand.Audit.117.
2 Cyclopum ritus pro maxime barbaro & immani dicitur.10.Ethic.c.9.D.
CICONIA.Inſtrumentum.Quære Puteus.4.
CYDIAS.
Cydiæ dictum ad Athenienſes.2.Rhetor.c.6.G.
CYGNVS.Quære Achilles.5.
CYGNVS.Id eſt olor.
Cygni tantum inter omnes aues lauantur in Aorno lacu.de Admirand.Audit.89.Quære Aornus.✳ Olor.
CYLINDRVS. Corpus teres. Quære Figura.29.
CYMON. Athenienſium dux inclytus Milciadis filius.
Cymonis filius ſegnis & ignauus fuit.2.Rhetor.c.15.A.
CYNADON.
Cynadon cõiuratione facta per tempora Ageſilai, ſpartiatas opprimere tentauit.5.Politic.c.7.A.
CINIS.
1 Cineris plenum uas tantum aquæ recipere, dicunt quidam, quantum ſi uacuum eſſet.4.Phyſic.T.Co.56.
2 per Cinerem tranſmiſſa aqua ſalſa reddit.2.Meteor.c.1.C.
3 Cinis potẽtia caliditatem habet, quia ignitus fuit.2.Meteor.c.3.N.
4 Cineris naturam retinet terra, per quam flumina, aut fontes ſalſi tranſmiſſi colant, quia terra illa aliquando incaluit.2.Meteor.c.3.R.
5 Cinis omnium combuſtorum amar⁹ eſt, quia quod potabile erat, exhalatum eſt ab illis.de Sen.& Sen.c.4.I.
6 Cinere ſi operiantur inſecta aqua ſuffocata, reuiuiſcunt.de Reſpirat.c.4.H.
7 Cinere Phrygio & æris flore utuntur medici ad oculorum curationem, de Admirand.Audit.54.✳.
CINNABARIS.Pigmentum foſſile rubrum, quod colore minium refert.
Cinnabaris ab exhalatione ſicca fit.3.Meteor.c.6.F.
CYPRESSVS.Arbor uulgo nota.
Cypreſſus longiſſimæ uitæ eſt.de Longit.& Breuit.Vit.c.2.B.
CYPRVS.Inſula in mari Pamphilico.
2 in Cypro inſula apud Curium locũ genus quoddam ſerpentis eſt peſtiferum, ut Aſpis in Aegypto.Si tamen hyeme momorderit, eius morſus non lædit.de Admirãd.Audit.131.
2 Cyprus inſula una e maioribus eſt.de Mũdo ad Alexan.c.1.E.Quære Aes.2.Stella.43.✳

CYPSELLVS. Tyrannus Corinthiorũ.

CYPSELLIDAE. Poſteri Cypſelli, qui poſt Cypſellum tyrannidem tenuerũt Corinthi.

1 Cypſellus tyrãnus Corinthi. 5. Polit. c. 10. B

2 Cypſellidarum ſtatuæ factæ ſunt, ut plebis ocium & quies tollerentur, & paupertas induceretur, quod tyrannidi tuendæ cõferebat. 5. Polit. c. 11. C.

3 Cypſellus tyrannus Periandri tyranni pater fuit. 5. Polit. c. 12. B.

4 Cypſellidarum tyrannis apud Corinthum annos tres & ſeptuaginta & mẽſes tres durauit. Nam Cypſellus ipſe tyrannidem tenuit annis triginta. Periander quadraginta. Pſameticus reliquum. 5. Polit. c. 12. A.

5 Cypſellus Corinthius uouit Ioui, ſi dominus ciuitatis fieret, ſe oblaturum omnia, q̃ eſſent Corinthiorũ. Potitus uero ciuitate decimam partem bonorum a ſingulis ſuſcepit, permittens ut operarentur ex reliq̃s partibus, & ita effecit ſingulis ſeptem annis ſequẽtibus. Quo facto, & ipſe habuit omnia, q̃ ſacrificaturũ ſe promiſerat, & ciues nõ male mulctati ſunt. Oeconom. Pub. B

CIRCEVS. Mons in Campania Italiæ. Quære Venenum.

CIRCITES. Quære Circulus. 25.

CIRCVLVS. CIRCVLATIO. CIRCVLARIS LINEA.

1 Circuli falſa quadratura Bryſonis. 1. Phyſi. T. Co. 11.

2 Circuli pars non eſt circulus. 4. Phyſico. T. Co. 93,

3 Circulum, quidam dixerũt eſſe, res humanas & cætera, quæ corrumpuntur, quia tẽpore menſuratur, qđ uideť eſſe circulus q̃dam. 4. Phyſic. T. Co. 133.

4 Circularis linea nõ eſt comparabilis lineæ rectæ. 7. Phyſic. T. Co. 21. 22.

5 Circulus pfectior eſt linea recta. 1. de Cæl. T. Co. 12.

6 Circulus prior eſt linea recta. 1. de Cæl. T. Co. 12.

7 Circulus infinitus eſſe nõ poteſt. 1. de Cæl. T. Co. 39. & ultra.

8 Circulare corpus ſi eſſet infinitũ, nõ poſſet moueri circulariter. 1. de Cæl. T. Co. 6.

9 Circulare corpus quodammodo habet oppoſitionem per diametrum. 1. de Cæl. T. Co. 87.

10 Circulus una linea continetur. 2. de Cæl. T. Co. 22.

11 Circulus eſt prima figurarum planarũ. 2. de Cæl. T. Co. 22. 23.

12 Circulo nõ põt fieri additio. 2. de Cæl. T. Co. 23.

13 Circulus ſic ſe habet in planis, ſicut ſphæra in ſolidis. 2. de Cæl. T. Co. 23.

14 Circularis linea perfecta eſt. 2. de Cæl. T. Co. 23.

15 Circulo unitatem aſſignant, qui ordinem figurarum ſpeciebus numerorum aptant. 2. de Cæl. T. Co. 25.

16 Circuli duplex eſt motus, ſcilicet uel ꝙ terminus a quo ſit terminus ad quẽ, uel econtrario. 2. de Cæl. T. Co. 33.

17 in Circulis a longe uiſis apparet linea recta 2. de Cæl. T. Co. 76.

18 Circuli motus circulatio eſt. 1. de Anima T. Co. 48.

19 Circuli medium inuenire difficile eſt, non enim eſt cuiuſlibet ſed ſcientis. 2. Ethic. c. 9. A. & 1. Magnor. Mor. c. 9. B.

20 Circulus exhibet de ſe principium indagãti cauſas, cur pondera maxima minimo inſtrumento moueamus. Mechanic. c. 1. B.

21 Circulus a mobili & quieſcenti fit, quorum natura ſibi inuicem repugnant. Vnde fit, ut qui diligentius hæc animaduertunt, minus mirentur ea, quæ contraria circa huiuſmodi figuram quottidie obſeruamus Mechanic. c. 1. C.

22 Circuli lineæ latitudine carenti, quæ & ipſum claudit, quaſi contraria quædam uidẽtur ineſſe concauum & conuexum. Mechanic. c. 1. C.

23 Circulus eſt principium omnium miraculorum in figuris propter ea, quæ in ipõ dũ fit, uideñ cõtraria ſimul. Mechanic. c. 1. C.

24 ad Circulum referuntur omnia quæ ſunt libræ, ſicut omnia quæ ſunt uectis referũtur ad libram in machinalibus motionibꝰ. Mechanic. c. 1. D.

25 Circulus eodem tempore in diuerſa mouetur. Vnde quidam fabricantes efficiunt, ut una motione complures circuli fere in oppoſita ſimul agãtur, ut circites illi ferrei aut aerei, quos in templis inter donaria ponunt. Mechanic. c. 1. E.

26 Circulum moueri in oppoſita ſimul eodẽ tempore, demonſtrať. Mechanic. c. 1. E.

27 Circuli mirabilem naturam animaduertẽtes opifices inſtrumenta & machinamẽta componũt, atq; formant, ſuppreſſis principiis, ita machina conſtructa, ut illud tantum appareat, qđ pro miraculo haberi poſſit, cauſa uero deliteſcat. Mechanic. c. 1. E.

28 Circulis e duobus maior cur percurrit rotãdo lineam minori æqualem, cum ambo uni eidemq; centro innitantur, cum uero ſeorſum uterq; per ſe cõuertitur, ſicut ipſorum magnitudines ſe habent inuicem cõparatæ, ita etiam lineæ decurſæ certam inter ſe proportionem ſeruent, habes. Mechanic. c. 24. per totum.



29 Circulus tangit planum tantũ in puncto, licet in ſenſibilibus propter materiã pluſq̃ in puncto tangat. 3. Metaphy. T. Co. 8.

30 Circuli linea maxime eſt una inter omnes lineas, quia tota eſt atq; perfecta. 5. Metaphy. T. Co. 11. ✳.

CIRCVLARIS DEMONSTRATIO. Quære Demonſtratio. 15. 16.

CIRCVMLOCVTIO. Tropi ſpecies, quando nõ propriis uocabulis, ſed uerborum circuitu aliquid exprimimus.

1 Circumlocutio decipit, ſi crebra ſit. 3. Rhetor. c. 5. A.

2 Circumlocutionibꝰ uſus eſt Empedocles in ſuis carminibus. 3. Rhetor. c. 5. B.

CYRENNE. Ciuitas in Aphrica.

apud Cyrennem ſeditionis cauſa fuit nobilitas a populo irritata. 6. Politic. c. 4. G.

CYRVS. Perſarum rex.

1 Cyrus rex conſtitutus eſt, quia liberauit a ſeruitute populos. 5. Polit. c. 10. E.

2 Cyrus inſurrexit aduerſum Aſtyagem cernens illius copias conſenuiſſe, & ipſum in delitiis uitam agere. 5. Polit. c. 10. I

CYTHARISTICA. Ars cytharæ pulſandæ.

Cythariſtica ars imitatione conſtat. in Poet. c. 1. B.

CIVITAS.

1 Ciuitas eſt cõſtituta ad duo genera hominum ſine crimine conſeruanda, ſcilicet ad meliores & ad eos, qui ad prædictos cõducunt. 1. Rhetor. c. 4. E.

2 Ciuitatis ſalus in legibus ſita eſt. 1. Rhetor. c. 4. F.

3 Ciuitatum ſpecies quæ ſint, & a quibꝰ corrumpantur, habes. 1. Rhetor. c. 44.

4 Ciuitatis nobilitas ẽ habere indigenas aut uetuſtiſſimos, & pmos duces illuſtres, multoſq; & præclaros in iis rebus, quæ expetũtur. 1. Rhetor. c. 5. C.

5 Ciuitatum ſpecies quot ſint, & quis ſingularũ finis oſtẽditur. 1. Rhetor. c. 8. p totum.

6 Ciuitatis bona ſunt concordia, uires ad bellum, pecuniæ, prouẽtuum copia, ſociorum uirtus, atq; multitudo. Rhetor. ad Alexandr. c. 1. D.

7 Ciuitatis bonum bono particulari maiꝰ & perfectius eſt. 1. Ethic. c. 2. B.

8 Ciuitas tunc conſeruatur, cum retributio fit, ut poſtulat comparatio proportionũ. 5. Ethic. c. 5. A.

9 Ciuitati optimas leges habẽti, ſed non utẽti ſimilis eſt incontinens. 7. Ethic. c. 10. B.

10 Ciuitas nec conſtat ex qualicunq; ciuium numero, nec q̃ maximo numero, nam utroq; modo non eſt ciuitas, ſed ex medio horum conſtat. 9. Ethic. c. 10. A.

11 Ciuitas alicuius boni gratia conſtituta eſt, quia om̃is ſocietas boni alicuius gratia eſt, & inter omnes ſocietates maxima eſt ciuitas. 1. Polit. c. 1. A.

12 Ciuitas eſt ſocietas, quæ ex pluribus pagis cõficitur, ut totius ſufficientiæ uitã habeat, conſtituta gratia uiuendi, exiſtens autẽ bene uiuendi gratia. 1. Polit. c. 2. A.

13 Ciuitas natura eſt, quia principia eius ſcilicet domus & pagus, quorum ciuitas etiam eſt finis, natura ſunt. 1. Polit. c. 2. A.

14 ſine Ciuitate qui eſt nõ propter fortunam, ſed propter naturã, aut homo neq̃ eſt, aut potior q̃ homo. 1. Polit. c. 2. A.

15 Ciuitas prius eſt ſecundum naturam q̃ domus, quia totum natura priꝰ eſt q̃ ſuæ partes. 1. Polit. c. 2. B.

16 Ciuitatẽ qui primus inſtituit, maximorũ bonorum cauſa fuit. 1. Polit. c. 2. C.

17 Ciuitates pecuniis indigẽt magis q̃ domꝰ. Vnde in republica quidã acquirẽdis publicis pecuniis tãtũ intẽdũt. 1. Polit. c. 7. E.

18 Ciuitas q̃ eſt maxime una, non eſt ciuitas, nam domus magis una eſt q̃ ciuitas. 2. Polit. c. 1. C.

19 Ciuitas cõſtat ex multitudine hoĩm ſpecie differentium. 2. Polit. c. 1. C.

20 Ciuitas differt a gẽte, quãdo per pagos nõ ſit diuiſa multitudo, ſed quẽadmodũ Arcades. 2. Polit. c. 1. C.

21 Ciuitas non ſolũ cõſtat ex multitudine hominum, ut bellum, ſed ex multitudine hominum uiuentium certo uiuẽdi modo. 2. Polit. c. 1. D.

22 Ciuitates ꝙ nõ cõſeruet unitas Socratica, oſtendiť. 2. Polit. c. 1. C. D. E

23 Ciuitatem conſeruat æqualitas uiciſſitudinis gerẽdi magiſtratum. 2. Polit. c. 1. D. E.

24 Ciuitatis pfecte unitæ ſignũ eſſe, dicebat Socrates, ſi omnes ſimul dicãt meũ & non meũ, quod reprobať. 2. Polit. c. 2. A. B. C.

25 Ciuitas quouſq; debeat eſſe una, oſtẽdiť. 2 Polit. c. 2. D. E. F.

26 Ciuitati ſi quis aliquid utile repiſſet, honoribus eum affici, decreuit Hippodamus, lata lege. 2. Polit. c. 6. B.

27 Ciuitati q aliqd utile repit, nõ eſt lege honoribꝰ afficiẽdꝰ, ſed bono uultu tales audiẽdi ſunt ſolũ, cõtinet eñ calũnias, & motũ forſitan reipublicæ. 2. Polit. c. 6. F.

28 Ciuitas qd ſit, cõſyderare debet in primis, q de republica tractat, qa ea ſæpe ueniat in cõtrouerſia, cũ aliq dicãt factũ aliqd a ciuitate, aliqui dicãt nõ factũ, & uiri ciuilis & legiſlatoris negociũ totũ circa ciuitatẽ uerſari debet. 3. Polit. c. 1. A.
29 Ciuitas eſt multitudo ciuiũ, qui participes ſunt poteſtatis publicæ ac gerẽdi magiſtratũ, & ipſa ſimpliciter eſt ſufficiẽs ad uiuendum. 3. Polit. c. 1. A. B.
30 Ciuitas aliquãdo pro ciuib9 accipitꝭ, aliqñ ꝓ loco. Vnde facilis ſolutio ẽ, ſi q̃ratur, migrãtib9 ciuib9 & aliis ſubintrãtib9 eundẽ locũ, ſit ne ciuitas eadẽ an nõ. 3. Poli. C. 2. A
31 Ciuitas nõ dicitur eadẽ, quia eiſdẽ mœnibus cõtineatur. 3. Polit. c. 2. A.
32 Ciuitas non eſt eadẽ, ſi muteꝭ forma reipublicæ, licet iidẽ hoĩes maneãt, econtrario uero licet alii & alii ſuccedãt hoĩes, ſi reipublicæ forma non uarietur, eſt eadem ciuitas. 3. Polit. c. 2. B.
33 Ciuitatis idẽtitas aut diuerſitas a reipublicæ forma eadẽ uel diuerſa ſumenda eſt. 3. Polit. c. 2. per totum.
34 Ciuitatem gubernat ubiq;, quod principaliſſimum eſt. 3. Polit. c. 4. A.
35 Ciuitatum regimen & diuerſitas unde ſumenda ſit, habes. 3. Polit. c. 5. A.
36 Ciuitas non uiuẽdi tantũ gratia eſt, ſed bene uiuendi. Alioqui ſeruorũ & aliorũ animalium ciuitas eſſe poteſt. 3. Polit. c. 6. B.
37 Ciuitas, quæ ciues ſuos bonos efficere non conatur, nõ eſt reuera ciuitas, etiam ſi alia omnia inſint. 3. Polit. c. 6. D.
38 Ciuitatis finis eſt bñ uiuere. 3. Polit. c. 6. E
39 in Ciuitate plus iuris habẽt, qui plus conferunt, ut ciues bene uiuant. 3. Polit. c. 6. E.
40 Ciuitas non poteſt cõſtare ex pauperibus omnibus aut ſeruis. 3. Polit. c. 8. C.
41 Ciuitatis bene ordinatæ finis eſt cõmune bonum. 3. Polit. c. 8. A.
42 Ciuitatis diuerſæ partes ſunt. 4. Poli. c. 3. C
43 Ciuitas omnis plures partes habet. 4. Politic. c. 4. B.
44 Ciuitatis partes nouẽ ſunt. Prima agricolarum, quæ eſt circa alimenta. Secũda artificum. Tertia mercatorum. Quarta mercenariorũ. Quinta propulſatorum belli. Sexta ius dicentium. Septima opulentiũ, q magnis patrimoniis onera reipublicæ ſuſtinent. Octaua magiſtratuum. Nona cõſultorum. 4. Polit. c. 4. C. D. E. F.
45 Ciuitas ſi natura ſerua ſit, impoſſibile eſt ꝙ uocetur ciuitas, quia ciuitas eſt per ſe ſufficiens, ſeruus autem non eſt per ſe ſufficiẽs 4. Polit. c. 4. D.
46 Ciuitas honeſti gratia eſt conſtituta. 4. Polit. c. 4. D.
47 Ciuitatis uita quædam eſt reſpublica. 4. Polit. c. 11. A.
48 Ciuitatis cuiuſlibet partes ſunt tres, nam quidam excellunt admodum diuitiis, quidam paupertate nimia premuntur, quidã ſunt medii inter hos. 4. Polit. c. 11. B.
49 Ciuitates magnæ paucioribus ſeditionibus laborant, quia in iis multa eſt mediocrium hominũ multitudo, minores uero ciuitates in duas partes diuiduntur, ita ut nihil mediũ relinquatur. 4. Polit. c. 11. D.
50 Ciuitas maxime uult conſtare ex paribus & ſimilibus, quantum fieri poteſt, quia mediocritas ſeruat illas, exceſſus autem corrũpit. 4. Polit. c. 11. C. & deinceps.
51 Ciuitatis ſeditiones a quib9 & propter qd oriantur, oſtenditur. 5. Polit. c. 2. 3. ꝑ totũ.
52 Ciuitas ut perſtare poſſit, nulla illius pars creſcere aut augeri ultra proportionem debet, alioqui peribit, & corrũpetur illius reſpublica, ſicut ſi corpus aĩalis aliquod membrum habeat maxime excedens communem proportionem. 5. Polit. c. 3. C.
53 Ciuitas illa beata eſt, quæ eſt optima, & q̃ bene agit. 7. Polit. c. 1. D.
54 Ciuitatis nulla eſt actio bona ſine uirtute. 7. Polit. c. 1. D.
55 Ciuitatis uita beata eſt cum uirtute, in tantum adiuta externis bonis, ut actiones ſtudioſas efficere poſſit. 7. Polit. c. 1. D.
56 Ciuitatis felicitas & ſingulorum hominũ eadem eſt dicenda. 7. Polit. c. 2. A.
57 Ciuitates quædam habent pro fine præcipuo dominari finitimis, cum tamẽ bonas leges alias negligant. 7. Polit. c. 2. C. Quære Lacedæmonii. 21. 37.
58 Ciuitatem ita inſtituere, ut finitimis dominetuꝭ, abſurdum eſt. 7. Polit. c. 2. D.
59 Ciuitas una ſeorſum felix eſſe poteſt, ſi recte gubernetur. 7. Polit. c. 2. D.
60 Ciuitas magna & populoſa non eſt idem. Nam magnitudo ciuitatis non conſiſtit in multitudine quacunq;, ſed in multitudine quæ poſſit agere opus ipſius ciuitatis. 7. Politico. c. 4. B.
61 Ciuitas poploſa difficile eſt, aut forſan impoſſibile, ut optime gubernetur. 7. Polit. c. 4. B.
62 Ciuitatis magnitudo in ciuib9 q̃lis debeat eſſe, oſtenditur. 7. Polit. c. 4. ꝑ totum.
63 Ciuitas illa prima eſt, q̃ conſtat multitudine, quæ ꝑ ſe ipſam primo ſit ſufficiẽs ad uiuendum in ciuili ſocietate, & ut ciues inter ſe facile cognoſci poſſint. 7. Polit. c. 4. D.
64 Ciuitatis partes nõ ſunt oĩa illa, ſine quib9 cõſtare ciuitas nõ poteſt, ſicut nec entis naturalis. 7. Polit. c. 8. A.
65 Ciuitas eſt ſimiliũ coio grã uitæ optimæ, quoad fieri poſſit. 7. Polit. c. 8. A.
66 Ciuitati, ut ſit, neceſſaria ſunt hæc. Prĩo alimẽta. Scdo artes, qa multis inſtrumẽtis indiget uita. Tertio arma, qb9 coganꝭ rebelles parere magiſtratib9, & externi hoſtes ꝓpulſenꝭ. Quarto pecuniæ ad indigẽtias ꝓprias & ad bellũ. Quinto cultus deorũ. Sexto iudiciũ, qd̃ ſumme neceſſarium eſt ꝓ utilitate & iuſtitia contrahentium. 7. Polit. c. 8. B.
67 Ciuitas nõ eſt multitudo q̃cunq;, ſed illa, q̃ ad uitã ꝑ ſe ſufficiẽs ſit. 7. Polit. c. 8. B.
68 Ciuitatis partes quæ & quot ſint, habes. 7. Polit. c. 8. B. C.
69 Ciuitatis pars nõ eſt turba urbana & uiliũ miniſteriorũ. 7. Polit. c. 9. C.
70 Ciuitatis pars nõ eſt ille, qui nõ ſit effector uirtutis. 7. Polit. c. 9. C.
71 Ciuitas non põt dici felix reſpectu partis, ſed reſpectu totius. 7. Polit. c. 9. C.
72 Ciuitatis optimæ partes ſunt arma tenẽtes & cõſultantes. 7. Polit. c. 9. C.
73 Ciuitatem diſtingui ꝑ gña, & pugnatores aliud eſſe ab agricolis, notũ fuit apud priſcos philoſophãtes & apud Cretas & Aegyptios. 7. Polit. c. 10. A.
74 Ciuitatem eſſe ſtudioſam, nõ eſt fortunæ op9, ſed ſciẽtiæ & electiõis. 7. Polit. c. 13. D
75 Ciuitatẽ eſſe ſtudioſam, eſt ciues illius eſſe ſtudioſos, qui in republica uerſantur. 7. Politi. c. 13. D.
76 Ciuitas oĩs cõſtat ex imperãtibus & parentibus. 7. Polit. c. 14. A.
77 Ciuitas non eſt æſtimãda felix, qa dñatur finitimis, quin potius magnũ nocumentũ habet dñari finitimis. 7. Poli. c. 14. G.
78 a Ciuitate exterminãda eſt oĩs obſcœnitas uerborũ, nã ex licẽtia turpiter loquẽdi daꝭ audacia turpiter faciendi. 7. Polit. c. 17. C.
79 Ciuitatis totius unus eſt finis, & ideo oportet diſciplinã eſſe unã, & huius curã publicam eſſe & nõ priuatã. 8. Polit. c. 1. A.
80 Ciuitas eſt ſubiectum politicæ facultatis. 1. Oeconom. c. 1. A.
81 Ciuitas eſt multitudo domorum agro & pecuniis ſufficienter abũdans ad bene uiuẽdum. 1. Oecono. c. 1. A. Quære Ciuis. ✳

CIVIS.

1 Ciues ſolent eſſe fortes aut propter opprobria aut propter honores, qui ſunt ex legibus. 3. Ethic. c. 8. A.
2 Ciuis bonus & bonus uir fortaſſe nõ ſunt idem. 5. Ethico. c. 2. D. & 3. Politic. c. 3. per totum.
3 Ciuium egeſtas ſeditionẽ & maleficia parit. 2. Polit. c. 4. D.
4 Ciuis aliquis eſt in aliqua ſpecie reipublicæ, qui in alia ciuis non erit. 3. Politicor. c. 1. A. E.
5 Ciuem nõ facit habitatio, alioqui aduenæ & ſerui eſſent ciues. 3. Polit. c. 1. A.
6 Ciuem non facit ius fori atq; iudicii, cũ ii, qui ſimul cõtrahunt, forum ex cõtractiõe ſortiantur. 3. Polit. c. 1. A.
7 Ciues non ſunt pueri, quia imperfecti, nec ſenes uacantes a muneribus publicis, ſed ſunt ciues cũ addito ſcilicet ciues tranſacti 3. Polit. c. 1. B.
8 Ciuis nulla magis alia re diffinitur q̃ participatione poteſtatis publicæ iudicandi atq; gerendi magiſtratus. 3. Polit. c. 1. D.
9 Ciuis differt a ciue, ſicut reſpublica a republica, cuius eſt ciuis. 3. Polit. c. 1. D.
10 Ciuẽ aliqui dicunt debere eſſe ortũ utroq; parente ciue, alii etiam auos & proauos addunt & plures alios, quod refellitur. 3. Politico. c. 1. E. F.
11 Ciuis quis ꝓprie dicatur, & quomodo ſpecie differant ciues, ſicut & reſpublicæ, quarum ſunt, & de ciue multorum opiniones habes. 3. Politico. c. 1. per totum. Quære Gorgias. 2.
12 Ciues licet ipſi inter ſe diſſimiles in operibus ſint, una tamen eſt eorum uirtus ſcilicet reipublicæ & cõmunis ſocietatis cõſeruatio. 3. Polit. c. 3. B.
13 Ciuis uirtus ſpecie differt a uirtute, qua qs dicitur bonus uir. 3. Polit. c. 3. B.
14 Ciuis præclari uirtus eſt poſſe imperare & parere & utrũq; ſcire. 3. Polit. c. 3. D.
15 Ciues non omnes illi dicendi ſunt, quibus ciuitas carere nõ poteſt, ut pueri & opifices 3. Polit. c. 3. F.
16 Ciuium omnium non eſt eadem uirtus, q̃ boni ciues dicuntur. 3. Polit. c. 3. C.
17 Ciuium deſcriptio nõ ſolum in bello, ſed etiam in pace neceſſaria eſt. 6. Politicor. c. 8. D.
18 Ciues exercendi ſunt a pueritia tanq̃ ad ſignum, & aliæ ætates per diſciplinã ad utilia poſtponenda honeſtis, & ad pacem bello præferendam, & ad ocium præferendum negocio. 7. Politico. c. 4. E. Quære Ciuitas.
19 Ciuis optimus qui inſtitui debet, oportet, ꝙ habeat & ingenii acumen & animoſitatem. 7. Polit. c. 7. B.
20 Ciues, qui in republica uerſantur, ſi ſunt

ſtudioſi, & ciuitas illa ſtudioſa eſt.7.Politi. c.13.D.

CIVILIS FACVLTAS. *Scientia qua cognoſcimus, quæ reipublicæ ſunt neceſſaria, & qua reipublicæ conſulimus.*

1 Ciuilis facultas eſt finem humanorũ actionum cognoſcere, quia dñatur, & architectonica eſt.1.Ethic.c.2.A.

2 Ciuilis uitæ finis fere eſt honor. 1. Ethic.c. 5.A.

3 Ciuilis facultas maxīe conatur ciues ſuos bonos efficere, & hic eſt eius finis, quapropter maxime circa uirtutẽ laborat.1.Ethic. c.9.B.&.c.13.A.

4 Ciuilis facultas honorabilior eſt q̃ medicina, quia medicina circa corpus, ciuilis circa animæ uirtutes uerſatur.1.Ethi.c.13.A.

5 Ciuilis dignitas nõ eadem eſt in omnibus rebuſpublicis. Nã popularis ſtatus libertatem dicit eſſe dignitatem ciuilem, pauci potentes diuitias, optimates uero uirtutẽ, nõnulli nobilitatem.5.Ethic.c.3.A.

6 Ciuilis ſcientia eſſet nobiliſſima oĩm ſcientiarum, ſi homo eſſet optimũ eorum, quæ ſunt in mundo.6.Ethic.c.7.B.

7 Ciuilis facultas & prudẽtia licet ijdem ſint habitus, eſſe tamen eorum non eſt idem.6. Ethic.c.8.A.

8 Ciuilis facultas quædam eſt architectonica & ad leges ferendas, quædam circa ſingularia uerſatur.6.Ethic.c.8.A.

9 Ciuilis prudentia diuiditur in iudicialẽ & deliberatiuã.6.Ethic.c.8.A.

10 Circa ciuilem ſciẽtiam qui uerſatur, debet de uoluptate & dolore conſyderare, quia hæc ſunt præcipua, quibus malum & bonũ & cætera in republica metimur.7.Ethico.c.11.per totum.

11 Ciuilis ſocietatis partibus ſimiles ſunt aliæ ſocietates. Nam propter utilitatem aliquã homines ineunt ſocietatem.8.Ethicor. c.9.B.

12 Ciuilis ſocietas utilitatis alicuius gratia cõſtitui ab initio & permanere uidet.8.Ethico.c.9.B.

13 Ciuilis facultas nõ intẽdit præſentẽ utilitatem, ſed in totã uitã.8.Ethic.c.9.B.

14 Ciuiles actiones negocioſæ ſunt.10.Ethico.c.7.C.

15 Ciuilis facultatis pars eſt moralis diſciplia. 1.Magnor.Mor.c.1.A.

16 in Ciuili facultate nil poteſt fieri ſine uirtute.1.Magnor.Mor.c.1.A.

17 Ciuilis facultas optima eſt, & eius finis optimus.1.Magnor.Mor.c.1.C.

18 Ciuilis facultatis finem eſſe præſtantiſſimũ cæterarum facultatum, oſtenditur.3.Politic.c.8.per totum.

19 Ciuilis diſpenſatio circa q̃ uerſetur, oſtenditur.Oeconom.Publi.A.

CYZICENI. Ciues Cyzici urbis nobiliſſimæ in Propontide.

Cyziceni quomodo pecunias collegerint, habes.Oeconom.Pub.D.

CLAVIS.Pro inſtrumẽto quo oſtiũ clauditur, & pro uerticib⁹, qui e ſummo pectore in imam gulam exeunt, utraſq; em̃ Græci uocant τὰσ κλεῖσ, id eſt, claues.

Clauis æquiuocum nomẽ eſt, & ad eam q̃ oſtia claudit, & ad eam partem, quæ eſt ſub collo animalium.5.Ethic.c.1.B.

CLAVVS.

Clauus clauo, puerbialiter dr̃, quo oñdit̃, prauos ad praua utiles ẽẽ.5.Pol.c.11.D.

CLAZOMENII. Ciues Clazomenarũ urbis in Ionia.

Clazomenii quomodo pecunias collegerint, habes, Oecon.Publi.E.

CLEARCHVS.

Clearchus tyrannus adeo immanis & crudelis fuit, ut dubitetur, fuerit ne fera deterior.2.Magnor.Mor.c.6.I.

CLEOMENES.Spartanorum dux.

Cleomenes ſpartanus Argiuos prælio ingenti uicit.5.Poli.c.3.D.Quære Venenũ

CLEOMENES.Alius a ſuperiore.

Cleomenes Alexandrinus præfectus quibus dolis pecunias collegerit, oſtenditur. Oeconom.Publi.N.O.P.

CLEOPHON.Poeta tragicus.

Cleophon tragœdiam Mandrobulũ ſcripſit.1.Elenc.c.14.C.

CLEOTINVS.Amphipolitanus ciuis.

Cleotinus Amphipoli ſeditionem contra ciues fecit.5.Polit.c.6.C.

CLEPSYDRA.Vas, a quo aqua furtim diffluit per exigua & occulta foramina.

in Clepſydra motibus qui fiunt ab aqua & aere, comparat Empedocles reſpirationẽ animalium, de Reſpirat.c.3.C.D.✳

CLIDEMVS.Philoſophus.

Clidemus dixit, coruſcationem ſeu fulgur non eſſe, ſed apparere, ſicut ſi quis aquam uirga percutiat, apparet fulgor, cum tamẽ nõ ſit. Quod ideo dixit, quia non uerſatus fuerat in opinionibus, quæ de refractione ſunt.2.Meteor.c.9.H.

CLISTHENES.Ciuis Athenienſis.

Cliſthenes factitauit Athenis, ut popularem gubernationẽ augeret.6.Poli.c.4.E

CLISTHENES. Alius a ſuperiore.

Cliſthenes Sycioniorum tyrann⁹ rei militari aptus fuit, & populi gratiam acquiſiuit conuerſatione & uſu familiari, & iudicem coronauit, q illius uictoriæ cõtradixit. Vnde nõ facile cõtemnebatur a populo. Succeſſit autem Cliſthenis tyrãnis Myronis tyrannidi.5.Polit.c.12.A.D.



COACTVM.

Coacta non ſunt dicenda, q̃ qs delectationis cauſa opatur.1.Magno.Mor.c.15.16.17 Quære Violentũ.Inuitũ.Inuoluntariũ.

COAGVLARE. COAGVLATIO. COAGVLATVM.

1 Coagulatione cõſtant oĩa corpora naturalia.4.Meteor.T.Co.30.

2 Coagulãtur oĩa, quæ ex aqua cõſtant, aut aquæ ſpecies ſunt, aut aquea & terrea.4 Meteor.T.Co.35.

3 Coagulantur oĩa uel a calore uel a frigore. 4.Meteor.T.Co.36.

4 Coagulari aliqua uidentur ab aqua, cũ tñ nõ coagulẽtur ab aqua, ſed a frigore aquæ inſito.4.Meteor.T.Co.36.Quære Mel.

5 Coagulata ſoluũtur a cõtrario eius, a quo coagulata ſunt.4.Meteor.T.Co.36.

6 Coagulatio fit, calore ingrediente, ergo egrediente illo, ſoluunt̃ coagulata.4.Meteor.T.Co.36.

7 Coagulant̃ illa, q̃ ex aq̃ & terra ſiml' cõſtãt, a frigido & calido. A frigido dico, qa exprimit calidũ, cũ quo ſiml' hũidũ recedit, a calido uero, quia educit humorem.4.Meteor.T.Co.37.

8 Coagulantur oĩa mollia & nõ liqda, abeũte humore, nõ tñ inſpiſſant̃, ſed coagulãt̃ ut fictilia cocta.4.Meteor.T.Co.37.

9 Coagulãda a calido humeſcũt prius, ſi frigus ſpiſſa & dura reddiderat, ut cõtingit in fictilibus, dũ coquũtur, q̃ reddũt̃ molliuſcula, & ꝑpterea peruerti ſolẽt in caminis. 4.Meteor.T.Co.37.

10 Coagulantur a frigore, q̃ aqua & terra conſtant, portio tamẽ terræ in illis maior eſt, q̃ rurſus reſoluunt̃, calore ingrediẽte, ut cœnum.4.Meteor.T.Co.38.

11 Coagulata per refrigerationem, educto oĩ calido, nõ ſoluũtur niſi caloris copia. Molleſcere tñ ſolent, ut cornu, aut ferrum.4. Meteor.T.Co.39.

12 Coagulata quædã a calido & ſicco ſolui nõ poſſunt ab humido, ut fictilia.4.Meteor. T.Co.40.

13 Coagulata a frigido diſſoluũtur ab humido, ut ſal & nitrum.4.Meteor.T.Co.40.

14 Coagulata a frigido hũido ſoluunt̃ a calido ſicco, & ecõtrario.4.Meteo.T.Co.40

15 Coagulata q̃dã q̃ a quibuſdã ſolui, aut nõ ſolui poſſũt, ponunt̃.4.Meteo.T.Co.41.

16 Coagulari q̃ poſſunt, aut indurari, alia a calido ſiccãte humidũ coagulantur, alia a frigido calorẽ extrudẽte. Vnde q̃ a calido coagulant̃, abſentia humidi coagulant̃ a frigido, & q̃ a frigido, coagulãtur abſentia calidi.4.Meteor.T.Co.42.43.

17 Coagulata a calore humiditate ſoluũtur, niſi poſt coagulationẽ pori minores relicti fuerint, & hũor ĩgredi nõ poſſit, ut accidit ĩ fictibilib⁹. Quæ uero nõ hñt poros adeo cõſtrictos, humeſcũt humore, ut nitrũ & ſal.4.Meteor.T.Co.43.

18 Coagulari nõ poſſunt, q̃ humorẽ non hñt aquoſum, aut aquea non ſunt, ſed terrea, & plus caloris q̃ humoris retinẽt, & q̃ ſunt uelut feruẽtia.4.Meteor.T.Co.43.

19 Coagulari nõ poſſunt, q̃ plus aeris q̃ aquæ hñt.4.Meteor.T.Co.43.

20 Coagulari nõ poſſunt, q̃ lẽta & tenacia ſunt ut uiſcũ.4.Meteor.T.Co.43.

CODRVS.Atticæ rex.

Codrus bello cõſeruauit Athenıẽſes, ne in ſeruitutẽ redigerent̃.5.Polit.c.10.C.

COENA.Quære Deambulatio.1.

COGNOSCERE. COGNITIO. COGNOSCIBILE.

1 Cognoſcere cõtingit aliqua prius tp̃e aliq̃bus, aliq̃ uero ſimul tp̃e.1.Poſter.T.Co.3.

2 Cognitio in omnibus fit per prima.3. de Cæl.T.Co.30.

3 Cognoſcimus duab⁹ uirib⁹ ſcilicet ſenſu & intellectu.de Somn.c.1.A.

4 Cognoſcere quid ſibi utile ſit, ſpecies quædã eſt cognitionis humanæ, habet tñ differentiã magnã.6.Ethic,c.8.A.

5 Cognoſcibilia circa q̃ mẽs humana uerſat̃ contẽplando, præſtabiliſſima ſunt, qa mẽs noſtra eſt præſtantiſſima in nobis.10.Ethico.c.7.A.

6 Cognoſcere ſe ipſum difficilimũ eſt, ut quidã ſapiẽtes dixerũt.2.Magno.Mor.c.15.B

COIENS.

Coeũtia aĩalia multũ ocyſſime ſeneſcũt.de Longit.& Breuit.Vit.c.2.E.✳

COLIOS.Id ẽ galgul⁹.Quære Gracul⁹.

COLLVM.

1 Collũ piloſum arguit liberalẽ, groſſum fortẽ, lõgũ timidũ, carnoſum iracũdũ, pbreue doloſum, moderatũ magnanimum, de Phyſiognom.Quære Philoxenus.✳

COLLVSSAE.Locus in Arcadia.Quære Mus.2.

COLOBON.interpretur Mutilum.

Colobõ mutilum ſeu mancũ qd ſit, habes 5.Metaphy.T.Co.32.Quære Mutilum

COLOPHON. Ciuitas in Ionia Aſiæ minoris prouincia.
In Colophone pplaris multitudo poſſidebat multa bona, anteq̃ bellũ gereret aduerſus Lydos.4.Polit.c.4.B.

COLOR.COLORATVM.
1 Colores ut albedo nigredo & ſimiles nõ dicunt paſſibiles qualitates, eo ꝙ aliqs ſenſus patiat ab eis, ſed qa ipi inaſcant ab aliq̃ paſſione, qa multæ colorũ mutatiões fiũt propter aliquã paſſionẽ, ut erubeſcẽtes rubei efficiũt, timẽtes pallidi. Prædicamẽ.c.8.E
2 Color ineſt hoib⁹ a natura talis, q̃lis ẽ paſſio, quã a natura aliqs habet. Prædicamẽt. c.8.E.F.
3 Coloratũ eſſe, prio ineſt ſupficiei, ex conſequẽti corporí.5.Topic.c.3.L.
4 Colorẽ, dixit Democrit⁹, fieri p uariatiõnẽ ſit⁹ & ordinis indiuiſibiliũ corporũ, & colorẽ non eſſe hoc aliquid in natura.1. de Gener.T.Co.7.
5 Color ruber cõmixtione ignei & cãdidi efficitur.1.Meteor.c.5.F.
6 Colores uarii ꝓptea apparẽt in aere, qa luce p dẽſiorẽ aerẽ trãſlucida refractionẽ ſuſcipit aer, & uarios colores reddit, pcipue uero puniceũ & rubrũ.1.Meteor.c.5.A.
7 Color albus nigro mixtus multas colorũ differẽtias efficit.1.Meteor.c.5.B.
8 Colores nõ apparẽt nocte, ꝓpter ſimilitudinem quã habẽt cũ tenebris, excepto puniceo colore.1.Meteor.c.5.C.
9 Colores aliquos aliorũ colorũ mixtura efficiunt pictores.1.Meteor.c.5.B.
10 Colores quoſdã nõ poſſũt efficere pictores aliorũ colorũ mixtura ut puniceũ uiridem & rubrũ.3.Meteor.c.2.C.
11 Colores ſplẽdidorũ corporũ ſplendidi aliqñ apparẽt, aliqñ tñ aliorũ colorũ referũt faciẽ, uel ꝙ miſceant cũ ſpeculi colore, uel ꝙ uiſus debilis ſit.3.Meteor.c.2.E.
12 Color Xãthus, id eſt flauus medi⁹ eſt inter puniceũ & uiridẽ.3.Meteor.c.2.B.
13 Colores maxime uarianf iuxta alios colores poſiti, ſicut in florib⁹ aut texturis expe rimur.3.Meteor.c.4.N.
14 Colores uariantur, ſi ad hoc uel ad illud lumen ponantur. Vnde uariatores ad lucernam operibus huiuſmodi conficiendis elucubrantes ſæpe fallũtur alios p aliis accipiẽtes.3.Meteor.c.4.N.
15 Colorem puniceũ facit fulgidũ uiſum p nigrũ aut in nigro.3.Meteor.c.4.D.H.
16 Color niger eſt uelut quædam negatio albi.3.Meteor.c.4.I.
17 Color non confert ad alimẽtum animalis, niſi per accidens.2.de Anima.T.Co.28. &.3.de Aia.T.Co.64.
18 Color eſt uiſibile q̃ddã, cuius perceptiuus eſt uiſus.2.de Aia.T.Co.66.
19 Color eſt uiſibile quoddam per ſe, non ratiõe abſoluta qua res eſt, ſed quia in ſe cauſam habet, ut ſit uiſibilis, eo ꝙ ois color eſt motiu⁹ diaphani.2.de Aia.T.Co.66.67
20 de Coloris ratiõe eſt, ꝙ ſit motiuus diaphani, quod ſit per lumen, quod eſt actus diaphani.2.de Aia.T.Co.66.73.
21 Color ſine lumine nõ eſt uiſibilis.2.de Aia T.Co.67.73.
22 Coloris ſuſceptiuũ ſine colore debet eſſe, 2.de Aia.T.Co.71.
23 Color illud tñ eſt, q̃d uideri poteſt in lumine.2.de Aia.T.Co.72.
24 a Colore non patitur potentia uiſiua, ſed a medio diaphano.2.de Aia.T.Co.73.
25 Color nõ nutrit.3.de Aia.T.Co.64.
26 Colore omnia corpora participant.de Sẽ. & Sen.c.1.F.
27 Color in extremitate ẽ, aut extremitas ẽ. de Sen.& Sen.c.3.C.
28 Colorẽ Pythagorici dixerũt eẽ epiphaniã, ideſt apparẽtiã in ſupficie.de Sẽ.Sẽ.c.3.C
29 Color eſt in extremitate corporis, ſed non eſt extremitas corporis, de Sẽ.& Sẽ.c.3.C
30 Coloris apparitio determinata eſt, niſi corpus continens aliquam faciat mutationẽ. de Sen.& Sen.c.3.D.
31 Color eſt extremitas perſpicui in corpore determinato. de Sen.& Sẽ.c.3.D.
32 Colores medios duob⁹ modis effici, dixerunt antiq. Vno modo cõmixtione albi & nigri, quorum unũquodq; propter ſuam paruitatem nõ ſentiebatur, & ſic colorem medium reſultare dicebãt, & alios & alios colores dicebant naſci proportiõe albi ad nigrum. Et horũ mediorum colorũ alios eſſe delectabiles, qui ſcilicet eſſent in proportione conuenienti, alios uero non eſſe delectabiles, q ſcilicet nõ eſſent in ꝓportione cõueniẽti. Queadmodũ in cõſonãtiis harmonicis illas ſolũ eſſe delectabiles, q̃ eſſẽt ꝓportionatorũ numerorũ. Alio mõ colores medios fieri dicebãt, colores colorib⁹ ſupaddendo, ut pictores faciũt, ſicut ſol, q cũ p ſe alb⁹ ſit, p fumũ cõſpectus apparet rubicũdus. Quorũ modorũ prim⁹ falſus ẽ, qa color alb⁹ & niger in certa quadã diſtãtia uiſibilis ẽ, quãtũuis paruæ ſit quãtitatis, nec mixtio dicẽda eſt fieri p aggregationẽ aut iuxta poſitionẽ. Scdus modus refellit, qa multi colores medii apparẽt, nullo colore ſuperinducto, de Sẽ.& Sẽ.c.3.F. & ultra
33 Colores eſſe defluxus a corporibus, dixerunt antiqui, quod eſt abſurdũ, quia uiſio fieret p cõtactũ corporũ, cũ melius dicaf fieri p mediũ alterationẽ. de Sẽ.& Sẽ.c.3.H
34 Colores medii fiunt pfecta & ꝓpric dicta mixtione colorũ. Nã ſicut corpora naturalia miſcent pfecta mixtiõe, ita ut totũ toti, pars parti miſceat, ſic colores, q ſunt corporum qualitates, pfecta mixtiõe miſcent, & ideo apparẽt multi medii colores, qa mixtio multiplex eſt. de Sen.& Sẽ.c.3.H.&.10 Metap.T.Co.22.23.& de Color.p totũ.
35 Colorũ ſpecies ſeptẽ ſunt, ſi qs liuidũ aut fuſcũ ad nigrũ referat. Et ex horũ mixtura oẽs alii fiunt. de Sen.& Sen.c.4.I.
36 Color flauus medius eſt, & eſt albi magis q̃ nigri. de Sen.& Sen.c.4.I.
37 Color puniceus medius eſt inter albũ & nigrum. de Sen.& Sẽ.c.4.I.
38 Color purpureus medius eſt inter albũ & nigrũ. de Sen.& Sen.c.4.I.
39 Color uiridis medius eſt inter album & nigrum. de Sen.& Sen.c.4.I.
40 Color cæruleus medius eſt inter albũ & nigrum. de Sen.& Sen.c.4.I.
41 Colores medii fiũt ex pmixtiõe albi & nigri, ſicut ſapores medii ex cõmixtiõe dulcis & amari. de Sẽ.& Sẽ. c.4.H.& de Colo.C.D.
42 Color fuſcus ad nigrũ refertur. de Sen.& Sẽ.c.4.I.& de Colorib.M.
43 Color ruber bonam natiuitatẽ ſignificat, quãdo in læui corpore accidit. de Phyſiog.
44 Colores omnes ex albo fieri uidentur.10. Metaphy.T.Co.7.
45 Color genus eſt.10. Metaphy.T.Co.23. Quære Facies.✳

COLVMNAE HERCVLIS. Quære Herculeæ Columnæ.

COMA. Pro crinibus.
Comã nutriebãt Lacones in ſignũ libertatis.1.Rhet.c.9.F.

COMBVSTIBILE. COMBVSTVM
1 Cõbuſtibilia ſunt, q̃cuq; tales poros hñt, ut ignẽ introrſum admittãt, & in poris rectis habeant humorẽ debiliorem ipſo igne.4. Meteor.T.Co.48.
2 Cõbuſtibilia nõ ſunt, q̃ nullũ humorẽ cõtinẽt itra poros, aut ſi cõtinẽt humorẽ, ẽ fortior ipſo igni, ut glacies.4.Mete.T.Co.48
3 Cõbuſtibilia nõ ſunt multũ uiridia.4. Meteor.T.Co.48.
4 Cõbuſtibilia ſunt, q̃cunq; in cinerẽ reſoluũtur.4.Meteor.T.Co.48.
5 Cõbuſtibiliũ q̃dã inflãmari poſſunt, ut illa q̃ ſunt hũida, & exhalationẽ emittũt. Quæ uero non emittunt, inflãmari nõ poſſunt. 4.Meteor.T.Co.48.
6 Cõbuſta oĩa nigra ſunt. de Colorib.B.

COMEDIA. Quære Comœdia.

COMESSATIO.
1 Comeſſatiões, q̃ in Creta cõſtitutæ ſunt, Minoe regnãte, prius iuſtitutæ ſunt ab Italo in Italia.7.Polit.c.10.A.
2 Comeſſatiões oportet eſſe in ciuitatib⁹ bene cõſtitutis, & oẽs ad eas admitti.7.Poli. c.10.C.
3 Comeſſationũ locus ubi collocãdus ſit, habes.7.Polit.c.12.A. Quære Lacedæmonii.19.23.24. Creta.9.11.

COMETA. Incenſio crinita.
1 Cometas eſſe ſymphaſim id ẽ coapparitionẽ ſiue iunctã imaginẽ ſtellarũ erraticarũ, q cũ ꝓprius acceſſerint, uidẽt ſe ſe mutuo tãgere, dixerũt Anaxagoras & Democritus.1.Meteor.c.6.A.
2 Cometã eſſe unũ ex planetis id eſt erraticis ſyderibus, ſed nõ apparere in cælo, niſi lõgo tpore interpoſito, dixerũt Pythagorici.1.Meteor.c.6.A.
3 Cometã eſſe unũ ex erraticis ſyderib⁹, ſed comã nõ ex ſe hr̃e, ſed aſſumere illã rõne loci, dũ errat, refracto nr̃o uiſu uerſus ſolẽ ab humore, quẽ trahit, dixerũt Hypocratẽ & Aeſchylũ ei⁹ diſcipulũ ſecuti.1.Mete.c.6.B
4 Cometã nõ apparere niſi poſt lõgũ tps, qa cõiunctus eſt ſoli, & obſcuraf a lumine illius, nec uideri niſi ab illo recedat, dixerũt Hypocrates & Aeſchylus.1.Meteor.c.6.B
5 Cometã ideo nõ uideri inter tropicos, qa pars illa deuſta eſt a ſole, & nõ habet humorẽ, in auſtrũ tñ deflectere, ſed illic nõ uideri cometã ꝓpter circuli breuitatẽ, q eſt ſup orizõtẽ illũ, i ſeptẽtriõe uero uideri cometã, qa circul⁹ ſup orizõtẽ eſt nobis magn⁹, & ẽ ibidẽ multa hũoris copia, quã trahit cometa, dixerũt Hipocrates & Aeſchyl⁹ ei⁹ diſcipulus.1.Meteor.c.6.B.
6 Cometas nõ eẽ aliqs erraticarũ ſtellarũ, ex eo cõſtat, ꝙ erraticæ ſtellæ i circulo zodiaco ſuos curſus pficiũt, cometæ uero ſæpe uiſi ſunt extra zodiacũ.1.Meteor.c.6.C.
7 Cometæ plures uiſi ſũt ſimł, ex quo cõuincit, cometas nullã eſſe erraticarũ ſtellarũ. 1.Meteor.c.6.C.
8 Cometa ſi crines accipit aliqñ, & aliqñ nõ, ergo uideri debuit aliqñ ſine coma, q̃d falſum eſſe ex pimẽto cõſtat.1.Meteo.c.6.C
9 Cometæ ſæpe apparẽt, oĩb⁹ ſtellis erraticis ſup orizõtẽ eleuatĩ, licet ꝓpter ꝓpinq̃tatẽ ſolis nõ uideaf. Ex quo oñdif, nõ poſſe cometã eſſe aliquã ſtellarũ erraticarũ, aut ex illarũ cõiunctione effici.1.Meteor.c.6.C.

10 Cometas fieri tm̃ in parte ſeptentrionali, falſum eſt, qa cometa ille magnus, q ortus eſt ante terræmotũ & ĩundationẽ Achaiæ, uiſus eſt ĩ occaſu æqnoctiali, & ſæpe cometæ uiſi ſunt ad auſtrũ. 1. Meteor. c. 6. D.

11 Cometa uiſus eſt ad ſeptẽtrionẽ, ſole exiſtẽte ad tropicũ Capricorni mẽſe Gameleone, id eſt Ianuario, cum Eucles Molonis rẽpublicam Athenienſem regeret. 1. Meteor. c. 6. D.

12 Cometæ oẽs, qui uiſi ſunt tꝑoribus Ariſtotelis, conſumpti ſunt paulatim, nec ex eis ſuꝑfuit aut ſtella una, aut multæ. Ex quo colligitur, nõ ideo nõ uideri, qa occidant heliace, id eſt occultentur a ſole, ſed qa cõſumuntur paulatim. 1. Meteor. c. 6. E.

13 Cometa Ariſtæo imperante, uiſus fuit. ſed mox occubuit. Lumẽ tñ ipſiꝰ ad tertiã uſqꝫ cæli partẽ inſtar ſaltus porrigebaẽ, & aſcẽdit uſqꝫ ad zonã Orionis, & ibi diſſolutum fuit. 1. Meteor. c. 6. E.

14 Cometæ ex ſtellis fieri nõ poſſunt. Nã q̃uis ſtellæ aliæ maiores, aliæ minores appareãt tñ ipſe indiuiſibiles uidenẽ, & ſicut indiuiſibile indiuiſibili additũ nõ facit maius, ſic nec ſtellæ cõiunctæ poſſent facere magnitudinem cometæ. 1. Meteor. c. 6. F.

15 Cometa fit exhalatiõe calida & ſicca circũducta a motu cæli. In quã exhalationẽ ſi inciderit principiũ igneũ, nec tã multum, ut ilico exhalationẽ totã exurere poſſit, nec tã debile, ut ſtatim extinguaẽ, ſed qđ diutius poſſit permanere, tunc fit cometa. 1. Meteor. c. 7. B.

16 Cometa ſi undiqꝫ ſimilis fuerit, appellaẽ cometa, id eſt crinitus. 1. Meteor. c. 7. B.

17 Cometa Pogonias, id eſt barbatus, fit, quãdo in longitudinem porrigitur in morem barbæ. 1. Meteor. c. 7. B.

18 Cometa ꝑ ſe exiſtẽs eſt, qñ ĩ inferiore loco exhalatio ſuccendiẽ, nec alicui ſtellæ fixæ uel erraticæ ſubdiẽ ꝑpẽdiculariter. 1. Meteor. c. 7. C.

19 Cometa aliqñ fit ſub ſtella uel fixa uel erratica, nõ ꝙ coma ſeu ardẽtes crines ſint in illa, ſed qa illius motu cogiẽ exhalatio ſub illa, & cũ tales crines apparẽt, uideẽ fieri ĩpẽ cometa, ut halo apparet circa lunã, cũ tñ in aere fiat, 1. Meteor. c. 7. C.

20 Cometa ſi factꝰ fuerit ꝑ ſe, nõ ſequiẽ ſtellæ alicuius erraticæ aut fixæ curſum, ſed ſi factus fuerit, cogẽte & coadunãte ſtella aliqua exhalationẽ, ſequiẽ illius ſtellæ motũ. 1. Meteor. c. 7 C.

21 Cometarũ cõſtitutionẽ igneã eſſe, eo argumẽto ꝓbaẽ, ꝙ ſi plures cometæ fiãt, manifeſtũ ꝑſagiũ faciũt uentorũ & ſquallorũ & ſiccitatis. 1. Meteor. c. 7. D.

22 Cometæ ſi plures fiãt, annus in quo fiũt, ad modũ ſiccꝰ & flatuoſus erit. 1. Mete. c. 7. D.

23 Cometæ ſi pauciores & exiguæ magnitudinis fiãt, annus nõ erit admodũ ſiccus & flatuoſus, tñ quidã exceſſus flatuũ uel ĩ duratiõe uel ĩ magnitudĩe erit. 1. Mete. c. 7. D

24 Cometa ab occaſu apparuit, qñ cecidit in Aegoſpotamũ, id eſt in capræ fluuiũ lapis ex aere a uento eleuatus. 1. Meteor. c. 7. E. Quære Aegos potamos.

25 Cometa ingẽti apparẽte, ſicca hyems & aqlonia facta eſt. 1. Meteor. c. 7. E.

26 Cometa uiſus eſt in æquinoctiali circulo, Nicomacho Athenis imperãte. Cuius exortu uẽtus, q circa Corinthũ debacchatus eſt, euenit. 1. Meteor. c. 7. E.

27 Cometas non fieri plures aut ſæpe, & fieri potius extra torpicos, in cauſa eſt ſolis & aſtrorũ latio, q̃ non mõ calidũ ſecernit, uerum etiam id ſegregat, quod cõſiſtit. 1. Meteor. c. 7. E.

28 Cometa nõ fit circa ſolẽ aut lunã, qa citius ſecerniẽ cõcretio, q̃ poſſit conſiſtere. 1. Meteor. c. 8. E.

29 Cometã eſſe refractionem nr̃i uiſus ad ſolẽ, quidã dixerũt. 1. Meteor. c. 8. E.

COMIS. Oppoſitꝰ ſcurrili & ruſtico. COMITAS. Virtus a qua Comis.

1 Comitas eſt mediocritas circa iocũditates in ioco, cui opponiẽ ſcurrilitas ꝑ exceſſum ruſticitas ꝑ defectũ. 2. Ethic. c. 7. D. & 4. Ethic. c. 8. per totum.

2 Comis ſeu urbanus eſt, q cũ moderatiõe iocatur. 4. Ethic. c. 8. A.

3 Comis ſic ſe habebit in ioco, quaſi ĩpẽ ſit ſibi ipſi. 4. Ethic. c. 8. C.

4 Comis urbanus & dexter dr̃. 4. Ethi. c. 8. C

5 Comitas mediocritas eſt in iocis, q ad uitæ requiẽ ꝑtinẽt. 4. Ethic. c. 8. per totum

COMITIALIS MORBVS. Epilepſiã græci, uulgus medicorũ caducũ morbum appellat. Quære Epilepſia. ✳

COMMASSABILIA. Quæ in eandem maſſam redigi poſſunt.

1 Cõmaſſabilia ſunt, q̃cũqꝫ hñt naturã fixã & ſtabilẽ, & capibilia ſũt. 4. Mete. T. Co. 47.

2 Cõmaſſabilia nõ ſunt, q̃ uel capibilia non ſunt, uel inconſtantẽ habẽt ꝑſſationẽ & capturam. 4. Meteor. T. Co. 47.

COMMENTATIO.

Cõmẽtatio qd ſit, & qbus cõſtet, & quomõ ea utendũ ſit, oñditur. Rhetor. ad Alexãd. c. 8. ꝑ totum. Quære Enthymena.

COMMERCIVM. Merciũ cõmutatio.



1 Cõmercia duplicia ſunt, q̃dam q̃ ſua ſponte hoies efficiunt, ut uẽditio, emptio, locatio, mutuatio &c. q̃dã uero, q̃ nõ ſua ſpõte hoies faciũt. 5. Ethic. c. 2. D.

2 in Cõmerciis uerſaẽ iuſtitia cõmutatiua. 5. Ethic. c. 2. D. Quære Cõmutatio. Iuſtitia. 22. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

COMMINVIBILE. Quod in minutiſſimas partes cõtundi põt.

1 Cõminuibilia q̃dam ſunt ſimul & frãgibilia, ut lapis. 4. Meteor. T. Co. 44.

2 Cõminuibile oẽ frangibile eſt, nõ tñ econtrario. 4. Meteor. T. Co. 44.

3 Cõminuibile differt a frãgibili, qa qđ cõminuitur, in partes exiguas redigiẽ, qđ autẽ frangiẽ, in partes magnas redigiẽ. 4. Meteor. T. Co. 44.

4 Cõminuibilia ſunt, q̃ ſic coagulata ſunt, ut habeant poros multos nec in directũ poſitos. 4. Meteor. T. Co. 44.

COMMISERATIO. Quã captat ab auditoribus orator.

1 Cõmiſeratio de quibꝰ ſit, & quomõ capteẽ, & a qbus, & quorũ cõmiſeremur, oñditur. 2. Rhet. c. 8. ꝑ totum.

2 Cõmiſeratio eſt dolor qdam ex apparenti malo corruptiuo ac dolorẽ inferẽte in nõ dignũ pati. 2. Rhet. c. 8. A.

3 Commiſerationi opponitur indignatio. 2. Rhet. c. 8. A.

COMMVNE. Vt oppomiẽ particulari.

1 Cõmune ſemꝑ eſt adunatiuum & collectiuum. Prædicab. c. 2. G.

2 Cõmunia prius tractãda ſunt q̃ propria. 3. Phyſic. T. Co. 2.

3 ex Cõmunibus faciẽda eſt fides apud multitudinẽ. 1. Rhet. c. 1. I. Quære Vľe. ✳

COMMVNITAS. Pro cõmunicatione & cõmunitate facultatum.

1 Cõmunitas rerũ oĩm & facultatũ reipublicæ Socraticæ reprobaẽ, & q̃ incõueniẽtia ex illa ſequãtur, oñdunẽ. 2. Polit. c. 3. ꝑ totũ

2 Cõitatem facultatẽ q inducũt, liberalitatẽ tollunt. 2. Polit. c. 3. D. Quære Socrates.

COMMVNITAS. Quinqꝫ prædicabilium inter ſe cõuenientia.

Communitates quinqꝫ prædicabilium in quibus conueniant, & differãt, habes. Prædicabil. c. 6. per totum.

COMMVNICANS. Pro participante.

Cõmunicantibus unum quid & cõmune eſſe debet, ſiue æquale, ſiue inæquale ſuſcipiant. 7. Polit. c. 8. A.

COMMVS. Tragœdiæ pars quædam.

Commus in tragœdia quid ſit, oſtenditur in Poet. c. 7. N.

COMMVTATIO. COMMVTABILE.

1 Commutatio ex diuerſis conſtat. 5. Ethic. c. 5. B.

2 Cõmutatio propter indigentiã fit. 5. Ethico. c. 5. C. D.

3 Cõmutatio ut bene fiat, res ipſas definitas eſſe oportet nũmis & precio. 5. Ethi. c. 5. D

4 ſine Cõmutatione nõ eſt ſocietas, nec commutatio ſine æqualitate, nec æqualitas ſine cõmuni mẽſura. 5. Ethic. c. 5. D.

5 Cõmutabilia oĩa cõparabilia inter ſe quodammodo eſſe, neceſſe eſt. 5. Ethic. c. 5. C.

6 Cõmutatio cœpta eſt ab initio ex eo, quod eſt ſcđm naturã, ꝙ alii hoies plura, alii pauciora haberẽt eorũ, q̃ ad uitã ſunt cõmoda & neceſſaria. 1. Polit. c. 6. A.

7 Cõmutatio nõ eſt neceſſaria in domo, q̃ eſt prima ſocietas. 1. Polit. c. 6. B.

8 Cõmutationẽ rerũ utiliũ tm̃ exercẽt q̃dam barbaræ nationes, & nihil amplius exercẽt lucri gratia. 1. Polit. c. 6. B.

9 Cõmutatio, q̃ eſt rerũ utiliũ ad uitã, nec eſt præter naturam, cũ ſit in ſupplemẽtum indigẽtiæ naturalis, nec eſt pars nũmulariæ, 1. Polit. c. 6. B.

10 ex Cõmutatione, q̃ eſt ſcđm naturã, ꝓceſſit nũmularia, quia cum a remotioribus q̃reretur auxilium importando illa, quibus indigebant, aut exportãdo illa, quibꝰ abũdabãt, neceſſario eſt introductus uſus nũmi, quia res ipſæ naturales, quæ ſunt neceſſariæ, non facile deferri poſſunt. 1. Politi. c. 6. B.

COMMVTATIVA IVSTITIA. Quære Iuſtitia. 1. 22. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

COMOEDIA. Fabula, in qua humiles ꝑſonæ inducuntur, & de rebus humilibus eſt, & pro comœdia priſca.

1 Comœdia & tragœdia in hoc differũt, ꝙ tragœdia meliores imitatur, comœdia deteriores. in Poet. c. 1. D.

2 Comœdiam ſibi uẽdicant Megarẽſes, tãq̃ apud ſe primum orto populari imperio. in Poet. c. 1. E.

3 Comœdiã ſiculi ſibi uẽdicant. Nã Epicharmus poeta ſiculus fuit. in Poet. c. 1. E.

4 Comœdia dicta eſt a comis, id eſt uiculis ſeu pagis, ubi fiebat. in. Poet. c. 1. E.

5 Comœdiæ figuras primus erexit Homerꝰ effingẽs dramaticũ genus. in Poet. c. 1. G.

6 Comœdiarũ ſcriptores euaſerũt aliq pro iambicis. in Poet. c. 1. H.

7 Comœdia prio in obſcuro fuit & neglecta, poſtq̃ uero aliquas dicẽdi figuras accepit, memorati ſũt illiꝰ poetæ. Quis tñ hiſtrionũ

multitudinem & prologos & cætera talia inuenerit, ignoratur. in Poet. c.1.A.
8 Comœdia eſt imitatio improborũ quidẽ, ſed nõ uſquequaq; ꝑ oẽm uitioſitatẽ, ſed eſt portio ridicula turpitudinis. 1 Poet. c.2.A.
9 Comœdias apud Athenięſes primus Crates incœpit. in Poet. c.3.A.
10 Comœdias ipſi poete pronunciabant, & nõ inductæ perſonæ. 3. Rhet. c.1.B.

COMPARATIO. COMPARABILE

1 Cõparatio ſcd̃m magis & minus annexa eſt accidenti. 1. Topic. c.4.D.
2 ad Comparationem tria requiruntur. Primum, ꝙ non ſint æquiuoca, quæ comparantur. Secundum, ꝙ ſit idem ſuſceptiuũ. Tertium, ꝙ non ſit diuerſa natura ſeu forma. 7. Phyſic. T. Co.24. & ultra.
3 Comparatio quædam eſt ſcd̃m uirtutem, quædam uero ſecundum quantitatem. 2 de Gener. T. Co.37.
4 in Comparabilibus omnib9 eſt ſemp unũ aliquid, quo mẽſurãtur, & hoc eſt illud, in quo comparantur. 2. de Gener. T. Co.37
5 Comparabilia non ſunt, quæ differũt genere. 10. Metaphy. T. Co.13.

COMPELLERE.

Compellamur licet ad quædam, puta ut parentes occidamus, potius mortem oppetere debemus, q̃ compellentibus aſſentire 3. Ethic. c.1.C.

COMPENVARIVS. Quære Homoſypius.

COMPLEXA. Oppoſita diuiſis.

Complexa ſunt aliqua, quæ dicuntur de complexis, ut hõ currit. Periherme. c.2.A.

COMPOSITIONIS FALLACIA. Vna ex illis ſex, q̃ ſunt in dictione.

1 Compoſitionis fallacia quomodo fiat, oñditur. 1. Elench. c.3.E.
2 Compoſitionis fallacia quomodo ſoluat̃, habes. 2. Elench. c.3.D.E.

COMPOSITIO. Quæ fit per intellectũ ex ſimplicibus conceptibus.

1 in Compoſitione uel diuiſione intellectus eſt ueritas, uel falſitas. 1. Periher. c.1.B.
2 Compoſitioni membrorum animalium Empedoclis comparat Ariſtoteles compoſitionem, quæ fit in intellectu, in qua eſt ueritas, uel falſitas. 3. de Aĩa. T. Co.21.
3 Compoſitio, id eſt affirmatio, aut diuiſio, id eſt negatio eſt in mente & non in rebus 6. Metaphy. T. Co.8.

COMPOSITVM. Vt opponitur ſimplici, COMPOSITIO. Realis.

1 Compoſita maiora ſunt q̃ ea, ex quibus cõponuntur. 1. Prior. c.33.A.
2 Compoſitũ ſcitur, quãdo ſcimus, ex quot & ex quibus cõponitur. 1. Phyſi. T. Co.35
3 Compoſitũ ex principiis infinitis impoſſibile eſt cognoſci. 1. Phyſic. T. Co.35.
4 Compoſitorum oppoſita non ſunt noĩata 1. Phyſic. T. Co.64.
5 Compoſitum eſt omne, cui attribuitur fieri. 1. Phyſic. T. Co.64.
9 Compoſitũ reſoluitur in ea, ex qb9 cõponitur. 3. Phy. T. Co.45. & 11. Metaph. c.9.E
7 Cõpoſitũ nihil eſſe põt ex iis, q̃ nõ ſunt. 4. Phyſic. T. Co.88.
8 Compoſitum ex finitis, finitum ſit, neceſſe eſt. 1. de Cæl. T. Co.34.
9 Compoſitũ oẽ poſterius eſt ſuis ſimplicib9 2. de Cæl. T. Co.22.
10 Cõpoſitionẽ quidã dixerũt, eſſe gñationẽ ex elementis. 3. de Cæl. T. Co.42.
11 Cõpoſita ex homiomeris, id eſt ſimilarib9, & quorũ gr̃a ſunt homiomera, notiora ſũt q̃ ipã homiomera. 4. Meteor. T. Co.54.
12 Cõpoſitum licet nõ ſit puſillũ, cõſtat tñ ex puſillis. 5. Polit. c.8.A.
13 Cõpoſitũ eſt magis ſubſtãtia q̃ materia, qa cõpoſito cõuenit illud, qđ eſt ſubſtãtiæ, ſcilicet eſſe ſeparabile, & eſſe hoc aliqd. 7. Metaphy. T. Co.8.
14 Compoſito prior eſt materia & forma. 7. Metaphy. T. Co.8.9.
15 Compoſitũ ex materia & forma ſubſtãtia manifeſta eſt. 7. Metaphy. T. Co.9.
16 Compoſitũ eſt, qđ gñatur ab agẽte. 7. Metaphy. T. Co.27.
17 Cõpoſitũ oẽ fit unũ ex multis, nõ ut aceruus, ſed ut ſyllaba. 7. Metaphy. T. Co.60.
18 Cõpoſitũ eſt, qđ cõſtat ex materia & forma, cui9 ſolius eſt gñatio & corruptio, & ẽ ſeparabile ſimpliciter. 8. Metaph. T. Co.3.
19 Cõpoſitum & cõpoſiti eſſe nõ eſt idem. 8. Metaphy. T. Co.8.
20 Cõpoſitum eſt, qđ gñatur aut efficit̃. 8. Metaphy. T. Co.8.
21 Cõpoſitũ ex materia & forma ſubſtãtia tertia eſt ab illis ſcilicet materia & forma. 12. Metaphy. T. Co.14. Quære Totũ.

CONCAVVM.

1 Cõcauũ & cõuexũ nõ ſolũ relatiue opponũtur, ſed etiã ſimul ſumpta opponuntur recto. 1. de Cæl. T. Co.25.
2 Cõcaua corpora ſonora ſũt, & plures ſonos ædũt ꝑpter aerẽ repcuſſum. Nã aer agitatus in cõcauis recte exire nõ põt. 2. de Aĩa T. Co.78.
3 Cõcauũ & cõuexũ idẽ ſunt re, differũt tñ rõne. 1. Ethic. c.13.B.
4 Concauum & conuexum cõtraria ſunt inter ſe ſicut magnum & paruũ. Mechanicorum. c.1.C. Quære Conuexum.

CONCENTVS. Quære Hormonia.

CONCEPTVS. Pro animæ notione.

1 Cõceptuum in anima uoces ſunt ſigna. 1. Periher. c.1.A.
2 Conceptus rerum idem ſunt apud oẽs 1. Periher. c.1.A. Quære Anima. Notio.

CONCLVSIO. Quæ ex præmiſſis ſequitur in ſyllogiſmo,

1 Concluſio omnis aut uera eſt aut falſa neceſſario. 2. Prior. c.2.A.
2 Cõcluſiones quæ, & quales, & quomõ debeant fieri in quibuſcũq; ſyllogiſmis, & in quibuſcũq; modis & figuris, uide in dictione Syllogiſmus
3 Concluſio quo ordine ſe habet ad præmiſſas in demoſtrationibus ſcilicet ꝙ prius tẽpore cognoſci poteſt maior concluſione, & ꝙ cognita minore, ſimul tẽpore cognoſcat̃ concluſio, oſtẽdit̃. 1. Poſter. T. Co.3.
4 Concluſio quodãmodo ſcitur, ante q̃ fiat inductio, aut ſyllogiſmus, quodammodo non ſcitur, quia ſimpliciter nõ ſcit̃, ſed ſcit̃ ſcd̃m quid. 1. Poſter. T. Co.3.
5 Cõcluſioni minus credere oportet q̃ principiis. 1. Poſter. T. Co.5.
6 Cõcluſio neceſſaria ſequitur ex medio neceſſario. 1. Poſter. T. Co.17.
7 Concluſio eſt, quæ demonſtratur. 1. Poſter. T. Co.22.
8 Concluſio ſi falſa eſt, ex falſis illata eſt. 1.
9 Concluſiones infinitæ ſunt. 1. Poſter, T. Co.43.
10 Cõcluſio per ſyllogiſmũ probata abſoluit ab interrogatione. 2. Poſter. T. Co.4.
11 Cõcluſiones ultimas faciles eſt ſuſtinere, difficile uero probare, 8. Topic. c.2.H.
12 Concluſionem qui colligere uolunt ex improbabilioribns, q̃ ſit ipſa concluſio, male colligunt. 8. Topic. c.3.H.
13 Concluſio quattuor modis poteſt inpediri a reſpondente, ne inferatur. Primo, ſi interimatur id, ex quo ſequitur. Secundo, in tellectum quærendo quæſtiones. Tertio, ſi fiant inſtantiæ ad interrogata. Quarto, ſi fiant inſtãtiæ ad ducendũ tẽpus, qui modus eſt peſſimus. Ex quibus quattuor modis primus eſt ſolutio recta, reliqui ſunt impedimenta concluſionum. 8. Topi. c.4.A.
14 Concluſio aliquando eſt probabilior præmiſſis, quãdo una præmiſſarum eſt altera probabilior. 8. Topic. c.4.H.
15 Concluſio ſi non eſt, nec præmiſſæ ſunt. 2 Phyſic. T. Co,89.
16 Concluſio & ſignum idem ſunt ſecũdum ueterem linguam. 1. Rhet. c.2.M.
17 Concluſione magis nota ſunt principia. 6 Ethic. c. c. A. Quære agibile. 9. ✳.

COMCOQVERE. CONCOCTIO. Quære Digeſtio. Auis. 6.

CONCORDIA.

1 Condordiam magis q̃ iuſtitiam curant legumlatores, cõcordia uero amicitia quædam eſt. 8. Ethic. c.1.B.
2 Concordia non eſt coopinatio ſeu unitas opinionis, nam poſſumus eiuſdem opinionis eſſe cum ignotis, concordia tamen ad amicitiam attinet, quæ non eſt cum ignotis. 9. Ethic. c.6.A.
3 Cõcordia eſt circa agibilia. 9. Ethic. c.6.A
4 Concordia uidet̃ eſſe amicitia ciuilis. 9. Ethic. c.6.B. Quære diſcordia. Seditio.

CONCVRRERE.

non Concurrere proprium eſt linearum paralellarum. 1. Poſter. T. Co,12.

COMCVPISCIBILIS. Vis animæ.

1 Coucupiſcibilis imperat rationali, quãdo anima fuerit uitioſa. 5. Topic. c.1.C.
2 Cõcupiſcibilis proprium ad aliud eſt obedire rationali, licet aliquando cõtrarium contingat. 5. Topic. c.1.C.
3 Concupiſcibilis uis ſiue potẽtia eſt in parte irrationali animæ. 3. de Aĩa. T. Co.42.

CONDALVS.

Condalus præfectus Mauſoli quo aſtu ex oblatis pecunias collegerit, oſtenditur Oeconom. Publi.

CONDEMNATVS. Quære Dãnat9.

CONDIMENTVN. Quære Cib9. 4.

CONDVCERE. Vt opponit̃ Locare,

Conducere ſi nõ eſt turpe, ne locare turpe erit. dixit Diomedon. 2. Rhetor. c.23.B.

CONFIDENTIA. CONFIDERE.

1 Confidere non oportet nimium in proſpera fortuna, ſed in iis, quæ in nobis ſunt. 2. 1. Rhetor. c.9.L.
2 Confidentia timori opponitur, qui uero ſint confidentes, & ex quibus, oſtendit̃. 2.
3 Confidere eſt hominis bene ſperantis, 3. Ethic. c.7. Quære Fortis.

CONFIRMATIO. Pars orationis rhetoricæ, qua confirmamus noſtra.

Confirmatio quibus conſtet, & quo mõ, & quãdo fieri debeat, oſtenditur. 3. Rhetor. c.17. per totum. & Rhetor. ad Alexandr. c.29. per totum.

CONFVTATIO. Qua aduerſarii dicta & probationes refellimus.

Confutatio quibus conſtet, habes. 3. Rhetor. c.17. per totum.

CONIECTATIO.

1 Coniectatio bona, quæ a quibuſdam ſolertia dicitur, eſt ſubtilitas medii inueniēdi in imperceptibili tēpore. 1. Poſter. T. Co. 45.

2 Coniectatio bona non eſt cōſultatio, quia coniectatio ſine inquiſitione rationis fit, conſultatio uero longo temporis ſpacio eget. 6. Ethic. c. 9. A.

CONIECTVRA. Qua aliquando non oīno manifeſtū ex ſignis qbuſdā colligimꝰ

Coniectura quid ſit, & quomō ea utendū ſit, & quid efficiat, oſtenditur. Rhetor. ad Alexādr. c. 7. per totum.

CONIVGIVM.

1 Coniugia illa cito ſoluuntur, ubi non interſunt liberi. 8. Ethic. c. 12. C.

2 Cōiugium eſt una inter eas cōmuniones, quæ proprie ſunt ciuitatis. 3. Polit. c. 6. D.

3 Cōiugia ita cōtrahenda ſunt, ut uterq; cōiugū ſuo munere fungat̃. 7. Polit. c. 16. A.

4 Coniugia fieri utroq; coniugum iam ætatis perfectæ prodeſt ad continētiam, nam puellæ ſi ueneri aſſueſcant, intēperatiores euadunt, & mares creſcere impediūtur. 7. Polit. c. 16. B. Quære Adoleſcens. 6.

5 Coniugia cōtrahēda ſunt ita, ut uir & mulier cōcurrant ætatibus, ut cū uir fuerit ſeptuagenarius, mulier ſit quinquagenaria. Quæ tpora ſūt fines gignēdi uiro & mulieri, ſcilicet annus ſeptuageſimꝰ uiro, mulieri quinquageſimꝰ. 7. Polit. c. 16. A. Quære Maritus. Vir. Vxor.

CONIVGATA. Quæ ab uno deſcēdētia uariis modis inflectūtur, locꝰ argumētationis dialecticæ & rhetoricæ a cōiugatis.

1 Coniugata dicuntur ſecundū eandē cōiugationē, ut iuſtitia iuſtus iuſtitiæ iuſte fortitudini fortia fortiter. 2. Topic. c. 3. L.

2 a Cōiugatis eſt locus maxime communis & opportunus. 3. Topic. c. 4. D.

144 circa Diffinitionem dubia duo ponũtur, & ſoluũtur. 7. Metaphy. T.Co.17. & ultra.

145 Diffinitio quodãmodo eſt ſolius ſubſtãtiæ, & ipſius quod quid erat eſſe, quodammodo etiam aliorum prædicamentorum. 7. Metaphy. T.Co.19.

146 Diffinitio omĩs ratio ſeu oratio eſt, & omnis oratio ꝑtes habet. Vt ſic ſe habeat tota oratio ad rem, ſicut partes orationis ad partes rei. 7. Metaphy. T.Co.33. & 8. Metaphy. T.Co.2.

147 in Diffinitione poni debent partes ſecũdũ ſpeciem. 7. Metaphy. T.Co.35.

148 Diffinitio eſt ſpeciei & uniuerſalis. 7. Metaphy. T.Co.37.

149 Diffinitio quomodo ſit una, licet conſtet ex partibus, declaratur, & quæ uidentur eſſe contraria, ſoluuntur. 7. Metaphyſi. T. Co.42. & ultra.

150 in Diffinitionibus nihil aliud eſt q̃ primũ genꝰ & differẽtia. 7. Metaphyſi. T.Co.43.

151 Diffinitio ratio eſt, quæ ex differentia conſtat. 7. Metaphyſi. T.Co.43.

152 Diffinitionis unitatem non impedit multitudo differentiarum, ſi recte ſumantur. 7. Metaphy. T.Co.43.

153 Diffinitio aut ſolius ſubſtãtiæ aut maxime eſt. 7. Metaphy. T.Co.50.

154 Diffinitio nõ eſt ſingularium ſenſibiliũ. 7. Metaphy. T.Co.53.

155 Diffinitio ꝑ multos terminos datur, quia per unum nomen ſeu terminum non poteſt dari, maneret enim ignotum & obſcurum, quod diffinitur. 7. Metaphyſic. T. Co.54.

156 Diffinitio eſt ratio quiditatis, ſeu quod q̃d erat eſſe. 8. Metaphy. T.Co.2.

157 Diffinitiones, quæ dantur per materiam & formam, Archytas approbat. 8. Metaphyſi. T.Co.6.

158 Diffinitionis partes, quæ ſumũtur ex differentiis, pertinent ad formam, quæ uero pertinent ad materiam, ſumuntur ex eis, quæ inſunt. 8. Metaphy. T.Co.6.

159 Diffinitio quæ datur per materiam tantũ, aut per formam tantum, imperfecta eſt, quæ uero datur per materiam & formam, ꝑfecta diffinitio eſt. 8. Metaphy. T.Co.6.

160 Diffinitio eſt ratio ſeu oratio longa. 8. Metaphyſic. T.Co.9.

161 Diffinitio diuiſibilis eſt, & ad aliqua indiuiſibilia terminatur, quia diffinitiones non procedũt in infinitũ. 8. Metaph. T.Co.10

162 Diffinitio licet ex pluribus conſtet, eſt tamen per ſe una ſicut numerus. 8. Metaphy. T.Co.10.

163 Diffinitiones, quocũq; addito, uel ablato, uariantur, ſicut numeri. 8. Metaphyſicor. T.Co.10.

164 Diffinitio quomodo ſit una, licet ex pluribus partibus conſtet, oſtenditur. 8. Metaphyſic. T.Co.15.16.

165 Diffinitio eſt una, non coniunctione, ſed quia unius. 8. Metaphyſic. T.Co.15.

166 Diffinitio uniuerſalis iure poteſt Socrati attribui. 13. Metaphyſic. c.4.B.

167 Diffinitiones uniuerſales licet Socrates induxerit, non tamen a ſingularibus ſeparauit. 13. Metaphyſi.c.9.I

## DIFFINIBILE. DIFFINIRE. DIFFINITVM. DIFFINITIVVM.

1 Diffinibile omne nõ eſt demõſtrabile. 2. Poſter. T.Co.2.

2 Diffinibile omne ſi eſt demõſtrabile, ſequitur, demonſtrabilis eſſe ſcientiam ſine demonſtratione, quod eſt impoſſibile. 2. Poſter. T.Co.2.

3 Diffinibili quæ inſunt, quædã excedũt ipſum diffinibile, non tamen excedunt genꝰ eius, q̃dam tñ excedũt & diffinibile & eius genus. 2. Poſter. T.Co.17.

4 Diffinitur facilius minus uniuerſale q̃ magis uniuerſale. 2. Poſter. T.Co.22

5 Diffinibile omne aut diffinitur per materiã aut ſine materia. 6. Metaphy. T.Co.2.

6 Diffinire nõ poterimus, niſi ſciamus, quæ ſint partes ſpeciei. 7. Metaphy. T.Co.37.

7 Diffinitũ unũ eſt. 7. Metaphy. T.Co.42.

8 Diffinitiua ratio aliquid de aliquo ſignificat. 8. Metaphy. T.Co.9.

9 Diffiniri nihil poſſe, dicebant Antiſthenici. 8. Metaphyſic. T.Co.9.

10 Diffiniri quod debet, oportet, q̃d ſit compoſitum, ſiue ſit ſubſtantia intellectualis ſiue ſenſibilis. 8. Metaphy. T.Co.9. Quære Diffinitio. *

## DIGESTIO. DIGESTVM.

1 Digeſta omnia nata ſunt conſtare, & craſſa eſſe. 2. Meteor.c.3.H.

2 Digeſtio opus eſt calidi. 4. Meteor. T. Cõm.14.

3 Digeſtionis ſpecies tres ſunt, ſcilicet Pepanſis, id eſt, maturatio. Hepſeſis, id eſt, elixatio. Opteſis, id eſt aſſatio. 4. Meteor. T.Co.14.

4 Digeſtionis contrariæ ſpecies nominibꝰ propriis carent, quanuis appellemꝰ maturationi contrariã Omoten, ideſt, cruditatem, elixationi contrariam molynſim, id eſt inquinationem, aſſationi contrariam ſtateuſim, id eſt, excaldationem. 4. Meteor. T.Co.14.

5 Digeſtio eſt ꝑfectio, quæ a naturali & proprio calido ex oppoſitis fit paſſiuis, q̃ propria unicuiq; materia exiſtunt. 4. Meteor. T.Co.15. & 19.

6 Digeſtionis perfectæ principiũ prouenit a caliditate propria, q̃uis ab externis auxilium habeat aliquando per balnea & alia, interior tamen calor principiũ occupat. 4. Meteor. T.Co.15. Quære Balneũ.2.

7 Digeſtum cum aliquid factum fuerit, perfectum eſt. 4. Meteor. T.Co.15.

8 Digeſta ſunt illa, quorũ materia & humiditas uicta fuit a caliditate intrinſeca. 4. Meteor. T.Co.15.

9 Digeſta oĩa calidiora ſunt & craſſiora, quia calidũ euincens humidum efficit illud melioris molis & ſiccius. 4. Meteor. T.Co.16.

10 Digeſtionis finis qbuſdã eſt natura, quã formam & ſpeciem dicimꝰ, aliis autem eſt finis ad ſubiectam quandam formam, ut humor qui elixabatur, uel torrebat̃, aut aliquo modo caleſit, & talis & tãtus fit. 4. Meteor. T.Co.16.

11 Digeſtio alimenti in corpore animalis elixationi ſimilis eſt, quia fit a calore corporis in humido. 4. Meteor. T.Co.28.

12 in Digeſtione nõ fiunt uermes, ſed in excrementis, quæ putreſcunt in aluo inferiori, & ab eo aſcendunt ſurſum. 4. Meteor. T.Co.28.

13 Digeſtione facta, expergiſcitur animal a ſomno, quia calor euicit. de Somn. & Vigil. c.3.N.

14 Digeſtionẽ operantur cætera mẽbra gr̃a cordis. de Iuuent. & ſenect. c.2.A.

15 Digeſtio nutrimenti primo fit in ore, ſed imperfecte, deinde in ſtomacho. de Iuuẽt. & ſenect. c.2.A.

16 Digeſtionem cor potiſſimum operatur, & ei finẽ imponit. de Iuuẽt. & Senect. c.2. A

17 Digeſtionẽ cõplent oĩa animalia calore naturali. de Reſpirat. c.4.A.

18 Digeſtio non fit ſine anima & calore naturali. de Reſpirat. c.4.A.

19 Digeri ſeu concoqui facile poſſunt auium carnes. 6. Ethic. c.7.C. ✳.

DIGITVS.

Digitis mutatis, unum duo uidẽtur, licet uiſus nõ fallatur & iudicet unum, ſicut eſt, tactus uero facilius decipitur, q̃ uiſus. de Somniis. c.2.N. Quære Manus. ✳.

DIGNITAS. Quam ἀξίωμα græci dicunt. Latini profatum aut affatum aut proloquium aut pronũciatum. Immediatam propoſitionem dicunt iuniores.

1 Dignitates ſunt, ex quibus eſt demonſtratio. 1. Poſter. T.Co.22.

2 Dignitas non eſt ſuppoſitio, nec petitio, quia dignitas eſt neceſſaria intelligibilis propter ſe, ſuppoſitio aut petitio non. 1. Poſter. T.Co.25.

3 contra Dignitatem non fit inſtantia. 1. Poſter. T.Co.26.

4 Dignitatem negatiuam nulla demonſtratio oſtenſiua recipit, niſi ſecundum accidens. 1. Poſter. T.Co.26.

5 Dignitatibus utuntur omnes ſcientiæ demonſtratiuæ. 3. Metaphyſi. T. Co.4.

6 Dignitates uniuerſaliter & maxime omniũ ſunt principia. 3. Metaphy. T.Co.4.

7 Dignitates, quæ ſunt principia in mathematicis, eſſe metaphyſicæ conſyderationis, probatur. 4. Metaphy. T.Co.7.

8 Dignitas omnium dignitatum eſt, de quolibet eſſe uel non eſſe & de nullo ambo ſimul. Ad quam reducuntur omnes demõſtrationes. 4. Metaphy. T.Co.9. Quære Demonſtratio. Principium.

DIGNITAS. Qua aliquis dignus eſt aliquo, ut magiſtratus honore.

1 Dignitas ad bona externa dicit̃. 4. Ethic. ca.3.B.

2 Dignitas ciuilis non eſt eadẽ apud omnes reſpublicas, ſed alia apd̃ alias. Vt apud populares libertas, apud paucos potẽtes diuitiæ, apud optimates uirtꝰ. 5. Ethic. c.3. B.

DIIOPEIA.

Diiopeia Muſæi uxor, aut Triptolemi mater. Quære Athenienſes.4.

DILIGENTIA

Diligentia omnibus rebus prodeſt. 4. Ethic. c.1.D.

DILVVIVM.

Diluuium quãdo, & quomodo fiat. Quære Cataclyſmus.

DIMENSIO. Corporis.

Dimenſiones, quibꝰ corpora diſtinguuntur, ſex ſunt, ſcilicet ſurſum & deorſum, dextrũ & ſiniſtrũ, ante & retro. de Cõm.



animali greſ. c.1.C. Quære Lõgitudo. Latitudo. Altitudo. Profunditas. Corpus. Dextrum. Siniſtrum. Surſum. Deorſum. Ante Retro. ✳

DIMINVTIO. Color rhetoricus. Quære Attenuatio.

DIMINVTIO. Vt opponitur augmentationi.

1 Diminutio ſpecies motus eſt. Prædicam. c.13.A.

2 Diminutio contraria eſt augmentationi. Prædicament. c.13. B. Quære Augmentatio.

DIMINVTVM. Quære Mutilum.

DINOTES. Aſtutus, habilis, callidus, Dinotica. Aſtutia. Habilitas. Calliditas. Quære Calliditas.

DIOCLES. Quære Philolaus.1.

DIOGENES. Philoſophus.

1 Diogenes appolloniates recte dixit, ꝙ ſi ex uno omnia non fierent, nequaq̃ poſſint uiciſſim agere aut pati, uerbi gratia calidum frigefieri, & idem rurſus calefieri. Non eñ calor & frigus in ſe ſe mutuo trãſeunt, ſed ipm̃ ſubiectum mutationem ſuſcipit. 1. de Gene. T.Co.43.

2 Diogenes ſicut & alii qdã dixit, aĩam ẽẽ aerẽ, qa dicebat aerẽ eſſe prĩcipiũ oĩm & ſubtiliſſimum, & animam mouere corpus, qa ſubtiliſſima eſt, & cognoſcere, quia prima. 1. de Aĩa. T.Co.32.

3 Diogenes dixit, omnia animalia ſpirare, & piſces etiam, quos dixit ſpirare, cũ euomũt aquam per branchias, ex eo humore, qui ori circũquaq; adiacet. Aerẽ opera uacui in ore exiſtentis trahere aſſeruit, quaſi quidam aer eſſet in aqua. de Reſpirat. c.1.D.

4 Diogenes dixit, ideo piſces extra aquam mori, quia attrahũt multum aeris. Quæ ratio ſtulta eſt, quia greſſibilia etiam interirẽt eo modo, cum tamen nullum greſſile aĩal ſuffocari uidetur, eo ꝙ uehementer ſpiret. de Reſpirat. c.1.H.

5 Diogenis appolloniatæ opinio de Nili augmento ponitur. de Nilo. B.

6 Diogenes aerem ponit priorẽ aqua, & maxime principium omnium rerum. 1. Metaphy. c.3.E. ✳

DIOMEDES. Rex Aetoliæ poetarũ fabulis notiſſimus, cum quo arma aurea pro æreis permutauit Glaucus. Quod ipm̃ in prouerbium abiit, quoties ſignificare uolumus inæqualem rerum permutationem. Et Diomedis aues, in quas Diomedis ſocios conuerſos poetæ fabulantur. Has alii cataractas, alii erodios uocant.

1 Diomedi ſua arma precioſiora tradidit Glaucus pro uilioribus. 5. Ethic. c.9.C.

2 Diomedis inſula in Adriatico ſinu poſita adiacet Italiæ. In q̃ ſacellũ dicatũ eſt Diomedi, ubi ſunt aues Diomedis, quæ oĩes laniant & diſcerpũt præter Græcos. de Admirand. Audit.69.

3 Diomedes ab Aenea fuit dolo interceptus de Admirand. Audit.69.

4 Diomedis arma & ſecures repoſitæ ſũt in templo Palladis Achaicæ. de Admirand. Audit.50.

DIOMEDON. Publicanus quidam.

Diomedon publicanorum princeps dixit. Si uobis locare turpe non eſt, nec nobis cõducere. Quo oſtenditur, ſi iuſte ac bene agere ineſt alteri, & pati inerit alteri. Et ſi imperaſſe iuſtum, etiam feciſſe iuſtũ. 2. Rhetor. c.23.B.

DION. Syracuſanus.

Dion interfectus eſt, licet Dionyſium poſteriorem tyrannide expulerit. 5. Politi. c.10.H.O. Quære Tyrannis.19.

DION. Alius a ſuperiori.

Dion. 1. Rhetor. c.12.H.

DIONYSIA. Bacchi ſacra. Quære Elis.1

DIONYSIVS. Syracuſanus tyrãnus, & eius filius DIONYSIVS.

1 Dionyſius præſidium petẽs per inſidias tyrannidem occupauit Syracuſis. Quod plures etiam feciſſe referuntur. 1. Rhet. c.2.O Quære Piſiſtratus.1. Theagenes.

2 Dionyſii ſuperioris filius furioſus fuit, cum pater ingenioſus fuerit. Nam frequẽter accidit, in uirorum generibus ut in agris, in quibus fertilitas aliquando eſt, aliquando ſterilitas. Et ingenioſi patres degenerãt in furioſos filios. 2. Rhet. c.15.A

3 Dionyſius tyrannus adeo immanis & crudelis fuit, ut dubitetur, fuerit ne fera deterior. 2. Magnor. Mor. c.6.N.

4 Dionyſius expulit Syracuſis quendam, q ferri monopoliam exercebat, ut inutilem ſuis rebus. 1. Politi. c.7.F.

5 Dionyſio poſtulante circa ſe habere aliquos cuſtodiæ cauſa, reſpondit quidam, tot eſſe etiam dandos Syracuſanis. 3. Polit. c.11.F.

6 Dionyſius accuſans Daphnæum & diuites tyrannidem meruit obtinere Syracuſis ꝑpter inimicitiam nobilitatis, præſtita ſibi fide a populo, quaſi popularis eſſet. 5. Politico. c.5.D.

7 Dionyſio tyrannidẽ parauit Hipparinus Syracuſis. 5. Polit. c.6.C.

8 Dionyſius tyrannus apud Syracuſas.5.Politic.c.10.B.
9 Dionyſius poſterior, qa ſemp ebrius erat, cõtemptui habitus eſt a Dione, & ideo pulſus fuit a Syracuſanorũ tyrannide.5.Polit.c.10.E.Quære Ebrius.8.
10 Dionyſius poſterior. Quære Dion Syracuſanus. Tyrannus.
11 Dionyſio tenẽte Syracuſas, in annis quinque conſumptæ ſunt ciuium facultates in ꝑendendis tributis.5.Polit.c.11.C.
12 Dionyſius quo aſtu & quibus dolis a ciuibus & aliis etiam a tẽplis ꝑecunias extorſerit, habes.Oecon.Publi.F.G.P.
13 Dionyſius bello cepit Rhegium. Oecon. Publ.Quære Alcimedes.
DIONYSIVS. Philoſophus.
DIONYSIVS. Poeta.
1 Dionyſius ſimiles ſcriptores imitatus eſt. in Poetic.c.1.D.
2 Dionyſius diffiniuit uitam eſſe motum generi nutriendi naturaliter inſeruientem.6 Topic.c.5.A.Quære Poeſis.17.
DYRRACHIVM.Quære Epidãnus.
DISCERE. DISCIPLINA. DISCIPLINABILE.
1 Diſciplina ois intellectiua ex præexiſtente cognitione fit, qđ inductiõe ꝓbatur in ſciẽtiis ſpeculatiuis & practicis.Nam & q̃ mathematicæ appellantur, hoc modo ꝑficiuntur, & unaquæq; reliquarum artium. Similiter etiam & circa diſputationes, quæ ꝑ ſyllogiſmos aut inductionem procedunt, euenire ſolet.Eodem modo & facultatis rhetoricæ orationes ex præexiſtente cognitione ſuadẽt. 1.Poſt.T.Co.1.
2 qđ Diſcit aliqs, cõtingit quodãmodo ſcire quodãmõ ignorare.Nam ſcit quidẽ in uniuerſali, ignorat in particulari.1.Poſterior. T.Co.4.
3 Diſciplina eadem eſt oppoſitorum.5.Topico.c.4.M.
4 Diſcẽtem oportet credere.1.Elen.c.2.B.
5 Diſcens quomodo mutetur.2.de Anima. T.Co.56.58.
6 Diſcere bis eandem rem cõtingit.de Memo.& Remi.c.2.C.
7 Diſcere iucundum eſt, nam in diſcendo reditus eſt in naturam.1.Rhet.c.11.H.&.3. Rhetor.c.10.A.
8 in Diſciplinis tradendis primo minus ꝑfecta & rudia tradenda ſunt, deinde expedire. Secundo non eſt feſtinandũ, ſed expectandum tempus. Tertio, ſecundum q; patitur materia tractare. Quarto, modus eſt ſeruandus, ut quouſq; tractanda ſit diſciplina, tradatur. Quinto, non eſt quærẽda cauſa propter quid in omnibus diſciplinis.1. Ethic.c.7.E
9 qui Diſcunt primo, orationes quidem nectunt, ſed non ſtatim ſciunt, at oportet, q; eorum mẽtibus inſideat, quod eget mora temporis.7. Ethic.3.D.
10 Diſciplinæ iuſtiſſime ſibi uendicant honorem.3. Polit.c.8. C.
11 Diſcere nõ minus difficile eſt quæ oblitus fueris, q̃ quæ non didiceris.4.Pol.c.1.C.
12 Diſciplinæ in duas ætates diuiduntur, alteram a ſeptimo anno uſq; ad pubertatẽ, alteram a pubertate uſq; ad uiceſimum primũ annum.7.Polit.c.17.D.
13 Diſciplina omnis uult implere id, quod deeſt naturæ.7.Polit.c.17.D.
14 Diſciplinabilia non poſſunt eſſe animalia auditu carentia, licet poſſint eſſe prudentia.1. Metaphyſi.c.1.B.Quære Apes.8.
15 Diſciplina omnis ꝑ ante nota fit.1.Metaphyſi.T.Co.48.
16 Diſciplina fit in omnibus per minus nota naturæ ad magis nota.7.Metaphyſicor. T.Co.10.✳
DISCORDIA.
Diſcordiæ eorum, qui multum ualent in republica, ſtatim diſſoluẽdæ ſunt, alioqui grande malum parient reipublicæ. Nam huiuſmodi diſcordiæ totam poſt ſe trahũt ciuitatem.5. Politicor.c.4.A. Quære Seditio.
DISPENSARE. Rem familiarem, & DISPENSATIO.
1 Diſpenſationes, quibus res familiares parari & conſeruari poſſint, ſunt Attica, Perſica, & Laconica.1.Oecon.c.6.A.
2 Diſpenſationes quattuor ſunt, ſcilicet regia, ſatrapica, quæ & præfectoria, ciuilis & priuata, de qbus habes. Oecon.Publ.A.
3 Diſpenſare qui aliqua debet, opus eſt ei, ut tria habeat. Primo, locorum cognitionẽ, circa quæ negociatur. Secundo, ut ſit laboris patiens. Tertio, ut ſit iuſtus.Oeconom. Public.A.B.
DISPOSITIO. Affectio quædam, ut differt ab habitu.
1 Diſpoſitio ad aliquid eſt, quia alicuius diſpoſitio.Prædicam.c.7.A.
2 Diſpoſitio in prima ſpecie qualitatis eſt. Prædicam.c.8.A.
3 Diſpoſitio minus ꝑmanens & minus diuturna eſt q̃ habitus. Vt ſcientiæ & uirtutes, quæ difficile tolluntur, ſi quis uel mediocriter ſumat ſciẽtiã, niſi grãdis ꝑmutatio facta ſit, uel ab ægritudie ul' ab aliquo hmõi.



Idem etiam dicendũ de uirtutibus. Diſpoſitiones uero facile mutari poſſunt, quia ſubiectũ tenuiter affectum eſt ab eis. Vnde habitus & diſpoſitio differũt ſecũdum difficultatem & facilitatem, a ſubiecto ut remoueãtur. Vnde habitus & diſpoſitiões ſunt, diſpoſitiones uero non neceſſe eſt habitus eſſe. Qui enim retinẽt habitum, quodammodo diſpoſiti ſunt ad ea quæ habẽt, qui autem diſpoſiti ſunt, non omnino retinent habitum. Prædicament.c.8.A.
4 Diſpoſitiones tanto ſunt nobiliores, quanto ſunt melioris ſubiecti.7.Politi.c.1.C.
5 Diſpoſitio dicitur tripliciter. Primo dicit ordo partium in loco. Secundo ordo partium ſecundum potentiam aut uirtutem. Tertio ordo partium ſecundum ſpeciem aut figuram.5. Metaphy.T.Co.24.Quære Accidens.Affectio.Qualitas.
DISPVTARE.DISPVTATIO.
1 Diſputare non conuenit in metaphoris, ſicut nec diffinire per metaphoras.2.Poſte. T.Com.22.
2 Diſputationum litigioſarum principia ſtatim apparent manifeſte falſa etiam iis, qui parua uidere poſſunt.1. Topic.c.1.B.
3 ad Diſputationem utilis eſt diffinitio æquiuoci.1. Top.c.14.C.
4 Diſputatio de nomine omnino eſt uitãda dialectico, niſi aliter non poſſit de propoſito diſſerere.1. Top.c.14.C.
5 Diſputatio dialectica poteſt in duob⁹ ꝑccare, aut in aſſumendo manifeſte falſum, aut in trãſgrediendo locutionis modum, & ſi utatur metaphoris.2. Top.c.1.C.
6 Diſputantium alterũ uincere, neceſſe eſt. 8.Topic.c.4.C.
7 Diſputatio aliquãdo praua eſt ex parte opponentis, aliquando ex parte reſpondẽtis, aliquando ex parte utriuſq;.8. Top.c.4.C
8 in Diſputationibus maximi momenti eſt, eſſe promptum & copioſum in diffinitionibus.8. Topic.c.5.F.
9 Diſputatio doctrinalis eſt, quæ ex ꝓpriis principiis cuiuſcunq; diſciplinæ & non ex illis, quæ uidentur, colligit.1.Elẽch.c.2.B.
10 Diſputatiõis ſpecies quattuor ſunt ſcilicet doctrinalis, dialectica, tentatiua, contẽtioſa.1.Elench.c.2.B.
11 Diſputatio iucunda eſt aſſuetis & potentibus, quia uictoria in diſputatiõe eſt.1.Rhetor.c.11.F.
12 Diſputare aufertur, nominibus nil ſignificantibus.4.Metaphy. T.Co.10. Quære Dialectica.Interrogans.Reſpondens. Sophiſta.✳.
DISQVISITOR.Quære Iudex.
DISSIMILE.DISSIMILITVDO.
1 Diſſimilia potius dicentur, quæ quãtitatẽ nõ habent, q̃ quanta. Nam de quantis dicimus æquale uel inæquale. Prædicamen. c.6.E.
2 Diſſimile & ſimile ſecundum ſolam qualitatem dicitur.Prædicament.c.8.L.
3 Diſſimilia omnino eſſe debere, inter quæ fiat actio & paſſio, quidam dixerunt.1. de Gener.T.Co.46.47.
4 inter Diſſimilia omnino nõ põt fieri actio aut paſſio per ſe, ſed per accidens.1. de Gener.T.Co.49.
5 propter Diſſimilitudinem ciuium, ut puta indigenarum & aduenarum oriuntur ſæpe ſeditiones.5.Polit.c3.E.
6 Diſſimile multipliciter dicitur, quia oppoſitum eius, ſcilicet unum, multipliciter dicitur.4.Metaphyſi.T.Co.4.
7 Diſſimilia tot modis dicũtur, quot modis dicuntur ſimilia, quia ſimile & diſſimile opponuntur.5. Metaphyſic. T. qui non habet Auerrois commentum & ſequitur.T. Co.15.
8 Diſſimile conſequitur multitudinem.10. Metaph.T.Co.10.Quære Simile.
DISSIMVLATIO. Vitium oppoſitum ueritati per defectũ. DISSIMVLARE.
DISSIMVLATOR. Qui diſſimulatiõis uitio laborat.
1 Diſſimulatio opponitur ueritati per defectum.2.Ethic.c.7.D.&.4.Ethi.c.7.A.& 1.Magnor.Mor.c.7.A.
2 Diſſimulare uel parua uel manifeſta delicti ſimulq; malitioſi eſt, & facile ſperni põt, atq; id ipm arrogãtia uidetur interdũ. Nã nimia defectio ad arrogãtiam pertinet.4. Ethic.c.7.C.
3 qui Diſſimulant ea, ꝓ quibus hoies laudantur, aut beati eſſe dicuntur, arrogãtes ſunt 4.Ethic.c.7.D.
4 Diſſimulator negare ſolet & imminuere, q̃ ſibi inſunt.4.Ethic.c.7.A.
5 Diſſimulator minus uituꝑabilis eſt q̃ arrogãs, licet uterq; uitioſus ſit & mẽdax, qa uerũ probum eſt & laudabile, mẽdacium improbum & uituperabile.4.Ethic.c.7.B
6 Diſſimulatores attenuãtes ſua elegãtiores moribus eſſe uidentur, quia nõ uidẽtur id facere lucri cauſa, ſed ut fugiant tumiditatem. Maxie aũt hi negãt ea, q̃ ſunt ꝑclara, ut Socrates faciebat.4. Ethic.c.7.C.
7 Diſſimulatio eſt min⁹ ſibi tribuere, q̃ adſit. 1.Magnor.Mor.c.7.A.
8 Diſſimulator opponit̃ ueraci ꝑ defectum,

& minora ſua eſſe ſimulat, q̃ ſint, & q̃ nouit diffitet, & occultat, q̃ cognoſcit. 1. Magno. Mor. c. 33. A. ✳. Supercilium. 3.

DISSOLVTA MEMBRA. Quæ græci paralytica dicunt. Quære Paralytica.

DISSOLVTA. In oratione q̃n uidelicet plures dictiones generis eiuſdẽ proferunt ſine cõiunctionibus, qui etiam articuli dicuntur a Cicerone.

Diſſoluta proprium quidam habent, in eodem enim tempore multa dicere uidẽtur. Nam cum coniunctio multa unum faciat, patet econtrario, ꝙ unum erit multa, ſi cõiunctio tollatur, quare amplificat. Vt ueni, dixi, ſupplicaui. 3. Rhet. c. 12. C.

DISSOLVTVS. Moribus.

Diſſolute uiuere dulcius eſt pleriſq;, q̃ uiuere modeſte. 6. Polit. c. 4. F.

DISSVASIO. Circa quam & ei oppoſitã ſuaſionem uerſatur genus deliberatiuum.

Diſſuaſio ſuaſiõi oppoſita eſt, & diſſuadẽs contraria ſuadenti dicere debet. Rhet. ad Alexã. c. 1. A. Quære Deliberatiuũ gen9.

DISTANTIA. Pro interuallo.

1 Diſtantiam magnã uel paruam impedire corpora a ſuo motu & inclinatione, abſurdum eſt dicere. 1. de Cæl. T. Co. 81.

2 Diſtantia maior uel minor non uariat ſpeciem motus. 1. de Cæl. T. Co. 81.

DISTINCTIO. Quære Materia. 49.

DISTINGVERE.

Diſtinguenda ſunt multiplicia reſpondenti. 8. Topic. c. 3. I.

DITARI. Diuitem fieri.

1 Ditari licet ſimpliciter nõ ſit melius, imo non æque bonum ut philoſophari, indigẽti tamen melius eſt ditari q̃ philoſophari. 3. Topic. c. 2. F.

2 Ditari facile eſt philoſophis, ſi uelint, ſed hoc non eſſe illis curæ, dixit Thales, & oſtẽdit re ipſa. 1. Polit. c. 7. E. Quære Diues. Diuitiæ. Thales. 9.

DITHYRAMBI. Hymni ſeu carmina in laudẽ Bacchi. Ipſe etiam Bacchus dithyrãbus dict9 παρὰ τὸ δύο θύρασ βῆμαι, hoc eſt ꝙ duplici porta prodierit, ſcilicet aluo matris & Iouis femore.

1 Dithyrãbi melo rhythmõ & carmine utuntur. in Poet. c. 1. C.

2 Dithyrambis conueniunt nomina dupla. in Poet. c. 7. L.

3 Dithyrambis perutilis eſt cõpoſita dictio, quia dithyrambi inflati ſunt. 3. Rhet. c. 3. C

4 Dithyrambus manifeſte uidetur eſſe Phrygiæ melodiæ conueniens. 8. Poli. c. 7. C.

5 Dithyrambis conuenire Phrygiam melodiam, uel ex hoc probatur, ꝙ Philoxenus aggreſſus facere dithyrãbos in fabulis dorice non potuit, ſed ad phrygiam melodiã tractus fuit. 8. Polit. c. 7. D.

DITHYRA. Id eſt biualuia. Quære Plãta. 44.

DIVERSVM. DIVERSITAS.

1 Diuerſum, aut idem licet dicatur genere aut ſpecie, propriiſſime tamen numero dicitur. 7. Topic. c. 1. A.

2 Diuerſum aut idem quando ſint aliqua, & q̃n nõ, habes. 7. Topic. per totum.

3 Diuerſa ſunt inter ſe, q̃ uni tertio non ſunt eadem. 7. Topic. c. 1. E.

4 Diuerſa ſunt, quæ non cõtinentur ſub eodem genere. 7. Topic. c. 1. E.

5 Diuerſa ſunt, quorũ unum ſuſcipit magis aut minus q̃ aliud. 7. Topic. c. 1. D.

6 Diuerſa ſunt, a q̃bus aliquo æq̃liter ablato aut addito, nõ manẽt eadẽ. 7. Top. c. 1. E.

7 Diuerſa ſunt, ex quorũ altero facta eadẽ hypotheſi, ſeq̃tur impoſſibile, ex altero uero nõ ſequitur. 7. Topic. c. 1. F.

8 Diuerſa ſunt, quorũ alterũ dici põt de aliquo, de quo alterũ dici nõ põt, aut de quorum altero aliquid dicitur, quod de altero dici nõ poſſit. 7. Topic. c. 1. F.

9 Diuerſa ſunt, quorũ alterũ ſine altero dici poteſt. 7. Topic. c. 1. F.

10 Diuerſum multipl'r dr̃, q̃a unũ, cui opponitur, multipliciter dr̃. 4. Metaphy. T. Co. 4.

11 Diuerſa dicũtur, quorũ aut ſpecies plures aut materiæ plures, aut rõ ſubſtãtiæ aliud. 5. Metaphy. T. inter. 15. & 16. qui nõ ſequitur ordinem cõmentariorum.

12 Diuerſum opponitur ei, quod dicit̃ idem. 5. Metaphy. T. quo ſupra.

13 Diuerſũ multipl'r dr̃. 5. Meta. T. quo ſupra

14 Diuerſum conſequit̃ multitudinẽ. 10. Metaphy. T. Co. 10.

15 Diuerſũ multis modis dr̃, q̃a idẽ, cui opponit̃, multipl'r dr̃. Nã diuerſũ dr̃, qđ ẽ aliud. Alio mõ dr̃, q̃n nõ ẽ una materia & una rõ. Alio mõ ſicut i mathematicis. 10. Metaphy. T. Co. 11.

16 Diuerſum aut idem nõ dicuntur in nõ entibus. 10. Metaphy. T. Co. 11.

17 Diuerſitas & differẽtia nõ ſunt idẽ, q̃a aliq̃ diuerſa ẽẽ poſſunt a ſe inuicẽ ſe ipſis, & nõ alio, q̃ uero differũt, ꝑ aliq̃d aliud a ſe ipſis differũt. 10. Metap. T. Co. 12. Quære Idẽ

DIVES.

1 Ditiores efficimur nõ ſolũ rerũ acceſſiõe, ſed ẽt expẽſarũ attenuatiõe. 1. Rhe. c. 4. E.

2 Diuitẽ eſſe, magis conſiſtit in utendo, q̃ in poſſidendo. 1. Rhet. c. 5. E.



3 Diuites contumeliam maxime inferũt, q̃a excellere putant. 2. Rhet. c. 2. C.

4 Diuites nuper facti magis alios perturbãt, q̃ ſi a maiorib9 diuitias accepiſſent. 2. Rhetor. c. 9. D.

5 Diuitum mores quales ſint, habes. 2. Rhetor. c. 16. per totum.

6 Diuites contumeliatores ſunt & ſuperbi, quaſi oĩa bona poſſideant. 2. Rhet. c. 16. A.

7 Diuites delicati ſunt, ſibiq; plurimũ arrogant. 2. Rhet. c. 16. A.

8 Diuites dignos ſe putant principatu. 2. Rhet. c. 16. B.

9 Diuitum mores amentis ſimul atq; felicis mores ſunt. 2. Rhet. c. 16. B.

10 Diues nuper fact9 habet diuitias uelut nõ caſtigatas. 2. Rhet. c. 16. B.

11 Diuites minus ſunt, q̃ maxime ſunt digni, ut diuites ſint, ſcilicet liberales. 4. Ethico. c. 1. D.

12 Diues non eſt, qui diligentiã nõ adhibet, ut fiat. 4. Ethic. c. 1. D.

13 Diuites digni cenſentur honore. 4. Ethic. c. 3. D.

14 Diuites maxime uidẽtur egere amicis. Nã quid prodeſt talis proſperitas, beneficentia ſublata, qua in amicos utaris? Nec conſeruari quidẽ ſine amicis poteſt talis proſperitas, nam quo pluribus abundant, hoc pluribus periculis ſubiacent. 8. Ethi. c. 1. A.

15 Diuitem fieri expetibile eſt, non tamen ex patriæ proditione. 10. Ethic. c. 3. C.

16 Diuites rationabiliter ſibi uendicant honores. 3. Polit. c. 8. C.

17 Diuites uidẽtur obtinere locum honeſtorum & bonorum apud plures. 4. Politico. c. 8. C.

18 ex Diuitibus nimium & pauperibus nimiũ non fit bona ciuitas, quia ſunt ut domini & ſerui. 4. Polit. c. 11. C.

19 Diuites nimium fiunt contumelioſi & delinquentes in rebus magnis. 4. Poli. c. 11. B

20 Diuites nimium nolunt imperium alicui9 pati. Quod etiã ineſt eis, qui in eorũ domibus naſcuntur, ut nec p̃ceptoribus in ſcholis obedire uelint. 4. Polit. c. 11. B.

21 Diuitum cupiditates plus habendi magis deſtruũt rempublicam, q̃ multitudinis cupiditates. 4. Polit. c. 12. C.

22 Diuitum mores ſunt ficti. 4. Polit. c. 12. C

23 Diuites plures reperiuntur q̃ nobiles. 5. Polit. c. 1. C. Quære Nobilis. 18.

24 Diuitibus ſi reſpublica excellentiam honorum tribuat, afficiunt alios iniuria. 5. Polit. c. 7. C.

25 Diuites neceſſarii ſunt, ut ciuitas conſtare poſſit. 7. Polit. c. 8. B. Quære Ditari. Diuitiæ.

DIVINARE. DIVINATIO.

1 Diuinatio futurorum eſt. de Memo. & Remi. c. 1. B.

2 Diuinatio per ſomnium nec facile eſt credenda, nec contemnenda, quia omnes uel plures exiſtimant, ſomnia habere aliquam ſignificationem, & experientia comprobatur. de Diuinati. per Somn. c. 1. A.

3 Diuinationis per ſomnium nulla ſufficiẽs cauſa aſſignari poteſt, ſi dicamus, deũ ſomnia non immittere, de Diuinati. per Sõn. c. 1. B.

4 Diuinare futura quidã dicuntur apud Boryſthenem & apud Herculeas columnas. Cuius rei cauſam reddere, captum humanæ mentis excedit. de Diuinati. per Sõn. c. 1. B.

5 Diuinant aliquando homines degeneres, & melancholici, quia eorum animus uariis imaginationibus & phantaſmatibus agitatur. Et ex multis phantaſmatibus cõtingit illos incidere in unum aliquod, quod futurum eſt, iuxta id quod ꝓuerbio dici ſolet. Si ſæpe iacias, aliud alias ieceris. de Diuinati. per Somn. c. 1. H.

6 Diuinant aliquando ecſtatici, id eſt, q̃ animo linquuntur, & extra ſe rapiuntur, quia non occupantur propriis motibus ſed extraneis, & eis qui procul ſunt. de Diuinati. per Somn. c. 1. N.

7 Diuinantes in genere dicunt, quia minor error cõmittitur, & difficilius mendacium deprehendit̃. 3. Rhet. c. 5. B. Quære Deus 17. 18. 19. Epimenides. 1.

DIVINVM.

1 Diuinum omne collocatum eſt in extremo cælo. 1. de Cæl. T. Co. 96.

2 Diuina omnia intrãſmutabilia eſſe, neceſſe eſt. 1. de Cæl. T. Co. 100.

3 Diuinum omne quia mouet omnia, & a nullo mouetur, intranſmutabile eſt. 1. de Cæl. T. Co. 100.

4 Diuinum omne nullius prauitatis eſt particeps, nec indiget alicuius alterius boni. 1 de Cæl. T. Co. 100.

5 Diuina omnia ſemper moueri, ut ſolẽ & lunam & aſtra & totum cælum, dixit Alcmæon. 1. de Anima. T. Co. 32.

6 Diuino & immortali eſſe ut participent, ſecundum ꝙ poſſunt, omnia generant ſimile ſibi, ut ſemper ſint in ſpecie. Nam oĩa quæ ſecundum naturam agunt, illud appetunt, & illius cauſa agunt, ut ſimilia ſint diuino eſſe. 2. de Aĩa. T. Co. 34.

8 Diuinum quid habent oĩa natura.7.Ethi.c.13.B.

9 Diuinæ potentiæ eſt bene ordinare ingentem multitudinem.7.Poli.c.4.C.

10 Diuina prouidentia generationis ꝑpetuitatem facit ꝑ conſeruationẽ ſpeciei, q̃uis intereant indiuidua.1.Oecono.c.3.B.

11 Diuinum ſi aliquid eſt, eſt ens immobile a materia ſeparatum.6.Metaphy.T.Co.2.

12 Diuinum aliquod cõtinere uniuerſam naturam, dixerũt aliqui.12.Metaphy.T.Co.50.Quære Deus.

DIVISA. Vnde ſumiť locus dialecticus. a Diuiſis ad cõiuncta ualet cõſequẽtia aliqñ, qñ ſcilicet illa ſe habẽt ut determinatio & determinabile, ut ſi hõ eſt aĩal & bipes, homo eſt aĩal bipes.2.Periher.c.2.B.

DIVISIBILE.

Diuiſibile aut diuiſum diciť multitudo.10 Metaphyſic.T.Co.9.Quære Indiuiſibile Multitudo.

DIVISIONIS FALLACIA. Vna ex illis ſex, quæ ſunt in dictione.

1 Diuiſionis fallacia quomodo fiat, oſtendiť 1.Elench.c.3.F.

2 Diuiſionis fallacia quomodo ſoluať, habes 2.Elench.c.3.D.E.

DIVISIO. Qua intellect⁹ negat aliquid de aliquo compoſitioni illius oppoſita.

1 in Diuiſione uel compoſitione intellectus eſt ueritas aut falſitas.1.Periher.c.1.B.

2 Diuiſio, id eſt negatio in intellectu eſt, & nõ in rebus.6.Metaphy.T.Co.8.Quære intellectus.55.56.57.58.

DIVISIO Qua inueſtigam⁹ diffinitionẽ

1 ad ea quæ in Diuiſione ſunt, neceſſarium eſt cognoſcere, quid ſit genus, ſpecies, differentia, proprium & accidens. Prædicabil. Præf.A

2 Diuiſio non ualet ad inueniẽdum mediũ ſyllogiſmorum, quia diuiſio eſt ſyllogiſm⁹ infirmus, & petens principiũ, uel non oſtẽdens propoſitum.1.Prior.c.32.per totũ.

3 Diuiſio non ualet ad concludendum diffinitionem de diffinito, quia aut petitur principium, aut concluditur aliud, quod eſt cõmunius intento.1.Prior.c.32.A

4 Diuiſio ſemper ſumit medium uniuerſali⁹ intento.1.Prior.c.32.A

5 per Diuiſionem non poſſe inueſtigari diffinitionem qui dicunt, refelluntur.2.Poſterior.T.Co.20.

6 Diuiſiones ualere plurimum ad inueniendum medium propter quid, oſtenditur.2 Poſterior.T.Co.22.✳

DIVITIAE.

1 Diuitiæ adeo a felicitate diſtant, ut nemo dubitet, an diuitiæ eligibiliores ſint q̃ felicitas.3.Topic.c.1.A.

2 de Diuitiis reipublicæ qui cõſulere debet, quid illum oporteat ſcire, habes.1.Rhetor.c.4.C.

3 Diuitiæ felicitatis pars ſunt.1.Rhet.c.5.B.

4 Diuitiarum partes ſunt nummi, agri, prædia, ſupellex, aĩalia bruta, mãcipia, multitudine magnitudine & pulchritudine excellentia, quæ omnia amœna & utilia & firma eſſe debent.1.Rhet.c.5.D.

5 propter Diuitias multi perierunt.1.Ethic.c.3.A.

6 Diuitias, aliqui poſuerunt eſſe felicitatem 1.Ethic.c.4.A.

7 per Diuitias tanq̃ per inſtrumẽtum multa agimus.1.Ethic.c.8.E.

8 Diuitiis bene & male uti poſſumus.4.Ethico.c.1.B.

9 Diuitiis bene utitur liberalis.4.Ethi.c.1.B

10 Diuitias illi magis profundunt, qui nõ acquiſiuerunt eas, q̃ qui ipſas acquiſiuerunt, qa unuſquiſq; amat opera ſua.4.Ethic.c.1.D

11 Diuitiæ propter honorem expetuntur.4.Ethic.c.3.D.

12 Diuitiæ cum uirtute honorabiles ſunt.4.Ethic.c.3.E.

13 Diuitias, dicunt pauci potentes, eſſe dignitatem ciuilem.5.Ethic.c.3.B.

14 Diuitias qui appetunt, pluſq̃ recta ratio dictat, non dicuntur ſimpliciter incontinentes, ſed cum addito ſcilicet incontinentes lucri uel diuitiarum.7.Ethic.c.4.A.

15 Diuitiæ auferendæ ſunt malis.2.Magno.Mor.c.3.D.

16 Diuitiarum acquirẽdarum null⁹ eſt finis, ut dixit Solon.1.Polit.c.5.E.

17 Diuitiæ aliæ ſcd̃m naturam putandæ ſunt q̃ nũmus.1.Polit.c.6.E.

18 Diuitiarum acquirẽdarum ex nũmularia nullus eſt finis, quia finis deſiderii in unaquaq; arte eſt in infinitum.1.Politi.c.6.D.

19 Diuitias ad corporis fruitionem quærunt, qui bene uiuere ſtudent.1.Politi.c.6.E.

20 Diuitiæ ſunt finis in republica paucorum potentium.4.Polit.c.8.B.

21 Diuitiæ mediocres optimæ ſunt, quia in illis facillime obedimus rationi.4.Politic.c.11.B.

22 Diuitias animoſitatis filias eſſe, dixit Orpheus.2.Oeconomic.c.1.C. Quære Carthaginenſes.9.10.Diues.Ditari.Facultas.

DIVVS.





Diuum appellant Lacones eũ uirũ, quem ualde admirantur.7.Ethic.c.1.A.

DOCERE. DOCTRINA. DOCTOR.

1 Doctrina oĩs intellectiua fit ex cognitione præexiſtente, quod inductione ꝓbatur in ſcientiis ſpeculatiuis & practicis.1.Poſter.T.Co.1.&.6.Ethic.c.3.A.

2 Doctor doctrinã operatur in diſcipulo.2.de Gener.T.Co.52.

3 Doctrina oĩs bonũ quoddam appetere uidetur.1.Ethic.c.1.A.&.c.4.A.

4 Doctrina omnis fit ſyllogiſmo aut inductione.6.Ethic.c.3.A

5 Docere ſcire ſapientis ſignum eſt.1.Metaphyſi.c.1.F

6 Docent ii, qui cauſas ſingulorũ aſſignãt.1.Metaphyſi.c.2.C

7 Doctrina exacta nõ placet multis.2.Metaphyſi.T.Co.15.

8 Doctrinales orationes ſunt, quæ ex propriis principiis cuiuſq; diſciplinæ, & non ex iis, quæ uidentur reſpondenti, colligit.1.Elench.c.2.B.Quære Diſciplina.Scientia.✳

DOCTVS.

Docti minus probãtur a uulgo q̃ indocti, quia indocti communia dicunt, quæ uulgus capere poteſt.2.Rhet.c.22.A

DODONE Sylua in Epiro. Quære Cataclyſmus.

DOLERE. DOLOR.

1 Dolor uoluptati contrarius eſt.1.Rhetor.c.11.A

2 Dolorem inferentia & triſtitiam ſunt contraria iucundis.1.Rhet.c.11.L

3 Dolor aut uoluptas conſequitur omnem affectum.2.Rhet.c.1.D

4 Dolorem maiorem inferunt, quæ præter opinionem eueniunt.2.Rhet.c.2.E

5 Dolor & uoluptas indicia & ſigna uoluntatis ſunt.2.Rhet.c.4.A

6 Dolere quibus oportet ab ipſa ſtatim adoleſcentia, plurimum refert ad uirtutem, dixit Plato.2.Ethic.c.3.A

7 Dolere & gaudere multum poſſunt circa omnes actus.2.Ethic.c.3.C.

8 Dolor aut uoluptas conſequitur quãlibet actionem humanam.2.Ethic.c.3.A

9 circa Dolores aut uoluptates uerſatur uirtus moralis. Nam aut propter uoluptatẽ agimus praua, aut propter dolorẽ omittimus honeſta.2.Ethic.c.3.A.&.7.Ethic.c.11.A.&.1.Magnor.Mor.c.6.A.&.8.A

10 Dolorem fugit multitudo tanq̃ malum.3.Ethic.c.4.B.

11 Dolores ferre difficilius eſt, q̃ uoluptatib⁹ abſtinere.3.Ethic.c.9.A.

12 circa Dolores eſt temperantia, licet nõ circa omnes.3.Ethic.c.10.A.B.

13 Dolor diſtrahit, & corrũpit naturam eius, in quo eſt.3.Ethic.c.12.A

14 Dolor licet non oẽ iudicium & exiſtimationem corrũpat, corrũpit tñ iudiciũ & exiſtimationem circa agibilia.6.Ethic.c.5.B

15 circa Dolores uoluptateſq; uerſantur conſtantes & molles, continentes & incontinẽtes.7.Ethic.c.4.A

16 Dolorem fugimus non ſolum exceſſiuũ, ſed etiam quencunq;.7.Ethic.c.14.A

17 Dolorem omnes fugiunt, & ideo illius oppoſitum uoluptas, quam omnes ſequunť, credita eſt ab Eudoxo ſummum bonum eſſe.10.Ethic.c.2.A.Quære Eudoxus.

18 Dolor opponitur uoluptati, ut bonũ malo.10.Ethic.c.2.C.✳

DOLVS. Quære Deceptio.

DOMINARI. DOMINIVM.

1 Dominari non permittimus hominẽ, ſed rationem & legem. Nam homo ſi dominari permittatur, ſua utilitate illud aget, & fiet tyrannus.5.Ethic.c.6.B

2 Dominari aliis quibuſdam uidetur naturale, quibuſdã uiolẽtũ & malũ.1.Pol.c.3.B.

3 Dominium illud eſt melius, quod eſt meliorum parentium.1.Polit.c3.D

4 Dñari & impare in ciuitate qs debeat, un⁹ an plures, pauci an multi, boni an mali, diuites an pauperes, an lex, in utrãq; partem obiicitur, & reſpondetur.3.Politico.c.7.per totum.

5 Dñari ſi debeat unus uirtute excellens ſuper cæteros, aut pauci boni, qui tñ nõ poſſunt numero implere ciuitatem, dubitať & ſoluitur.3.Politi.c.9.A

6 ſi Dominatur aliquis ſeditione aut ui, tyrãnus eſſe uidetur.5.Polit.c.10.L

7 Dñationes qui adepti ſunt, cũ nõ haberẽt, eas cõſeruauerũt, qui uero ab aliis acceperũt, omnes fere amiſerũt.5.Polit.c.10.N

8 Dñantes quidã, qui oppreſſi ſunt a ſubditis, aut propter metum aut contemptum aut contumeliam aut honorem aut gloriã aut diuitias, ponunť.5.Polit.c.10.ꝑ totũ.

9 Dñari finitimis plures ciuitates habẽt pro fine, reliqs bonis legibus neglectis.7.Poli.c.2.C.Quære Lacedæmonii.38.40.

10 Dñari aliis non eſt conandum, ſed illis dũtaxat, qui nati ſunt, ut ſeruiant.7.Politico.c.2.D.

11 Dñari quibus conueniat, & quid præſtare debeãt ſubditis, oſtenditur.7.Polit.c.3.B.

12 quod Dominatur, & libertatem ſeruat, & inuictum eſt, animus eſt. 7. Polit. c. 7. C.
13 Dominari plurimi hominum cupiunt, q̄a multa commoda fortunæ inde proueniũt. 7. Polit. c. 14. D. Quære Dominus. Imperare. Parere. Regnare. Regnum. Seruus.

DOMINVS.

1 Domini ad ſeruum iuſtum non eſt ciuile, ſed ſecundum quãdam ſimilitudinẽ, quia iuſtitia non eſt ad ſua ſimpliciter. 5. Ethic. c. 6. B.
2 Domini ad ſeruum tyrannicum eſt imperium, quia in ipſo agitur domini utilitas. 8. Ethic. c. 10. C.
3 Domini ad ſeruum non eſt amicitia, ea ratione qua ſeruus eſt, quia nil eſt illis cõmune, eſt tamẽ amicitia ad ſeruum, ut homo eſt. 8. Ethic. c. 11. B.
4 Domini ad ſeruum non eſt proprie iuſtũ. 1. Magnor. Moral. c. 34. E. F.
5 Domini gubernationem & rationem differre ſpecie a gubernatiõe regis & patriſfamilias, probatur. 1. Politic. c. 1. A. B. C. & c. 4. A. B. C.
6 Dominus naturaliter eſt, qui poteſt proſpicere & conſeruare alium. 1. Polit. c. 1. B.
7 Dominus eſt ſerui dominus, ſed dominus non eſt illius, ſed ſeruus eſt domini ſeruus & omnino illius. 1. Polit. c. 3. C
8 Dominos eſſe aliquos natura, oſtenditur. 1. Polit. c. 3. D.
9 Dominus ad ſeruum ſe habet, ut anima ad corpus. 1. Polit. c. 3. F.
10 Dominorum corpora natura debent eſſe recta & elegãtia, & ad labores ſeruiles ſubeundos inualida; utilia tamen ad uſum ciuilem ſcilicet belli & pacis. 1. Polit. c. 3. F.
11 Dominis ſæpe accidit, ut habeant corpora ſeruilia, & ſerui corpora dominorum. 1. Polit. c. 3. F.
12 Dominus ex lege non eſt aliquis ſecundũ ſcientiam, ſed quia poteſt dominari. 1. Politic. c. 4. D
13 Domini ſcientia alia eſt a ſcientia ſeruili. 1. Polit. c. 4. D
14 Domini ſciẽtia eſt, qua utitur ſeruis, nam dominus non eſt in poſſidendo ſeruos, ſed in utendo. 1. Polit. c. 4. D
15 Domini ſcientia nõ admodum magnum aut glorioſum quid continet, cum ſolum illa debeat præcipere, quæ ſeruum facere oportet. 1. Polit. c. 4. D
16 Dominus ſi uacare poteſt a labore, uicariũ ſubſtituat ad utendum ſeruis, & dominus ipſe in republica adminiſtranda uerſetur, uel in philoſophiæ ſtudiis, quia ſciẽtia quã habet in utendo ſeruis, non admodũ glorioſa eſt. 1. Polit. c. 4. D
17 Dominus domino præfertur, ſicut ſeruus ſeruo, ut in prouerbio dicitur. 1. Politico. c. 4. D
18 Domini uirtus alia eſt a uirtute ſerui. 1. Politic. c. 8. D. E
19 Dñi ad ſeruos leges ſunt undecim. Prima, ut paret ſeruos ſtudioſos. Secũda, ut inſtituantur & educentur ſic, ut poſſint libera etiam officia agere. Tertia, ut ſic uerſetur cum illis, ut non ſinat illos inſoleſcere, nec remiſſos eſſe. Quarta, ut nil aut parum uini illis indulgeatur. Quinta, ut cibo & opere & caſtigatione ſic illos moderetur, ut ne nimio cibo inſultent, nec paruo deficiant. Sexta, ut quietem & cibum augeat, aut minuat, prout expedire uiderit. Septima, ut eligat ſeruos nec feroces nimium, nec timidos, quia timidi non ferunt laborem, & ferocibus non commode imperatur. Octaua, ut libertatis tempus definiatur, quo alacrius ſeruiant. Nona, ut filios procreare pmittantur. Decima, ut eiuſdem gentis plures ſerui in eadem domo non habeantur. Vndecima, ut ſacra & largiores epulæ fiãt magis ſeruorum gratia q̃ liberorum. 1. Oeconom. c. 5. per totum.
20 Domini oculꝰ maxime pinguefacit equũ, ut dixit Perſa, ſicut etiam domini ueſtigia ſunt optimũ ſtercus agro, ut dixit Lybicꝰ, oſtendentes in hoc, domini præſentiam maximam utilitatem afferre rei familiari. 1. Oeconom. c. 6. A
21 Domini indiligentis, impoſſibile eſt uicarios diligentes eſſe. 1. Oeconom. c. 6. B
22 Dominus expergiſci prius debet q̃ ſerui, & cubitum ire poſterius, nec unq̃ domum incuſtoditam relinquere. 1. Oecono. c. 6 B. Quære Seruus.

DOMVS Pro familia.

1 Domus prima ſocietas eſt ex uiro & fœmina. 1. Polit. c. 1. C
2 Domus eſt ſocietas quotidiana ſecundũ naturam conſtituta. 1. Polit. c. 1. D
3 Domus ſocietate qui continentur, appellat Charõdas Homoſypios, id eſt, cõpenuarios, ſicut Epimenides appellat eoſdẽ Homocapos, id ẽ, cõtubernales. 1. Pol. c. 1. D
4 Domus ipſius quædam propagatio eſt pagus. 1. Polit. c. 1. D
5 Domus omnis regit̃ a ſeniore, & inde pagi propagati ſunt propter conſanguinitatem. 1. Polit. c. 1. D
6 Domus principium eſt ciuitatis, & ciuitas illius finis. 1. Polit. c. 1. D
7 Domo ciuitas prior eſt natura, quia domꝰ pars eſt ciuitatis, pars uero poſterior eſt natura toto. 1. Polit. c. 2. C. & c. 8. F.
8 ex Domibus cõſtituta eſt ciuitas omnis. 1. Polit. c. 3. A.
9 Domus principia prima & partes ſunt dominus & ſeruus, maritus & uxor, pater & filii. 1. Polit. c. 3. A.
10 Domus ab uno regitur. 1. Polit. c. 4. D.
11 Domus eſt prima ſocietas. 1. Polit. c. 6. B.
12 Domꝰ gubernator nõ facit ea, q̄bus eget, ſed utit̃ factis, ſicut reſpublica non facit homines, ſed utitur illis factis. 1. Polit. c. 7. A.
13 Domus partes tres ſunt, ſcilicet dominica, paterna, & coniugalis. 1. Polit. c. 8. A.
14 Domus magis eſt una q̃ ciuitas. 2. Polit. ca. 1. C.
15 Domus adminiſtratio alia eſt uiri, alia eſt mulieris, nã uiri eſt acquirere, mulieris eſt conſeruare. 3. Polit. c. 3. F.
16 Domus eſt ſubiectũ œconomiæ. 1. Oeconom. c. 1. A.
17 Domꝰ pars eſt ciuitatis. 1. Oecono. c. 1. A.
18 Domus partes, dixit Heſiodus, eſſe domicilium & mulierem & bouem aratorem. 1. Oeconom. c. 2. A.
19 Domus partes ſunt hõ & poſſeſſio, quorũ alterũ ſcilicet poſſeſſio ẽ ad uictũ, alterũ ſcilicet homo ad liberos. 1. Oeconom. c. 2. A.

DOMVS. Pro ædibus.

1 Domus eſt, ut ea, quæ in ea continentur, ſeruentur. 2. Poſter. T. Co. 11.
2 Domus ſi a natura fieret, eodem modo facta eſſet quo ab arte fit, & econtrario. 2. Phyſico. T. Co. 78.
3 Domus conſtituta eſt celandi aliquid gratia. 2. Phyſic. T. Co. 88.
4 Domus eſt tegumẽtum prohibens corruptiones a uentis & pluuiis & caloribus. Et hæc diffinitio dialectica eſt per rationem & formam & finem. Per materiã uero, ut domus eſt lapides ligna & lateres, phyſica diffinitio eſt. 1. de Anima. T. Co. 16.
5 Domum decẽter a ſe extructam oportet magnificũ habere, eſt enim quoddã ornamentum. 4. Ethic. c. 2. D.
6 Domos duas inhabitare, ſicut ſtatuit Socrates, difficile eſt. 2. Polit. c. 4. D.
7 Domorum priuatarum forma gratior eſt & commodior ſecundum recentiorẽ modum & Hippodamium. 7. Polit. c. 11. C.
8 Domorum ſtruẽdarum modus antiquus ad ſecuritatem & tutelam ciuitatis erat utilior, quia illæ domus habebãt inextricabiles aditus, ex quibꝰ uix euadere poterant, niſi cõſueti, & latebras inſcrutabiles, ſi quis aggrederetur. 7. Polit. c. 11. C.
9 Domus paranda eſt ad utilitatem rerum poſſeſſarum, ſeu fructuum & ueſtium & animatorum & inanimatorum ſeruorum & liberorum marium & fœminarum. 1. Oeconom. c. 6. C.
10 Domus ut ſalubris ſit, ædificãda eſt ſic, ut æſtate uẽtorum bonum afflatum recipiat, hyeme uero ſolem aptũ. Erit uero talis, ſi aduerſo Borea fuerit, nec æqualiter lata. 1. Oeconom. c. 6. C.
11 in Domibus magnis utilis eſſe uidetur ianitor, qui ſit ad cætera inhabilis pro obſeruatione exportatorum importatorũq;. 1. Oeconom. c. 6. C. ✳. Aedes.

DORICA. Harmonia, quam inueniſſe ferunt Tamyram thracem.

1 Doricam harmoniam & Phrygiam tantũ ponebant quidã eſſe. 4. Polit. c. 3. C.
2 Dorica harmonia maxime omnium efficit mediocritatẽ, & compoſitos reddit ſuos auditores. 8. Polit. c. 5. E.
3 Dorica melodia utendum eſt ad diſciplinam & mores. 8. Polit. c. 7. C.
4 Doricam melodiam omnes fatentur eſſe conſtantem ac firmam, & continere maxime morem uirilẽ, & ideo iunioribus diſcẽda eſt. 8. Polit. c. 7. C. Quære Muſica.

DORIENSES. Populi ſunt in Creta.

Dorienſes ſibi tragœdiã aſciſcũt. in Poet. ca. 1. E.

DORMIRE.

1 Dormiunt animalia, dum decoquitur alimentum. 8. Phyſic. T. Co. 51.
2 Dormire ſemper animal, impoſſibile eſt. de Somn. & Vigil. c. 1. D. F. G.
3 Dormientia animalia melius uegetãtur, augentur, & nutriuntur, q̃ uigilantia. de Somn. & Vigil. c. 1. L.
4 Dormiunt animalia omnia tam aquea q̃ aerea, & etiam quæcunq; oculos duros habent. de Somn. & Vigil. c. 2. H.
5 Dormiens animal, impoſſibile eſt, aliquo ſenſu ſentire. de Somn. & Vigil. c. 2. A. B.
6 Dormiẽtes mouentur aliquãdo, & faciũt operationes ſimiles operationibus uigilãtium, non tamen abſq; phantaſmate & aliquo ſenſu, nam inſomnia illa quædam ſenſamenta ſunt. Sed cum expergiſcũtur, meminerunt ſomniorum, non tamẽ illarum operationum. de Somn. & Vigil. c. 2. L.
7 Dormitantes caput non poſſunt erigere, nec palpebras attollere. de Somn. & Vigil. c. 3. D.
8 Dormientiũ multi ſunt motus. de Somn. & Vigil. c. 3. H.

9 Dormientium partes extrinſecæ frigent, intrinſecæ uero calidæ ſunt. de Somn. & Vigil. c. 3. I.

10 Dormientes non ſolum inſomnia uident, ſed etiam alia quædam. de Somniis. c. 1. C.

11 Dormientes, modico motu facto in auribus, arbitrãtur tonitrua fieri, & cadere fulmina. Et tenui phlegmate diſtillãte, ſe frui melle & optimis ſaporibꝰ. Et paruo calore excitato circa aliquas partes corporis, ambulare per ignẽ, quia ceſſantibus motibus exterioribus quilibet motꝰ interior, q̃uis exiguus, multũ ſentit. de Somniis. c. 1. D.

12 Dormientes putant ſe aliqua ſomniare, q̃ re uera ſentiunt, & non ſunt ſomnia, ut cãtus gallorum, & latratꝰ canum, quos uere audiunt. Vnde reſpondẽt ad interrogata, non ꝙ ſomnient, ſed ꝙ uere audiant, quia nec plene uigilant, nec perfecte dormiũt. de Somniis. c. 3. M.

13 Dormientes aliquando falluntur in ſomniis, quia organa ſenſuum mouentur a ſimulachris, & illud uidetur eſſe res, quod ſimilitudinem q̃uis modicã habet cum re. de Somniis. c. 3. F. G. H. I.

14 Dormiẽs nõ eſt felix, qa felicitas eſt operatio, & nõ habitꝰ. 10. Ethic. c. 6. A. & 1. Magnor. Mora. c. 4. B. Quære Somnus. ✳.

DORSVM.

Dorſum piloſum arguit inuerecũdos. de Phyſiognom. ✳

DOS.

Dotem aut nullam aut paruam aut mediocrem eſſe debere mulieribus, melius eſt. 2. Polit. c. 7. D. Quære Vxor. 3.

DOXANDRVS. Quære Timophanes.

DRACON. Athenienſis legiſlator.

1 Draconis leges duræ fuerunt. 2. Rhetor. c. 23. T.

2 Dracõ leges tulit, iã conſtituta republica. Propriũ aũt Draconis nil eſt, qđ ſit memoria dignũ, niſi rigiditas ꝑpter magnitudinẽ pœnarũ, quas cõſtituit. 2. Polit. c. 10. E

DRAMA. Poema, ubi nuſquam autor loquitur, ut in comœdiis. & tragœdiis.

1 Drama Poematis genꝰ eſt dictũ a quod ſignificat ago. in. Poet. c. 1. E.

2 Dramaticũ genus primus Homerus effinxit. in Poet. c. 1. G.

DRACHMA. Octaua unciæ pars.

Drachmas centũ continent mina ſeu mna de Admirand. Audit. D.

DVALITAS.

1 Dualitatem tribuũt triangulo, qui numeros figuris adaptant. 2. de Cæl. T. Co. 25.

2 a Dualitate prima dixit Plato, eſſe ſcientiã. 1. de Anima. T. Co. 27.

3 Dualitatem dicebãt Platonici, eſſe primã in genere numeri. 1. Metaphy. T. Co. 28. Quære Duo. Numerus.

DVBITARE.

1 Dubitare de ſingulis non eſt inutile. Prædicament. c. 7. M.

2 Dubitare debemus & inquirere, quouſq; nobis poſſibile ſit. 2. de Cæl. T. Co. 80.

3 Dubitationis ſolutio inuẽtio ueritatis eſt. 7. Ethic. c. 2. D.

4 qui Dubitat, & admiratur, uidetur ignorare. 1. Metaphyſic. c. 2. E.

5 Dubitare neceſſe habẽt, q cõſequi cupiũt ueritatẽ, qa inueſtigatio ueritatis eſt ſolutio prius dubitatorũ. 3. Metaphy. T. Co. 1.

6 Dubitans q̃diu dubitat, ſimile quiddam ligatis patitur. 3. Metaphyſic. T. Co. 1.

7 non Dubitans ueritatem, quam inquirit, ſimilis eſt illis, qui ignorant, quo uadant. 3. Metaphy. T. Co. 1.

DVCTILE. Metallum quod tẽdi poteſt, & in quãcunq; partem duci.

1 Ductilia quæ ſub terra generantur, a uapore fiunt. 3. Meteor. c. 3. G.

2 Ductilia quædam ſunt, ut æs, quædã non ſunt ductilia, ut lapis, aut lignum. 4. Meteor. T. Co. 47.

3 Ductilia ſunt, quorum ſuperficies in latus & in profundum transferri poteſt ſecundum partem. 4. Meteor. T. Co. 47.

4 Ductilia omnia impreſſibilia ſunt, non tamen impreſſibilia omnia ſunt ductilia. 4. Meteor. T. Co. 47.

DVLCE.

1 Dulce nimis nutritiuũ ẽ, & ſupernatat. Et ideo cũ illo miſcẽtur alii ſapores ſalſi, ne tãtũ nutriat. de Sen. & Sen. c. 4. H.

2 Dulci uel ſimplici uel cõmixto nutriũtur omnia, de Sen. & Sen. c. 4. H

3 Dulcia ſunt phlegmatis materia. 8. Metaphy. T. Co. 11. ✳.

DVLIAE.

1 Duliæ ſerui erãt Cretẽſium, & eorũ agrũ exercebant. 2. Polit. c. 3. G. & c. 8. B.

2 Duliæ Cretẽſium nõ rebellarũt aduerſus eos. Quãuis eñ inter ſe gererẽt bella Cretenſes, nulla tñ ciuitas rebelles adiuuat. 2. Politico. c. 7. A. Quære Cretenſes. 6. Ilotæ. 2.

DVO.

1 de Duobus dicitur ambo, & nõ omnes. 1. de Cæl. T. Co. 2.

2 Duo ſunt primum pauca ſimpliciter. 10. Metaphy. T. Co. 20. Quære Dualitas. ✳



DVRACIVM, Ciuitas in Macedonia.

Duraciũ quæ & Epidamnos dicitur. Quære Epidamnos.

DVRITIES. DVRVM.

1 Durũ in ſecũda ſpecie qualitatis eſt, quia eſt illud, quod habet potentiam, ut non facile ſecari poſſit. Prædicament. c. 8. C.

2 Durum conſequitur denſum. 4. Phyſic. T. Co. 85.

3 Durum & graue fere ſemper ſe conſequũtur. 4. Phyſi. T. Co. 85.

4 Durum & graue in plumbo diſcrepant a duro & graui in ferro. 4. Phyſico. T. Co. 85. Quære Ferrum. Plumbum.

5 Durum eſt cõtrarium molli ſecundum tactum. 2. de Gener. T. Co. 8.

6 Durum effectus ſicci eſt. 2. de Generatio. T. C. 13.

7 Durum coagulatum eſt. 2. de Gener. T. Co. 13.

8 Durum eſt, quod non cedit in ſeipſum ſecundum ſuperficiẽ. 4. Meteor. T. Co. 30

9 Durum ſimpliciter eſt, quod e ſua natura tale eſt, durum reſpectiue eſt, quod cõparatũ alteri durũ eſt. 4. Meteor. T. Co. 30.

10 Durum tactu determinamus, quia tactus eſt in medio temperamento mollis & duri. Excedens igitur illam mediocritatem durum, deficiens autem ab illa molle dicitur. 4. Meteor. T. Co. 30.

11 Durities & mollities primæ qualitatũ corporaliũ ſunt, nam corpora ex humido & ſicco conſtant. 4. Meteor. T. Co. 30.

DVX.

1 Duces nemo eligit iuuenes, eo ꝙ non conſtat eos prudentes eſſe. 3. Topic. c. 2. B.

2 Dux bonus præſentibus utitur caſtris ad bellum gerendum. 1. Ethic. c. 10. D.

3 Ducem peritum eligere debemus ad bellum potiꝰ q̃ probum, ſi utrumq; adeſſe nõ poſſit. 5. Polit. c. 9. B.

4 propter Ducem eſt exercitus ordo, & nõ econtrario. 12. Metaphy. T. Co. 52. Quære Bellum. Miles.

E

EBENVS. Arbor & lignum peregrinum. Quære Hebenus.

EBRIVS.

1 Ebrii ſomnia terribilia & mõſtroſa uidẽt, quia multitudo ſpirituum eleuata ad cerebrum perturbat ſimulachra & phantaſmata. de Somniis. c. 3. D.

2 in Ebriis maxime oſtenditur, animam pati a motibus corporis de Phyſiognom.

3 Ebrios peccantes maioribus pœnis puniẽdos eſſe, dixit Pittacus. 2. Rhetor. ca. 25. B. & 2. Polit. c. 10. E.

28 Fortes quidam ſunt propter ſpem boni acquirendi, qui tamen proprie fortes non ſunt. 1. Magnor. Mor. c. 21. C.

29 Fortis non eſt, cui nil eſt horrẽdum, nam etiam nil eſt horrẽdum inanimatis. 1. Magnor. Mor. c. 21. D.

30 Fortes quidã ſunt, quia timenda pericula abſunt, quæ tamen ſi adeſſent, metu morerentur, & ideo fortes non ſunt. 1. Magnor. Mor. c. 21. D. Quære Fortitudo. ✳.

FORTITVDO.

1 Fortitudo non eſſet neceſſaria, ſi omnes eſſent iuſti, iuſtitia tamen eſſet neceſſaria, ſi omnes eſſent fortes. 3. Topic. c. 2. C.

2 Fortitudo eſt, per quam actiui bonarum rerum ſumus in periculis, ut leges iubent. 1. Rhetor. c. 9. B.

3 propter Fortitudinem quidam perierũt. 1. Ethic. c. 3. A.

4 Fortitudo ẽ mediocritas circa timores & fiducias. 2. Ethic. c. 7. A. &. 3. Ethic. c. 6. A.



5 Fortitudini opponit̃ audacia ꝑ exceſſum, timiditas per defectum. 2. Ethic. c. 7. A.

6 Fortitudo quid ſit, & circa quæ uerſetur, & quomõ ab audacia & timiditate differat, oſtẽditur. 3. Ethic. c. 6. 7. 8. 9. ꝑ totum.

7 Fortitudinis, q̃ uidet̃, cũ tñ non ſit, quinq; ſunt modi, de qbus hẽs. 3. Ethi. c. 8. ꝑ totũ.

8 Fortitudinem ſciẽtiam eſſe, putauit Socrates. 3. Ethic. c. 8. A.

9 Fortitudo quæ experientia conſtat, qualis eſt militaris, non eſt fortitudo, licet uideatur. 3. Ethic. c. 8. B. C.

10 Fortitudo, quæ ob irã euenit, nõ eſt fortitudo, licet uideatur. 3. Ethic. c. 8. C. D.

11 Fortitudo licet uerſet̃ circa fiducias & metus, magis tamen uerſatur circa res formidandas. 3. Ethic. c. 9. A. B.

12 Fortitudo laudatur, quia dolores tolerat. 3. Ethic. c. 9. A.

13 Fortitudinis finis iucundus eſſe uidetur, uerum ab imminentibꝰ doloribus obfuſcatur. 3. Ethic. c. 9. A.

14 Fortitudo circa partes animæ irrationales uerſatur. 3. Ethic. c. 10. A.

15 Fortitudini magis opponitur timiditas q̃ audacia. 1. Magnor. Mor. c. 9. A.

16 Fortitudinem locupletat mediocris metus. 1. Magnor. Mor. c. 21. B.

17 Fortitudo circa quæ uerſetur, oſtẽditur. 1. Magnor. Mor. c. 21. per totum.

18 Fortitudinẽ eſſe ſcientiã factã per experiẽtiã conſuetudinis tolerãdi, dicebat Socrates, ſed nõ recte. 1. Magnor. Mor. c. 21. B.

19 Fortitudinis eſt parare fiduciam animi, & non diuitias. 1. Polit. c. 6. E.

20 Fortitudo uiri alia eſt a fortitudine mulieris, quia uir timidus eſſet, ſi ſic eſſet fortis, ut mulier, & mulier uideretur inhoneſta, ſi eſſet fortis, ut uir. 3. Polit. c. 3. D.

21 Fortitudo potius reperit̃ in illis hoĩbus, q ſũt mãſuetioribꝰ & leoninis moribꝰ, q̃ in efferatis. 8. Polit. c. 4. A. Quære Fortis. ✳

FORTVNA. FORTVITA.

1 Fortuita in fabulis ſunt mirificentiſſima. in Poet. H.

2 Fortuitorũ nõ eſt ſcia. 1. Poſter. T. Co. 43.

3 a Fortuna quæ ſunt, non poſſunt demonſtrari, quia nec ſunt ut ſemper, nec ut frequenter. 1. Poſt. T. Co. 43.

4 Fortuna per accidens eſt cauſa bonorum. 3. Topic. c. 1. D.

5 Fortuna de numero cauſarũ eſt, quia aliqd a fortuna fieri dicit̃. 2. Phyſic. T. Co. 39.

6 Fortuna & caſus an idem ſint, proponitur. 2. Phyſic. T. Co. 39.

7 Fortunam non eſſe, aliqui dixerunt, quia eorum, q̃ a fortuna fieri dicũtur, aliæ ſunt cauſæ determinatæ. 2. Phyſic. T. Co. 40.

8 Fortunã nõ eſſe, aliqui dicũt, quia antiqui cauſas generatiõis & corruptiõis tractãtes nil de fortuna dixerũt. 2. Phyſic. T. Co. 41.

9 a Fortuna nil fieri, opinabantur antiqui. 2. Phyſic. T. Co. 41.

10 a Fortuna & caſu multa fiunt. 2. Phyſico. T. Co. 42.

11 de Fortuna nil antiquos determinaſſe, mirabile eſt. 2. Phyſic. T. Co. 42.

12 Fortunæ mentionem debuiſſent antiqui philoſophi facere, ſi uolebant probare, ꝙ nil fit a fortuna. 2. Phyſic. T. Co. 43.

13 Fortunam antiqui philoſophi non arbitrabãtur eſſe ut amicitiã, aut litẽ, aut ignẽ, aut intellectum. 2. Phyſic. T. Co. 43.

14 Fortunam antiqui abſurde omiſerũt, ſiue putarent eam eſſe, ſiue nõ, cũ præſertim illa aliquãdo utantur. 2. Phyſic. T. Co. 43.

15 a Fortuna congregari aerem in loco, ubi nunc eſt, & in aliis mundis non congregãdum in loco, ubi nunc eſt, dixit Empedocles. 2. Phyſic. T. Co. 43.

16 a Fortuna animalium partes ortas eſſe, dixit Empedocles. 2. Phyſic. T. Co. 43.

17 a Fortũa nihil fit in cælo. 2. Phy. T. Co. 46.

18 Fortuna maxime ponenda eſt in iſtis inferioribus, unde excluditur ab aliquibus philoſophis. 2. Phyſic. T. Co. 46.

19 Fortuna aliquibus uidetur eſſe cauſa, immanifeſta tamen humano intellectui tanq̃ quid diuinũ & felix. 2. Phyſic. T. Co. 47.

20 Fortuna & caſus quid ſint, an diuerſa, an idem, & quomodo reducantur ad cauſas determinatas, habes. 2. Phy. T. Co. 47. & ultra &. 2. de Cæl. T. Co. 136.

21 Fortuna non eſt eorum, quæ ſunt ſemper aut frequenter. 2. Phyſic. T. Co. 48. 77.

22 Fortuna aliquid eſt, quia oẽs dicunt aliquid a fortuna fieri. 2. Phyſic. T. Co. 48.

23 a Fortuna quæ fiũt, ſunt extra ſemper & frequenter & extra ordinem. 2. Phyſic. T. Co. 48. 77. &. 2. de Cæl. T. Co. 136. &. 2. de Gener. T. Co. 39. &. 1. Rhetor. c. 10. F. &. 2. Magnor. Mor. c. 8. A.

24 Fortuna eſt in iis, quæ fiunt propter aliquid. 2. Phyſic. T. Co. 51

25 Fortuna eſt cauſa ſecundum accidens in iis, quæ per electionẽ alicuius gratia fiunt. 2. Phyſico. T. Co. 52.

26 Fortuna & intellectus circa idem uerſantur. 2. Phyſic. T. Co. 52.

27 a Fortuna quod eſt, habet infinitas cauſas. 2, Phyſic. T. Co. 53.

28 Fortũa idefinita cauſa uidet̃ eſſe & imma

nifeſta homini.2.Phyſi.T.Co.53.& ultra.

29 a Fortuna nil fieri,quodãmõ eſt uerũ dicere,quia quod eſt cauſa ꝑ accidẽs, nõ facit aliqua ſimpliciter.2.Phyſic.T.Co.54.

30 Fortuna recte dicĩ eſſe aliqd extra rõnẽ, quia ratio eſt eorũ,q̃ ſemꝑ ſunt aut frequẽter,fortuna uero nõ.2.Phyſic.T.Co.55.

31 Fortuna alia dicitur bona,alia uero mala. 2.Phyſic.T.Co.56.

32 Fortuna bona dicitur,quando bonũ aliquod euenit.2.Phyſic.T.Co.56.

33 Fortuna dicitur mala,quando aduerſi aliquid euenit.2.Phyſic.T.Co.56.

34 euFortunium eſt,cum aliquod bonũ magnum euenit.2.Phyſic.T.Co.56.

35 diſFortunium eſt,cum aliquod magnum malum euenit.2.Phyſic.T.Co.56.

36 Fortuna eſt cauſa ꝑ accidẽs in iis,quæ nec ſimpliciter nec frequẽter fieri poſſunt,atq; eorũ,q̃ alicuiꝰ grã fiũt.2.Phyſi.T.Co.57.

37 Fortuna & caſus differũt ſicut ſupius & inferius,nã quicquid eſt a fortuna,eſt a caſu & nõ econtrario.2.Phyſic.T.Co.57.

38 Fortuna inuenitur in iis,quæ poſſunt fortunata euadere,& quibꝰ omnino competit actio.2.Phyſic.T.Co.58.

39 Fortũa circa practica ẽ.2.Phy.T.Co.58.

40 Fortuna aut idẽ eſt quod felicitas,aut prope.2.Phyſic.T.Co.58.

41 a Fortuna non contingit aliquid eſſe in illis, quæ uoluntarie nõ poſſunt agere.2. Phy.T.Co.58.

42 a Fortuna nõ agũt inaniatũ,aut puer,aut bellua,quoniã electionẽ nõ habẽt.Et ſi dicantur a fortuna agere,erit per quandã ſimilitudinem.2.Phyſic.T.Co.59.

43 a Fortuna pati poſſunt inanimata, & bellua,& pueri.2.Phyſic.T.Co.59.

44 a Fortuna fit,quãdo aliquid accidit in habentibꝰ propoſitum.2.Phyſic.T.Co.61.

45 Fortuna maxime differt a caſu in iis, quæ a natura fiunt,in quibus fortuna nõ habet locum,ſed caſus.2.Phyſic.T.Co.64.

46 Fortuna quæ fiunt, non eſt eorum cauſa intrinſeca.2.Phyſic.T.Co.64.

47 Fortuna reducitur ad genus cauſæ,unde eſt principiũ motus.2.Phyſic.T.Co.65.

48 Fortuna eſt eorũ, quorum multitudo eſt indeterminata.2.Phyſic.T.Co.65.

49 Fortunã dicere cauſam cæli, refellitur.2. Phyſic.T.Co.66.67.

50 Fortuna eſt poſterior intellectu & natura. 2.Phyſic.T.Co.67.

51 Fortuna eſt de numero cauſarum ſecundum accidens.2.Phyſic.T.Co.85.

52 a Fortuna nõ fiunt incorruptibilia aut ingenerabilia.1.de Cæl.T.Co.134.

53 a Fortuna non fit,quod ubiq; & in omnibus eſt.2.de Cæl.T.Co.45.

54 Fortuna eſt cauſa quorundam, quorum etiam artes,& multorum inartificialium, quæ q̃q̃ a natura ſunt,poſſunt etiam præter naturam eſſe.1.Rhetor.c.5.I.

55 in Fortuna proſpera non oportet conſidere nimium, ſed in iis,quæ in ſe ipſo ſunt. 1.Rhetor.c.6.L.

56 Fortunæ illa bona ſunt,in quibus eſt inuidia.1.Rhetor.c.5.I.

57 Fortuna eſt eorum bonorum,quæ præter rationem accidũt.1.Rhetor..c.5.I.

58 a Fortuna quæ ſint mala, oſtenditur.2. Rhetor.c.8.C.

59 a Fortuna non eſt felicitas.1.Ethic.c.9.A. B.& c.10.B.

60 Fortunæ attribuere quod eſt maximum & pulcherrimum, erroneum eſt.1. Ethico.ca.9.A.

61 Fortunam fert felix pulcherrime.1. Ethico.cap.10.C.

62 a Fortuna quæ eueniunt, ſi parua ſunt, non obſtant, nec adiuuant felicitatem, ſi uero magna ſunt,aut iuuant,ſi bona ſint, aut impediũt,ſi mala.1.Ethic.c.10.D.

63 Fortuna accuſatur, ꝙ homines, qui maxime digni ſunt diuitiis,illas nõ habeãt.4. Ethic.cap.1.D.

64 Fortuna indiget felix,ut nõ impediatur. 7.Ethic.c.13.B.

65 Fortunæ proſperitas & felicitas ipſa idem eſſe aliquibus uidetur,licet non ſit.7.Ethico.cap.13.B.

66 Fortuna domina eſt bonorum externorum.2.Magnor.Mor.cap.8.A.&.7. Polit.cap.13.D.

67 Fortunæ bonæ diſpenſator non eſt deus, quia eſſet iniuſtus,quod nefas eſt dicere. 2.Magnor.Mor.c.8.B.

68 Fortunam bonam neceſſariam,dicũt, ad felicitatem.2.Magnor. Mor.c.8.A.

69 Fortunæ ibi minimũ eſt, ubi multum rationis, & econtrario, 2. Magnor. Mor. cap.8.A.

70 Fortuna bona eſt in iis,quæ in nobis non ſunt, nec quorum nos domini ſumus.2. Magnor.Mor.c.8.B.

71 Fortuna minimum dominatur in artibꝰ, quæ ſunt artificioſiſſimæ.1.Polit.c.7.D.

72 Fortuna & caſus ſunt cauſa bonorum externorum.7.Polit.c.1.D.

73 a Fortuna aut ꝓpter fortunam nemo eſt iuſtus aut temperans.7.Polit.c.1.D.

74 Fortunæ eſt euenire, ſicut uoti dicere.7. Polit..c.12.B.

75 a Fortuna plurima commoda proueniũt ex dominatione.7.Polit.c.14.E. Quære Dominari.13.

76 Fortunam ponere eſſe cauſam mundi aut ordinis uniuerſi,non probe ſe habet.1.Metaphyſic.c.3.I.

77 Fortuna eſt in iis,quæ fiunt propter aliqd ſed ſcd̃m accidens.11.Methaphy.c.7.A.

78 Fortuna in iis eſt, in quibus eſt intellectꝰ. 11.Methaphy.c.7.F.

79 Fortuna incerta eſt humanæ cognitioni, quia cauſæ,quæ ſunt a fortuna,ſunt infinitæ.11.Metaphy.c.7.F.

80 Fortuna dicitur bona, quando euenit aliquod bonum fortuito,mala uero dicitur, quando euenit aliquod malum fortuito. 11.Metaphy.c.7.F.

81 Fortuna non poteſt eſſe cauſa prima rerũ, quia fortuna eſt cauſa per accidẽs,& quod eſt per accidens,eſt poſterius eo, quod eſt per ſe.11.Metaphy.c.7.F.

82 Fortuna quarumdam generationum cauſa eſt.12.Metaphy.T.Co.13.

83 Fortuna & caſus naturæ & artis priuationes ſunt.12.Metaphy.T.Co.13.

FORTVNATVS.

1 Fortunati abſq; bonis honorabilibus quandoq; contemnuntur.2.Rhetor.c.11.C.

2 Fortunatus ille appellari poterit,cui cũ ratio deſit, quæ conſyderat,quod optimum eſt, eueniunt bona præter conſultationẽ. 2.Magnor.Mor.c.3.A.

3 Fortunatum proprie dicimꝰ eum,qui bonũ capit,q̃uis & aliqñ fortunatũ dicimꝰ eũ qui malũ euitauit.2.Magnor.Mor.c.8.B.

FORTVITVM.

Fortuita in fabulis mirificentiſſima ſunt. in Poet.c.6.H.

FORVM.Rerum uenalium.

Forum rerũ uenalium debet eſſe ſitum in tali loco,ut ſit facilis congreſſus,& quo a terra & a mari facilis ſit omniũ rerum importatio.7.Polit.c.12.B.

FORVM.Iudiciale.

Fori contentiones iucundæ ſunt aſſuetis & potentibus,quia ubi certatio, ibi uictoria,quæ inter iucunda numeratur.1.Rhetorico.cap.11.F.

FOSSILIA.

1 Foſſilia omnia fiunt a ſicca exhalatione.3. Meteor.c.6.F.

2 Foſſilia maxima ex parte alia puluis coloratꝰ,alia lapis ſunt,qui tamen lapis ex tali cõpoſitione factus eſt.3.Meteor.c.6.F.

FRANGIBILE.

1 Frangibilia quædam ſunt & comminuibilia ſimul,ut lapis,alia frangibilia & non comminuibilia, ut lignum.4. Meteor. T.Co.44.

2 Frangibilia differunt a cõminuibilibus, quod fractio eſt in magnas partes,comminutio in paruas.4.Meteor.T.Co.44.

3 Frangibilia ſunt,quæ longe porrectos hñt poros.4.Meteor.T.Co.44.

4 Frãgibilia & comminuibilia ſunt, quæ habẽt poros multos & directe poſitos.4.Meteor.T.Co.44.Quære Lignum.5.

FRATER.

1 Fratribus oĩa communia ſunt.8.Ethic. cap.9.A.

2 Fratres ſi multum differant ætate inter ſe,non eſt in eis fraterna amicitia.8.Ethi. c.10.C.& c.11.B.Quære Amicitia.

3 Fratres mutuo ſe diligunt, quia ab eiſdẽ orti ſunt.8.Ethic.c.11.B.

4 Fratrum contentiones & iræ ſunt acerbiſſimæ,quia quo plus ſe amant,eo amplius ſe odio habent, ſi diſſideant.c.7.C. Quære Amicitia.Odium.Pater.Phœniſſæ. ✳

FRAVS.FRAVDVLENTVS.Quære Deceptio.Planta pedis.

FRENEFACTIVA ARS. Quære Militaris.2.

FRIGIDITAS. FRIGIDVS.A.VM. FRIGVS.

1 Frigiditas prima qualitas contraria & actiua eſt.2. de Gener.T.Co.8.

2 Frigiditas congregat ea,quæ ſunt alterius generis& eiuſdem generis. 2. de Generatione.T.Co.8.

3 Frigiditatem qualitatem eſſe actiuam,probatur inductione.4.Meteor.T.Co.1.

4 Frigiditas congregat tã ea,quæ ſunt eiuſdem generis q̃ alterius,terminat, tranſmutat,humectat,arefacit, indurat, & mollificat.4.Meteor.T.Co.1.

5 Frigiditas actiua eſt,quia congregãdi uim habet.4.Meteor.T.Co.1.

6 Frigido & calido agit agens in paſſum.4. Meteor.T.Co.30.

7 Frigidum paſſiuorum eſt, quia aquam & terram, quæ paſſiua ponimus, frigere dicimus.4.Meteor.T.Co.30.

8 Frigus actiuum eſt, ut corruptiuum, & ſecundum accidens urit, & calefacit, nõ tamen ſicut calor, ſed quia congregat & circumobſiſtit calido. 4. Meteoror. T.Com.30.

9 Frigus non ſolum cogit,& deſiccat,ſed incraſſat, ut aquam & aerem. 4. Meteor. T.Co.40.

10 In Frigidis locis humiditas animalium eſt aquoſior. de Longit. & Breuit. Vit. c. 2. G.

11 Frigidas regiones incolẽtes animo quidẽ abundant, ingenii uero & artificii parũ habẽt. Cuius contrarium accidit habitantibus calidas regiones. 7. Polit. cap. 7. A. Quære Græci. 8.

12 Frigori aſſueſcere a pueritia utile eſt & ad ſanitatem & ad res bellicas. 7. Poli. c. 17. A. Quære Celtæ. 4.

FRIGIDA. Illepide & inſulſe dicta in oratione.
Frigida quæ ſint tam compoſitione q̃ epithetis q̃ tranſlationibus, oſtenditur. 3. Rhetorico. c. 3. per totum.

FRONS. TIS.
Frons parua indocilem arguit, longa adulatorem, rotunda hebetem, demiſſa triſtẽ, ſeuera audacem. de Phyſiognom. D. ✳.

FRONS. DIS.
Frondes arborum exhalatione fumoſa cõſtant. 4. Meteor. T. Co. 48. ✳.

FRVCTVS.
Fructus arborum oſtendunt ineſſe ſaporẽ terræ. de Sen. & Sen. c. 4. D. ✳.

FRVGES.
poſt Frugum perceptionem fiebant uetuſta ſacrificia & conuentus hominum. 8. Ethic. c. 9. C. ✳.

FRVI.
quibꝰ Fruimur, nil magni ex illis præter uſum conſequimur. 1. Rhetor. c. 5. D.

FRVSTRA.
Fruſtra uel uanum eſt, quod aptum natũ eſt eſſe propter aliud, cum nõ efficit illud, cuius cauſa erat aptum natum. 2. Phyſic. T. Co. 62. Quære Caſus. 19.

FVCVS. Quære Phucus. ✳.

FVGIBILE.
Fugibilius eſt, quod per ſe eſt cauſa mali, q̃ quod per accidens, ut uitium eſt cauſa mali per ſe, fortuna cauſa mali per accidens. 3. Topic. c. 1. D.

FVGITIVVM. Potẽtia, quæ aliquid fugiendum dictat.

FVGA. FVGERE.

1 Fugitiuum nõ eſt aliud ab appetitiuo, ſed differt ab illo ratione. 3. de Aia. T. Co. 29.

2 Fuga conſequitur triſtari ipſum. 3. de Anima. T. Co. 29.

3 Fuga ſic ſe habet in appetitu, ſicut in intellectu negatio. 6. Ethic. c. 2. A.

4 Fugimus aliquid, aut quia turpe, aut quia inutile, aut quia moleſtum. 2. Ethic. c. 3. B.

FVLGVR. FVLGVRARE. FVLGVRATIO.



1 Fulgurationes faciunt Thraſcias & Meſes & Aparctias uenti, quia prope flant, & frigidi ſunt & ꝓpter frigiditatẽ coeũt nubes, & ſegregatẽ fulgur. 2. Meteor. c. 6. N.

2 Fulgur fit, qñ ſpũs ſiue exhalatio ignit, & incenditur exiguo igni, & id eſt, quod fulgur appellamus, qa exhalatio colore ignis ſuffuſa excidit. 2. Meteo. c. 9. D.

3 Fulguratio poſt ictũ & tonitru fit, ſed qa uiſus ꝓuenit auditũ, prior nobis apparet, ſicut in remigatione triremiũ oſtenditur, cũ iã remiges remos iterum referãt, qñ ſonus primus remigii ad aures peruenit. 2. Meteor. c. 9. D.

4 Fulgur, dixit Empedocles, radios ſolis eẽ nubibus interceptos. 2. Meteor. c. 9. D.

5 Fulgur, dixit Anaxagoras, eſſe ignem ex æthere deorſum latũ. 2. Meteor. c. 9. E.

6 Fulgur dicere eſſe ignẽ deorſum latũ ab æthere, irrationabile eſt, quia prius dicendum erat Anaxagoræ, cur deſcendit ille ignis, & ſemper fit nubilo cælo & non ſereno. 2. Meteor. c. 9. F.

7 Fulgurationem quidam dixerunt, ut Clidemꝰ, non eſſe, ſed apparere, ſicut aq̃ maris nocte percuſſa fulget, ſic in nube humida mota apparet fulgur, quod reprobatur. 2. Mete. c. 9. H.

8 Fulgur fit, quando exhalatio tenuis excutitur. 3. Meteor. c. 1. A.

FVLIGO.
Fuligo eſt exhalatio corporis pinguis. 4. Meteor. T. Co. 48.

FVLMEN.

1 Fulmina proiiciuntẽ deorſum ab aere denſato frigore. 1. Meteor. c. 5. D.

2 Fulmina q̃uis nata ſint ſurſum ferri, quia calida ſunt, deorſum tamen feruntur repercuſſa a nube frigida & denſa, ſicut nuclei a digitis expreſſi exiliunt, & q̃uis graues ſint, ſurſum uerſus tñ feruntur. 2. Meteor. c. 9. B.

3 Fulmen eſt exhalatio ſeu ſpiritus multus & tenuis & expreſſus e nube incenſus & ignitus. 3. Meteor. c. 1. F.

4 Fulmẽ ſi tenue adeo fuerit, ut nõ adurat, eſt illđ, qđ poetæ uocãt Arges, id ẽ clarũ, qđ fulmẽ ſolida maxime diſſipat. Per rara uero ut ueſtes & ligna & corium ſine nocumento penetrat, nec adurit. Ita ut æs, quo ſcutũ integebatur, liquefactũ fuerit, lignũ uero paſſum ſit nil, quia ſpũs põt ſua ſubtilitate penetrare. Quo fulmine tẽplũ Epheſinũ cõflagrauit. 3. Meteor. c. 1. F.

5 Fulmen minꝰ adurens ſed fumidum Pſoloem apellant. 3. Meteor. c. 1. G.



6 Fulmina ſemper præcedit ſpiritus, ſed nõ cernit, quia ſine colore ẽ. 3. Meteor. c. 1. H.

7 Fulmine quæ percutiuntur, prius quatiũtur, & afflantur, q̃ percutiantẽ, quia ſpiritus ocyor eſt fulmine. 3. Meteor. c. 1. H.

8 Fulminum differentiæ ponuntur. de Mũdo. ad Alexandr. c. 2. E. F.

9 Fulmina non metuens non eſt fortis, ſed furens. 1. Magnor. Mor. c. 21. A.

FVMVS.

1 Fumus ex aere & terra eſt. 2. de Gener. T. Co. 84.

2 Fumus flamma ardens eſt. 2. de Gener. T. Co. 28.

3 Fumꝰ communi nomine appellatur exhalatio ſicca, quia nomen proprium non habet. 2. Meteor. c. 4. A.

4 Fumꝰ calidꝰ & ſiccꝰ eſt. 2. Meteor. c. 4. C.

5 Fumus ſpiritus ſeu exhalatio incenſa & ardens eſt. 3. Meteor. c. 1. G.

6 Fumus ex lignorum exhalatione ꝓuenit. 4. Meteor. T. Co. 48.

7 Fumoſa exhalatione conſtant frondes arborum, ſquammæ piſcium, pili animaliũ. 4. Meteor. T. Co. 48.

8 Fumus ſunt exhalationes a corporibꝰ animaliũ, ex quibus conſtant plumæ, & ſquãmæ & pili. 4. Meteor. T. Co. 28. Quære Exhalatio.

9 Fumus, qui exhalatur a corporibꝰ pinguibus, nigerrimus eſt, quia pinguia maxime cõburuntur, & continuitate faciunt. de Colorib. B. Quære Exhalatio. ✳.

FVNDA.
Funda cur lõgius iacimꝰ tela q̃ manu, habes. Mechanic. c. 1. per totum.

FVR
Fures auari & illiberales ſunt, quia turpi lucro ſeruiunt, & maxime pericula ſubeunt, ut furentur. 4. Ethic. c. 1. H. ✳.

FVRIOSVS.
Furioſi aliquando proferũt docta quædã, quæ tamen nõ intelligũt. 7. Ethic. c. 3. C. Quære Eſtatici. Melancholici.

FVTVRVM.

1 Futurorum non eſt memoria, ſed ſpes aut opinio. de Memo. & Remi. c. 1. B.

2 Futura ſperamus. 1. Rhetor. c. 11. C.

3 Futurorum ſpes bona afficit uoluptate. 9. Ethic. c. 4. B. Quære Bacchides. Conſilium. Conſultatio. Contingens. Electio. Tempus. ✳.



G

GADES. Inſula & ciuitas in oceano adiacẽs Bæticæ ꝓuinciæ. Gades olim Phœnices incoluerunt. de Admirã. Audit. 109. Quære Phœnices. 3.

GAEOMETRIA. GAEOMETRA.

1 Gæometriæ principia propria ſunt puncta & lineæ. 1. Poſter. T. Co. 24.

2 Gæometra non ſupponit falſa, ut quidam dicunt. 1. Poſter. T. Co. 25.

3 Gæometria ſubalternat ſibi perſpectiuã. 1. Poſter. T. Co. 30.

4 Gæometria poſterior & minus certa eſt q̃ arithmetica, quia eſt ex appoſitione. 1. Poſter. T. Co. 42.

5 Gæometra non debet argumentari contra deſtruentem ſua principia. 1. Phyſico. T. Co. 8.

6 Gæometra ſoluere poteſt rationes Bryſſonis, Antiphonis uero non poteſt. 1. Phyſico. T. Co. 11.

7 Gæometria phyſicã lineam cõſyderat, ſed non ut phyſicam. 2. Phyſic. T. Co. 20.

8 Gæometria circa paſſiones, quæ magnitudinibus accidunt, uerſatur. 1. Rhetorico. c. 2. A.

9 Gæometria minꝰ certa eſt q̃ arithmetica, quia gæometria non procedit ex primis nec ex tam paucis q̃ arithmetica. 1. Metaphy. c. 2. B.

10 Gæometria non cõſyderat, quid ſit cõtrariũ aut pfectũ aut ens aut idem aut diuerſum, niſi ex ſuppoſitione. 4. Metaphy. T. Co. 6. Quære Iuuenis. 31.

GALAXIA. Lacteus circulus. Quære Lacteus circulus.

GALEOTA. Animal.
Galeotæ ſenectutem exuunt, ſicut ſerpentes, & epilepticis medentur. de Admirandis. Audit.

GALLICVM TOXICVM. Quære Toxicum.

GALLINA. GALLVS.

1 Gallus animoſus eſt & grauem uocem habet. in Phyſio. E.

2 Gallinæ in Illyria bina aut terna oua quotidie pariũt. de Admirand. Audit. 125. ✳.

GALLI. Notiſſimæ Europæ prouinciæ populi, qui Græcis Celtæ dicuntur.

1 Galli non timent terræmotus aut fluctus. 3. Ethic. c. 7. B.

2 Galli nefandam uenerē palam receperūt,
& bellicoſi ſunt.2.Polit.c.7.C.
3 apud Gallos honoratur potētia bellica.7.
Polit.c.2.D.
4 Galli parua ueſte amiciūt pueros filios.7.
Polit.c.17.A.Quære Stanū.3.Puer.28.
GARGARIA.Italiæ regio.
in Gargaria templū Palladis erat.de Ad-
mirand.Audit.96.
GAVDERE.GAVDIVM.
1 Gaudium cōmune eſt omnibus animali-
bus.de Sen.& Sen.c.1.A.D.
2 Gaudere quibꝰ oportet ab ipſa ſtatim ado-
leſcentia, maximum momentū hahet ad
uirtutem,ut dixit Plato.2.Ethic.c.3.A.
3 Gaudere & dolere multum poſſunt circa
omnes actus. 2. Ethico. ca.3.C. Quæ-
re Lætitia.
GELON.Syracuſanus Tyrannus.
1 ad Gelonē ſcripſit Aeneſidemꝰ ſe oppidū
cepiſſe Cotabiam,quod prædæ & iniuriæ
expoſitum erat, ſeq; Gelonē præueniſſe.
1.Rhetor.c.11.G.
2 Gelon tyrannus.1. Rhetor.c.12. F.&.5.
Polit.c.3.B.
3 Gelon ſyracuſanorum tyrānus cum ſeptē
annis tyrānidem exercuiſſet, octauo deſū
ctus eſt.5.Polit.c.12.B.
GEMINI.Cōſtellatio.Quære Iupiter.2
GENERATIO.GENERARE.GE-
RABILE.
1 Generatio ſpecies motus eſt. Prædicamē.
c.13.A.
2 Generationi cōtraria eſt corruptio.Prædi
cament.cap.13.B.
3 Generatiōes quorum ſunt bonæ,& ipſa bo
na ſunt,& quorum generationes malæ,&
ipſa mala ſunt.2.Topic.c.3.L.
4 Generationē,quidā alterationē eſſe, dixe
runt, quidā uero congregationē & ſegre-
gationē.1.Phyſic.T.Co.33.
5 Generatio melius fit ex finitis,quam ex in
finitis.1.Phyſic.T.Co.50.
6 Generationem antiqui philoſophi nega-
bant.1.Phyſic.T.Co.71.
7 Gñatio ē uia ad naturā.2.Phyſi.T.Co.14
8 Generationem conſyderātes debent con-
ſyderare materiam formam & mouētem.
2.Phyſic.T.Co.72.
9 in Generatiōibꝰ infinitis q̃ accipiunt̃,cor-
rumpuntur, licet non deficiat gñatio.3.
Phyſic.T.Co.58.
10 Generatio ne deficiat, non eſt ponendū
infinitum actu.3.Phyſic.T.Co.73.
11 Generatio unius corruptio eſt alterius, &
econtrario.3.Phy.T.Co.73.&.1.de. Ge-
ne.T.Co.16.17.&.12.Metaphy.T.Co.7.
12 Generabilia omīa ſunt in tempore.4.Phy-
ſico.T.Co.120.
13 Generatio eſt mutatio de nō ſubiecto in
ſubiectum.5.Phyſic.T.Co.7.
14 Generatio alia ſimpliciter, alia ſecundum
quid.5.Phyſic.T.Co.7.
15 Gñatio nō pōt eſſe motꝰ.5.Phyſi.T.Co.8
16 Generatio quomō eſt cōtraria corruptio
ni,oſtēditur.5.Phyſic.T.Co.51.
17 Generationes quædā naturales ſunt,quæ
dam uiolentæ.5.Phyſic.T.Co.56.57.
18 Generationes quæ dicūtur æque ueloces,
oſtēditur.7.Phyſic.T.Co.34.& ultra.
19 Generatio impoſſibilis eſt ſine motu. 8.
Phyſic. T.Co.1.&.1.Metaphy.T.Co.20.
20 Generans a forma ſiue ſpecie generat. 8.
Phyſic.T.Co.40.
21 Generationem tollunt,qui dicunt,nil mo
ueri.8.Phyſic.T.Co.24.
22 Generationem impoſſibile eſt, eſſe primā
omnium motuum.8.Phyſic.T.Co.57.
23 Generatione quod poſterius eſt, prius eſt
natura.8.Phyſic.T.Co.58.
24 Generationis terminus eſt eſſe.8. Phyſic.
T.Co.62.
25 Generationes in contrariis fiunt.1.de Cæ.
T.Co.20.
26 quæ Generantur, omnia corrumpuntur.
1.de Cæl.T.Co.102.
27 Generatū tribus modis dicitur.1.de Cæl.
T.Co.112.
28 Generatum quod eſt,poſſibile eſt, quodā
tempore non eſſe.1.de Cæl.T.Co.121.
29 Generatum & corruptibile mutuo ſe con
ſequūtur.1.de Cæl.T.Co.112.& ultra.
30 Generationem eſſe, neceſſarium eſt, quia
elemēta cōtraria ſunt,& agunt,& patiun-
tur mutuo.2.de Cæl.T.Co.20.
31 Generatio ſi neceſſaria eſt,lationes plures
eſſe in cælo oportet.2.de Cæl.T.Co.20.
32 Generatio aut omnino non eſt,aut eſt in
elementis & in iis,quæ ex elementis con-
ſtant.3.de Cæl.T.Co.2..
33 de Generatione qui ante Ariſtotelem phi
loſophati ſunt,inter ſe differunt,& ab iis,q̃
ab Ariſtotele dicūtur. 3.de Cæl.T.Co.2.
34 Generari omnia, aliqui dixerunt, & nil eſ-
ſe,quod nō generetur.3.de Cæl.T.Co.2.
35 Generari omnia,qui dicebant,aliqua dice
bāt incorruptibilia, poſtq̄ generata ſunt,
alia uero corrumpi.3.de Cæl.T.Co.3.
36 Generari oīa,quidā dixerūt,& tamen eſſe
in cōtinuo fluxu omīa,& nil ꝑmanere,niſi
unum quoddā ſolum.3.de Cæl.T.Co.3.
37 Generari corpora ex ſuperficiebus,quidā
dixerunt.3.de Cæl.T.Co.3.
38 Generationem facere ex diſtantibꝰ & mo
tibꝰ irrationabile eſt.3.de Cæl.T.Co.25.
39 Generationem ex elemētis quidam com-
poſitionem dicunt.3.de Cæl.T.Co.43.
40 Generationem,antiquorum quidā,altera
tionē eſſe,dixerunt.1.de Gener.T.Co.1.
41 Generationem & alterationem non idem
eſſe,neceſſe eſt dicere illos, qui omnia ex
uno generant.1.de Gener.T.Co.1.
42 Generationē,antiquorū quidā,aliđ eſſe ab
alteratione,dixerūt.1. de Gener.T.Co.1.
43 Generationē & alterationē non eſſe idē,
neceſſe eſt illos dicere,qui plures materias
ponūt, ut Empedocles,Anaxagoras,Leu
cippus,Democritus.1. de Gener.T.Co.1.
44 Generari & corrumpi & alterari idē eſſe,
dixit Anaxagoras propriam uocem igno
rans.1.de Gener.T.Co.1.
45 de Generatione inſufficient̃ tractauit Pla-
to,quia tantū de elementorum generatio-
ne diſſeruit.1.de Gener.T.Co.5.
46 Generationem dicebant Democritus &
Leucippus fieri per congregationem cor
porum indiuiſibiliū infinitarū figurarū.1.
de Gener.T.Co.5.Quære Democritꝰ.9.
11.14.26.27.29.32.33.35.44.47.59.64.
47 Gñatio diuerſa uidetur ab alteratione om
nibꝰ fere philoſophis.1.de Gener.T.Co.6
48 Generationem dicere eſſe congregationē
multa impoſſibilia ſequunt̃.1. de Gener.
T.Co.6.
49 Generationē, ſi dicamus non eſſe congre
gationem, rationes nō faciles ut ſoluant̃,
occurrunt.1.de Gener.T.Co.6.
50 Generatio non eſt congregatio.1.de Ge-
ner.T.Co.10.
51 Generatio eſt tranſmutatio ex hoc in hoc
totum.1.de Gener.T.Co.10.
52 Gñationē iuuat cōgregatio aut ſegrega-
tio,ad hoc ut celeriꝰ fiat, ſed nō eſt cōgre-
gatio,aut ſegregatio gñatio, ut ſi aqua di-
uidat̃ in minutulas ꝑtes,faciliꝰ gñat̃ ex ea
aer,q̃ ſi ſit coadunata.1.de. Ge.T.Co.10.
53 Gñatio ſimpliciter ſi eſt, ex nō ente ſimpli-
citer gñabit̃ aliquid.1.de Gene.T.Co.11.
54 Generatio ſimpliciter quodammō ex nō
ente eſt,quodammō ex ente ſemper, quia
ſubiectum ipſum potentia eſt ens,actu nō
ens.1.de Gener.T.Co.11.
55 Generatio ſolius ſubſtantiæ eſt,ſicut & cor
ruptio.1.de Gener.T.Co.11.
56 Gñatio ꝑpetua eſt,qa cauſa efficiēs ſcilicet
unde principiū motus,& cauſæ materiales
ſunt ꝑpetuæ.1.de Gen.T.Co.14.& ultra.
57 Generationē eſſe ꝑpetuā,& materiā finitā
eſſe, abūde magnū dubiū affert, qa quod
corrūpitur,in non ens abit, & ſic uidet̃ in
nil redigendam materiā,qđ tñ nō fit,quia
corruptio unius generatio eſt alterius. 1.
de Gener.T.Co.16.17.
58 Generationē nō deficere, quia qđ gñatur
ſemper eſt minus,non eſt dicendum.1.de
Gener.T.Co.16.
59 Generatio ſimpliciter eſt in ſimplicit̃ ens.
1.de Gener.T.Co.18.
60 Gñationē ſimplicit̃ & ſcđm qd aliq differ-
re dicebāt ſcđm ꝑfectionē & impfectionē
ſuarū differētiarū.1. de Gener. T.Co.18.
61 Generationē ſimplicit̃ & ſecūdū qd aliqui
differre dicebāt ſecūdū magis ſenſibile &
minꝰ ſenſibile.1.de Gener.T.Co.19.
62 Generatio eſt, quando totū trāſmutatur,
non manente aliquo ſenſibili ut ſubiecto
eodem.1.de Gener.T.Co.23
63 Gñatio maxime dicit̃,qñ fit aliq̄ trāſmuta
tio ex aliquo minꝰ ſenſibili in aliqđ magis
ſenſibile aut tactu aut oībꝰ ſenſibus,ut qñ
ex aere aq̄ generat̃.1.de Gene.T.Co.24.
64 in Generato ſi maneat eadē paſſio, q̄ fuit
in corrupto,non eſt tranſmutatio ſecūdū
illam.1.de Gener.T.Co.24.
65 Gñatio eſt,qñ nec remanet paſſio,nec ac-
cidēs corrupti.1.de Gener.T.Co.24.
66 Gñatiōis maxime ſubiectū ꝓpriū ſuſcepti
bile ē materia ꝑma.1.de Gene.T.Co.24
67 Gñatio ē trāſmutatio ex ſubſtātia in potē-
tia in ſubſtātiā in actu.1.de Ge.T.Co.25.
68 Generat̃ aliqd ab aliquo actu exiſtēte aut
eiuſdem generis aut eiuſdem ſpeciei.1. de
Gener.T.Co.30.
69 quod Generatur ſimpliciter, non manet
idem.1.de Gener.T.Co.33.
70 Generatiōis & augmētatiōis differētia po
nitur.1.de Gener.T.Co.39.
71 in Generatione nō generatur aliquid uni-
uerſale,ſed hoc uniuerſale aut hoc ſingu
lare.1.de Gener.T.Co.40.
72 Gñatio differt a mixtione,quia forma nō
miſcetur materiæ,aut econtrario.1.de Ge-
ner.T.Co.83.
73 Generatio ſubſtātiis natura ſubſiſtentibus
non eſt ſine ſenſibilibus corporibus, id eſt
elementis.2.de Gener.T.Co.1.
74 Generationem fieri, dixit Empedocles,
ex elementis cōgregatis & alteratis. 2.de
Gener.T.Co.2.
75 Generatio eſt in contraria & ex contrariis.
2.de Gener.T.Co.24.
76 Generatio nō erit, ſed alteratio,ſi unū oīa
ſunt.2.de Gene.T.Co.30.
77 Generationem tollit Empedocles,quia di-

cit, elementa in ſe inuicē nō tranſmutari. 2. de Gener. T. Co. 40.

78 Generatio in eis contingit, quæ ſunt circa medium locum. 2. de Gener. T. Co. 51.

79 ad Generationem tria requirũtur, ſcilicet materia & forma & efficiens, nam duo nō ſufficiũt. 2. de Gener. T. Co. 52. & ultra.

80 Generatio eſt eorum, quæ poſſunt eſſe & non eſſe. 2. de Gener. T. Co. 51.

81 Generationis cauſam efficientem, omnes antiqui ſomniauerunt, nullus tamen eorũ expreſſit. 2. de Generatione. T. Co. 52.

82 Generatiōis cauſam, dixit ĩ Phædone Plato, eſſe ſpecies ſeparatas, quas dicit ideas. Quarum ſuſceptione quaſi impreſſiōe aliqua fiunt actu entia, & generantur, extruſione uero talis formæ corrumpuntur illa, quæ actu prius fuerant generata. 2. de Gener. T. Co. 52.

83 Generationis cauſam nō poſſe eſſe ideas, ex iis probatur, quia cum ipſæ ſemp ſunt, ut dixit Plato, cur non ſemper generant? Præterea alia agentia uidemus, ut medicũ operari ſanitatem, & doctorem doctrinā. 2. de Gener. T. Co. 52.

84 Generationis cauſam efficiētē quidā dixerunt, eſſe materiā. 2. de Gener. T. Co. 53.

85 Generationis cauſam efficientē, qui dicũt eſſe materiā, magis ſecũdũ naturā loquũtur, q̃ ii, qui ideas ponũt eſſe cauſam generationis. 2. de Gener. T. Co. 53.

86 Generationis cauſa eſt alterans & tranſformans. 2. de Gener. T. Co. 53.

87 Generationis cauſam non eſſe materiam, ex hoc probatur, ꝙ pati & moueri eſt materiæ, agere uero & mouere eſt alterius potētiæ. 2. de Gener. T. Co. 53.

88 Generatio ꝑpetua eſt, quia motus cæli perpetuus eſt. 2. de Gener. T. Co. 55. & ultra.

89 Generatio ſemper erit, & nunq̃ corruptio, aut econtrario, ſi cæli motus unus tantum eſt. 2. de Gener. T. Co. 55. & ultra.

90 Generatio & corruptio ſi ſunt, neceſſe eſt plures & contrarios eſſe cæli motus. 2. de Gener. T. Co. 56.

91 Generationis & corruptiōis cauſa eſt motus circuli obliqui, nā accedente ad nos ſole in circulo obliquo, fiũt generatiōes, corruptiones uero, recedēte a nobis ſole. 2. de Gener. T. Co. 56. & 1. Meteor. c. 9. A.

92 Generationis continuitas eſt a motu primi orbis. 2. de Gener. T. Co. 56.

93 Generationis naturalis temp⁹ æquale eſt tēpori corruptionis, & ecōtrario. 2. de Gener. T. Co. 57. & ultra.

94 Generationes & corruptiones eſſe ex motu ſolis in circulo obliquo, ſenſu percipimus. 2. de Gener. T. Co. 58.

95 Generationes inæquales eſſe, accidit propter materiæ inæqualitatem & confuſionem. 2. de Gener. T. Co. 58.

96 Generatio & corruptio cōtinua erit, & nũq̃ deficiet. 2. de Generatione. T. Co. 58.

97 Generationē continuā deus efficit, ut oĩa cōſeruētur ꝑpetua in ſpecie, quia q̃dā ſunt adeo diſtātia a p̃mo, ut p ſe nō poſſint eadē numero manere ꝑpetua, cōtinuāt autem ſuũ eſſe p gñatiōes. de Gñatiōe. T. Co. 59.

98 Generationes omnes an neceſſario fiant, quærit. Ad quod reſpondet, quædā generari neceſſario, poſitis quibuſdā, ut ſi terra madefit, neceſſe eſt uaporē emittere, quædā uero nō neceſſitate fiunt, ſed contingit non eſſe, ut illa, quæ non habēt cauſam determinatā, ut q inceſſurus eſt, pōt nō incedere. 2. de Gener. T. Co. 63. & ultra.

99 Generant quædā neceſſario, quibuſdā poſitis, non tamē cōuertitur, ut ſi domus eſt, neceſſario fundamentum eſt, non tamen cōuertitur, quia in eſſentialiter ordinatis, ſi poſterius eſt, & prius eſſe, neceſſe eſt. 2. de Gener. T. Co. 66. & ultra.

100 Generatio perpetua eſt ſecundum circulum & ſpeciē, non autē ſecũdum rectũ & indiuidua. 2. de Gener. T. Co. 69.

101 Generatio ſimpliciter opus eſt q̃tuor qualitatũ primarũ. 4. Meteor. T. Co. 2.

102 Generatio ſimplex & naturalis eſt ꝑmutatio, q̃ fit a q̃tuor primis qualitatibus, cũ ex ſubiecta materia ad quancunq; naturā habeant rationē. 4. Meteor. T. Co. 2.

103 Generationi ſimplici cōtrarium maxime cōmune ē putrefactio 4. Meteor. T. Co. 3

104 Generare ſibi ſimile eſt naturaliſſimũ int opa uiuētiũ in illis, quæ pfecta ſunt & nō orbata, aut habētia generationē ſpōtaneā, ut illa, q̃ ex putrefactiōe generātur, ut participēt diuino & immortali eſſe, ſecũdum ꝙ poſſunt, dum ſemper ſunt in ſpecie. Nā omnia, quæ ſecundũ naturā agũt, illud appetunt, & illius cauſa agunt, ut ſimilia ſint diuino eſſe. 2. de Anima. T. Co. 34.

105 Gñationis effectiuũ eſt alimentũ, nō illius qđ alitur, ſed alteri⁹. 2. de. Aĩa. T. Co. 47.

106 Generat nil ſeipſum, ſed conſeruat. 2. de Anima. T. Co. 47.

107 Generatio eſt p̃ma participatio aĩæ uegetatiuæ in calido. de Vit. & Mort, c. 1. E.

108 Generatio cōmunis eſt omnibus animalibus. de Vit. & Mort. c. 1. A.

109 in Generatione primum eſt illud, quod eſt ultimũ in reſolutione. 3. Ethic. c. 3. C.

110 Generatio omnis uel eſt bona ſimpliciter, uel bona alicui. 7. Ethic. c. 12. A.

111 Generatum coniunctius eſt ipſi genitori, q̃ factum factori. 8. Ethic. c. 12. A.

112 Generatum proprium eſt eius, a quo genitum eſt, ut dens & capillus. 8. Ethicor. cap. 12. A.

113 Generans magis coniunctum eſt generanti, q̃ faciens facienti. 8. Ethic. c. 12. A.

114 Generatur unumquodq; ex eo, in quod reſoluitur, & non ex quouis fit quoduis. 10. Ethic. c. 3. B.

115 Generata gignentibus ſimilia ſunt. 1. Politico. c. 7. B.

116 Generandi ultimus terminus uiri eſt fere annus ſeptuageſimus, ſicut mulieris ann⁹ quinquageſimus. 7. Polit. c. 16. A.

117 Generatis omnibus educatio eſt a matre. 1. Oeconom. c. 2. A.

118 Generationis æternitatem facit diuina ꝓuidentia per conſeruationem ſpeciei, q̃uis intereant indiuidua. 1. Oecon. c. 3. B.

119 Generari aliquid ſimpliciter negabant philoſophi antiqui, quia ſolā cauſam materialem cognoſcebant. 1. Metaphy. c. 1. C.

120 Generationes omnes circa ſingulare ſunt 1. Metaphy. c. 1. D.

121 Generationis cuiuſlibet finis eſt bonum. 1. Metaphy. c. 3. A.

122 Generationem, dixit Anaxagoras, eſſe p congregationem infinitarum partiũ ſimilium. 1. Metaphy. c. 3. F.

123 in Generatione qđ eſt poſterius, eſt prius ſecundum naturā. 1. Metaphy. T. Co. 14.

124 Generari aliquid ex non ente, impoſſibile eſt. 3. Metaphy. T. Co. 12.

125 Generari non eſt poſſibile, quod impoſſibile eſt eſſe. 3. Metaphy. T. Co. 12.

126 Generabilia & corruptibilia ſi comparentur ad ea, quæ nec generantur, nec corrũpuntur, nullius fere quātitatis ſunt. 4. Metaphy. T. Co. 23.

127 Generatio aut corruptio non eſt niſi in elementis & elementatis. 4. Metaphyſicor. T. Co. 23.

128 Generationes naturales ſunt, quæ a natura ſunt. 7. Metaphy. T. Co. 22.

129 Generans dicitur natura ſecũdum ſpeciē, quæ tamen non eſt in generato numerice 7. Metaphy. T. Co. 22.

130 Generati partes ſunt materia & forma. 7. Metaphy. T. Co. 24.

131 Generatum ſimile eſt in quibuſdam generanti, nō tamen numero, ſed ſpecie, q̃uis aliquando cōtingat, generatum nō eſſe in ſpecie ſimile, ut quando equus mulũ generat. 7. Metaphy. T. Co. 28.

132 Generans ſufficiens eſt, ut forma ſit in materia ſine ideis ſeparatis. 7. Metaphyſicor. T. Co. 28.

133 Generatum quando eſt ſimile generanti, aut quando non, oſtenditur. 7. Metaphyſi. T. Co. 30. & ultra.

134 ſine Generatione aut corruptione quædā ſunt, & aliquando non ſunt, ut puncta. 8. Metaphy. T. Co. 14.

135 Generationē tollunt Megarici ſua opinione de potentia. 9. Metaphy. T. Co. 6.

136 Generatione poſteriora priora ſunt ſpecie & ſubſtantia, ut uir puero. 9. Metaphyſic. T. Co. 15.

137 Generatio eſt mutatio a nō ſubiecto ĩ ſubiectum. 11. Metaphy. c. 10. C.

138 ad Generationem nō eſſe motum, probat 11. Metaphy. c. 10. C.

139 Generatio eſt ſubſtantiæ. 12. Metaphyſic. T. Co. 7.

140. Generatio ex non ente fit, nō ex non ente ſimpliciter, ſed ex non ente tali, ſed potentia tali. 12. Metaph. T. Co. 11.

141 Generati ſubſtantia ſimilis eſt ſubſtantiæ generanti naturaliter. 12. Metaphyſicor. T. Co. 13.

142 Generatio ſi futura ſemper eſt aut corruptio, oportet, ꝙ ſit aliquid actu ſemp, qđ agat. 12. Metaphy. T. Co. 33.

143 Generatio non eſt, ſi non ſint aliæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles. 12. Metaphyſicor. T. Co. 56. ✳

GENEROSVM.

1 Generoſum & nobile hoc differunt, ꝙ generoſum eſt, quod nō recedit a natura, nobile uero eſt, ꝙ eſt ſecundum uirtutem generis. 2. Rhet. c. 15. A.

2 Generoſiſſimum eſſe illum, qui optimus ſit, dixit Iphicrates. 2. Rhet. c. 23. F. ✳

GENITVRA. Quære Semen. ✳

GENIVS. Quem nobiſcum naſci, & nos tueri fabulata eſt antiquitas.

Genium uniuſcuiuſq; eſſe animam ſtudioſam, dixit Xenocrates. 2. Topic. c. 2. N.

GENS.

1 Gentis nobilitas quæ ſit. Quære Nobilitas. 3.

2 Gentes ſub regib⁹ ſunt, quia proceſſerũt ab iis, qui ſuberant regno ſcilicet a domo, quæ regitur a ſeniore. 1. Polit. c. 1. D.

3 Gens differt a ciuitate, quia gens diuiſa eſt per pagos, ciuitas uero non. 2. Politic. cap. 1. D.

GENV.

Genu tibiæ propinquius eſt, prouerbialiter dictum, quo oſtẽditur, ea nos maxime amare, quæ propinquiora a nobis ſunt. 9. Ethic.c.8.A.✳.

GENVS. Logicum phyſicum & metaphyſicum.

1 Genus cognoſcere quid ſit, neceſſarium eſt ad doctrinam prædicamẽtorum, & ad aſſignationem diffinitionum, & ad demõſtrationẽ & diuiſionẽ. Prædicabil. p̃fat.A.

2 Genus tripliciter dicitur. Primo, collectio aliquorum quodammodo ſe habẽtium, ut Romanorum, aut Atheniẽſium. Scd̃o dicitur genus pricipium uniuſcuiuſq; g̃nationis, uel ab eo, qui genuit, uel a loco, in quo quis genitus eſt. Tertio dicitur genus, cui ſupponitur ſpecies. Nã cõtinet ſub ſe multitudinem ſpecierũ. Prædicabil.c.1.A.

3 Genus licet tripliciter dicatur, apud philoſophos tamẽ de illo eſt ſermo, quod prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie in eo quod quid. Prædicabil.c.1.B.

4 Genus differt ab iis, quæ de uno ſolo prædicãtur, quia de pluribus prædicatur. Ab iis differt, quæ de pluribus puta ſpeciebus prædicantur, quia licet ſpecies de pluribꝰ prædicẽtur, nõ tamẽ de pluribus differẽtibus ſpecie. A p̃prio differt, quia propriũ de una ſola ſpecie, cuiꝰ eſt, ut riſibile de homine, genus uero prædicatur de pluribus ſpeciebus. A differẽtia differt genus, quia differẽtia prædicatur in quale quid, genꝰ in eo quod quid. Prædicabil.c.1. C.D.E.

5 Genus per ſpeciem diffinitur, & ecõtrario Prædicabil.c.2.A.

6 Genus generaliſſimum eſt, quod cum ſit genꝰ, nõ poteſt eſſe ſpecies, & ſupra qđ nõ eſt aliud ſupueniẽs genꝰ. Prædicab.c.2.B

7 Genera generaliſſima decem ſunt. Prædicabil.c.2.B.

8 Genus plura colligit in unã materiã, q̃ ſpecies. Prædicab.c.2.G.

9 Genus ſemp in plures ſpecies diuiditur. Prædicab.c.2.H.

10 Genus prædicatur, de quocũq; prædicat̃ ſpecies. Prædicab.c.2.I.

11 Genus quoddam totum eſt. Prædicabil. cap.2.L.

12 Genus prædicatur de ſpecie & de indiuiduo. Prædicab.c.2.I.

13 Genus per differẽtias diuiditur in ſpecies. Prædicabil.c.3.B.

14 Genus nullas differẽtias actu habet, poteſtate uero oẽs. Prædicab.c.3.G.

15 Genus habet ſe ad differẽtiam, ſicut materia ad formã. Prædicab.c.3.H.

16 Generis ad alia p̃dicabilia cõitates ſeu differẽtiæ ponũtur. Prædicab.c.6. per totum

17 Generũ diuerſorum & nõ ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies & differẽtiæ. Prædicamẽt.c.3.A.

18 Generum ſubalternatorum, nil prohibet, eaſdem eſſe differẽtias. Prædicamẽ.c.3.A.

19 Genera & ſpecies dicũtur ſubſtãtiæ ſcd̃æ, in quibus inſunt primæ. Prædicamento. cap.5.A.

20 Genus minus ſubſtãtia eſt q̃ ſpecies, quia remotius eſt a primis ſubſtãtiis. Prædicamẽt.cap.5.C.

21 G̃na priora ſunt ſpeciebꝰ. Prædic.c.12.A

22 G̃na & ſpecies nõ cõuertũtur, ut ſi aquatile ſit animal, nõ neceſſe eſt, ſi animal eſt, eſſe aquatile. Prædicamẽt.c.12.B.

23 in Genere latẽt magis æquiuoccatiões q̃ in ſpeciebus. 2. Poſter. T.Co.22.

24 Genus difficilius diffinitur q̃ ſpecies. 2. Poſter. T.Co.22.

25 Genus eſt, quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid prædicatur. 1. Topic.c.4.C.

26 Generi accommodatum eſt, utrum in eodem genere aliud ali, an in altero ſit. 1. Topic.c.4.C.

27 Genꝰ diffinitiõi annectitur. 1. Top.c.5.A

28 Genere eadẽ ſunt, quæcũq; ſub eodẽ g̃ne ſunt. 1. Topic.c.6.A.B.

29 G̃na aliq̃n aſſignãtur ineſſe ſuæ ſpeciei ut accidẽs, ſed eſt mala aſſignatio, quod accidit, quia habet cõuenientiam magnam cũ accidẽte. 2. Topic.c.2.A.

30 Genus uniuoce prædicatur de ſuis ſpeciebus. 2. Topic.c.2.A.

31 Generis nomẽ & rationẽ ſuſcipiũt ſpecies 2. Topic.c.2.A.

32 Generi q̃ nõ inſunt, nõ poſſunt ieſſe ſpẽi, ſed aliqua inſunt g̃ni, q̃ nõ inſunt ſpeciei. 2. Topic.c.2.I.

33 Genus quæcũq; habẽt, denoĩatiue dicunt̃ ab illo. 2. Topic.c.2.I.

34 Generis p̃blemata q̃n cõſtruenda aut deſtruenda ſunt, ponuntur loci dialectici. 4. Topic. per totũ. Quære Locus dialecticus

35 Genꝰ & propriũ ſunt elemẽta, q̃ p̃tinẽt ad diffinitiões. 4. Topic.c.1.A.

36 Genꝰ nõ bene aſſignat̃ aliquorũ, niſi p̃dicet̃ de illis in eo qđ qd. 4. Top.c.1.B.

37 Genꝰ ſi aſſignat̃ aliquorũ, & de aliquo illorũ nõ p̃dicat̃, nõ eſt bona aſſignatio generis. 4. Topic.c.1.A.

38 ad Generis aſſignationẽ maxime inſpiciẽdum eſt in accidẽtis diffinitiõe, ſi aptatur ad ipſum. 4. Topic.c.1.B.



39 Genus & ſpecies ad idem prædicamentũ pertinere debent. 4. Topic.c.1.C.

40 Generis rationem debent participare ſpecies, non tamen genus rationem ſpecierũ. 4. Topic.c.1.C.

41 Genus prædicatur, de quocũq; ſpecies p̃dicatur. 4. Topic.c.1.D.

42 Genus ſi de pluribus dicatur q̃ de iis, quorum aſſignatum eſt genꝰ, male aſſignatur. 4. Topic.c.1.D.

43 Genus non poteſt poni illius, quod prædicatur de tot aut de pluribus ſicut ipſum. 4. Topic.c.1.E.

44 Genus ſi aſſignetur alicuius ſpeciei, uidẽdum eſt, an omnia genera illius generis p̃dicentur de illa ſpecie in eo quod quid, qa ſi non prædicantur in eo quod quid, non eſt bene aſſignatum genus. 4. Topicor. cap.2.A.

45 Genera eiuſdem ſpeciei ſubalternata eſſe oportet. 4. Topic.c.2.B.

46 Genus ſi participat ſpeciem, non eſt bene aſſignatum, quia nullum ſuperius participat, quod inferius eſt. 4. Topic.c.2.C.

47 Genus participant ſpẽs aut indiuiduũ, nõ aũt differentia. 4. Topic.c.2.F.

48 Generũ rationes neceſſe eſt p̃dicari de ſpecie & de iis, quæ participant ſpeciem. 4. Topic.c.2.E.

49 Genus & differentia ſequuntur ſpeciem, quandiu eſt. 4. Topic.c.2.G.

50 Genus eſt male aſſignatum, ſi ſpecies põt illud amittere. 4. Topic.c.2.G.

51 Genus male aſſignatur, ſi ſpecies cõmunicet aliquid, quod non conuenit contentis ſub genere, ut ſi anima uitam communicat, & impoſſibile eſt aliquem numerum uitam cõmunicare, anima nõ erit ſpecies numeri. 4. Topic.c.3.A.

52 Genus quodcunq; plures habet ſpecies. 4 Topic.c.3.A.

53 Genus ſequitur ad ſpeciem, ſed nõ ecõtrario. 4. Topic.c.5.B.

54 Genus, ſi nõ ſit in illo ſpecies, male aſſignatum eſt. Nam in quo eſt album, eſt color, in quo grammatica, eſt diſciplina. 4. Topico.c.5.B.

55 Genus nõ participatur a ſpecie ſcd̃m qd. 4. Topic.c.5.C.

56 Genus ſi ponatur pro differẽtia, aut econtrario, male ponitur. 4. Topic.c.5.E.

57 Genus tunc eſt nullius ſpeciei, quãdo illa, quæ ipſum participant, nõ differũt ſpecie 4. Topic.c.5.A.

58 Genus ſi aſſignetur illud, quod ſequitur ad omnia, ut ens aut unum, male aſſignat̃. 4. Topic.c.6.A.

59 Genus ſi ſit æquiuocũ ſuis ſpeciebus, male aſſignatur, quia genus uniuoce de ſuis ſpeciebus prædicatur. 4. Top.c.9.C.

60 Genus de pluribus prædicatur q̃ differentia. 4. Topic.c.6.F.

61 Generis qualitatem ſignificat differẽtia, & nõ ecõtrario. 4. Topic.c.6.G.

62 Genus difficile eſt negare eſſe illud, quod ſemper ſequitur ad aliquid, & nõ cõuertitur cum eo, ut quies ſemper ſequitur tranquillitatem, non tamen conuertitur. 4. Topico.c.6.G.

63 Genus proximum qui dicit, etiam ſuperiora genera dicit, non tamen econtrario. 4. Topic.c.3.L.

64 Genera ſuperiora de inferioribus prædicantur. 6. Topic.c.3.L.

65 Genus omne differentiis diuiditur. 6. Topic.c.3.M.

66 Genus prædicatur in eo quod quid eſt. 7. Topic.c.2.B.&.c.3.A.

67 in Genere uno tãtum eſt una cõtrarietas. 1. Phyſic. T.Co.50.

68 Genus eſt in ſpeciebus, & ſpecies in genere. 4. Phyſic. T.Co.23.

69 in Genere multa latent. 7. Phyſi. T.Co.31

70 in Generibus uirorum eſt fertilitas quædam, ſicut in agris aliquando, ita ut aliq̃n ex bono genere procreẽtur uiri præſtãtes, aliquando non procreentur. 2. Rhetor. cap.15.A.

71 Genera ĩgenioſa deueniũt in furioſos mores, ut q̃ p̃uenerũt ab Alcibiade & a Dionyſio ſuperiori, quieta uero g̃na in ſegnitiem, ut quæ a Socrate Pericle & Cymone 2. Rhet.c.15.A.

72 Genus omnium, impoſſibile eſt, eſſe unũ. 3. Metaphy. T.Co.10.

73 Genus, impoſſibile eſt, prædicari de propriis differentiis ſine ſuis ſpeciebus. 3. Metaphy. T.Co.10.

74 Genera impoſſibile eſt eſſe præter ſingularia. 3. Metaphy. T.Co.12.

75 Generis unius quæ ſunt, unũ dicũtur eſſe 5. Metaphy. T.Co.10.

76 Generis cuiuſlibet menſura eſt, quo aliqđ cognoſcimus primo. 5. Metaph. T.Co. 12

77 Genere unum ſunt, quorum eadem eſt p̃dicationis figura. 5. Metaphy. T.Co.12.

78 Genere diuerſa duobus modis dicuntur. Primo illa, quorum primũ ſubiectum diuerſum eſt, & alterum in alterum non reſoluitur, nec ambo in idem, ut forma & materia differunt genere. Secundo, quæ ſecũdum diuerſam prædicationis figuram di-

cuntur, ut quid & quale. 5. Metaphyſicor. T.Co.33.

79 Genus dicitur quattuor modis. Primo, generatio eorum, quæ eandem ſpeciem habent. Secundo a quo primo ali qui ſunt, ut Græci a Græco, Iones a Ione. Tertio, ut ſuperficies eſt genus figurarum ſuperficia lium, quod eſt proprium ſubiectum accidentium ſpecie differentium. Quarto, qđ primo ponitur in diffinitione. 5. Metaph. T.Co.33.

80 Genus unum & idem eſt in pluribus ſpeciebus. 7. Metaphy. T.Co.51.

81 in Genere quocunq; eſt aliqua natura, de qua dicitur unum, non tamen ipſa natura per unum, ſed unum dicitur de ea. 10. Metaphy. T.Co.7.

82 Genere differunt, quorum materia nõ eſt communis, nec mutua generatio. 10. Metaphy. T.Co.12.

83 Genere differunt, quæcunq; ponuntur in diuerſis prædicamentis. 10. Metaphyſi. T.Co.12.

84 Genere differẽtia nõ ſunt comparabilia. 4. Metaphy. T.Co.13.

85 Genere differentia non mutantur in ſe inuicem, niſi per accidens, ut color in figuram non mutatur, niſi per accidẽs. 10. Metaphy. T.Co.22.

86 Genus dicitur, quod eſt unum & idẽ ſpeciebus, non ſecundum accidens differentiam habens, ſiue ſit ut materia ſiue aliter. 10. Metaphy. T.Co.24.

87 Generis differentia eſt diuerſitas, quæ ipm genus diuerſum facit. 10. Metaphyſicor. T.Co.24.

88 Genera omnia diuiduntur per oppoſita. 10. Metaphy. T.Co.24.

89 in Genere eodem quæ ſunt, non ſunt idẽ ſpecie. 10. Metaphy. T.Co.24.

90 Genere differẽtia plus differũt, q̃ q̃ differũt ſpecie. 10. Metaphy. T.Co.26.

91 Genus dicitur, ſecũdum ꝙ ambo dicunt̃ ſcđm ſubſtãtiam differẽtia. 12. Metaphyſi. T.Co.12. Quære Differentia. Locus dialecticus. Species. ✳.

GEOMETRA. Quære Gæometra.

GEOMETRIA. Quære Gæometria.

GERYON. Quære Eneia.

GERMANIA. Regio Europæ. Quære Rhenus.

GIGAS. Quære Aegiala.

GYMNASTICA. Ars qua corpora exercentur.

1 Gymnaſtica cõſyderare debet, qualis exercitatio quali corpori cõueniat, & quæ ſit optima, quæ ſcilicet corpori optime diſpoſito cõuenit. 4. Polit. c.1. A.

2 Gymnaſtica cõfert ad fortitudinẽ. 8. Poli. cap.3. A.

GYMNESIAE. Inſulæ duæ in mari Iberico, q̃ & Baleares dicũtur. Appellatæ autẽ ſunt Gymneſiæ, eo ꝙ a nudis hominibus incolebãtur.

Gymneſiæ inſulæ circa Iberiam ſunt ſitæ, ex quibus nõ ſolum ex oliua oleum fit, ſed maxime ex Terminthoquod optimũ eſt. Sunt præterea homines illarum inſularũ adeo mulierum amatores, ut pro una fœmina tres mares tradant mercatoribus, & quoties a Carthaginenſibus conducti in Aphrica militant, nil aliud aſportãt in patriam pro mercede præter mulieres. Nec licet apud eos aurum aut argentum poſſidere ob id potiſſimum, ꝙ dicant, Herculẽ olim in Iberiam propter diuitiarum abundantiam cum exercitu irrupiſſe. de Admirand. Audit. 78.

GLACIES.

1 Glacies eſt coagulatio frigidi & humidi. 2. de Gener. T.Co.21.

2 Glacies omnis aquæ eſt. 4. Meteor. T.Co.43.

3 Glacies eſt aqua congelata. 8. Metaphy. T Co. 6. Quære Chryſtallus. Pontus euxinus. 2.

GLADIVS DELPHICVS. Quære Natura. 91.

GLAVCVS. Lyciorum dux, qui in bello Troiano arma aurea pro æreis permutauit cum Diomede.

Glaucus apud Homerum arma ſua precioſa pro uilioribꝰ tradidit Diomedi. 5. Ethico. c.9. C.

GLAVCVS. Teius rhetor.

Glaucus Teius pronunciationem orationis rhetoricæ tractauit. 3. Rhet. c.1. B.

GLOBVS. Quære Sphæra.

GLORIA.

1 Gloria pars felicitatis eſt. 1. Rhet. c.5. B.

2 Gloria eſt, cum aliquis uirtute præditus a multis exiſtimatur, aut id habere credit, quod omnes, uel plures, uel probi, uel prudentes expetunt. 1. Rhet. c.5. E.

3 Gloria inter iucundiſſima cenſetur. 1. Rhetor. c.11. F.

GNOME. Quære Sententia.

GNOMON, Omnis parallelogrammi loci eorũ, qui circa diametrum illius ſunt unũquodq; cum binis ſupplementis Gnomon uocatur.

Gnomõ cum quadrato circumpoſitus eſt, aliquando alia fit ſpecies, aliquando una. 3 Phyſic. T.Co.26.



GORGIAS. Leontinus rhetor.

1 Gorgiæ dictum in hirundinem habes. 3. Rhet. c.3. D.

2 Gorgias auditoribus illudebat. 3. Rhetor. cap.7. C.

3 Gorgias in oratiõe olympiaca eos laudat, qui ſolennes ludos & celebres inſtituerũt. 3. Rhetor. c.14. B. Quære Iſocrates. 4.

4 Gorgias, nunq̃ deeſſe ſibi orationem, dicebat. 3. Rhet. c.17. D.

5 Gorgias poetarum dictionẽ imitatus eſt, q̃uis rhetor. 3. Rhet. c.1. G.

6 Gorgias partim fortaſſe dubitans partim ludens dixit, eos eſſe ciues, qui progeniti ſunt a ciuibus, ſicut mortaria illa dicunt̃, quæ facta ſunt ab artificibus mortariorũ, quod refellitur. 3. Polit. c.1. D.

GRAECIA. Europæ regio, a q̃ GRAECI.

1 in Græcia factum fuit diluuium ſub Deucalione maxime circa Helladem antiquã. 1. Meteor. c.14. G.

2 Græci primo Selli ſiue Solloe appellati ſunt, nunc autem Helles appellantur. 1. Meteor. c.14. G.

3 Græci honorantur ab incolis, qui ſunt in itinere, quod eſt ab Italia ad Galliã & Iberiam, nec ulla prorſus ab aliquo afficiũtur moleſtia. De Admirand. Audit. 75.

4 Græci iniquo animo ferunt ſeruitutem. 3. Polit. c.10. C.

5 in Græcia popularis ſtatus olim fuit, aut paucorum potentia. 4. Polit. c.11. G.

65 ad Hominem quẽcunq;, qui cõmunicare ſecundum legem & pactionem poteſt, iuſtitia & amicitia eſt omni homini.8.Ethic.cap.11.B.

66 Hominum amicitia eſt ad deos, ut ad optimos & excellentes.8.Ethic.c.12.B.

67 Homo magis eſt animal coniugale q̃ ciuile.8.Ethic.c.12.C.

68 Homo non ſolum eſt coniugale propter ꝓcreationem prolis, ſed etiã propter alia.8.Ethic.c.12.C.

69 Homo uidetur eſſe mens.9.Ethic.c.4.B.

70 Homo animal ciuile natura eſt, & aptum cum aliis una uiuere.9.Ethic.c.9.B.&.1.Polit.c.8.D.&.3.Polit.c.4.B.

71 Hominis uiuere determinatur per ſentire uel intelligere.9.Ethic.c.9.D.

72 Homines dicuntur ſimul uiuere, nõ ut pecora ſimul paſci, ſed uerba & mẽtẽ cõmunicando.9.Ethic.c.9.E.

73 Hominis pars excellentior eſt intellectus.10.Ethic.c.7.C.D.

74 Homo quoad fieri poteſt, conari debet ad immortalitatẽ. Nec audire eos, qui monẽt homines, cum ſint mortales, tantum mortalia curare debere.10.Ethic.c.7.D.

75 Homo maxime eſt intellectus, quia intellectus præſtabiliſſimum eſt in homine, & illud maxime aliquid eſt, quod in ipſo eſt p̃ſtantiſſimum.10.Ethic.c.7.D.

76 Hominum uoluntates obſcuræ ſunt, & ſimulant ſe multi iuſta uelle, cum nõ ſint iuſti.10.Ethic.c.8.B.



77 Homines priuati magis uidentur agere ſecundum uirtutem, q̃ in maximis poteſtatibus conſtituti, ut etiam Soloni uiſum eſt 10.Ethic.c.8.D.

78 Homo, qui eſt abſq; ciuitate non propter fortunam ſed propter naturã & ſolitarius, aut neq̃ eſt, aut plus q̃ homo eſt.1.Politic.cap.2.A.

79 Homo magis eſt ſociale animal, q̃ omnes apes, aut omne gregatile animal.1.Politi.cap.2.B.

80 Homo inter cuncta animantia ſermonem habet ad oſtendendum damnum aut utilitatem iuſtũ & iniuſtum, ut ſic ciuitas cõſtituatur.1.Polit.c.2.B.

81 Homo optimum eſt omnium animalium perfectiõe ſuſcepta. Alienus uero a legib9 eſt peſſimum animaliũ, quia eſt iniuſtitia armata per innatam prudẽtiam, quæ ſunt hominis arma.1.Polit.c.2.C.

82 Homines præſtantes aliis imperare debẽt, alii uero ſubdi & parere illis.1.Polit.c.3.F. Quære Heroicus.3.4.

83 Hominum uiuendi modi diuerſi ſunt ex ratione diuerſitatis acquirẽdi uictum. Nã alii paſtoriciam uitam, alii uenaticam, alii piſcatoriam exercent. Maxima pars tamẽ hominum ex terra uiuit & fructibus non ſylueſtribus.1.Polit.c.5.C.

84 Hominum gratia ſunt animalia cætera, ut manſueta propter utilitatem & cibum, fera propter alia adiumẽta ut ueſtes, aliqua etiam propter cibum.1.Polit.c.5.E.

85 Hominum cõmunitas & conuictus difficilis eſt, quod in iis, qui una iter agunt, oſtenditur, qui ſæpe de paruis & uilibus rebus diſſident inter ſe.2.Polit.c.3.B.

86 Homines primi ſiue ex terra geniti ſunt, ſiue ex corruptione aliqua, ignari & imprudentes fuerunt.2.Polit.c.6.F.

87 Hominum uoluntas non eſt ſecura regula.2.Polit.c.8.E.

88 Homo uiuẽdi cupiditate multa aſpera tolerat, quia in uita eſt quædam proſperitas & naturalis dulcedo.3.Polit.c.4.B.

89 Homines ab honoribus excluſi nõ ceſſant res nouas moliri, quouſq; & ipſi honorẽt.5.Polit.c.6.A.

90 Homines non ſunt uenandi ad uſum cibi, aut ad ſacrificandum.7.Polit.c.2.D.

91 Hoĩes frigidas regiões incolẽtes aĩoſi ſunt, ſed parum habent artis aut ingenii, qui uero calidas regiones incolunt, animoſitatẽ non habent, arte tamen & ingenio ualẽt.7.Polit.c.7.A.



92 Homo ſolus inter cuncta animalia uiuit & ſecundũ mores & ſecundũ rationẽ, qua ſol9 prædit9 eſt. Vnde multa præter naturã & mores agunt hoĩes, ſi perſuaſum habẽt, meli9 eſſe aliter agere.7.Polit.c.13.D.

93 Hominum corpora puſilla gignuntur, ubi adoleſcentes mares & puellæ conſueuerũt matrimonio copulari.7.Polit.c.16.B.

94 Homines omnes natura ſcire deſiderant. Quod a ſigno probat, quia diligimus ſenſus, eo quod per ipſos cognoſcimus, & illũ ſenſum ſcilicet uiſum magis inter oẽs, qui plures differentias rerum cognoſcendarũ nobis oſtendit.1.Metaphy.c.1.A.

95 Hominũ genus arte & rationibus uiuit, q̃uis alia animalia imaginationibus & memoriis uiuant.1.Metaphy.c.1.B.

96 Hominibus fit experimentum ex multis memoriis.1.Metaphy.c.1.C.

97 Hominibus ars & ſcientia efficitur per experientiam.1.Metaphy.c.1.C.

98 Homines infortunati ſunt, qui quærunt ſapientiam, cum deus illam hominibus inuiderit, & ab illis abſcõdat propter inuidiã, ut dicunt poetæ, ſed non illis credendum eſt.1.Metaphy.c.2.F.

99 Hoĩs natura in plæriſq; ſerua eſt, & ideo ſapientia non putabitur humana poſſeſſio, quia ſapientia libera eſt, cum ſit ſui ipſius gratia.1.Metaphyſic.c.2.F.

100 Hominis cauſa materialis eſt ſanguis mẽſtruus, cauſa efficiens ſeu mouens ſemen, cauſa formalis quod quid erat eſſe.8.Metaphyſi.T.Co.12.

101 Hominem, dixit Protagoras, eſſe menſuram omniũ, ac ſi diceret ipſum ſcientẽ atq; ſentientem.10.Metaphy.T.Co.5.

102 Hominem, dicebat Protagoras, eſſe oĩm rerum menſuram, nil aliud per hoc dicens niſi ea eſſe talia, qualia cuilibet apparent.11 Metaphy.c.4.F.

103 Homo hominem generat naturaliter.12.Metaphy.T.Co.13. Plura de homine quære in omnibus fere dictionibus. Nam cum homo omniũ fere finis ſit, nulla propemodum eſt dictio, quæ nõ contineat aliquid, quod ad hominem pertineat.

HOMOCAPVS.

Homocapos, id eſt contubernales, appellat Epimenides eos, qui domeſtica ſocietate tenentur.1.Polit.c.1.D.

HOMOGENEVM. Id eſt ſimilare, totum ſcilicet cuius partes ſunt eiuſdem generis ſeu ratiõis. Quære Pars. Anaxagoras

HOMOSIPYVS.

Homoſipyos, id eſt compenuarios, appellat Charondas eos, qui domeſtica ſocietate tenentur.1.Polit.c.1.D.



HONESTAS. HONESTVM.

1 Honeſtum eſt, quod cum bonum ſit, circa iucundum eſt.1.Rhetor.c.9.A.

2 Honeſtum uirtus eſt.1.Rhetor.c.9.A.

3 Honeſta, de quibus ciuilis facultas conſyderat, tantam differentiam & errorem habent, ut lege & non natura conſtare uideãtur.1.Ethic.c.3.A.

4 Honeſtas eſt finis uirtutis.3.Ethic.c.7.A.

5 Honeſtum non eſt, quod præter naturam eſt.7.Polit.c.3.B.

6 Honeſta utilibus ſunt præferenda.7.Polit.ca.14.D.

7 Honeſtorum gratia ſunt utilia & neceſſaria.7.Polit.c.14.D.

HONOR. HONORARE. HONORATVS. HONORABILE.

1 Honorem omnes appetunt.6.Topic.c.4.B.&.8.Ethic.c.8.A.

2 Honoratiora non ſunt eadem apud omnes, ſed alia apud alios.1.Rheto.c.5.F.

3 Honor pars felicitatis eſt.1.Rhetoricor.cap.5.B.

4 Honor eſt benefactiuæ gloriæ ſignum ſeu indicium. Honorantur enim maxime, qui beneficia contulerunt, deinde qui conferre poſſunt.1.Rhet.c.5.E.

5 Honorem multi adepti ſunt, q̃uis exigua beneficia contulerint, ſed modus atq; occaſio profuit.1.Rhet.c.5.E.

6 Honoris partes ſunt ſacra, memorationes, decantationes carminum, aut ſolutæ orationis ad laudem recitatio, primi conſeſſ9 ſepulchra, imagines, publici uictus. Vltra hæc etiam illa barbara inclinari, loco cedere, munera quoq;.1.Rheto.c.5.F.

7 Honor inter iucundiſſima cẽſetur.1.Rhetorico.c.11.F.

8 Honores aliqui poſuerunt eſſe felicitatẽ.1.Ethic.c.4.A.

9 Honorem ponũt felicitatem eſſe, qui ſunt elegantes, & idonei ad agendum.1.Ethic.c.5.A. Quære Diſciplina.10.

10 Honor finis eſt fere uitæ ciuilis.1.Ethicor.cap.5.A.

11 Honor ciuilis non eſt felicitas, quia felicitas eſt in habente felice ut proprium quid, quod non facile auferri queat. Honor uero potius eſt in illo, qui honorem exhibet, q̃ in illo cui exhibetur.1.Ethic.c.5.A.

12 Honor non eſt felicitas, quia honor expetitur, ut boni credantur, & ſic propter aliũ, ergo nõ eſt felicitas, cum felicitas propter ſe ſit.1.Ethic.c.5.B.

13 Honor magis habet rationem felicitatis q̃ diuitiæ, licet nõ ſit felicitas. 1. Ethic. c. 5. B.

14 Honorabile & laudabile quo differant, habes. 1. Ethic. c. 12. per totum.

15 Honor eſt maximum bonorum externorum. 4. Ethic. c. 3. B.

16 Honor uirtutis præmium eſt, & bonis tribuitur hominibus. 4. Ethic. c. 3. D. & 8. Ethic. c. 14. A.

17 propter Honorem expetuntur diuitiæ & poteſtas. 4. Ethic. c. 3. D.

18 Honore digni cenſentur, qui in poteſtatibus ſunt conſtituti, & diuites. 4. Ethicor. cap. 3. A.

19 Honore reuera ſolus bonus dignus eſt. 4. Ethic. c. 3. E.

20 Honoris uacuitas opponitur modeſtiæ p̃ defectum. 4. Ethic. c. 4. B.

21 Honor eſt merces & præmiũ magiſtrat⁹, cui uero honor non ſufficit, tyrãnus eſt. 5. Ethic. c. 6. B.

22 Honorari aliqui appetunt non propter honorẽ, ſed per accidens. Vt honorari a potẽtibus non propter honorem, ſed ut honor ille ſit ſignum beneficii ſuſcipiẽdi. Et a uiris ſtudioſis honorem appetunt, ut ipſi etiam boni credantur. 8. Ethic. c. 8. A.

23 Honorari minus præſtabile eſt q̃ amari. 8. Ethic. c. 8. A.

24 Honor & pecuniæ nulli ſimul tribuuntur in republica. 8. Ethic. c. 14. C.

25 propter Honorum inæqualitatem ſeditiones oriuntur in ciuitatibus, præſertim inter præſtantes uiros. 2. Polit. c. 5. D. & 3. Polit. c. 2. 3. A.

26 Honori incumbit tam ignauus q̃ bonus, ut in prouerbio dicitur. 2. Polit. c. 5. D.

27 Honores rationabiliter ſibi uendicant nobiles, ingenui, & opulenti. 3. Politicor. c. 7. C. D.

28 ab Honoribus excluſi homines nõ ceſſãt res nouas moliri, quouſq; & ipſi honorentur. 5. Polit. c. 6. A.

29 Honore ſi priuẽtur uiri fortes & magnanimi, ſeditiones concitant. 5. Polit. c. 7. A

30 propter Honoris cupiditatem quidã oppreſſere aut reges ſuos, aut tyrannos, aut principes, qui tamen rari ſunt, ſi comparẽtur illis, qui propter diuitias, aut contemptum, aut contumeliam, aut metum idem fecerunt. 5. Polit. c. 10. L.

31 Honorem illæſum conſeruare uolunt omnes. 5. Polit. c. 11. I.

32 Honori præferunt lucrum quidam. 6. Polit. c. 4. A. ✳

HOREVM. Ciuitas in Eubœa.

apud Horeum paucorum gubernatio trãſlata eſt ad popularem ſtatum per Heracleodorum ad maximam dignitatem aſſumptũ, quia inimicus erat gubernationis paucorum. 5. Polit. c. 3. E.

HORRESCERE.

1 Horreſcimus, urina reddita, quia ſpiritus uniuerſus intro reconditur ab extrinſeco. 2. Meteor. c. 8. H.

2 Horreſcũt, qui aqua calida aſperſi ſunt. de Som. & Vig. c. 3. I.

HOSPITALITAS.

Hoſpitalitatis optimum præceptũ eſt, quo dicitur. Hoſpite ne careas, hoſpes nec pluribus eſto. 9. Ethic. c. 10. A. ✳ Hoſpes.

HVMANVS. A. VM.

1 Humanas res quidam circulum eſſe dixerunt, quia tempore menſurantur, quod uidetur eſſe circulus quidam. 4. Phyſicor. T. Commen. 133.

2 Humanorum actuum eſt aliquis finis bonus & optimus. 1. Ethic. c. 2. A.

3 Humanarum actionum finem cognoſcere ciuilis facultatis eſt, quæ eſt architectonica & uelut dominans. 1. Ethic. c. 2. A.

4 Humanum uitium ſeu malitia genere differt a uitio brutorum. 7. Ethic. c. 1. A.

5 Humanis carnibus ueſcuntur quidam circa Pontum. 7. Ethi. c. 5. A. Quære Caro.

6 Humano generi maxime familiaris eſt uoluptas. 10. Ethic. c. 1. A.

7 circa Humanas actiones magis creduntur opera q̃ uerba. 10. Ethic. c. 1. B.

8 Humana non poſſunt continuo operari. 10. Ethic. c. 4. D.

9 Humanorum actuũ regula eſt uir bonus, & illi actus & operationes boni ſunt, qui tales uiſi fuerint uiro bono. 10. Ethic. c. 5. D. & cap. 6. B.

10 Humanarum rerum finis eſt felicitas. 10. Ethic. c. 6. A.

11 Humanarum operationum finem eſſe iocum aut ludum, abſurdum eſt dicere. 10. Ethic. c. 6. B. C.

12 Humanæ uitæ finis, impoſſibile eſt, ꝙ conſiſtat in ioco. 8. Polit. c. 3. A.

HVMECTABILE.

Humectabilia ſunt, quæ cũ terra & aqua ſint duriora, poros habẽt ampliores q̃ moles partium aquæ. 4. Meteor. T. Co. 43.

HVMIDITAS. HVMOR. HVMECTATIO. HVMIDVM.

1 Humidi corporis proprium eſt in omnẽ figuram duci. 5. Topic. c. 2. H.

2 Humida ſunt omnium corporũ maxime miſcibilia. 1. de Gener. T. Co. 89.



3 Humidum eſt bene terminabile, ſi non ſit uiſcoſum. 1. de Gener. T. Co. 89. & 4. Meteor. T. Co. 28.

4 Humiditas eſt prima cõtrarietas paſſiua. 2. de Gener. T. Co. 8.

5 Humidum eſt difficulter terminabile proprio termino, bene autem termino alieno. 2. de Gener. T. Co. 10. 9.

6 Humidum in hoc differt ſcd̃m tactũ a molli, quia humidum tranſmutat tangens ſcilicet humectando, molle uero, ut tale nõ trãſmutat. 2. de Gener. T. Co. 13.

7 Humidũ dicit̃ de humido ꝓprie, ideſt interius humiditatem habente, & de madẽte ſiue de habente humiditatem exterius in ſuperficie, quorũ unũ opponitur ſicco proprie dicto, aliud ſicco concreto ſiue coagulato. 2. de Gener. T. Co. 14. 15.

8 Humidorũ oĩm mare putatũ eſt principium a quibuſdam. 2. Meteor. c. 2. B.

9 Humores omnes quando reſoluuntur per exhalationem, & rurſum concreſcunt, cõuertuntur in aquam. 2. Meteor. c. 3. O.

10 Humiditas qualitas paſſiua eſt, & facile terminabilis. 2. Meteor. T. Co. 21.

11 Humidum nullum maturum fit ſine arido. 4. Meteor. T. Co. 21.

12 Humidum principium eſt paſſiuorũ corporũ. 4. Meteor. T. Co. 28.

13 Humidorum quædam ſunt actu humida, ut humores, quædam potentia, ut liquabilia. 4. Meteo. T. Co. 28.

14 Humidum ſicco cauſa eſt, ut terminetur, ſiccum uero humido cauſa eſt, ut conſtet. Atq; ſic iſta duo ſe habent, ut alterũ alteri glutinis uice ſit. 4. Meteor. T. Co. 28.

15 Humidum propriiſſime aquæ attribuitur 4. Meteor. T. Co. 29.

16 Humidum aut ſiccum aut mixtũ ex iis eſt omne, quod patitur. 4. Meteor. T. Co. 30.

17 Humidum omne aqua conſtat, quia aqua maxime paſſiua eſt. 4. Meteor. T. Co. 30.

18 Humectatio dupliciter ſit, aut cũ aliquid in aquam conſiſtit, aut cum liquefit coagulatum, ſeu quod concreuerat. 4. Meteoror. c. 34.

19 Humida omnia præter aquam a calore inſpiſſantur. 4. Meteor. T. Co. 37.

20 Humida quæ euaporare queunt, aquæa ſunt, q̃ uero non euaporant, terræa ſunt, uel aquæa & terræa & aerea. 4. Meteoro. T. Co. 48.

21 Humidum nõ nutrit abſq; ſicco. de Sen. & Sen. c. 4. F.

22 Humidum in quo uita longa conſiſtere debet, nõ debet eſſe facile deſiccabile. de Longit. & Breuit. Vit. c. 2. C.



23 Humidum non quodcunq; eſt cauſa uitæ, ſed humidum, quod ſit multæ quantitatis & qualitatis ꝓportionalis ad calidũ. de Longit. & Breuit. Vit. c. 2. D.

24 Humiditas calori cõiuncta uitæ cauſa eſt. de Longit. & Breuit. Vit. c. 2. G.

25 Humidum aquæũ facile corruptibile eſt, quia frigidum eſt, & facile congelabile. de Longit. & Breuit. Vit. c. 2. H.

26 Humiditas animalium frigidarum regionum aquoſa eſt. de Longit. & Breuit. Vit. ca. 2. G. ✳.

HVMILITAS.

Humilitate ira ſedatur. 2. Rhetoric. c. 3. B Quære Canis. 2.

I



IACTANTIA. Vitium.

Iactantiæ eſt plura ſibi arrogare, q̃ ſint. 1. Magnor. Mor. c. 7. A Quære Arrogãs. Arrogantia. Diſſimulatio. 4.

IACTVS. Mercium in mare. Quære Merx.

IAM. Temporis aduerbium.

Iam ſignificat tẽpus, quod eſt propinquũ præſenti indiuiſibili nunc, ante, aut poſt. 4. Phyſic. T. Co. 126.

IAMBICVM. Carminis genus, a iambi pedis frequentia dictum.

1 Iambicum metrum ſermocinationibus aptum eſt. in Poet. c. 1. I.

2 Iambicum a conuitiis dictum eſt, eo ꝙ inter ſe conuitientur. in Poet. c. 1. G.

3 Iambicis conueniũt metaphoræ. in Poet. cap. 7. L.

4 Iambicum carmen rebus agendis idoneũ eſt. in Poet. c. 8. A.

5 Iambico carmine uſi ſunt loco tetrametri, quia iambicum eſt orationi ſimillimũ. 3. Rhet. c. 1. E.

6 Iambicus numerus quib⁹ orationibus aptus eſt, habes. 3. Rhet. c. 8. B.

7 Iamborum ſectatores non permittantur eſſe, qui iuuenes ſunt, donec comeſſationibus una cum aliis cõmunicare poſſint. 7. Polit. c. 17. D.

IANITOR.

Ianitor utilis eſſe uidetur in magnis domibus, qui ad cætera ſit inhabilis, pro obſeruatione exportatorum importatorũq;. 1. Oeconom. c. 6. C.

IANVARIVS. Menſis. Quære Come-

ta.11.
IAPYGENES.Populi Iapygiæ regionis.
IAPYGIA.Regio Appuliæ.
1 Iapygiæ circa ſummitatē fons adeo fœtidus manat, ut nauigātes diuertāt ab eo.de Admiran.Audi.85.Quære Chaones.4.
2 Iapygienſes Tarentinos prælio ſupauerūt, īterfecta magna nobiliū pte.5.Poli.c.3.C.
IASON.
1 Iaſon Teſſalus dixit, opus eſſe iniuriam facere quibuſdā, ut iure quoq; multa poſſis facere.1.Rhetor.c.12.H.
2 Iaſon dicebat, ſe grauiter laturum, ſi non regnaret, neſciret eñ priuatus eſſe, qa doctus erat, quæ regis ſunt.3.Politic.c.3.C. Quære Iſter.4.
IBERIA.Europæ prouīcia q̄ & Hiſpania dicitur.IBERI.Hiſpani.
1 Iberiæ fluui9 quē Ariſtoteles græce appellat Theodorū forte Tag9 auri multū euomit, idq; circa eius ripas inuenit.de Admiran.Audi.43.
2 in Iberia ſylua quædam arſit, igne a paſtoribus iniecto, nec multo poſt ingenti terræ motu tantū fluxit argenti liquati, ut Maſſilienſibus maximam utilitatem attulerit.de Admir.Aud.76.Quære Maſſilienſes.
3 in Iberiam irrupit Hercules propter diuitiarum abundantiā, quā Iberi poſſidebant de Admirā.Audit.78.Quære Gymneſiæ
4 circa Iberiā inſulæ plures ſunt, ſed paruæ.de Mundo ad Alexā.c.1.F.
5 apd̄ Iberos pugnacē gentē mos eſt, tot obeliſcos circa ſepulchrū alicui9 erigere, quot homines ex nūero hoſtiū ille necauerit.7.Polit.c.2.C.Quære Græci.3.Hercules.3.
ICHNVSA.Inſula, q̄ & Sardinia dicitur Quære Sardinia.
ICOS.Argumētatio, q̄ ex cōſentaneo ꝓcedit, interp̄tat̄ autē cōſentaneū, ueriſile.
1 Icos eſt ꝓpoſitio ꝓbabilis.2.Prior.c.27.A.
2 Icos quo differat a ſigno, oſtenditur.2.Prior.c.27.A.
ICTVS.
Ictu paruo cur potius q̄ magno pōdere diducere poſſumus & penetrare dura corpora, habes Mechanic.c.18.per totum.
IDEA.Interpretatur ſpēs ſeu forma, quales poſuit Plato ſeparatas.
1 Idea ſeu ſpēs eſſe unū aliquid extra multa non eſt neceſſe, ad hoc ꝙ demonſtratio ſit 1.Poſter.T.Co.25.
2 Ideæ Platonis τερετίσματα.i.cātilenæ fallaces appellāt ab Ariſtotele.1.Poſt.T.C.3.
3 Ideas qui ponunt, dicūt eas immobiles & intelligibiles eſſe.2.Topic.c.3.C.
4 Ideæ ſi ſunt in nobis, impoſſibile eſt immobiles eas eſſe, nā motis nobis, neceſſe ē omnia, quæ in nobis ſunt, ſimul moueri.2.Topic.c.3.C.
5 Ideæ ſi in nobis ſunt, neceſſe eſt, eas eſſe ſēſibiles.2.Topic.c.3.D.
6 Ideas ponentes unum genus numero eſſe dicunt.6.Topic.c.3.O.
7 Ideas qui ponunt, nō poſſunt diffinire appetitum, qui eſt apparentis boni. Nā quod apparet, non habet cauſam extra eum, cui apparet.6.Topic.c.4.D.
8 Ideis quædam diffinitiones aptari nō poſſunt.6.Topic.c.4.I.
9 Ideas ponentibus contingit diffinire formas naturales abſtractas a materia.2.Phyſic.T.Co.19.
10 Ideas qui poſuerunt, non intellexerūt abſtractionem intellectus.2.Phy.T.Co.19.
11 Ideas ponentes ſeparant formas naturales.2.Phyſi.T.Co.19.
12 Ideas poſuit Plato non eſſe in loco.3.Phyſic.T.Co.25.
13 in Ideis poſuit Plato infinitum.3.Phyſicor.T.Co.25.
14 Ideas Plato in loco ponere debet, quia pticipantur a materia, q̄uis ipſe dicat eas nō eſſe in loco.4.Phyſico.T.Com.18.Quære Participare.
15 Ideas cauſam eſſe generatiōis ſua impreſſiōe in indiuiduis, & talis formæ impreſſæ electionē cauſam eſſe corruptiōis, dixit in Phædone Plato.2.de Gener.T.Co.52.
16 Ideas non eſſe generationis cauſam, probatur ex eo, ꝙ cum ipſæ ſemper ſunt, ut dicit Plato, non tamen ſemper generant, alia etiam agentia uidemus generare, & non ideas.2.de Gener.T.Co.52.
17 Ideas non ponebant Platonici in iis, quæ habent prius & poſterius.1.Ethic.c.6.A.
18 Ideam numerorum non ponebant Platonici.1.Ethic.c.6.A.
19 Idearum in contemplatione non eſſe felicitatem, oſtenditur.1.Ethic.c.6.per totum
20 Idea inanis res eſt.1.Ethic.c.6.D.
21 Idearum poſitio refellitur.1.Ethic.c.6.p totum.&.1.Metaphy.T.Co.25.& ultra. & 13.Metaphy.c.7.8.9.10.
22 Ideæ inutiles ſunt ad artes & diſciplinas. 1.Ethic.c.6.E.
23 Ideas Plato introduxit. Nam imbutus opinionibus Heracliti & Cratyli omnia in cōtinuo fluxu eſſe, dixit, nec diffiniri poſſe, & ideo uniuerſale in ſenſibilibus non inueniri, & propterea ideas excogitauit, quarū participatione ſingularia ſenſibilia ſunt, & dicuntur.1.Metaph.T.Co.5.
24 Ideas ponentes peccant in hoc, quod cum cauſam rerum ſenſibilium quærant, alias res inducunt alterius generis.1.Metaphyſi.T.Co.25.& ultra.
25 Ideas qui ponunt, non neceſſario id colligūt, nec ꝓbāt ſyllogiſmo.1.Meta.T.C.27
26 Ideæ ſi ponuntur ad ſcientiam ſaluandā, etiam debent poni ideæ negatiuæ, ſicut affirmatiuæ, quia aliquæ demōſtrationes ſunt concludentes propoſitionem negatiuam.1.Metaph.T.Co.27.
27 Ideas qui ponunt, etiā ponere debēt ideas eorū q̄ ſunt ad aliqd.1.Metap.T.Co.28.
28 Ideas qui ponunt, etiam ponere debent ideas corruptibilium, ut corruptibilia ſūt. 1.Metaph.T.Co.28.
29 Idearum eſſe minus eſt ſecundū Platonicos, q̄ ſpecierum.1.Metaphy.T.Co.28.
30 Ideas qui ponunt ſubſtantiarum tantum falluntur, cum etiam poni debeāt ideæ accidentium, quia ſcientiæ non ſolum ſunt ſubſtantiarū, ſed etiam aliorum.1.Metaphy.T.Co.29.
31 Ideas, illud maxime oſtendit, ſuperflue poni, ꝙ non uidentur aliquid conferre ſenſibilibus.1.Metaph.T.Co.31.
32 Ideæ non ſunt cauſa motus aut mutationis ſenſibilibus.1.Metaph.T.Co.31.
33 Ideæ non proſunt ad ſcientiam ſenſibilium, quia cum cognitio cuiuſlibet perficiatur per cognitionem ſubſtantiæ eius, ſenſibilium ſubſtantiæ non ſunt ideæ, & ſic earum cognitio nil conducit ad ſenſibilium ſcientiam, cum ſint alterius generis.1.Metaphy.T.Co.31
34 Ideas dicere eſſe exēplaria, & cætera eas participare, uaniloquium eſt, & metaphoris poeticis ſimile.1.Metaphyſicorum.T.Comment.32.
35 Ideis non uidemus res naturales uti tanq̄ exemplaribus.1.Metaph.T.Co.32.
36 Ideæ ſi ſunt exemplaria ſenſibilium, etiam erunt ipſarum idearum exemplaria ſcilicet genera, cum ipſæ ſint ſpecies.1.Metaphyſi.T.Co.33.
37 Ideæ non conferunt ſenſibilibus ad eorū fieri.1.Metaph.T.C.34.
38 Ideæ ſicut non ponuntur rerum artificialium cauſæ, ita nec poni debent rerum naturalium cauſæ.1.Metaphyſicorum T.Commen.34.
39 Ideæ non poſſunt eſſe cauſæ ſenſibilium, quia ſunt numeri, & ſenſibilia ſecundum Platonem non ſunt numeri.1.Metaph.T.Co.35.& ultra.
40 Idea ſi eſt numerus, ſequitur, ex multis ideis fieri poſſe unā ſpeciem, quod eſt impoſſibile, nam ex multis numeris fit unus numerus.1.Metaph.T.Co.37.
41 Ideas non eſſe cauſas ſcientiæ nobis, oſtēditur.1.Metaphyſicorum.T.Comment. 48.& ultra.
42 Ideæ cum ſecundum Platonicos ſint formæ rerum, per ipſas non poſſumus habere ſcientiam materiæ.1.Metaphyſicorū. T.Co.49.
43 Idearum ſcientia ſi eſt inſita nobis, ut dicebant Platonici, mirū eſt, quomodo nos lateat.1.Metaph.T.Co.49.
44 Ideæ an ſint principia rerum, diſputatur. 3.Metaph.T.Co.18.& ultra.
45 Ideas non eſſe cauſam generationis formarum, quæ ſunt in ſenſibilibus, oſtenditur.7.Metaph.T.Co.22.& ultra.
46 Ideæ ſi ponantur præter ſingularia, non ſunt utiles ad generatiōes atq; ſubſtātias, & ideo nō ſunt ponendæ ſeparatæ.7.Metaphy.T.Co.28.
47 Ideæ ſi ponantur ſeparatæ, non poſſe illas diffiniri, oſtenditur.7.Metaph.T.Co. 53.& ultra.
48 Ideas qui ponunt, partim recte ponunt, partim non recte, recte quidem, quia dicunt eas ſubſiſtentes, cum ponāt ipſas ſingulares, nō recte autem, eo ꝙ dicunt unā ideam ſingularem eſſe in multis.7.Metaphy.T.Co.58.
49 Ideas eiuſdem ſpeciei ponebant Platonici cum iis inferioribus, uolentes per hoc dicere, eſſe ſubſtantias ſeparatas.7.Metaph.T.Com.58.
50 Ideas ſubſtantias eſſe, dicunt Platonici.8 Metaph.T.Co.1.&.13.c.1.B.
51 Ideas dicunt aliqui eſſe præter ſenſibiles ſubſtantias.8.Metaph.T.Co.2.
52 Ideas ſeparatas, quales poſuit Plato, impoſſibile eſt eſſe.10.Metaphyſicorum.T.Commen.26.
53 Ideæ non ſunt.11.Metaphyſi.c.1.C.
54 Ideæ nihil conferunt ad ſempiternitatem motus.12.Metaph.T.Co.30.
55 Ideæ nullius rei cauſæ eſſe poſſunt.2.Metaphy.T.Co.56.
56 Ideas nullius rei cauſas eſſe, & nil conferre, oſtenditur.13.Metaphyſicorum cap. 3.per totum.
57 de Ideis opinio nil habet conſortii cū natura numerorum.13.Metaphy.c.4.B.
58 Ideas qui poſuerunt, moti ſunt ex opinione Heracliti, qui dicebat ſenſibilia omnia ſemper fluere, & cum ſcientia & pruden-

tia ſint permanentium, alias naturas ſeparatas permanẽtes introduxerũt, quas appellauerũt ideas.13.Metaphy.c.4.A.

59 Ideas qui poſuerũt, appellabãt uniuerſalia 13.Metaphy.c.4.B. Quære Vniuerſale.

60 Ideas qui poſuerũt, quo inducti ſunt, ut illas ponerẽt, & q̃ incõuenientia ſequãtur, ſi ideæ ponũtur, oſtẽditur.13. Metaphyſi.c.4.per totum.

61 Ideæ quodammodo ponẽdæ ſunt, & quodammodo nõ ſunt ponẽdæ.13. Metaphy.c.7.8.9.10.

IDEM IDENTITAS.

1 Idem multipliciter dicitur ſcilicet genere, ſpecie & numero.1.Poſter.T.Co.45.&.1.Topic.c.6.A.&.5.Topic.c.3.H.&.5.Metaphy.T.Co.15.

2 circa Idem & diuerſum potẽtes diſputare facile poſſunt conari ad diffinitiões.1.Topico.c.4.B.

3 Idem & diuerſum eſt annexum diffinitioni.1.Topic.c.4.A.

4 Idem numero dicit̃, quãdo noĩa ſunt plura, res uero una, ut indumẽtum ueſtis.1.Topic.c.6.A.

5 Idem genere dicitur, quicquid eſt ſub eodem gñe, ut hõ & equus.1.Top.c.6.A.

6 Eadẽ ſpecie dicũt̃, q̃ cũ plura ſint, nõ tñ differũt ſpecie.1.Topic.c.6.A.

7 Idẽtitas nõ poteſt eſſe niſi triplex, ſcilicet numeri, & ſpeciei, & generis. Nã aqua fontis licet habeat maiorem cõuenientiam accidẽtalem cum alia aqua eiuſdẽ fontis q̃ cum aqua alterius fontis, tñ eiuſdẽ ſpeciei ſunt.1.Topic.c.6.A.

8 Idem licet dicatur gñe aut ſpecie, propriiſſime tñ dicitur idẽ aut diuerſum numero.7.Topic.c.1.A.

9 Idẽ ſi aliq̃d ſit alicui, & eorũ cõiugata idẽ erũt inter ſe.7.Topi.c.1.A.

10 Idem aut diuerſum quomodo ſint, aut nõ ſint aliqua, aut qñ, habes.7.Top.p totum

11 Idẽ q̃ ſunt uni tertio, inter ſe ſunt idem.7.Topi.c.1.D.

12 Idem inter ſe nõ ſunt, q̃ uni tertio nõ ſunt idem.7.Topi.c.1.D.

13 Idẽ q̃ ſunt numero, eadẽ accidẽtia habẽt.7.Topi.c.1.D.

14 Idem nõ eſt, quod nõ cõtinetur ſub eodẽ gñe p̃dicamẽti.7.Topic.c.1.E.

15 Idẽ nõ ſunt, quorũ differẽtiæ ſunt diuerſæ, licet ſint ſub eodẽ gñe.7.Topi.c.1.F.

16 Idẽ nõ ſunt diffinitiõe & noĩe, quorũ unũ ſuſcipit magis uel minus q̃ aliud.7.Topico.c.1.E.

17 Idem nõ ſunt, a quibus æqualiter aliquid aufertur, aut additur, & nõ manẽt eadem 7.Topi.c.1.C.

18 Idẽ nõ ſunt, ex quorũ altero ex hypotheſi aliquid ſequitur, & ex altero nõ ſequit̃, facta eadem hypotheſi.7.Topi.c.1.F.

19 Idẽ nõ ſunt, quorũ alterum dici poteſt de aliquo, de quo alterum dici nõ poſſit, aut de quorum altero aliquid dici poteſt, & de altero dici nõ poteſt.7.Topic.c.1.F.

20 Idẽ quæ ſunt gñe aut ſpecie, nõ oportet eſſe idem numero.7.Topic.c.1.F.

21 Idẽ nõ ſunt, quorũ unũ ſine altero eſſe poteſt.7.Topi.c.1.F.

22 Identitatem ibi dicimus, ubi non eſt differentia, non autem ubi eſt.4. Phyſicor. T.Co.134.

23 Idem ſimpliciter ſe habens ſemper idem innatum eſt facere.2.de Gener.T.Co.56.

24 Idem eidem non eſt cauſa cõtrarii per ſe.4.Meteor.T.Co.36.

25 Idem dicitur propter locum cõtinentem, licet cõtentum aliud & aliud ſit, ut flumẽ idem, q̃uis alia & alia fluat aqua.3. Politic.cap.2.B.

26 Eadem dicũtur aliqua per accidens trib9 modis. Primo, ut accidentia, quæ inſunt uni ſubiecto. Secundo, quando prædicatũ dicitur idem ſubiecto, inquantum de eo prædicatur, ut cum dicitur homo eſt muſicus. Tertio, quando ſubiectum dicitur idem eſſe accidenti, quaſi de eo prædicatum, ut cum dicitur muſicus eſt homo.5. Metaphy.T.inter.15.&.16. qui non ſequit̃ ordinem cõmentariorum.

27 Eadem per ſe dicũtur tot modis, quot modis dicitur unum per ſe.5. Metaphyſi.T.quo ſupra.

28 Idem conſequitur ipſum unum.10. Metaphyſi.T.Co.10.

29 Idem tripliciter dicitur. Primo numero. Secundo ratione & numero, ut idem ſibi ipſi. Tertio quando ratio ſubſtãtiæ eſt una, licet ſuppoſitum non ſit idem.10.Metaphy.T.Co.10.

IEIVNIVM. Inedia.

Ieiunium calefacit, & ſitim inducit, quia aer immotus manens ſemper calefit. de Iuuent.& Seneƈt.c.3.D. ✳ . Ieiunus.

IERNA. Inſula in mari Britannico, quæ & Hybernia dicitur.

Ierna inſula ampliſſima eſt in Oceano ſeptẽtrionali, circa quam plures inſulæ ſunt, ſed paruæ. de Mundo ad Alexand.c.1.F.

IGNAVIA. Quære Segnities.

IGNIS. IGNITVM.

1 Ignis tres ſpecies ſunt, ſcilicet lux, flãma,



& pruna ſeu carbo, quorum ſubtiliſſima eſt lux, carbo groſſius, flamma media.5. Topic.c.3.N.

2 Ignis magis eſt flamma q̃ lux.6. Topico. cap.3.Z.

3 Ignem aliqui poſuerunt principium omnium rerum.1. Phyſic.T.Comment.32.

4 Ignis calidus eſt.3.Phyſic.T.Co.44.

5 Ignem aliquando omnia fieri, dixit Heraclitus.3.Phyſic.T.Co.46.

6 Ignem nullus phyſicorũ facit infinitum, quia locus eius eſt determinatus & manifeſtus.3.Phyſic.T.Comment.49.

7 Ignis extrema ſuperficies locus eſt aeris. 4.Phyſic.T.Comment.46.

8 Ignem continens locus eſt ſuperficies cæli extrema.4.Phyſic.T.Cõment.46.

9 Ignis mot9 ſurſum ẽ.1.de Cæl.T.Co.12.&.2.de Gener.T.Comment.22.

10 Igni repugnat circulariter moueri motu naturali, ſicut repugnat, ferri deorſum. 1.de Cæl.T.Comment.15.

11 Ignis in quocunq; mundo ponatur, ſi plures mũdi ſint, eiuſdem naturæ & inclinationis erit cum igne alterius mundi. 1.de Cæl.T.Comment.78.

12 Ignis mouebit̃ ad medium, ſi plures mundi ponãtur. 1.de Cæl.T.Cõment.79.80.

13 Ignis unius mundi mouebitur ad ignem alterius mundi, ſi plures mundi ponãtur. 1.de Cæl.T.Comment.79.80.

14 Ignis eſt, ſi terra eſt, quia ſi unum contrariorum eſt in natura, & alterum erit.2.de Cæl.T.Comment.18.

15 Ignis & terra ſi ſunt, & elementa intermedia ſunt.2.de Cæl.T.Co.19.

16 Ignis circa aerem collocatur. 2.de Cæl. T.Comment.30.

17 Ignem poſuerunt in medio mundi Pythagorici, qui in Italia habitabant.2.de Cæl. T.Comment.72.

18 Ignẽ eſſe in medio mũdi, ex hoc probãt Pythagorici, quia centrũ eſt extremũ & finis, ideo finis mediis nobilior ẽ, & ſic igni corpori nobiliori q̃ terra conuenit locus nobilior, q eſt cẽtrũ.2. de Cæl.T.Co.73.

19 Ignẽ ideo in centro mundi poſuerũt Pythagorici, quia cum ignis ſit unum præcipuũ, in loco conſeruationi præcipuo collocari debuit.2.de Cæl.T.Co.73.

20 Ignis locum in medio Iouis carcerem appellabãt Pythagorici.2.de Cæl.T.Co.73

21 Ignis ſi natus eſt aliquo naturaliter ferri, & terra etiã aliquo naturaliter ferri nata eſt. 2.de Cæl.T.Comment.88.

22 Ignis non fertur ſurſum propter cæli conuerſionem.2.de Cæl.T.Co.89.

23 Igni conuenit naturaliter locus extrem9. 2.de Cæl.T.Comment.93.

24 Ignis ſi poneret̃ in medio, ferretur ad extremum, non tamen totum ad unam partem, ſed quælibet pars ad quamlibet partẽ ſibi proportionatam.2.de Cæl.T.Co.95.

25 Ignis ſubſtantia eſt.3. de Cæl.T.Co.1.

26 Ignem ætherem appellauit Auaxagoras. 3.de Cæl.T.Comment.34.

27 Igni tantum ſphæram aſſignauerunt Democrit9 & Leucipp9.3.de Cæl.T.Co.37

28 Ignem tantum qui faciunt elementũ, unde omnia generant̃, q̃uis effugiant aliqua incõuenientia, in alia incidere eos neceſſe eſt.3.de Cæl.T.Comment.44.

29 Igni figuram pyramidalẽ tribuũt aliqui, q̃a eſt acutiſſima figuratũ, & ignis eſt acutiſſimus corporum.3.de Cæl.T.Co.44.

30 Ignis figuram aliqui non poſuerũt, ſed ipſum faciunt ſubtiliſſimarum partium, & ipſo igne coeunte, fiũt corpora.3.de Cæl. T.Comment.46.

31 Ignem eſſe tantum elementum, ex quo fiant alia, & ipſum indiuiſibile, quæ incõuenientia ſequantur, habes.3. de Cæl.T. Comment.47.

32 Ignem indiuiſibile eſſe elementum, non eſt naturaliter dictũ.3. de Cæl.T.Co.47.

33 Ignis q̃uis diuiſibilis ponatur, ſi tamen determinetur pyramide, ut dicũt, pars ignis non erit ignis, quia pars pyramidis, pyramis non eſt.3.de Cæl.T.Co.48.

34 Ignis ſi pyramide ſit determinatus, ſequitur, non omne corp9 aut elementum eſſe aut elementatum.3.de Cæl.T.Co.48.

35 Ignis tantum ſi ponatur, & non aliud elemẽtum, omnia ſurſum celerrime mouebuntur.3.de Cæl.T.Co.51.

36 Ignis duobus modis corrumpitur, aut a contrario, aut ipſe in ſeipſo marceſcens. 3.de Cæl.T.Comment.52.

37 Ignem, quia calefactiuus eſt, & facile mobilis, alii ſphæram fecerunt, alii pyramidẽ. 3.de Cæl.T.Comment.69.

38 Igni non debet attribui p̃pter motũ figura aut ſphærica aut pyramidalis, quia q̃uis hæ figuræ aptæ ſint motui, nõ tñ ignis motui.3.de Cæl.T.Co.70. & ultra,

39 Igni tribuere figurã pyramidalẽ ad diuidẽdũ tãtũ, ridiculũ ẽ.3.de Cæl.T.Co.74.

40 Ignis naturale magis eſt congregare q̃ diuidere.3. de Cæl.T.Comment.74.

41 Ignis ſegregat ea, quæ non ſunt eiuſdem generis, & congregat ea, quæ ſunt eiuſdẽ generis.3.de Cæl.T.Comment.74.

42 Ignis congregat per ſe, ſegregat autē per accidens, ad hoc enim ſegregat, quæ non ſunt eiuſdem generis, ut cōgreget ea, quæ ſunt eiuſdē generis. 3. de Cæl. T. Co. 74. &. 2. de Gener. T. Co. 8.

43 Igni debebatur una figura ad diuidendum, & alia ad cōgregandum, aut ſi una tantum, potius ea, quæ ad congregandū, q̃ quæ ad ſegregādum tribui oportebat. 3. de Cæl. T. Co. 74.

44 Ignis figura ſi pyramis eſt, non erit cauſa caloris, ſed frigiditatis. 3. de Cæl. T. Comment. 76.

45 Ignis quanto maior fuerit, tanto uelocius fertur ſurſum, & quanto minor, tanto uelocius deorſum, & econtrario. Ex quo abſurdum eſt dicere, leuius eſſe, quod ex eiſdem paucioribus conſtat, ut ſcripſit in Timæo Plato. 4. de Cæl. T. Co. 9.

46 Ignis eſt leuiſſimus, quia omnib⁹ ſurſum latis ſupereminet. 4. de Cæl. T. Co. 27.

47 Ignis, neceſſe eſt, ꝙ feratur ad extremum regionis, in qua fit motus, quia illud, quod omnibus ſubſtat, fertur ad medium. 4. de Cæl. T. Co. 34.

48 Ignis non deſcendit ſua ſponte, etiam ſi ſubtrahatur aer, qui ſub eo eſt, quia nullā grauitatem habet etiam in ſuo loco. 4. de Cæl. T. Co. 39.

49 Ignem dixit Parmenides, eſſe ens, terram uero non ens. 1. de Gener. T. Co. 18.

50 Ignis magis ſubſtantia eſt q̃ terra. 1. de Gener. T. Co. 18.

51 Ignis calidum habet in materia. 1. de. Gener. T. Co. 55.

52 Ignis calidus eſt & ſiccus. 2. de Gener. T. Comment. 16.

53 Ignis ſurſum mouetur & a medio. 2. de Gener. T. Co. 22.

54 Ignis ſyncerius elementum eſt q̃ aer aut aqua, quia extrema elementa ſynceriora ſunt mediis. 2. de Gener. T. Co. 22.

55 Ignis magis eſt calidus q̃ ſiccus. 2. de Gener. T. Comment. 23.

56 Ignis cōtrarius eſt aquæ in ambabus qualitatibus ſcilicet calido & ſicco. 2. de Gener. T. Comment. 24.

57 Ignis quomodo generetur ex aliis elemētis facilius, & ex aliis difficilius, oſtēditur. 2. de Gener. T. Co. 25. 26. 27.

58 Ignis generatio magis manifeſta eſt. 2. de Gener. T. Co. 28.

59 Ignis omnibus mixtis & compoſitis naturalibus ineſt, quia eſt aquæ contrarius, & ſi unum contrariorum eſt, & alterum neceſſe eſt eſſe, & quia generationes miſcibilium ex contrariis ſunt. 2. de Gener. T. Comment. 49.

60 Ignis ſolus eſt maxime ſpecies ſeu formalis. 2. de Gener. T. Co. 50.

61 Ignis ſolus inter alia elemēta uidetur nutriri, quia eſt magis formalis. 2. de Gener. T. Comment. 50.

62 Ignis maxime natus eſt in ſuum locum ferri. 2. de Gener. T. Co. 50.

63 Ignis ſolus ſi eſſet inter cælum & terram, alia eo eſſent conſumpta propter inæqualitatem proportionis ad alia. 1. Meteor. cap. 3. E.

64 Ignis non eſt illud corpus, quod eſt contiguum orbi lunæ, ſed uocam⁹ illud ignē propter conſuetudinem, cum tamen ſit quidā exceſſus calidi, & uelut feruor quidam. 1. Meteor. cap. 4. D.

65 Ignis ambiens aerem ſpargitur frequēter, & fertur deorſum. 1. Meteor. cap. 4. F.

66 Ignis id eſt calidum & ſiccum collocatur poſt orbem lunæ, nam cum illud non habeat nomē, appellatur a nobis ignis, quia maxime ſuccēdi & conflagrare poteſt. 1. Meteor. c. 5. B.

67 Ignis circa ſphæram aeris ordinatus eſt. 2. Meteor. cap. 2. C.

68 Ignis nullum recipit alimētum ab aquis, quas calefacit. 2. Meteor. c. 2. D.

69 Ignita quæcunq; fuerūt, habent aliquid caliditatis in potentia, ut calx, & cinis. 2. Meteor. cap. 3. N.

70 Ignis ſub terra gignitur propter ſpirituū colliſionem, diſcerpto prius aere in exiguas particulas. 2. Meteor. c. 8. M.

71 Ignem non poſſe fieri in nubibus, quidam dixerunt. 2. Meteor. c. 9. E.

72 Ignis ſolus inter omnia non putreſcit, aer aūt & terra & aqua putreſcunt, quia ſunt materia igni. 4. Meteor. T. Co. 5.

73 Ignis ſubtiliſſimarum partium eſt, & magis incorporeus q̃ alia elementa. 1. de Anima. T. Comment. 29.

74 Ignem ſphæricæ figuræ eſſe, quia nobiliſſima figurarum omniū eſt ſphærica, dixit Democritus. 1. de Anima. T. Co. 30.

75 Ignem, dixerunt quidam, cauſam eſſe alimēti & augmēti in animalibus, quia ignis inter oīa corpora elementata maxime nutriri & augeri uidet̄. 2. de Aīa. T. Co. 40.

76 Ignem non eſſe cauſam augmenti & nutritionis, ex hoc probatur, ꝙ ignis in infinitum augeri poteſt, ſi ſemper combuſtibile ſit, ſed corpora naturalia terminum habent ſui augmenti & decrementi. 2. de Anima. T. Comment. 41.



77 Ignis alitur ſuo modo aqua, & non ecōtrario. 2. de Anima. T. Co. 43.

78 Ignis in tenebris uidet̄, & in lumine, quia in tenebris poteſt illuminare diaphanū, & in lumine non obſcurari, eo ꝙ habet in ſe lumen ſufficiens, quod a maiori lumine nō obſcuretur. 2. de Anima. T. Co. 74.

79 Ignis aut nulli⁹ ſenſus eſt ſcilicet in ſua excellentia, aut communis eſt omnibus ſenſibus, quia ſine calore nihil eſt ſenſitiuum. 2. de Anima. T. Co. 130.

80 Ignis natura ſicc⁹ eſt, q̃uis caliditas ignis ſit propria. de Sen. & Sen. c. 4. E.

81 Ignis duobus modis extinguitur marcedine ſcilicet aut extinctione. de Iuuent. & Senect. cap. 3. A.

82 Ignis poſt lunæ ſphæram collocatur. de Mundo. ad Alexan. c. 1. D.

83 Ignis Medorum. Quære Medi. 2.

84 Ignis e quibuſdam terris ſemper exit. de Mundo. ad Alexan. c. 3. A.

85 Ignem eſſe principium materiale rerum, dixerunt Hippaſus Metapontinus, & Heraclitus Epheſius. 1. Metaphy. c. 3. E.

86 Ignem tanq̃ cauſam motiuam ponebant quidam, qui plura principia ponebant. 1. Metaphy. c. 3. H.

87 Ignē poſuit Empedocles cauſam efficientem, & alia tria elementa ut materiam. 1. Metaphyſic. c. 4. D.

88 Ignis calidiſſimus eſt, eſt enim cæteris cauſa caliditatis. 2. Metaphy. T. Co. 4.

89 Ignis Aetnæ montis. Quære Aetna. 1.

90 Ignis Pſitacenæ. Quære Pſitacena.

91 Ignis Perſidis. Quære Perſis. 1.

92 Ignis Pamphiliæ. Quære Pamphilia. ✳.

IGNORANS. IGNORANTIA. IGNORANTER FACTA.

1 Ignorantes in cognoſcēda ueritate ſunt, ſicut qui alonge ſpeculantur. 1. Elench. cap. 1. B.

2 Ignorantia quædam eſt ſecundum negationem, alia ſecundum diſpoſitionem. 1. Poſter. T. Co. 32.

3 Ignorātia diſpoſitionis eſt deceptio facta per ſyllogiſmum, quæ contingit circa ea, quæ inſunt primo, aut non inſunt. Quæ contingit dupliciter, aut cum ſimpliciter accipiat eſſe uel non eſſe, aut cum accipiat opinionem per ſyllogiſmum. Sed ignorātia, quæ facta eſt non per argumentationem, ſimplex eſt, quæ uero per ſyllogiſmum, multiplex. 1. Poſter. T. Co. 32.

4 Ignoranter facta quando inuoluntaria, & quando uoluntaria dicantur, culpabilia, aut digna uenia, oſtenditur. 3. Ethico. cap. 1. D. E. F.

5 Ignorantiam puniunt leges, quando aliquis cauſa fuit ſuæ ignorantiæ, aut quando ignorat, quæ legibus contineantur. 3. Ethic. cap. 5. C. Quære Ebrius. 4.

6 Ignorans maiorem curam debet adhibere, ut ſciat ueritatem, quam neſcit. 4. Metaphy. T. Co. 8. Quære Scientia.

IGNOBILIS. Quære Nobilis.

IGNOSCERE.

Ignoſcere quibus debeamus, & quæ ſint ignoſcenda, habes. 5. Ethic. c. 8. D.

IGNOTVS.

in Ignotos aliqui beneuoli ſunt, quia putant ipſos uiros bonos eſſe. 8. Ethico. cap. 2. A.

ILEX. Arbor. Quære Pericles. 3.

ILLIBERALITAS. ILLIBERALIS.

1 Illiberalitas eſt liberalitati cōtraria. 1. Rhetor. cap. 9. B.

2 Illiberalitatis indicia ſunt, nō opitulari pecunia, cum poſſis, aut minus q̃ poſſis, aut iuuari ab iis, quibus minus eſt, & cætera huiuſmodi. 2. Rhetor. c. 6. B.

3 Illiberalitas opponitur liberalitati per defectum. 2. Ethic. c. 7. A.

4 Illiberalis in capiēdis pecuniis exuperat, in erogando deficit. 2. Ethic. c. 7. A.

5 Illiberalitas eſt defectus circa pecunias. 4. Ethico. cap. 4. A. Quære Auaricia. Liberalis. Pecunia.

ILLYRIA. Seu Illyris Dalmatiæ pars eſt. in Illyria, ferunt, pecora conſueuiſſe bis parere, & ceruos tres aut q̃tuor fœtus, & pecora tria mulctra lactis implere quotidie, & gallinas nō ſemel ſed bina aut terna oua edere quotidie. de Admirād. Audit. 125. ✳. Illyrii.

ILLVMINATIO.

1 Illuminationem eſſe inſtantaneam, probatur experimento, nam totū ſpacium, quod eſt ab oriente in occidentem, inſtantanee illuminari uidemus. Etenim ſi ſucceſſiue illuminaretur, illa ſucceſſio perciperetur in tāto ſpacio, licet in exiguo ſpacio nō percipiat̄. 2. de Anima. T. Co. 70. & de Sen. &. Sen. cap. 6. H.

2 Illuminationem fieri ſucceſſiue, dixit Empedocles, ſed latere nos. 2. de Anima. T. Co. 70. & de Sen. & Sen. c. 6. H.

ILLVSIO.

Illuſio ex contemptu proficiſcitur. 2. Rhetoric. cap. 2. H.

IMAGINATIO.

1 Imaginatio ſenſus quidam debilis eſt. 1. Rhetor. cap. 11. B.

2 Imaginationem tantũ ſingularium habẽt bruta.7.Ethic.c.3.E.Quære Brutum.
3 Imaginationem maxime ſequuntur melãcholici.7.Ethic.cap.7.C. Quære Melãcholici.Ecſtatici.
4 Imaginationibus & memoriis uiuũt bruta.1.Metaphy.c.1.B. Quære.Phantaſia.
IMAGO. Pro ſimilitudine rei. & IMAGO.Vt oratores utuntur,quæ eſt formæ ad formam collatio quadam ſimilitudine laudis aut uituperationis cauſa.
1 Imago illud eſt,cuius generatio eſt p imitationem.6.Topic.c.2.C.
2 Imago ſeu aſſimilatio quomodo exornet orationem, & quo a metaphora differat, oſtenditur.3. Rhetor.c.4.per totum.
3 Imago quædam tranſlatio eſt.3. Rhetor. c.4.A.Quære.Lynx.2.
IMBER.
1 Imber eſt,cum pluuia maioribꝰ guttis cadit.1.Meteor.c.9.D.
2 Imbres fiunt calidioribus potius tẽporibus q̃ hyeme.1.Meteor.c.12.E.
ILOTAE. Lacedæmoniorũ ſerui, q̃les Cretẽſiũ Duliæ,& Theſſalorũ Peneſtiæ.
1 Ilotæ ſerui erant Lacedæmoniorum. 2. Polit.cap.3.G.
2 Ilotæ aduerſus Lacedæmonios inſurrexerunt,& in caſibꝰ eorum aduerſis nunq̃ inſidiari deſtiterũt.2. Polit.c.7. A.& c.8. C.Quære Duliæ.2.
IMITARI.IMITATIO.
1 Imitari maxime naturale ẽ hoĩ a pueritia, & ĩ hoc ab aliis aĩalibꝰ differt.in Poet.c.1.F
2 Imitatione q̃ conſequimur,iucunda ſunt, quia imitari eſt diſcere.1.Rhetor.c.11.I.
IMMANITAS.Quære Beſtialitas.Phalaris.2.Dionyſius.3.
IMMATERIALE.Quære Materia.
IMMOBILE.
1 Immobile ponentes primum principium materiale non phyſice locuti ſunt.1.Phyſicor.T.Comment.8.
2 Immobile eſſe non eſt de ratione infiniti. 1.Phyſic.T. Co.24.
3 Immobile dicitur,& quod impoſſibile eſt moueri, & quod multo tempore uix mouet̃, & q̃d tarde incipit moueri, & q̃d cũ aptũ natũ ſit moueri nõ mouet̃, aut q̃ndo aptum natum eſt moueri, aut ubi natũ eſt moueri.5.Phyſi.T.Co.20.
4 Immobile unum omnia ponentes refellũtur.8.Phyſic.T.Co.25.
5 Immobilium aliud eſt mouens, aliud uero nihil mouens.8.Phyſic.T.Co.43.
6 Immobilem aliquam naturã ponere, neceſſe eſt.4.Metaphy.T.Co.23. Quære Mobile.Motor.1.✳.
IMMORTALE.IMMORTALITAS
1 Immortale differentia eſt animalis,non genus dei.4.Topic.cap.2.E.
2 Immortalibus ineſt ſemper moueri,ut ſoli & aſtris.1.de Anima.T.Co.32.
3 ad Immortalitatem maxime conari homo debet.10.Ethico.cap.7.D. Quære Aeternum.Homo.74.
IMPAR.
1 Impar differentia numeri eſt.4. Topic. cap.2.F.
2 Impar & par dicebãt Pythagorici numeri principium eſſe.1.Metaphy.c.5.C.
3 Impar unum e ſuis decem prædicamentis ponebãt Pythagorici.1.Metaph.c.5.C. Quære Numerus.
IMPARTIBILE.Quære Indiuiſibile.
IMPASSIBILE.
Impaſſibilia ſunt, quæcunq; formam habent non in materia.1.de Gener.T.Co. 54.Quære Pati.Paſſibile.
IMPERARE. IMPERANS. IMPERIVM.
1 Imperium omne aut gratia imperãtis eſt aut gratia ſubiectorum,quorum primum eſt ſeruorum,ſecundum uero liberorum. 1.Polit.c.1.B.&.7.Polit.c.14.B.
2 Imperare aliud & parere aliud inuenitur in omnibus, quæ fiunt unum commune ex pluribus ſiue ſeparatis ſiue coniunctis. 1.Polit.c.3.D.
3 Imperare aliud & aliud parere, nõ ſolum eſt neceſſariũ,ſed etiã utile.1.Polit.c.3.D.
4 Imperare & parere inuenitur etiã in inanimatis.1.Polit.c.3.D.
5 Imperãdi & parẽdi æqualitas aut uiciſſitudo nimiũ nocent.1.Polit.c.3.F.
6 Imperare præſtantiora debent, & parere minus præſtantia.1.Polit.c.3.E.
7 Imperans,nõ neceſſe eſt,ut illa ſciat facere,quæ imperat,ſed ſciat,quæ decent imperantem.3.Polit.c.6.D.
8 Imperantes aliquando ſcire debent ea, q̃ imperant ſubditis, quæ appellatur ciuilis præſidentia,ut præfectus equitum,& dux exercitus.3.Polit.c.3.E.
9 Imperare & parere qui ſcit,laudabilis eſt. 3.Polit.c.3.D.
10 Imperantis ſeu eius,qui præeſt, ꝓpria uirtus eſt prudentia.3.Polit.c.3.F.
11 Imperare bene nemo poteſt, niſi qui priꝰ bene ſub imperio fuerit, quod intelligitur in ciuili præſidentia.3. Politic. cap.3. E.&.7.Polit.cap.14.B.



12 Imperandi & parendi omnes ciues debẽt eſſe participes in optima republica, quia non facile inueniuntur homines,qui excellãt alios,& Heroes,aut dii, quibꝰ cõmitti poſſint alii,& ſoli impent.7.Polit.c.14.A.
13 Imperare alios, alios uero parere, natura diſtinctũ eſt.7.Polit.c.14.B. Quære Dominans.
IMPERFECTVM.
Imperfectum eſt,quod indiget aliquo uel pluribus. 1. Prior.c.1.Quære Perfectum.
IMPERITVS.Quære Ignorans.
IMPOSSIBILE.
1 Impoſſibile eſt unus ex quattuor modis propoſitionum modalium.2. Periherme. cap.3.per totum.
2 Impoſſibile dicitur,& quod non eſt ſimpliciter poſſibile, & quod non eſt facile.1. de Cæl.T.Co.111.114.115.
3 Impoſſibile quod eſt non eſſe, determinatum tempus habeat,neceſſe eſt,in quo nõ ſit.1.de Cæl.T.Cõment.118.
4 Impoſſibile aliud ſimpliciter,aliud ex ſuppoſitione.1.de Cæl.T.Co.119.
5 ex Impoſſibili ſequitur impoſſibile. 1. de Cæl.T.Co.119.
6 Impoſſibile & falſum non idem ſignificãt. 1.de Cæl.T.Co.119.
7 ad Impoſſibile nihil mouetur. 4.de Cæl. T.Co.33.
8 Impoſſibile ſicut nullum eſt,ſic nec fit.4. de Cæl.T.Co.119.
9 Impoſſibilia nemo ſibi uidetur expetere. 2.Rhetor.c.2.A.
10 Impoſſibilium nullum incipit fieri.2.Rhetor.c.19.per totum.
11 Impoſſibilia nemo amat,aut cupit ut plurimum.2.Rhetor.c.19.B.
12 Impoſſibilia quomodo ſe habeãt, & quæ ſint,& in quibus,oſtenditur.2. Rhetoric. cap.19. per totum.
13 de Impoſſibilibus non eſt conſultatio.3. Ethic.c.3.A.
14 Impoſſibile quot modis dicitur,oſtẽditur. 5.Metaphyſic.T.Co.17.
15 Impoſſibile non ſequitur ex poſſibili.9. Metaphy.T.Co.8.✳.
IMPOTENTIA.Pro imbecillitate.IMPOTENS.Imbecillus.
1 Impotẽtiæ ſeu imbecillitates in animalibꝰ præter naturam ſunt.2.de Cæl.T.Co.37.
2 Impotẽtia ẽ priuatio potẽtiæ, & talis principii ſublatio.Et tot modis dr̃ quot modis dr̃ potẽtia,cui opponit̃.5.Met.T.Co.17.
3 Impotentia,ut opponitur potẽtiæ uniuoce acceptæ, priuatio eſt illius potentiæ.9. Metaphyſic.T.Co.2.Quære Potentia.
IMPOTENS.Vt dicit Vitium.
Impotentis mores conſyderandi ſunt ex oppoſito ad mores diuitis.2. Rhetor. cap.17.A.
IMPRESSIBILE.Corpꝰ in quo aliquid imprimi poteſt,ut in cæra.
1 Impreſſibilia ſunt, quorum ſuperficies in profundũ cedit,quod fit aut pulſione aut ictu, ſed in totum tactu fit. 4.Meteor.T. Comment.45.
2 Impreſſibilia nõ ſunt,quæ aut ualde dura ſunt,aut adeo liquida, ꝙ cedat eorum ſuperficies in latera prementis & nõ in profundum, ut aqua cedit.4. Meteor. T. Comment.45.
3 Impreſſibilium quædam dura ſunt ut æs, quædam mollia, ut cæra.4. Meteor.T. Comment.45.
IMPRESSIO. In ſublimi,ut Cometæ, Dali,Halo,& cætera huiuſmodi.
1 Impreſſiones,quæ fiunt in ſublimi, ut Cometæ.Phaſmata & alia,fiũt ſecundum naturam minus tamen ordinatam.1. Meteor.cap.1.A.
2 Impreſſiones,quæ fiunt in ſublimi, euenire maxime ſolent circa locum propinquũ lationi aſtrorum.1.Meteor.c.1.B.
3 Impreſſiones fiunt in mundo elemẽtari. 1.Meteor.c.2.B.
4 Impreſſionum cauſa materialis ſunt elementa, ut ex his fiunt uapor aut exhalatio,cauſa uero efficiens eſt cælum & aſtra. 1.Meteor.c.2.C.
5 Impreſſiones aliquando aſſimilantur iaculationi magis q̃ exuſtioni, quia aer denſatus ꝓpter refrigerationem elidit,& repellit exhalationẽ incẽſam.1. Meteor.c.5.C.
6 Impreſſiones ignitæ ſereno aere cadere uidentur in mare & in terram,quia denſatus frigore aer proiicit illas in inferiora.1. Meteor.cap.5.D.
7 Impreſſiones,quæ fiunt in ſublimioribus, fiunt ab exhalatione exuſta, q̃ uero fiunt in inferioribus, ab exhalatione frigidiore fiunt.1.Meteor.c.5.E.
8 Impreſſiones feruntur ſurſum aut deorſum ſecundum diuerſitatem ſitus,ſed frequẽtiſſime in latus feruntur & in obliquũ, quia duobus motibus mouentur, ſcilicet naturali ſurſum & uiolẽto deorſum.1.Meteor.cap.5.E.
9 Impreſſionũ,quæ fiunt in ſublimioribus, cauſa eſt motus ſuperiorum corporũ, aut aer coagulatus.1.Meteor.c.5.E.
10 Impreſſiones omnes fieri ſub orbe lunæ,

ſignum eſt uelocitas motus eorum, nam ſi longe a nobis mouerentur, non adeo uelociter motu moueri uiderentur ſed tardo, ſicut uidentur moueri ſol luna & aſtra. 1. Mete. c. 5. E. Quære Aeges. Bothyni. Cometa. Dali. Halo. Stella. Phaſma. Parelii & cæteras impſſionū in ſublimi dictiones.

**IMPROBITAS.**

Improbitas cauſam quærit, ut in prouerbio eſt. 1. Rhetor. c. 12. F.

**IMPVDENTIA. IMPVDENS.**

1 Impudentia eſt contemptus atq; deſpectus, & impudentiæ eſt negare manifeſta. 2. Rhetor. c. 3. A.

2 Impudens ſic ſe habet ad eum, quem impudēter uexat, ſicut ſaxum ad Siſyphum. 3. Rhetor. c. 11. B.

3 Impudentia opponitur uerecundiæ per exceſſum. 2. Ethico. c. 7. E. Quære Inuerecundia. ✳.

**INACHVS.** Fluuius Argiuorum.

Inachus fluuius ex Pindo monte oritur. 1. Meteor. c. 13. I.

**INAEQVALE.**

1 Inæquale conſequitur multitudinem. 10. Metaphy. T. Co. 10.

2 Inæquale contrarium eſt æquali. 10. Metaphy. T. Co. 10. Quære Aequale.

**INANIMATVM.**

1 Inanimata nullum principium motus aut quietis in ſeipſis habent. 2. Phyſicor. T. Cōment. 2.

2 Inanimata pati poſſunt a fortuna, cum aliquod agens a fortuna agat circa ea. 2. Phyſic. T. Co. 59.

3 Inanimata nil poſſunt agere a fortuna, niſi ſecundum ſimilitudinem quandam. 2. Phyſico. T. Co. 59.

4 in Inanimatis eſt caſus. 2. Phy. T. Co. 60.

5 Inanimatis nil eſt terribile aut formidabile. 1. Magnor. Mor. c. 1. D.

6 Inanimatis uiolētia inferri poteſt, ut cum ex proprio loco pelluntur. 1. Magnor. Mor. c. 15. A.

7 Inanimata inter ſe habent quandam harmoniam & concētum, ut alia ſubſint, alia imperent quodammodo. 1. Polit. c. 3. D.

**INCOMMENSVRATI.** Quære Corpus. 147.

**INCOMPLEXA.**

1 Incomplexa ſunt aliqua, quæ dicūtur de complexis ut homo. Prædicamēt. c. 2. A.

2 Incomplexa nec uera ſunt nec falſa. Prædicament. cap. 4. B.

**INCONTINENS.** Vt dicit uitium. **INCONTINENTIA.**

1 Incontinentes cōtradicunt intellectui practico præcipienti, malum eſſe fugiēdum, bonum uero proſequēdum, & appetitum ſequuntur, ut medici, qui licet artem ſanādi habeant, tamen illam non ſequētes minime ſanantur. 3. de Anima. T. Co. 47.

2 Incontinentibus inutilis eſt diſciplina moralis. 1. Ethic. c. 3. B.

3 Incontinentis appetitus ad contraria mouetur, q̄ ratio dictet, ut paralytica mēbra ſi ad dextram mouere uelis, in ſiniſtrā mouētur. 1. Ethic. c. 13. D.

4 Incontinentes, qui ob intēperātiam pecunias profundunt, prodigi uocantur, & flagitioſiſſimi tales uidētur, multa namq; uitia ſimul habent. 4. Ethic. c. 1. A.

5 Incōtinens idem eſt quod rationem egrediens. 7. Ethic. c. 1. B.

6 Incontinens ob perturbationem agit improba, quæ ſcit improba eſſe. 7. Ethico. cap. 1. B.

7 Incontinentes non ſolum dicuntur circa uoluptates, ſed etiam circa honores & irā & lucrum. 7. Ethic. c. 1. B.

8 Incontinētia & continentia non differūt genere. 7. Ethic. c. 1. B.

9 Incontinentia eſt mollitudo praua atq; uituperabilis. 7. Ethic. c. 1. B.

10 Incontinēter agere eum, qui ſciens eſt, & rectam exiſtimationem habeat, impoſſibile putabat Socrates. 7. Ethic. c. 2. A.

11 Incontinens obnoxius eſt illi prouerbio, quod dicit. Quid opus eſt inſup bibere, cum ſtrangulat aqua? 7. Ethic. c. 2. D.

56 Intellectus operatio,qua componit , ſimilis eſt compoſitioni membrorum,quam induxit Empedocles. Sicut em̃ non omne membrum cuiq; membro copulatũ facit animal,ſic nō omnis congregatio rerum intellectarum aut notionum facit hanc intellectus compoſitionem . 3 . de. Anima. T.Co.21.

57 Intellectꝰ ſecunda operatio,quæ eſt cōpoſitio , quandoq; eſt uera,ut quando componit illa,quæ in re ſic ſe habēt,ut diametrum eſſe incōmenſurabilem coſtæ, quādoq; falſa,ut quando cōponit ea,quæ in re non ſic ſe habēt,ut diametrum eſſe cōmenſurabilem coſtæ . 3. de Anima . T. Co.12.22.

58 Intellectus compoſitio quādoq; eſt de præſenti,quandoq; de præterito, quādoq; de futuro, quia tēpus ſiml' intelligitur in cōpoſitione intellectus.3.de Anima.T.Cōment.22.

59 Intellectum nil prohibet, intelligere in tēpore indiuiſibili ea,quæ ſunt diuiſibilia ut magnitudinem , quia non intelligit illa ut diuiſibilia,ſed ut indiuiſibilia.3.de Anim. T.Com.23.

60 Intellectus dictio omnis,qua dicit aliquid de aliquo aut uera eſt aut falſa .3. de Aīa. T.Com.26.

61 Intellectus in prima operatione, q̄ eſt ipſius quid eſt, ſecundum hoc quod aliquid erat eſſe, ſemper eſt uerus , ſicut ſenſus ſui proprii ſenſibilis . In ſecunda tamen operatione aliquādo eſt uerus , aliquando falſus.3.de Anima. T.Co.26.

62 Intellectus intelligens formas ſine materia,ſemper eſt uerus.3.de Anima. T.Cōment.26.

63 Intellectus practicus bonum proſequitur, malum autem fugit , ut affirmans aut negans.3.de Anima . T.Com. 29 .& ultra.

64 Intellectus practicus in phantaſmatibꝰ inuenit, quid proſequi aut fugere debeat , & in illis & in mentis conceptibus ratiocinatur,& deliberat futura aut præſentia.3. de Anima.T.Co.33.

65 Intellectus practicus ſic ſe habet ad bonũ & ad malum,ſicut intellectus ſpeculatiuus ad uerum & ad falſum.3 .de Anima. T. Com.34.

66 Intellectus abſtracta intelligit & mathematica ſine materia,q̄uis ſine materia res ipſæ non ſint, quas abſtrahit.3. de Anima. T. Com.35.36.

67 Intellectus actu intelligens eſt res ipſæ intellectæ.3.de Aīa.T.Co.36.

68 Intellectus an intelligat ſeparatorum ſubſiſtentium aliquid,non eſt phyſicæ cōſyderationis , nec ad libros de anima pertinet. 3.de Aīa.T.Co.36.

69 Intellectus eſt ſpecies ſpecierum,ſicut manus organum organorum. 3. de Anima. T.Cōm.38.

70 Intellectus noſtri intelligibilia ſunt in ſpeciebus ſenſibilibus ſecũdũ eſſe,& ideo ſine ſenſu non poteſt aliquis intelligere aut addiſcere.3.de Aīa.T.Co.39.

71 Intellectꝰ complexio , qua intelligibilia cōplectitur,differt a complexione phātaſiæ, quia in complexione intelligibiliũ eſt aut uerum aut falſum,in phantaſia uero non eſt.3.de Anima.T.Co.39.

72 Intelligentem neceſſe eſt phantaſma aliquod ſpeculari,quia ſine ſenſu præcedente nil poteſt intelligere intellectus.3.de Anim.T.Co.39.

73 Intellectus ſpeculatiuus nō eſt cauſa motꝰ localis aīalium, quia tm̃ cōſyderat ea,quæ ſunt ſpeculabilia,& non ea,quæ ſunt agibilia,& ideo nil præcipit fugiēdum aut proſequendum.3.de Aīa.T.Co.46.

74 Intellectus ſpeculatiuus quādo ſpeculatur aliquod terribile aut iucundum , nō iubet fugere aut ꝓſequi,ſed cor,aut aliqua corporis pars mouetur.3.de Anima. T.Cōment.46.

75 Intellectus practicus non eſt cauſa motus localis animalium,nam licet ipſe præcipiat aliquid fugiendum ut malum, aut proſequendum ut bonum, non tamē animal mouetur ad id,quod intellectus dictat,ut patet in incontinenti,& in medico habente artem medendi in ſe, qui tamen non ſanatur,quia non facit quod ars præcipit.3. de Aīa.T.Co.47.

76 Intellectus practicus & appetitꝰ ſunt principia motus localis animalium, ita tamen ut ſub intellectu phantaſia contineatur .3. de Anima.T.Co.48.49.

77 Intellectꝰ practicꝰ alicuiꝰ gr̃a rōcinať, & nō tm̃ ut ratiocinetur.3.de Aīa.T.Co.49

78 Intellectus practicus differt ab intellectu ſpeculatiuo fine,quia intellectus practicus ſpeculatur ueritatē propter operationē, ſpeculatiuus uero ſpeculať ueritatem propter ſeipſum.3.de Aīa.T.Co.49.

79 Intellectus practici principium motus eſt

appetibile.3.de Anim. T.Co.49.

80 Intellectus practicus & appetitus mouent animalia motu locali ut unum mouens ſpecifice.3.de Anima. T.Commen.49.

81 Intellectus omnis principiorum ſemper eſt rectus. 3. de Anima. T. Commen. .51.

82 Intellectus futurum proſpiciens retrahit inordinatum appetitum ab appetibili nociuo, in quod appetitus inordinatus fertur ſecundum præſens .3. de Anima. T.Cōment.53.

83 Intellectus practici duplex eſt ratio, quædam uniuerſalis, quædam particularis, & particularis eſt, quæ mouet, & uniuerſalis non mouet. Si uero utraq; moueat, uniuerſalis mouet ut quieſcens, particularis ut non quieſcens. 3.de Anima. T.Comment.58.

84 Intelligere non eſt ſine phantaſmate. Nā ſicut in geometricis figuris deſcribendis neceſſario deſcribimus alicuius quantitatis figuras, q̄uis geometra non utatur aliqua determinata quantitate, ſic intelligēs & ſi non intelligat quantitatem, proponit ſibi quantum. De Memoria & Reminiſc.c.1.E.

85 Intelligere non contingit ſine continuo, & ſine tempore, quia phantaſma eſt ipſius hic & nunc, eo ꝙ ſit rei ſingularis, nec ſine phantaſmate contingit intelligere.de Memo.& Remin.c.1.E.

86 Intellectus lumen accendit deus in anima.3.Rhet.c.10.E.

87 Intellectiuæ uirtutes ex doctrina generationem habent & incrementum, quapropter experientia indigent & tempore.2.Ethic.c.1.A.

88 Intellect⁹ eſt unum ex iis principiis, quæ ſunt in anima, ut dominetur operationibus.6.Ethic.c.2.A.

89 in Intellectu ſic ſe habet affirmatio & negatio, ſicut proſecutio & fuga in appetitu. 6.Ethic.c.2.A.

90 Intellectus ſpeculatiui bonum aut malū eſt, uerum uel falſum. 6. Ethicorum. cap.2. A.

91 Intellectus practici bonum eſt conueniēs cum appetitu recto.6.Ethic.c.2.A.

92 Intellectus ſpeculatiuus non mouet ad actionem.6.Ethic.c.2. B.

93 Intellect⁹ practicus ē, qui mouet ad aliquā actionem, & qui facit gratia finis particularis.6.Ethic.c.2. B.

94 Intellectus ſpeculatiui opus eſt ueritas.6. Ethic.c.2.B.

95 Intellectus eſt una ex uirtutibus intellectualibus, quibus anima affirmando aut negando dicit uerum.6. Ethic.c.3.A.

96 Intellectuales uirtutes ſunt habitus, quibus anima affirmando aut negando dicit uerum.6.Ethic.c.3.A.

97 Intellectuales uirtutes, quibus anima affirmando aut negando dicit uerū, ſunt numero quinq;, ſcilicet ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, & intellectus .6. Ethicorum. cap.3. A.

98 Intellectus habitus eſt principiorum, quia cum principiorum non ſit ars, nec ſciētia, nec ſapientia, nec prudentia, relinquitur, ꝙ eſt intellectus, cum iſti tantum ſint habitus, quibus uerum dicimus .6. Ethicor. cap.6.A.

99 Intellectui, qui eſt habitus principiorum, opponitur prudentia.6.Ethic.c.8.B.

100 Intellectus habitus principiorum, ſcilicet ſcientia, prudentia, & ſagacitas in idem tēdunt.6.Ethic.c.11.A.

101 Intellectus habitus principiorum eſt terminorum extremorum, a quibus ratio incipit, & ipſe intellectus non eſt ratio .6.Ethicor.c.11.A.

102 Intellectus principiorum tam ſpeculabilium demonſtrationum q̄ agibilium eſt.6. Ethic.c.11.B.

103 Intellectus principiorum ſingularium eſt, nam ex ſingularibus accipitur uniuerſale. 6.Ethic.c.11. A.

104 Intellectus principiorū a natura eſt, quia ætatem conſequitur.6.Ethic.c.11.B.

105 Intellectus principiorum ſingularium agibilium & principium & finis eſt, quia demonſtrationes ex ipſis & de ipſis fiunt.6. Ethic.c.11.B.

106 Intellectuales uirtutes quibus rebus utiles ſint, oſtenditur.6.Ethic.c.12. per totum.

107 quo Intelligit, uidetur eſſe unuſquiſq; uel maxime.9.Ethic.c.4. B.

108 Intelligere poſſumus nos intelligere.9. Ethicor.c.9.E.

109 Intellectus operatio & uoluptas licet non ſint idem omnino, inſeparabiles tñ ſunt. 10.Ethic.c.5.C.

110 Intellectus eſt optima uirtus, ſecundum quam eſt operatio, quæ eſt felicitas .10. Ethicor.c.7. A.

111 Intellectus eſt præſtantiſſimum eorum, q̄ in nobis ſunt, & ea, circa quæ ipſe uerſatur, ſunt præſtantiſſima inter omnia cognoſcibilia.10.Ethic.c.7.A.

112 per Intellectus ſpeculationem oīa inſunt, quæ ſolent tribui beato.10.Ethic.c.7.C



113 Intellectus operatio tanto eſt excellentior operatio hominis, ſecundum ꝙ homo id eſt, compoſitum eſt, quanto ipſe intellectus, qui ineſt, eſt excellentior, quia eſt qd diuinum reſpectu hominum.10.Ethicor. cap.7.D.

114 Intellectus eſt præſtantiſſimum in homine, & ideo homo uidetur eſſe intellectus, ab eo quod eſt in illo præſtantiſſimum.10. Ethico.c.7.D.

115 Intellectus licet paruū ſit mole, eſt tamē uirtute maximum.10.Ethic.c.7.D.

116 ab Intellectu quæ manat uita, diuina eſt reſpectu uitæ hominis.10.Ethic.c.7.D.

117 Intellectus operatio, quæ eſt felicitas, ſeparata eſt & diuina.10.Ethic.c.8.A.

118 Intelligibilia declarari poſſunt exemplis ſumptis a ſenſibilibus, quæ ſunt maxime manifeſta.1.Magnor.Mor.c.1.G.

119 Intellectus ſeu mens habet imperium ciuile & regium in appetitum.1.Polit.c.3.E.

120 Intellectus uiget in nobis circa annū quinquageſimum.7.Polit.c.16.B.C.

121 Intellectum, poſuerunt quidam, eſſe mūdi & totius ordinis cauſam. Et qui hoc dixit comparatus ad illos, qui omnia unum eſſe dixerunt, quaſi ſobrius apparet.1.Metaphy.c.3.M. Quære Anaxagoras.

122 Intellectus animæ noſtræ ſic ſe habet ad manifeſta naturæ, ſicut oculus ueſpertilionum ad lucem diei.2.Metaphy.T.Co.1.

123 Intelligi aliquid non poteſt, niſi fiat ſtatus in aliquo.2.Metaphy.T.Co.11.

124 Intellectum qui habet, ſemper agit, ꝑpter finem.2.Metaphy.T.Co.9.

125 Intellectum & ſenſum, quidam ut Democritus & Empedocles & Parmenides, idē eſſe crediderunt.4.Metaphy.T.Co.21.

126 Intellectus omnis aut eſt actiuus aut factiuus aut ſpeculatiuus.6.Metaphy. T.Co.1

127 in Intellectu eſt uerum aut falſum, & non in rebus.6.Metaphy.T.Co.8.

128 in Intellectu & non in rebus eſt compoſitio, id eſt affirmatio, & diuiſio, id eſt negatio.6.Metaphy.T.Co.8.

129 Intellectus act⁹ eſt.9.Metaphy.T.Co.20

130 Intellectū hominis manere, corrupto corpore, nil prohibet.12.Metaphy.T.Co.17.

131 Intelligibile eſt mouens non motum.12. Metaphy.T.Co.36.

132 Intelligibilia habent ſuam coordinationē ſicut mouentia & mota.12.Metaphyſico. T.Co.37.

133 in Intelligibilium coordinatione primum eſt ſubſtātia ſimplex & act⁹. 12. Metaphy. T.Co.37.

134 Intellectus ab intelligibili mouetur .12. Metaphy.T.Co.37.

135 Intellectus intelligit ſeipſum aſſumptione intelligibilis.12. Metaphy.T.Co.39.

136 Intellectus eſt ſuſceptiuus intelligibilis & ſubſtantiæ, operatur autem habēs.12. Metaphy.T.Co.39. Quære Anīa. Mens. ✳.

## INTEMPERANS. INTEMPERANTIA.

1 Intemperantes quidam agunt utilia, ſed non propter utilitatem, ſed propter uoluptatem.1.Rhetor.c.10.F.

2 Intēperans eſt, qui omni uoluptate potitur & nullam reſpuit.2.Ethic.c.2.B.

3 Intemperans eſt, qui moleſte fert, ſi careat uoluptatibus.2.Ethic.c.3.A.

4 Intemperantia opponitur tēperantiæ per exceſſum.2.Ethic.c.7.A.

5 Intēperantis tactus nō eſt circa totum corpus, ſed circa aliq̄s ipſi⁹ ꝑtes.3.Ethi.c.10.D

6 Intemperās dicitur peccare circa dolores, quia plus dolet, quā debeat, ſi caret uoluptatibus.3.Ethic.c.11.B.

7 Intemperantia magis comparatur uoluntario, quam timor, quia intemperantia fit ob uoluptatem, timor uero ob dolorem. 3.Ethic.c.12.A.

8 Intemperantiæ nomen ad puerilia etiam delicta referre ſolemus.3.Ethic.c.12.A.

9 Intemperantia, quæ græce dicitur ἀκολασία, an a puero dicta ſit, an puer ab intēperantia, parum refert, attamē dicimus uitium illud eſſe puerile.3.Ethic.c.12.A.B.

10 Intemperantia tantum uerſatur circa uoluptates humanas.7.Ethic.c.6.C.

11 Intemperantia non eſt in brutis niſi metaphorice.7.Ethic.c.6.C.

12 Intemperans eſt, qui proſequitur in electione exceſſum uoluptatum, & ob nil aliud niſi ob ipſas. Vnde intemperans eſt incurabilis, quia non pœnitet.7.Ethic.c.7.A.

13 Intemperans incontinente deterior eſt.7. Ethic.c.7.A.

14 Intemperans non pœnitet, quia in electione perſiſtit.7.Ethic.c.8.A.

15 Intemperans perſuaſum habet, ꝙ uoluptates ſunt eligendæ ut bonæ, quia propter habitum, quē habet, ſic eſt diſpoſitus, & ideo non facile curari poteſt, quia nō pœnitet.7.Ethic.c.8.B.

16 Intemperans deterior eſt incontinente, quia principium circa agibilia non manet in eo conſeruatum.7.Ethicorum cap.8.B.

17 Intemperans pluſq̄ oportet, delectatur uoluptatibus.7.Ethic.c.9.B.

18 Intemperás & incõtinens idẽ eſſe uidenť, ſed nõ ſunt, quia incontinẽs ducitur uoluptate illectus, ſaluo prĩcipio iudicatiuo circa finẽ, intẽperans ꝑuerſum habet tale principium. 7. Ethi. c. 9. B.

19 Intemperantia uerſatur circa uoluptates guſtus & tactus. 1. Magnor. Mor. c. 22. B.

20 Intemperans peior eſt incontinente, quia intemperans mala agit, ſimulq; aſtipulatur ratio, incontinens uero oppugnat ratione uoluptates, licet non uincat. 2. Magnor. Mor. c. 6. O.

21 Intemperans malum agit, nec tamẽ ratio in illo reſiſtit, in incontinẽte tamẽ oppugnat ratio, licet uincatur a cupiditatibus. 2. Magnor. Mor. c. 6. O. Quære Incontinẽs.

INTENTIO. Quære Actio. 30.

INTERFICERE.

1 Interficere ſeipſum nulla lex iubet, & iniuſtum eſt. 5. Ethic. c. 11. A.

2 Interficientem ſeipſum ciuitas mulctat, & ignominia quædam adiuncta eſt aduerſus interficiẽtem ſe, tanq̃ aduerſus eum, q ciuitati iniuriam facit. 5. Ethic. c. 11. A.

INTERROGANS. Pro opponente in argumentando. INTERROGARE. INTERROGATVM. INTERROGATIO.

1 Interrogatum in ſingularibus ſi eſt uerum negare, etiam affirmare uerum eſt. 2. Periherme. c. 1. E.

2 Interrogatio plures non eſt interrogatio dialectica, quia interrogatio dialectica eſt alterius partis contradictionis, ad quam una reſpõſio datur, interrogatio uero plures eſt interrogatio plurium partium, nec poteſt reſponderi ad illam unica reſponſione. 2. Periherme. c. 2. A.

3 Interrogatio qd eſt, nõ ẽ interrogatio dialectica, qa iterrogatio dialectica debet eẽ talis, cuiꝰ alterá quá uelit partẽ reſpõdens poſſit eligere. Sed ad interrogationẽ quid eſt homo determinate uni parti reſpondere debet, ſcilicet ꝙ eſt animal ratiõale &c. 2. Periherme. c. 2. C.

4 Interrogans ſyllogiſſat. 1. Prior. c. 1. B.

5 Interrogatio dialectica cõtradictionis eſt. 1. Prior. c. 1. B.

6 Interrogationes proprias habet quælibet ſcientia. 1. Poſter. T. Co. 27. & ultra.

7 Interrogatio nulla una eſt omnium ſcientiarum. 1. Poſte. T. Co. 27.

8 Interrogationis ſuæ ſcientiæ qlibet in illa peritus rationem reddit, non tamen reddit rationem principiorum. 1. Poſterio. T. Com. 27.

9 ad Interrogationem quãlibet non reſpõdendum eſt perito in aliqua ſcientia, niſi interrogatio ſit illius ſcientiæ. 1. Poſterio. T. Co. 27.

10 Interrogare non debemus in aliqua ſcientia, niſi interrogatio ſit illius ſcientiæ. 1. Poſter. T. Co. 27.

11 Interrogationes ſeu propoſitiones oppoſitæ interrogationibus ſeu propoſitionibꝰ ueris alicuius ſcientiæ, an ſint illius ſcientiæ an non, dubitatur, & ſoluitur. 1. Poſter. T. Co. 28.

12 Interrogans ſiue opponens debet uti æquoco ut uniuoco, ſi æquiuocum lateat reſpondentem. 6. Topic. c. 5. B.

13 Interrogás primo debet inuenire locos, unde ſit argumentandum. Secundo interrogare & ordinare ſingula apud ſeipſum. Tertio dicere eadem ad alterum. 8. Topi. cap. 1. A.

14 Interrogantem ſeu opponentem, quæ inſtruant, habes. 8. Topic. C. 1. per totum.

15 Interrogantem oportet proponere illas ꝑpoſitiones, quæ ualde manifeſtæ ſunt. Nã illæ quæ minus manifeſtæ ſunt, in receſſu eſſe debent. 8. Topic. c. 1. C.

16 Interrogans ſi celare uult propoſitum nõ ſtatim debet proponere præmiſſas principales, ſed debet proſyllogiſſare maiorem & minorem ſyllogiſmi proſyllogiſſandi. 8. Topic. c. 1. C.

17 Interrogans uolens celare propoſitum nõ ſtatim debet concluſionem, quam intẽdit, dicere, aut ſyllogiſſare ꝑ imediatas principales præmiſſas, ſed ꝑ remotas & diſtantes a propoſito, ex quibus tanq̃ ex lõginquo medio inferat concluſionem principalem. 8. Top. c. 1. D.

18 Interrogás nõ debet ponere ꝓprias p̃miſſas cũ cõcluſiõe, ſed ꝑmutatim, ut facilius poſſit reſpondentem latere ꝓpoſitũ. 8. Topic. c. 1. D.

19 Interrogás ſi uult celare ꝓpoſitũ, debet diffinitionẽ ꝓpoſiti ſumere, qa locꝰ a diffinitiõe efficax ẽ ad cõcludẽdũ. 8. Top. c. 1. D

20 Interrogás ſi celare uult ꝓpoſitũ, debet ꝓponere id, quod uult concludere tanq̃ grã alterius. 8. Topic. c. 1. D.

21 Interrogans ſi uult celare propoſitũ, nõ debet ꝓponere illud in ꝓpria forma, ſed ſub forma ſui oppoſiti, qa reſpõdẽs facilius cõcedit ꝓpoſitũ. 8. Topic. c. 1. F.

22 Interrogás ſi uult celare ꝓpoſitũ, nõ debet ꝓponere illud in propria forma, ſed in ſuo ſimili, qa in ſimili magis latet uniuerſale. 8. Topic. c. 1. F.



23 Interrogans ſi uult celare propoſitum, debet ſibi inſtantias facere, ut non habeat illum ſuſpectum reſpondens. 8. Topicor. cap. 1. G.

24 Interrogans debet dicere, id quod proponit, eſſe conſuetum. Nam reſpondens nõ facile negat, quod conſuetum eſt concedi 8. Topic. c. 1. G.

25 Interrogans non debet urgere reſpondentem, quia reſpondens maxime renititur & negat, quando urgetur, & interrogans ꝑperat. 8. Topic. c. 1. G.

26 Interrogans non debet ultimo interrogare reſpondentem, quod maxime uult ſumere. 8. Topic. c. 1. H.

27 Interrogans non debet uti ſyllogiſmo ad impoſſibile ducente, ſed oſtenſiuo. 8. Topico. c. 2. E.

28 Interrogans proponere debet propoſitiones ut in pluribus ueritatem habentes, q̄ & ſi inſtantias habeant, ſunt tamen occultæ. 8. Topic. c. 2. E.

29 Interrogans non debet interrogare cõcluſionem intentam ſub concluſionis intẽtione. 8. Topic. c. 2. F.

30 Interrogans non debet frequenter eandẽ propoſitionem interrogare, quia aut negatur, aut non habet ſyllogiſmum. 8. Topic. c. 2. G.

31 Interrogãtis eſt ſic deducere orationem, ut faciat reſpondentem dicere inopinabiliora q̃ ea, quæ propter poſitionem ſunt neceſſaria. 8. Topic. c. 3. A.

32 Interrogata quædam ſiue ſint probabilia, ſiue improbabilia, ſiue neutra, quomodo debet concedere reſpondens, aut quæ nõ 8. Topic. c. 3. F. G. H. I.

33 Interrogãtis culpa oratio & diſputatio uitioſa eſt. 8. Topic. c. 4. B.

34 Interrogationis fallacia quãdo plures una fiunt, quomodo ſoluatur, habes. 1. Elench. cap. 5. G.

35 Interrogans etiam ſi non celet propoſitũ, quod intendit, debet tamẽ circa illud multa interrogare, ut reſpondens facilius peccet. 1. Elench. c. 12. A.

36 Interrogans ſi uideat negari, quæ proponit, nec facile poſſit illa probare, debet ſe transferre ad materiam, in qua magis poſſit abundare argumentis. Trãſlatio tamẽ debet eſſe ſenſim & caute & p habitudines propinquas. 1. Elench. c. 12. A.

37 Interrogans ut facilius poſſit reſpondentẽ fallere, debet dicere, ſe interrogare, ut diſcat, ut reſpondens minus caute incidat in aliquod inopinabile. 1. Elench. c. 12. B.

38 Interrogans maxime poteſt reſpondentẽ ad inopinabilia ducere ꝑ locum ab eo, ꝙ quæ ſunt ſecundum naturam legi contraria ſunt. 1. Elench. c. 12. E.

39 Interrogans debet ducere reſpondentem ad inopinabilia multitudini, ſi dicat reſpõdens conformia ſapiẽtibus, aut ſi dicat cõformia multitudini, debet ducere ad inopinabilia ſapientibus. Quod fit, ſi interroget illa, quæ utrinq; habent inopinabilem reſponſionem. 1. Elench. c. 12. D. E.

40 Interrogans ſi fallere debet reſpõdentem, non debet interrogare de aliquo determinato propoſito, q̃uis aliquid tale intẽdat, quia tunc reſpondẽs uage facile peccabit. 1. Elench. c. 12. A.

41 Interrogans ut facile redarguat reſpondẽtem, debet feſtinanter interrogare. Nam tardiores dum acrius urgenť, minus præuident, & facilius decipiuntur. 1. Elench. cap. 14. A.

42 Interrogans ad iram debet concitare reſpondentem, & ꝑmutatim interrogationem facere. 1. Elench. c. 14. A.

43 Interrogans ſi uult decipere reſpondentẽ facile, debet ꝑmutatim interrogationẽ facere. 1. Elench. c. 14. A.

44 Interrogans ſi uult decipere reſpondentẽ debet oppoſitum illius, quod intendit interrogare, aut duo ex æquo, ut reſpondens non facile intelligat, quid uelit interrogans. 1. Elench. c. 14. B.

45 Interrogans non debet interrogare uniuerſale, ſi reſpondens conceſſit particularia aliqua, ſed inferre illud. Nam audiens & reſpondens propter inductiõis memoriam putant omnia ſingularia conceſſa a reſpondente. 1. Elench. c. 14. B.

46 Interrogans debet concluſionem inferre, dato ꝙ non ſequatur, ſi reſpondens non ſtatim poteſt ꝑcipere, ſi ſequatur ex præmiſſis an non. 1. Elench. c. 14. D.

47 Intetrogans commendare debet reſpondentem, ſi aliquod inopinabile propoſuit, ut facilius decipiatur. 1. Elencho. cap. 14. D.

48 Interrogans obſeruare debet, ſi reſpondens contradicat ſibiipſi, an non. 1. Elencho. cap. 14. E.

49 Interrogans debet dicere ſe ſumpſiſſe in ſenſu, quem conceſſit reſpondens, ſi diſtinxit. 1. Elench. c. 14. E.

50 Interrogans debet ſe transferre ad aliam materiam, ſi reſpondens abundet ſolutionibus in illa, quam tractat. 1. Elencho. cap. 14. F.

51 Interrogans non debet in ſpeciali aperire propoſitum ſuum reſpondenti, etiam ſi reſpondens petat, ſed tantum in genere aperiat.1.Elench.c.14.F.

52 Interrogans prius cognoſcẽdus eſt, quid interroget, & quã ob cauſam interroget, q̃ ſit ei reſpondendũ.2.de.Cæl.T.Co.34.

53 Interrogare quando debeamus aduerſarium, & qua occaſione, oſtẽditur.3. Rhet. c.18.per totum.

INTERVALLVM.

Interualli unius tantum ſunt duo extrema.10.Metaphyſico.T.Co.14. Quære Diſtantia.

INTRA.

Intra ſemper dicit locum.1. de Cæl. T. Com.69.

INTVS.Vt opponitur foris.

Intus exiſtens ſeu apparens prohibet extraneum, & obtrudit.3.de Anima.T.Co. 4.Quære Intellectus.34.

INVENIENS.INVENTOR. Artis aut alicui9 utilis & laude digni.INVENTVM.

1 Inuentoribus artium uenia danda eſt, ſi quid omiſerunt, & gratiæ habendæ ſunt propter ea, quæ inuenerunt. 2. Elencho. cap.9.C.

2 Inuenta paulatim incrementa ſumunt ab illis, qui poſtmodum accipiunt. Quæ aũt a principio comperiũtur, paruũ incremẽtum imprimis accipiunt maximum tamẽ eſt inuenire, quia principiũ mole exiguũ, poteſtate ualidiſſimum eſt. 2. Elencho. cap.9.A.

3 Inueniẽtibus difficiliores neceſſitates gratiæ habendæ ſunt.2.de Cæl.T.Co.34.

4 Inuenta hominum infinities facta ſunt.7. Polit.c.10.B.Quære Opinio.

5 Inuentis utendum eſt, & conandum ut q̃ deficiunt, inueniañt.7.Poli.c.10.B. Quære Ciuitas.26.27.

6 Inuẽtorem alicuius artis nõ ſolũ propter utilitatem ſed propter excellentem ſupra cæteros ſapientiam homines admirabañt 1.Metaphy.c.1.G.

7 Inuẽtores artium licet pauca inuenerint, multum tamen conferunt, ut per illa aliq multo maiora addañt.2.Metaph.T. Co. 2.Principium.42.

INVERECVNDIA.

1 Inuerecũdia eſt contemptus quidam, atq; impaſſibilitas eorum, quæ infamiam inferunt.2.Rhet.c.6.A.

2 Inuerecundia quæ ſit, & circa quæ uerſeñ, & ex quibus, & apud quos, oſtenditur. 2. Rhet.c.6.per totum. Quære Verecũdia.

INVIDERE.INVIDIA.INVIDVS.

1 Inuidia eſt triſtitia in apparẽti proſperitate alicuius proborum.2.Top.c.2.C.

2 Inuidus eſt, qui triſtañ de bonorũ proſperitatibus.2.Topic.c.2.C.

3 Inuidia & indignatio contrariæ ſunt. 2. Rhetor.c.9.B.C.

4 Inuidere inter ſe maxime ſolent, qui circa idẽ contendunt, & circa idem uerſañt. 2.Rhetor.c.10.C.Quære Heſiodus.5.

5 Inuidere maxime ſolent proximi loco tẽpore ætate gloria. Vnde in prouerbio dicitur. Propinquitas maxime inuidet. 2. Rhet.c.10.B.

6 Inuidia quibus conſletur, & qui maxime inuideant, & propter quid, oſtenditur. 2. Rhet.c.10.per totum.

7 Inuidia eſt dolor quidam, quoniam ſimiles aliquid boni adepti uideantur, non ut aliquid ſibi, ſed propter illos. 2. Rhetoric. cap.10.A.

8 Inuidus & æmulus in hoc differunt, quia inuidus proximis impedimento eſt, æmulus autem concitatur ad bona aſſequenda 2.Rhet.c.11.A.Quære Aemulus.

9 Inuidia opponitur indignationi per exceſſum.2.Ethic.c.7.E.Quære Superciliũ.✳

INVISIBILE.

Inuiſibile dicitur aut quod ſimpliciter uideri non poteſt, aut quod difficulter, quia exiguum, aut quia nõ lucidum.2.de Aia T.Co.103.Quære Viſibile.

INVITVS.Pro coacto.

Inuitus nemo eſt beatus.3.Ethico.c.5. A. Quære Inuoluntarium.Violentum.

INVOLVNTARIVM.

1 Inuoluntaria ſunt, quæ ui uel deceptione fiunt.1.Rhet.c.15.M.

2 Inuoluntarium eſt illud, quod aliquis facit uel per ignorantiam aut uiolentiam.3. Ethic.c.1.A.

3 Inuoluntaria multa uidentur, quæ ſimpliciter uoluntaria dicenda ſunt, ut iacere merces in mare.3.Ethi.c.1.B.

4 Inuoluntarium tractandum eſt conſyderanti de uirtutibus, atq; etiã legiſlatoribus ad præmia pœnaſq; inſtituendas.3. Ethi. cap.1.A.

5 Inuoluntariorum alia ſunt, in quibus uenia locum habet, alia in quibus non habet 5.Ethic.c.8.E.Quære Violentum.

INVSITATVM.

Inuſitata admirabilia ſunt.3.Rhet.c.1. A.

IOCARI.IOCVS.

1 Ioco ſe recreant homines in uita, qui eſt quædam uitæ requies. 4. Ethicor. cap.8. per totum.

2 Ioci non iidem decent ſapientes & ſeruos, ſenes & iuuenes, ſed alii aliorum ſunt. 4. Ethic.c.8.B.

3 ad Iocum qui propenſior eſt, uidetur eſſe intemperans, eſt tamen mollis. Nam ioc9 relaxatio eſt, ſiquidem requies eſt.7.Ethico.c.7.D.

4 in Iocis ſic ſe habebit uir gratioſus, quaſi ipſe ſit ſibiipſi lex.4.Ethi.c.8.C.

5 Iocus in uita neceſſarius eſt. 4. Ethicor. cap.8.C.

6 Iocum eſſe finem humanarum actionũ, abſurdum eſt dicere, nec felicitas in ioco conſiſtit.10.Ethic.c.6.C.

7 Iocus quieti ſimilis eſt.10.Ethic.c.6. C. & 8.Polit.c.3.A.

8 Iocari ut ſtudeas, bonum eſt ſecundum Anacharſidem, non tamen econtrario. 10 Ethico.c.6.C.

9 Ioco potius utendum eſt in negotio q̃ in ocio, quia iocus eſt quies, & relaxatio quædam, qua indigent laborantes.8.Politico. cap.3.A.

10 in Ioco, impoſſibile eſt, ꝙ cõſiſtat finis humanæ uitæ.8.Polit.c.3.A.

11 Iocus gratia q̃etis eſt.8.Polit.c.3.C.Quære Faceta.Serium.Vrbana.

IOCVNDVM.Quære Iucundum.

IOLAVS. Iphiclis filius, qui Sardiniam tenuit.Quære Sardinia.✳.Iphicles.

IONES.Populi Ioniæ regionis in minori Aſia.

Iones a Ione dicti ſunt, a quo primo ſunt geniti.5.Metaphy.T.Co.33.✳

IPHICLES.Quære Sardinia.✳

IPHICRATES.Athenienſis.

1 Iphicrates ſeipſum laudabat.1. Rhetoric. cap.7.O.

2 Iphicratis dictũ ad Ariſtophonta.2. Rhetor.c.23.E.

3 Iphicratis dictum de pueris longis.2.Rhetor.c.23.N.

4 Iphicratis dictum pro Harmodio.2. Rhetor.c.23.D.

5 Iphicrates dixit, illum generoſiſſimũ eſſe, qui optimus ſit.2.Rhet.c.23.F.

6 Iphicrates non appellauit Calliam metragyrtem ſed daduchum, cum primum in ſacris ſit laudabile, ſecundum licet ſit, in ſacris illaudabile tñ eſt.3.Rhet.c.2.F.Quære Daduchus.Metragyrtes.

7 Iphicrates Atheniẽſis quomodo pecunias collegerit, habes.Oeconom.Publi.L.

IRA. IRASCI. IRASCIBILIS POTENTIA.IRATVS.IRACVNDVS IRACVNDIA.

1 Iraſcibilis proprium ad aliud eſt obedire rationali, licet aliquando contrarium contingat, cum anima hominis fuerit flagitioſa.5.Topic.c.1.C.

2 Ira eſt appetitus uindictæ, diffinitione data dialectice per rationem & formam.1.de Anima.T.Co.16.

3 Ira eſt feruor ſanguinis circa cor, diffinitione data phyſice per materiam.1.de Anima.T.Co.16.

4 Iraſci non poteſt anima ſine corpore.1.de Anima.T.Co.12.62.& ultra.

5 Iraſcibilis poſita eſt in irrationali potentia 3.de Aia.T.Co.42.

6 Ira cõmunis eſt omnibus animalibus. de Sen.& Sen.c.1.A.D.

7 Ira quæ fiunt, fiunt, ut ulciſcamur.1. Rhetor.c.19.F.

8 Ira appetitus irrationalis eſt. 1. Rhetoric. cap.10.C.

9 Iraſcitur nullus illis, quos ulciſci putat impoſſibile.1.Rhetor.c.11.D.

10 Iram, dixit Homerus, defluẽte melle multo dulciorem eſſe.1.Rhet.c.2.A.

11 Ira eſt apparentis ultionis appetitus cum dolore propter apparentem immerito uel in ſe uel in ſuos contemptum.2. Rhetor. cap.2.A.

12 Ira quid ſit, & qui facilius iraſcantur, & ꝓpter quid, & qui ſint iracundi, habes. 2. Rhetor.c.2.per totum.

13 Iracundi ſolent eſſe & amantes, & ægrotãtes, & pauperes, & cupientes.2. Rhetoric. cap.2.D.

14 Iratus poſſibilia ſibi expetit. 2. Rhetoric. cap.2.A.

15 Iræ opponitur manſuetudo.2. Rhetoric. cap.3.A.

16 Ira ſedatur humilitate. 2. Rhetor.c.3.B. Quære Canis.2.

17 Ira non eſt ſine dolore.2.Rhet.c.3.C.

18 Iram tempus ſedat.2.Rhet.c.3.D.E.

19 Ira non naſcitur in iis, quæ iure fiunt. 2. Rhet.c.3.E.

20 Iraſci & timere ſimul ĩpoſſibile eſt.2. Rhetor.c.3.B.

21 Ira non eſt in ſpeciem, ſed in ſingularia. 2.Rhetor.c.4. F.&.cap.2.A.

22 qui Iraſcitur, cognoſci uult, ſecus tamen ſe habet, qui odit.2.Rhet.c.4.F.

23 Iræ imponit finem ultio, & pro dolore uo

luptatem affert.4.Ethic.c.5.B.

24 Iram immortalem,cum ſis mortalis,non ſerues.2.Rhet.c.21.C.

25 Irati hyperbolicis ſermonibꝰ maxime utū tur.3.Rhet.c.7.B.&.c.11.F.

26 Iræ uacuitas opponitur manſuetudini p defectum.2.Ethicor.c.7.C.&.4.Ethicor. cap.5.A.

27 Iram,multa ſunt,quæ faciunt & diuerſa. 4.Ethic.c.5.A.

28 Iracundi cito iraſcuntur,& quando non oportet,& pro quibus non oportet,& ma gis q̄ oportet,ſed cito deſiſtunt.4.Ethico. cap.5.B.

29 Iracundia opponitur mãſuetudini per ex ceſſum.2.Ethicor.c.7.C.&.4.Ethicor. cap.5.A.

30 Iracundi ideo cito deſiſtunt ab ira, quia reddunt illam,& non retinent.4.Ethico. cap.5.B.

31 Iracundi & celeres ſunt bilioſi ſeu cholerici,& ſummæ bilis homines appellãtur.4. Ethic.c.5.B.Quære Frõs.Sãguis.75.✳

32 qui non Iraſcuntur,ut oportet,& quando oportet,& quomodo oportet,fatui eſſe ui dẽtur,& non ſentire nec dolere.4. Ethic. cap.5.A.

33 Iraſci pro quibus oportet,& quãdo oportet,& ut oportet,& quanto tempore oportet,non eſt facile determinare,quando ſit uitium aut uirtus.4.Ethic.c.5.C.

34 Ira quæ fiunt,non iudicantur deliberatione fieri,non enim incipit,qui facit,ſed qui prouocauit ad iram.5.Ethico.c.8.C.

35 Ira quæ fiunt,quomodo habent rationem iniuſti,oſtenditur.5.Ethic.c.8.C.

36 Ira ob apparentem iniuſtitiam oriri ſolet. 5.Ethic.c.8.C.

37 Iræ incontinentia minus uituperabilis eſſe probatur q̄ incontinentia,quæ eſt circa uoluptates & tactus.7.Ethic.c.6.A.B.

38 Ira rationem uidet audire aliqua ex parte ſed imperfecte.7.Ethic.c.6.A.

39 Ira ſimilis eſt canibus,qui anteq̄ conſyderent,ſit ne amicus,ſi tantum oſtium pulſa uerit,latrant,ſimilis etiã eſt miniſtris prae uelocibus,qui anteq̄ totum,quod dicitur, audiant,excurrunt.Sic & ira propter caliditatem & celeritatem naturæ,audita ratione,non audito tamen præcepto, ad ultionem properat.7.Ethic.c.6.A.

40 Ira magis naturalis eſt,q̄ uoluptatum ex uperantiæ.7.Ethic.c.6.B.

41 Ira non agit per inſidias ſed aperte,& ideo minus uituperabilis eſt q̄ cupiditates,q̄ in ſidiis agunt.7.Ethic.c.6.B.

42 Ira ideo minus turpis eſt q̄ uoluptas,quia qui per libidinem agit,gaudet,qui uero p iram,dolet.7.Ethic.c.6.B.

43 Ira pars quædam odii eſt,& efficacior eſt interdum q̄ odium,quia minus audit rationi.5.Polit.c.10.H.

44 Ira maxime illos exagitat,qui affecti fuerunt contumelia.5.Polit.c.10.H.

45 contra Iram pugnare durum eſt, dixit Heraclitus,quia uita emitur.5. Politicor. cap.11.I.

46 Iraſcimur magis contra amicos & familiares,ſi contemni nos putemus.7.Polit.c.7. B.C.Quære Cholericus.1.

IRIS.Arcus cæleſtis in nube apparens.

1 Iris eandem cauſam habet, quam habet Halo,& Virgæ,& Parelii.3.Meteo.c.2.A

2 Iris nunq̄ apparet circulus completus, nec maior ſemicirculo.3.Meteor.c.2.A.

3 Iridis maxima portio minimi circuli apparet,oriente aut occidente ſole,eleuato tamen ſole,apparet minor portio circuli maioris.3.Meteor.c.2.A.

4 Iris quacunq; hora diei fit poſt autumnale æquinoctium diebus breuioribus.3.Meteor.c.2.B.

5 Iris non fit æſtate circa meridiem.3.Meteor.c.2.B.

6 Irides non fiũt ſimul plures q̄ duo.3.Meteor.c.2.B.

7 Iris tricolor eſt,& eoſdem colores habet unaquæq;,quando duæ fiunt ſcilicet puniceum & uiridem.3.Meteor.c.2.B.

8 Iridis colores,qui in exteriore parte ſunt, obſcuriores ſunt,& ordine contrario poſiti alterius iridis colores.Nam duarum iridum interior primam circũferentiam, q̄ maxima eſt,punicei coloris habet,exterior uero iris,quæ minima eſt,ultimã circũferentiã eiuſdẽ coloris habet,atq; reliquas proportionabiliter.3.Meteor.c.2.B.

9 Iris differt ab Halo & Virgis & Pareliis modis quibus fit,& a quibus fit,& quomodo fit refractio ad ſolem uel ad aliquod lucidum.3.Meteor.c.2.D.

10 Iris frequentiſſime fit die,nocte tamen aliquando fit a luna ſed raro.Antiqui uero dicebant nocte non fieri,quod ideo eos latebat,quia raro fit,& quia colores non adeo clare cernuntur nocte,& quia non fit niſi in plenilunio,quando nocte fit.3.Meteor.c.2.D.

11 Iris facta eſt nocte bis tantum temporibꝰ Ariſtotelis in annis ſupra quinquaginta.3. Meteor.c.2.D.

12 Iris ex oppoſito ſolis fit.3.Meteor.c.3.C.

13 Iris fit nube iam rorida,nondum tamen in pluuiam effuſa,ſi ex oppoſito nubis ſit ſol,aut aliquod corpus ſplendidum,ita ut nubes ſit loco ſpeculi,ut refractio fiat ad lucidum,ex oppoſito fit apparitio coloris & non figuræ propter paruitatem nubis roridæ,quæ partes ſe habent ut quædam ſpecula minima,ea uero magnitudinis cõtinuitas colorem facit apparere,quia ſpeculum totum,quod ex omnibus conſtat, colorem ſuum tribuit.Ita ut quoties ſol & nubes ſic ſe habuerint,& nos medii fuerimus inter ſolem & nubem,fiet talis apparitio propter refractionem . 3 . Meteor. cap.4.D.

14 Iris eſt refractio uiſus ad ſolem,& ꝓpterea ex oppoſito ſemper fit.3.Meteor.c.4.D.

15 Iris differt ab Halo in hoc,q; iris ex nigra aqua & ex longinquo fit.Halo uero ex aere,qui ſua natura calidus eſt,& fit Halo in propinquo.3.Meteor.c.4.D.

16 Iridis color puniceus efficitur,fulgido uiſo per nigrum,ſicut ignis puniceus apparet uiſus per fumum,& ſol puniceus etiã uidetur per fumum uiſus . 3 . Meteor. cap.4.E.

17 Iris maiore tempore conſiſtere poteſt ex oppoſito ſolis,q̄ Halo.3.Meteor.c.4.E.

18 Iridis integer circulus apparet circa ſolẽ, ſi caligo denſaretur talis,qualis fieri ſolet ex aqua,aut ex alia re nigra,ſicut apparet iridis integer circulus circa lucernas.Nã arcus iridi ſimiles,qui fiũt circa lucernas, illis præcipue apparent,quibus oculi humidi ſunt,& cito propter debilitatem refranguntur.Talis autem reflexio fit ex ipſo aere humido & fuligine a flãma lucernæ emiſſa,quæ permiſcetur . 3 . Meteor. cap.4.F.

19 Iris,quæ fit a remis,quando eos referunt e mari remiges,ſitu ſimilis eſt ei iridi,quæ fit in nube,colore uero ſimilior eſt ei,quæ fit ad lucernam,quia non habet puniceũ ſed purpureum colorẽ.3.Meteor.c.4.G.

20 Iris fit etiam,ſi quis conſpergat tenuibus rorationibus locum,qui ſit ſoli oppoſitus, ita ut ex una parte ſol illuſtret,ex alia uero umbra ſit.Apparebit ergo in tali loco iris ea parte,qua radii permutantur.3.Meteor.c.4.G.

21 Iris ternario colorum numero conſtat,ut plæraq; alia,nec alius color apparet.Nam aliorum colorum mutatio inſenſibilis eſt. 3.Meteor.c.4.M.

22 Irides quando duæ apparent,colores ſiti ſunt oppoſito modo.Nam prior iris exteriorem circumferentiam, quæ maxima eſt,puniceam habet,quia uiſus plurimus incidit in ſolem a maxima circumferẽtia. Secunda uero proportionẽ ſeruat.3.Meteor.c.4.M.

23 Iridis colores tres tantum ſunt,puniceus, flauus,& uiridis,flauus uero medius eſt inter puniceum & uiridẽ.3.Meteor.c.4.M.

24 Iris quando fit a luna,alba apparet,quia apparet in nocte & in obſcura nube.3. Meteor.c.4.N.

25 Iridis color xanthus,id eſt ruber ideo apparet,quia uariatur propter iuxta poſitionem colorum.3.Meteor.c.4.N.

26 Iris perfectiſſime repræſentatur in nigerrima nube.3.Meteor.c.4.M.

27 Irides duæ quando ſimul apparent,illa,q̄ aliam cõtinet,obſcuriores habet colores, quia uiſus longe procurrens debilior eſt, & iris continens remotior eſt a uiſu.3.Meteor.c.4.O.

28 Irides duæ,quando ſimul apparent,oppoſito modo ſitos habent colores,quia uiſus deſinit a minori circumferentia ad maiorem.3.Meteor.c.4.P.

29 Irides tres aut plures nunq̄ uiſæ ſunt.Nã quando duæ apparent, ſecunda iris obſcurior eſt, & tertius color eiuſdem ualde debilis eſt,nec ad ſolem peruenire poteſt.3.Meteor.c.4.P.

30 Iridem non poſſe excedere ſemicirculũ, & minimam fieri meridie,& maximam ſole exiſtente in oriente uel in occidente, & quanto ſol eleuatior fuerit,tanto minores fieri irides,& quod non contingit,iridem fieri in meridie poſt tropicum æſtiuum, mathematicis demonſtrationibus oſtenditur.3 . Meteor.c. 5. per totum.✳. Arcus cæleſtis.

IRONIA.Interpretatur ſimulatio.

Ironia,quam tũm ſimulandi tum diſſimulandi cauillationem uocamus,eſt cũ aliud dicimus,& aliud dicere ſimulamus.Rhet. ad Alexãd.c.20.A.Quære Diſſimulatio. Veritas.

ISOCRATES.Rhetor clariſſimus.

1 Iſocrates cum laudare aliquem uellet,maxime utebatur comparatione ad alios.1. Rhetor.c.9.M.

2 Iſocratis dictũ de ſe & Enthymio habes. 2.Rhetor.cap.19.D.

3 Iſocrates,Helenam pulcherrimam fuiſſe, ſcribit,quia Theſeus & Alexander ſeu Paris idem iudicauerunt.2.Rhet.c.23.I.

4 Iſocrates eos uituperat,qui in certaminibus præmia poſuerunt uirtuti corporis,

prudentiæ uero nullum certamen poſuerunt.3.Rhet.c.14.B.

ISTER. Germaniæ fluuius, qui & Danubius dicitur. Oritur ex Arnoba monte, nõ ex Pyrene.

1 Iſter fluuius orit̃ ex Pyrene mõte in Celtica, & totam interfluens Europam in Põtum Euxinũ infunditur.1.Meteor.c.13.G

2 Iſter maximus eſt fluuiorum, qui influunt mediterraneum mare, quia longo curſu plures amnes ſecum conuehit.2.Meteor. cap.2.M.

3 Iſter fluuius eſt Germaniæ in Boream fluẽs, qui Pæonas lambit. Adeo uero frigore gelatur hyeme, ut tutiſſimum iter equitibus præbeat, æſtate autẽ nauigabilis eſt. de Admirand.Audit.19.

4 Iſter fluuius in Hircinis rupibus naſci a quibuſdam traditur, & altera eius pars ad Euxinum excurrit, altera ad Adriaticum ſinum, quod oſtẽditur ex itinere Iaſonis, qui in Adriaticum ſinum ingreſſus eſt, cuius extant ueſtigia, & templum Dianæ in inſula Adriatici maris a Medea conditũ tunc fuit. De Admirã.Audit.92.✳.

ISTHMII LVDI. Quos Corinthii in honorem Neptuni quotannis celebrabãt. Dicti Iſthmii ab Iſthmo Peloponneſiaco. Quære Ex quo.2.Olympia.4.

ISTRIA. Europæ regio. Quære Mentorica.

ITAGENES.

Itagenes eſt unus e præcipuis uentis flantibus a meridie.2. Meteor.c.6.H.

ITALIA. Regio clariſſima in Europa.

ITALI.

1 Italiam Herculem peragraſſe, oſtendunt manifeſta ueſtigia.de Admirãd.Audit.85

2 Itali honorauerunt Pythagoram.2.Rhet. cap.23.H.

3 Italia, quæ eſt inter Lameticum & Scyllaticum ſinũ, q̃ diſtant inter ſe iter ſemidiei, prius uocata fuit Oenotria, deinde ab Italo rege dicta eſt Italia.7.Politic.c.10. A

4 Italiæ partem, quæ ad Tyrrheniam uerſa eſt, incolebant Opici, qui poſtea Auſonii dicti ſunt, alteram uero partem, quæ ad Iapygiam pertinet, incolebant Chaones.7. Polit.c.10.B. Quære Italus. Syrtis.✳.

ITALICI. Philoſophi, qui illam Italiæ partem incoluerunt, quæ quondam magna Græcia dicta eſt, Pythagoram præcipue ſunt ſecuti.

1 Italicorum philoſophorum de principiis opinio ponitur.1. Metaphy.T.Co.25.

2 Italici philoſophi infinitum materiam faciunt.1.Metaphy.T.Co.10.

ITALVS. Italiæ rex.

Italus rex Oenotriæ, quæ poſtea Italia dicta eſt ab eo, prim⁹ docuit Oenotrios ſeu Italos agriculturam, cum prius eſſent paſtores uagi & paltes, comeſſationes etiã prim⁹ inſtituit.7.Polit.c.10.A. Quære Italia

ITER.

Iter qui agunt una, ſæpe de rebus paruis & uilibus diſſident inter ſe, quia omnis cõmunitas & conuictus difficilis eſt.2.Polit. c.3.B. Quære Græci.✳.

ITERATIO. Admonitio eorum, quæ dicta ſunt.

1 Iteratio eſt breuis admonitio. Rhetor. ad Alexand.c.19.A.

2 Iteratione quando utẽdum eſt, & quomodo, oſtenditur. Rhetor. ad Alexand.c.19. per totum.

IVCVNDVS.A.VM.

1 Iucundum eſt, quod uoluptatem efficit.1. Rhet.c.11.A.

2 Iucunda quæ ſint, & a quibus ſint, & quomodo, oſtenditur.1.Rhetor.c.11.per totũ.

3 Iucunda omnia uel ſunt in ſentiendo præſentia, uel recordando præterita, uel in ſperando futura.1.Rhet.c.11.C.

4 Iucunda ſunt, quæ nos gaudio afficiunt. Rhetor.ad Alexand.c.1.D.

5 Iucundus qui ſtudet eſſe, ut alium oblectet & non ob aliud, placidus uocatur.4. Ethic.c.6.B.

6 Iucundum amabile eſt.8.Ethic.c.2.A.✳

IVDEX. IVDICARE.

1 Iudices ſententiam ferre non debent, niſi iis auditis, quæ in controuerſiam uenitit, & neminem condemnare debent, indicta cauſa.1.de Cæl.T.Co.101.

2 Iudices ueros arbitros eſſe oportet & non aduerſarios.1.de Cæl.T.Co.101.

3 Iudicem, non oportet, ut flectamus in miſericordiam aut iram aut inuidiam. Nam qui hoc agunt, ſimiles ſunt illis, qui regulam, qua uſuri ſunt, prius inflectunt.1.Rhetor.c.1.C.

4 Iudex per ſeipſum ſcire debet, quid ſit iuſtum aut rectum, magnum aut paruum, & non accipere a litigantibus.1.Rhetor. cap.1.C.

5 Iudici minimum debẽt relinquere determinandum leges rectæ, ſed ipſæ oia determinare debent.1.Rhet.c.1.C.

6 Iudicare iuſtum difficillimum omniũ eſt, quia cum iudices ament, aut oderint, & ſua cuiq; utilitas connexa ſit, non poſſunt iuſta perſpicere, ſed propria uoluptas, aut dolor ſua iudicia obumbrat.1.Rheto.c.1. D. &.2.Rhet.c.1.C.

11 Iudex & ara idẽ ſunt, ut dixit Archytas, quoniam ad utrũq; cõfugit, qui iniuriam patitur.3.Rhetor.c.11.B.

12 Iudicat unuſquiſq; bene ea, quæ cognoſcit, & eorum bonus eſt iudex.1.Ethicor. cap.3.B.

13 Iudex conatur æquare inæqualitatem iniuſti, quod eſt iniquum.5.Ethicorum cap.4.A.

14 ad Iudicem confugitur, quoties res in cõtrouerſia eſt.5.Ethic.c.4.B.

15 ad Iudicem ire, eſt ire ad ipſum iuſtum.5. Ethic.c.4.B.

16 Iudex iuſtum eſt animatum ſuapte natura.5.Ethic.c.4.B.

17 Iudicem multi uocant mediatorem, eſt enim quoddam medium.5.Ethic.c.4.B.

18 Iudicant recte opera, qui ſunt in ſingulis experti.10.Ethic.c.9. G.

19 Iudicare de artibus aut ſcientiis maximũ eſt.10.Ethic.c.9. G.

20 Iudices colloqui inter ſe de ſententia ferẽda quidam legiſlatores prohibent.2. Politico.c.6. D.

21 Iudicare ſecundum quod iudici uidetur, & non ſecundum leges periculoſum eſt.2 Polit. c.8. C.

22 Iudices multi difficile corrumpuntur.3. Polit.c.11. D.

23 Iudex quidam, quia contradixit Cliſthenis tyrãni uictoriæ, ſub quo erat, ab eodẽ tyranno coronatus eſt. Cuiusadhuc ſtatua fertur ſedere in foro.5.Politic.c.12.A. Quære Cliſthenes.

24 Iudices neceſſarii ſunt, ut ciuitas conſtare poſſit.7. Polit.c.8.B.

25 Iudicare ille melius ſcit, qui omnes oppoſitas rationes tanq̃ aduerſarios prius audit.3.Metaph.T.Co.1. Quære Areopagita. Hippodamus. Iudicium.✳

IVDICIALE. Genus dicẽdi unum ex illis tribus apud oratores.

1 Iudicialis oratio minus utilis eſt ciuitatib⁹ q̃ deliberatiua.1.Rhet.c.1.E.

2 Iudiciale genus uerſatur circa accuſationem aut defenſionem.1. Rhetoricorum cap.3.A.

3 Iudiciale genus præteritum tempus reſpicit.1.Rhet.c.3. B.

4 Iudicialis generis finis eſt iuſtum aut iniuſtum, alia uero ad hæc aſſumit.1.Rhetor. cap.3. B. C.

5 Iudiciale genus tractanti quod propoſitionum genus eſt neceſſarium, oſtenditur.1. Rhetor.c.3.D.E.

6 Iudiciale genus quomodo tractãdum ſit, oſtenditur.1.Rhetor.c.10.per totũ.& Rhetor. ad Alexand.c.10.per totum.

7 Iudiciali generi cauſarum quædam ſunt communia cum demonſtratiuo & deliberatiuo.2.Rhet.c.18.per totum.

8 Iudicialis generis exordiũ, & reliqua quibus conſtare debet, & quomodo tractanda ſint, oſtenditur. Rhetor. ad Alexand. cap.33.per totum. Quære Iuſiurandum. Iudicium.

IVDICIVM. Quod a iudice exercetur.

1 Iudicium iudicatio eſt iuſti & iniuſti.5.Ethic.c.6.B.

2 Iudiciorum publicorũ octo ſunt ſpecies. Prima, repoſcere rationes. Secunda, ſi publice alicui iiuria facta ſit. Tertia, quæ ad ſtatum ciuitatis pertinet. Quarta, ex magiſtratibus ex hominibus quæcũq; circa pœnas uerſantur. Quinta, de priuatis contractibus habentibus magnitudinem. Sexta, iudicatiua homicidiorum. Septima, de diſceptatione peregrinorum. Octaua, de paruis commutationibus.4. Politicorum.ca. 16. A. B.

3 Iudiciorum publicorum ſpecies, & modi quot, & qui ſint, oſtenditur.4. Politicor. c.16.per totum.

4 Iudicia & ſentẽtiæ nil proſunt, niſi ſit, qui executioni ea mandet.6. Polit.c.8.C.

5 Iudicium ſumme neceſſarium eſt ciuitati.7.Politico.c.8.B. Quære Areopagita. Iudex.✳

IVGVLVS. Iuguli duo ſunt in homine mento ſuppoſiti in latera.

Iuguli uenæ ſi ualide comprehendantur, animal priuatur ſenſu.de Somn. & Vig. cap.2.E.✳

IVNCVS. Quære Sal.2.

IVPPITER. Fabuloſus deorũ atq; hominum pater.& IVPPITER. Planeta.

1 Iouis carcerem appellabant Pythagorici locum centri, ubi ignem ponebant.2. de Cæl.T.Co.73.

2 Iouis ſtellam bis uidit Ariſtoteles ſubiiſſe unam earum, quæ ſunt in geminis.1.Meteor.c.6.G.

3 Iupiter natus eſt in Creta inſula, ideo Creta rapacibus feris caret. de Admirand. Audit.73.

4 Iouis ſtella poſt Saturnum collocatur uerſus terram. de Mundo ad Alexandrum cap.1. C.

5 Iouem appellat Homerus patrem deorũ & hominum.1.Poli.c.2.A. Quære Aqua.

39. Capra.3. Coruus.

IVS.

1 Iure facta, aut iure non facta, quæ ſint, oſtenditur.1.Rhetor.c.13.per totum.
2 Ius & iuſtum quomodo differant, oſtenditur.5.Ethic.c.7.B.
3 Ius naturale eſt, quod ubiq; eãdem habet uim, non ꝙ ſic uideatur, aut non. 5. Ethicor.c.17.A
4 Ius eſt iuſti iudicium & ordinatio ciuilis ſocietatis.1.Polit.c.2. C. Quære Iuſtum.

IVSIVRANDVM.

1 Iuſiurandum, dixit Xenophanes, nõ eſſe paruam prouocationem impii ad pium.1 Rhetor.c.5.M.
2 Iureiurando quomodo uti poſſimus in genere iudiciali, oſtenditur.1.Rhetor.c.15.L M.N.
3 Iuſiurãdum eſt unum ex iis, quæ fidem faciunt in iudiciali genere cauſarum, quod quadrifariam diuidimus.1.Rheto.c.15.A
4 Iuſiurandum eſt cum diuina ueneratione dictio, quæ probari non poteſt. Rheto.ad Alexand.c.5.A.
5 Iureiurando quomodo, & quando uti cõueniat, habes. Rhetor. ad Alexandrum. c.5.per totum.
6 Iuſiurandum honorabiliſſimum eſt.1.Metaph.c.3.D.Quære Palici. Styx.

IVSTITIA.

1 Iuſtitia melior eſt fortitudine, quia iuſtitia ſemper eſt utilis, fortitudo aliquãdo.3.Topicor.c.2.C.
2 Iuſtitia neceſſaria eſſet, etiam ſi omnes eſſent fortes, non tamen fortitudo eſſet neceſſaria, ſi oẽs eſſent iuſti.3.Topic.c.2.C.
3 Iuſtitia ſuſcipit magis & minus.4.Topicor.c.6.D.
4 Iuſtitiam qui ſeruat ſolummodo ſecundũ leges ſcriptas, uituperandus eſt.1. Rhetor. cap.14.C.
5 Iuſtitia melior eſt q̃ muſica.2.Rhetorico. cap.6.E.
6 Iuſtitia mediocritas quædã eſt, ſicut aliæ uirtutes.5.Ethic.c.1.A.
7 Iuſtitia eſt habit⁹, quo homines apti ſunt ad res iuſtas agendas, & quo iuſta agunt, & uolunt iuſta.5.Ethic.c.1.A.
8 Iuſtitia pluribus modis dicitur, ſed quia æquiuocatio eius eſt propinqua, latet multiplicitas.5.Ethic.c.1. B.
9 Iuſtitia legitima præclariſſima uirtutum eſſe uidetur, & nec heſper⁹, nec lucifer eſt ita admirabilis.5. Ethic.c.1.D.
10 Iuſtitia omnes uirtutes continet, ut in prouerbio dicitur.5.Ethic.c.1.D.
11 Iuſtitia maxime perfecta eſt, quia non ad ſe tantum eſt, ſed ad alium.5.Ethic.c.1.D
12 Iuſtitia plures utuntur in propriis, ad aliũ uero non poſſunt iuſtitia uti. Vnde recte dixit ſententia illa Biantis. Magiſtratus uirum oſtendit.5.Ethic.c.1.D.
13 Iuſtitia inter omnes uirtutes bonum alienum eſſe uidetur, quia agit ea, quæ aliis conducunt.5.Ethic.c.1.D.
14 Iuſtitia non eſt pars uirtutis legitimæ, ſed tota uirtus.5.Ethic.c.1.D.
15 Iuſtitia legalis differt ratione a iuſtitia particulari uirtute, licet idem ſint re.5.Ethic. cap. 1.D.
16 Iuſtitia quædam particularis eſt, quæ differt a legali, quæ eſt omnis uirtus. Quod a ſigno probatur, quia ſi aliis uitiis quis peccat, nõ appellatur iniuſtus, ſed ſi peccet in plus capiendo iniuſtus appellatur.5.Ethi. cap.2.A.
17 Iuſtitia particularis eſt circa honores & pecunias uel ſalutem corporis.5.Ethicorum cap.2.B.
18 Iuſtitia particularis uniuoca eſt cum iuſtitia legali, quia conuenit in diffinitione ſecũdum genus cum illa, eo ꝙ utraq; eſt ad alterum.5.Ethic.c.2.B.
19 Iuſtitia legalis circa omnia illa uerſatur, in quibus uir ſtudioſus uerſatur .5. Ethicor. c.2.B.
20 Iuſtitia alia diſtributiua, alia commutatiua.5.Ethic.c.2.D.
21 Iuſtitia diſtributiua uerſatur circa honores & pecunias & cæteras res diuidendas, quæ ſunt in ciuili ſocietate.5. Ethicorum cap.2.D.
22 Iuſtitia commutatiua uerſatur circa commercia.5.Ethic.c.2.D.
23 Iuſtitiæ diſtributiuæ medium conſiſtit in proportionalitate quadam.5.Ethicorum. cap.3.A.
24 Iuſtitiæ diſtributiuæ medium accipitur ſecũdum proportionalitatem geometricã. 5.Ethic.c.3.B.
25 Iuſtitiæ diſtributiuæ proportio nõ poteſt eſſe continua, quia non eſt unus communis termin⁹, ad quem partes copulentur. 5.Ethic.c.3.B.
26 in Iuſtitia commutatiua quomodo medium accipiatur, oſtenditur .5. Ethicorum. c.4.per totum.
27 Iuſtitia commutatiua uerſatur circa emẽdanda commercia tam uoluntaria q̃ inuoluntaria.5.Ethic.c.4.A.
28 Iuſtitia commutatiua differt ſpecie a iuſtitia diſtributiua.5. Ethic.c.4.A.
29 Iuſtitia cõmutatiua eſt æquale quoddam. 5.Ethic.c.4.A.
30 Iuſtitia cõmutatiua proportione arithmetica conſtat.5.Ethic.c.4.A.
31 in Iuſtitia cõmutatiua quomodo accipiatur medium, quod eſt directiuum & emẽdatiuum cõmutationis, oſtenditur.5.Ethicorum.c.4. B.C.
32 Iuſtitia medii eſt, id eſt æqui, & non mediocritas, ſicut uirtutes aliæ.5.Ethi.c.5.E.
33 Iuſtitia eſt, qua iuſtus eſt actiuus iuſti electione & ad ſe & ad aliũ.5.Ethic.c.5.E.
34 Iuſtitia non eſt ad ſua ſimpliciter.5. Ethicor.c.6.B.
35 Iuſtitia commutatiua non eſt repaſſio ſiue talio.5.Ethic.c.5.A.
36 Iuſtitia diſtributiua non eſt repaſſio.5.Ethic.c.5.A.
37 Iuſtitia non eſt ad ſeipſum, quia nemo ſe ipſum uult lædere.5.Ethic. c.6.B.
38 Iuſtitia non poteſt dici alicuius ad ſeipſum, niſi ſecundum tranſlationem & ſimilitudinem quandam.5.Ethic.c.11. C.
39 Iuſtitia minus neceſſaria uidetur q̃ amicitia, quia ſi omnes eſſent amici, non opus eſſet iuſtitia, ſi uero omnes eſſent iuſti, adhuc opus eſſet amicitia, & id quod maxime iuſtum eſt, ad amicitiam uidetur pertinere.8.Ethic.c.1.B.
40 Iuſtitia eſt homini cuilibet ad omnem hominem, qui communicare ſecundũ legẽ & pactionem poteſt.8.Ethic.c.11.B.
41 Iuſtitia non eſt numerus pariter par, ut dixit Pythagoras.1. Magnor.Mor.c.1.B.
42 Iuſtitia ad alium mediocritas quædã eſt inter exceſſum & defectum & inter multum & paucum .1. Magnor. Moralium cap.34.B.
43 Iuſtitia ciuile quiddam eſt, nam ius ordinatio eſt ciuilis ſocietatis .1. Politicorum. cap.2. C.
44 ſine Iuſtitia non poteſt ciuitas ſtare.3.Polit.ca.8.C.
45 Iuſtitiam dicim⁹ eſſe ſocialem uirtutem, quam cæteræ uirtutes neceſſario conſequuntur.3.Polit.c.8.D.
46 propter Iuſtitiæ tranſgreſſionem maxime ſoluuntur reſpublicæ.5. Politicorum. c.7.B.C.
47 Iuſtitia opus eſt in ocio & negocio.7.Polit.ca.15.A.

IVSTVM.IVSTE.

1 Iuſtum aliquod eſt ſecundum naturam.1. Rhetor.c.13.A.
2 Iuſta iure facta lege communi uel ꝓpria determinantur.1.Rhetor.c.13.A.
3 Iuſtum a natura eſt, quod omnes uaticinantur, etiam ſi nulla pactio ſit.1.Rhetori. c.13.A.
4 Iuſtum naturale ſemper eſt, ut Antigone apud Sophoclem dixit.1.Rhetor.c.13.A.
5 Iuſtum, id eſt iure factum quid ſit, oſtenditur .1. Rhetor.c.13. per totum.
6 Iuſta quæ ſint, oſtenditur.1.Rhetoricor. c. 13.per totum.
7 Iuſtum naturale eſt conſuetudo non ſcripta, ut honorare parentes. Rhetoricor. ad Alexand.c.1 .B.
8 Iuſti ſimile eſt non nocere illis, a quibus nil mali acceperis. Rhetoricor. ad Alexandrum.c.1.F.
9 Iuſta, de quib⁹ ciuilis facultas cõſyderat, tantam differentiam & errorem habent, ut lege & non natura conſtare uideantur. 1.Ethic.c.3.A.
10 Iuſtum tot modis dicitur, quot modis dicitur iniuſtum.5. Ethic.c.1. B.
11 Iuſtum eſt quoddam æquale ſeu mediũ. 5.Ethic.c.3.A.
12 Iuſtum commutatiuum mediũ eſt inter lucrum quoddam & damnum.5. Ethico. cap.4.C.
13 Iuſtum ſimpliciter dicebant Pythagorici eſſe repaſſionem ſeu talionem, quando ſi licet quis talia patitur, qualia intulit.5. Ethic.c.5.A.
14 Iuſte agere mediũ eſt inter pati & agere iniuriam.5.Ethic.c.5.E.
15 Iuſtum ciuile in eis eſt, qui in libertate uiuunt, & æquales ſunt.5.Ethic.c.6.A.
16 Iuſtum ciuile non eſt inter dominum & ſeruum, aut inter patrem & filium, quia iuſtitia nõn eſt ad ſua ſimpliciter.5. Ethicor. cap.6.B.
17 Iuſtum ciuile eſt omnibus in illis, in quibus eſt æqualitas imperandi aut parendi. 5.Ethico.c.6.B.
18 Iuſtum ciuile eſt in iis, in quibus lex eſſe poteſt.5.Ethic.c.6.B.
19 Iuſtum naturale ubiq; eandem uim habet, & non quia uidetur, uel non uidetur. 5.Ethic.c.7.A.
20 Iuſtum legitimum, nil refert, ſic an ſic ſe habeat, anteq̃ poſitum ſit, ſed tota eius uis ex impoſitione pendet.5.Ethic.c.7.A.
21 Iuſtum & ius differunt, & quomodo differant, oſtenditur.5.Ethic.c.7.A
22 Iuſtum poſitiuum non eſt idem apud omnes, ſed menſuris tritici aut uini ſimile eſt quæ pro qualitate regionum mutantur.5. Ethico.c.7.Quære Menſura.9.
23 Iuſtum quod ſit timore, non dicetur fieri

Iuſtũ p ſe, ſed per accidens.5. Ethic.c.8. B.

24 Iuſtum tunc aliquis agit, cum ſpõte & uoluntario agit.5.Ethic.c.9.A.

25 Iuſti quomodo, & quando, & quantum, & cui tribuendum ſit, difficile eſt cognoſcere.5.Ethic.c.9.D.E.

26 Iuſtũ quomodo differat a bono & æquo, oſtenditur.5.Ethic.c.10.A.

27 Iuſti legitimi emẽdatio eſt bonum & æquum.5.Ethic.c.10.A.

28 Iuſtum, qui dixerunt, eſſe alicuius ad ſe, reſpexerunt animæ partes, in quibus eſt alicuius agere, & alicuius pati.5.Ethicorum. cap.11. C.

29 Iuſtum aut iniuſtum neceſſe eſt, ꝙ ſit inter plures.5.Ethic.c.11.B.

30 in Iuſtis eſt æquale, primo pro dignitate, ſecundo pro quantitate, econtrario tamẽ eſt in amicitiis.8.Ethic.c.7.B.

31 Iuſtum aliquod uidetur eſſe in omni ſocietate.8.Ethic.c.9.A.

32 Iuſtum & amicitia circa eadem, & in eiſdem eſſe uidentur.8. Ethic.c.9.A.

33 Iuſtum diuerſum eſt, & ſecundum diuerſas ſocietates.8.Ethic.c.9.A.B.

34 Iuſtum & amicitia ſimul augẽtur, & ſimul minuuntur, quia in eiſdem ſunt, & æque ſe extendunt.8.Ethic.c.9.A.

35 Iuſti tãtum eſt in unaquaq; republica quãtum & amicitiæ.6.Ethic.c.11.A.

36 Iuſti nil eſt inter eos, quibus nil eſt cõmune.8.Ethic.c.11.B.

37 Iuſtum non eſt ad inanimata. 8.Ethicorũ. c.11.B.

38 Iuſtum multiplex eſt.8.Ethic.c.12.C.

39 Iuſtum aliud ſine ſcripto, aliud legitimũ. 6.Ethic.c.13.B.

40 Iuſtum duplex eſt, alterum legitimũ ſeu qđ lege conſtat, alterum iuſtũ ad aliud.1. Magnor.Mor.c.34.A.B.

41 Iuſtum ad alium æquale quoddam eſt. 1. Magno.Mor.c.34.B.

42 Iuſtum repaſſum ſeu cõtra paſſum ſeu talio licet ſit, non tamen tale, quale putabãt Pythagorici, qui dicebãt tale iuſtum in talione cõſiſtere.1.Magnor.Mor.c.34.E.

43 Iuſtum quod a natura eſt, præſtantius eſt iuſto legitimo.1.Magnorum. Moralium. c.34. F.G.

44 Iuſtum eſt bonum ciuile, quæ eſt communis utilitas.3.Politic.c.8.A.

45 Iuſtum popularis ſtat⁹ eſt habere æquale ſecundum numerum, & non ſecundum dignitatem.6.Politic.c.2.A.

IVSTVS.

1 Iuſti ſi omnes eſſent, non eſſet neceſſaria fortitudo, q̃uis non econtrario.3. Topicorum.capit.2.C.

2 Iuſti maxime laudantur, quia utiles ſunt in pace hominibus.1.Rhetoricorum .cap. 9.B.Quære Fortis.2.

3 Iuſtus eſt, qui ſecũdum legem facit, & qui æquus eſt.5.Ethic.c.1.C.

4 Iuſtus eſt actiuus iuſti electiõe, atq; diſtributiuus & ſibi ipſi & ad alium.5.Ethicorũ cap.5.E.

5 Iuſtus aut iniuſtus quibus actionibus quis dicatur, oſtenditur5.Ethic.c.8.per totum.

6 Iuſtus non eſt ſemper, qui iuſta agit, nam poteſt illa facere inuitus, aut neſciens, ſed quia operatur ex electiõe, & ipſorum gratia, quæ aguntur. 6. Ethicorum. c.12. C. Quære Iuſtitia.Iuſtum.

IVVENIS.

1 Iuuenes ideo nemo elegit duces, quia nõ conſtat eos eſſe prudẽtes .3. Topicorum. cap.2. B.

2 Iuuenũ uirtutes ſunt, ſi ualeant commodis corporis, ut proceritate, forma, uiribus, robore certandi. Tum animi uirtutibus, ut temperantia, & fortitudine.1.Rhetor.c.5. C.

3 Iuuenis pulchritudo eſt, ſi habeat corpus ad ſubeundos labores curſus & uiolẽtiæ, ſitq; aſpectu iucundo . 1. Rhetoricorum. cap. 5. G.

4 Iuuenibus ablatis, talẽ, dixit Pericles, manere ciuitatem, qualis manet annus, ablato uere.1.Rhet.c. 7.N.

5 Iuuenes maxime contumeliam inferunt, quia excellere putant . 2. Rhetoricorum cap.2. C.

6 Iuuenum affectus & habitus qui, & quales ſint, & unde, oſtenditur. 2. Rhetorico. c.12.per totum.

7 Iuuenes aptiſſimi ſunt ad cupiendum, & potentes facere quæcunq; cupiant.2.Rhetor.c.12.A.

8 Iuuenes inter omnes cupiditates maxime uenereas ſectantur .2.Rhetoricorum. capit. 12.B.

9 Iuuenes uehementer cupiunt, cito uero ceſſant, quia uoluntates acutas habent, nõ tamen magnas .2.Rehtoricorum . capit. .12. B.

10 Iuuenes facile iraſcuntur. 2. Rhetoricor. cap.12.B.

11 Iuuenes ambitioſi ſunt & cõtentioſi, quia excellere cupiunt. 2 . Rhetoricorum . capit.12.B.

12 Iuuenes non ſunt ſtudioſi pecuniarum, quia nõdum experti ſunt inopiam.2.Rhetor.cap.12.B.

13 Iuuenes ſimplices ſunt, & non malitioſi, quia nondum experti ſunt uerſutias. 2. Rhetor.c.12.B.

14 Iuuenes creduli ſunt, quia nõdum in multis decepti ſunt.2.Rhetor.c.12.B.

15 Iuuenes ſpei pleni ſunt, ſicut & ebrii, quia nondum in multis aberrarunt. 2. Rhetor.cap.12.C.

16 Iuuenes facile decipi ſolent. 2. Rhetor. cap.12.C.

17 Iuuenes uerecundi ſunt, nondum enim alia honeſta exiſtimant, ſed legibus ſolum caſtigati.2.Rhetor.c.12.D.

18 Iuuenes magnanimi ſunt, quia nunq̃ uita ipſos deiecit, ſed periculorum expertes ſunt.2.Rhetor.c.12.D.

19 Iuuenes in agendo potius eligũt honeſta q̃ utilia, quia morib⁹ potius q̃ ratiocinatione uiuũt, & ratiocinatio utilis eſt, ſicut uirtus eſt honeſti.2.Rhetor.cap.12.D.

20 Iuuenes ſtudioſi ſunt amicorum & ſodalium, quia gaudent in conuiuendo, nondum enim aliquid ad utilitatem iudicant. 2.Rhetor.cap.12.D.

21 Iuuenes omnia agunt nimis . 2.Rhetor. cap.12.D.

22 Iuuenes omnia ſe ſcire putant . 2.Rhetoric.cap.12.D.

23 Iuuenes iniuriam faciunt non in malignitate ſed in contumeliam . 2 . Rhetoric. cap.12.D.

24 Iuuenes ad commiſerationẽ parati ſunt, quia oẽs bonos arbitrãtur, ſua enim ſimplicitate alios metiuntur.2.Rhet.c.12.D.

25 Iuuenes riſui ſtudent, & dicaces ſunt.2. Rhetor.cap.12.E.

26 Iuuenis non eſt idoneus auditor moralis diſciplinæ, quia eſt ignarus actuum uitæ. Et cum paſſiones ſequatur, licet audiat, uane tamen audiet, cum finis huius doctrinæ non ſit cognitio, ſed actio, nihil tamẽ differt ætate an moribus iuuenis ſit. 1.Ethic.c.3.B.

27 Iuuenes proni ſunt ad amores, q̃propter amant cito, & cito deſiſtunt, eadẽ die propoſitum ſæpe mutantes.8.Ethic.c.3.B.

28 Iuuenes uolunt tota die ſimul uerſari, & ſimul uiuere, ſic enim fit ipſis, quod per amicitiam ſuam affectant.8. Ethic.c.3.B.

29 Iuuenes uerecundia prohibentur peccare.4.Ethic.c.9.A.

30 Iuuenes uerecundos laudamus. 4.Ethicor.cap.9.B.

31 Iuuenes non poſſunt eſſe prudentes, quia nondum experti ſunt multa ſingularia, quibus acquiritur prudentia.Poſſunt tamen eſſe ſapientes, & geometræ, & mathematici.6.Ethic.cap.8.B.

32 Iuuenibus conferunt amici ad compeſcẽda peccata.8.Ethic.c.1.A.

33 Iuuenes cito fiunt amici, & cito deſiſtunt, quia cum ob uoluptatem eorum amicitia conſtet, cum mutatur, alia fiunt ipſis iucunda, & ſic cum uoluptate amicitia mutatur.8. Ethic.c.3.B.& cap.6.A.

34 Iuuenibus non eſt iucundũ modeſte continenterq; uiuere.10.Ethic.c.9.C.

35 in Iuuenibus uires ſunt, ſicut prudentia in ſenibus.7.Polit.cap.9.C.

36 Iuuenes niſi recte inſtituantur a legiſlatore, magnum detrimentum affertur reipublicæ.8.Politic.cap.1.A.

37 inIuuentute magis neceſſaria eſt cum fortitudine operatio q̃ cum prudẽtia.3. Topicor.cap 2.B.

38 Iuuentus communis eſt omnibus animalibus.de Sen.& Sen.c.1.B.

39 Iuuentus eſt augmẽtatio primæ partis refrigerabilis.de Vit.& Mort.c.1.E.

40 Iuuentus ad uoluptatem procliuis eſt propter augmentum.7.Ethic.c.14.C.

41 Iuuentuti quæ attribuantur . Quære Senex. & in Lib . de Iuuent.& Senect. per totum.Nil enim ſpeciatim in eo occurrit, quod in indicem ſub dictione Iuuentus redigeretur.

IXION.Qui ſecundum fabulas apud inferos rotæ alligatus torquetur.

Ixioni rotæ alligato ſimilis eſſet anima, quæ cælum mouet, ſi cogeret illud cõtra ſuam naturam.2,de Cæl.T.Co.6.

M

LABOR. LABORIOSI. LABORARE.

1 Labor ſomnum inducit, quia colliquatiuus eſt, & colliquamentũ habet indigeſti rationẽ.de Somn. & Vigil.cap.3.E

2 Labor deſiccat, de Longit. & Breuit.Vit. cap.2.F.

3 Laborioſi ſeneſcunt citius, quia labor deſiccat, & ſenectus ſicca eſt. de Longit. & Breuit.Vit.cap.2.F.

4 cum Labore quæ facta ſunt, magis diligimus. 9. Ethic. cap. 7. C.

5 Laborare ſemper non poteſt animal. 10. Ethic. cap. 6. C. ✳.

LABRA. Oris.

Labra ſubtilia & mollia magnanimum arguunt, ſubtilia & dura immundũ, groſſa ſuperius ſtolidum. de Phyſiognom. ✳.

LABROTERAE. Nymbi ſeu pluuiæ uehementiores.

1 Labroteræ magis fiũt temporibus calidioribus q̃ hyeme propter celeritatem cõgelationis, quæ fit per antiperiſtaſim. 1. Meteor. cap. 12. E.

2 Labroteræ maiores fiunt, quo ꝓpinquior terræ facta fuerit congelatio. 1. Meteor. cap. 12. F. Quære Pluuia. Pſecas.

LAC.

1 Lac ex aqua & terra maxime conſtat, ſed plus terræ continet. 4. Meteor. T. Comment. 41.

2 Lac ſi parum aut nil habet caſei, ad aquã ſpectat, & nõ nutrit. 4. Meteor. T. Co. 41.

3 Lac dulce eſt & candidum. de Memo. & Remi. cap. 2. I.

4 Lac appellamus nutrimentum illud, quod habent in ſe illa animalia, quæ pariunt uiuum animal ad educationẽ prolis. Tãdiu aũt habẽt, quandiu acquirere ſibi poſſit genitum animal uictum. 1. Politicor. cap. 5. C.

5 Lactis nutrimentum maxime proprium eſt corporib9, abſq; uino quidẽ magis propter ægritudines. 7. Polit. c. 17. A. Quære Illyria. Nutrix. ✳.

LACEDAEMON. *Ciuitas & regio Lacedæmoniorũ.* Vnde LACEDAEMONII. *Sunt* autẽ in Peloponneſo.

1 Lacedæmonii malas habent mulieres. 1. Rhetor. c. 5. D.

2 Lacedæmones comam nutriunt in ſignũ libertatis. 1. Rhetor. c. 9. F.

3 Lacedæmonii e ſenibus fecerunt Chilonem, q̃uis ſtudioſi philoſophiæ nõ eſſent. 2. Rhetor. c. 23. H.

4 Lacedæmoniorum legiſlatores ſuos ciues maxime ſtudebant bonos efficere. 1. Ethicor. cap. 13. A.

5 in Lacedæmonios cũ incidiſſent Argiui putantes ſe in Sicyonios incidiſſe, primo fortiter agere cœperunt, tandem cognitis Lacedæmoniis, fugerunt. 3. Ethic. c. 8. D.

6 Lacedæmonii ſuo ueſtitu tenui & paupere arrogantes erãt potius q̃ frugi. 4. Ethico. cap. 7. C.

7 Lacedæmonii eum uirum, quẽ ualde admirantur, diuum appellãt. 7. Ethic. c. 1. A.

8 Lacedæmoniorum legiſlator curam habuiſſe uidetur circa educationẽ adoleſcẽtium. 10. Ethic. c. 9. D.

9 Lacedæmonii ſeruis communibus utuntur uiciſſim tanq̃ propriis. 2. Polit. c. 3. C.

10 Lacedæmoniorum reſpublica a quibuſdam laudatur, ꝙ conſtet ex omnibus generibus gubernationis. 2. Polit. ca 4. F.

11 Lacedæmonii finitimos omnes inimicos habebant, ſcilicet Argiuos, Meſenios, Arcades, & ideo eorum Ilotiæ aduerſus eos frequenter inſurrexerunt. 2. Polit. c. 7. A.

12 Lacedæmoniorum reſpublica multam licentiam mulieribus permittebat, nam cũ Lacedæmoniorum legiſlator uoluerit, totam eorum ciuitatem eſſe duram ac laborum patientem, in uiris id feciſſe conſtat, in mulieribus tamen omiſit, quia molliter uiuunt & in omnem licentiam diſſolutæ. 2. Polit. c. 7. C.

13 in Lacedæmoniorum reſpublica mulieres multa adminiſtrabant. 2. Polit. c. 7. D.

14 Lacedæmoniorũ mulieres audaces erant, fruſtra tamen, quod oſtenſum eſt in Thebanorũ aduentu contra Lacedæmonios. 2. Polit. c. 7. D.

15 Lacedæmonii quia multo tempore abſentes in bello fuerũt, eorum mulieres nimia indulgentia in effuſam & mollem licentiã proruperunt. 2. Polit. c. 7. D.

16 apud Lacedæmonios qui tres pueros genuerat, immunis erat a cuſtodia, qui uero quattuor, immunis erat ab omnibus. 2. Polit. ca. 7. E.

17 Lacedæmoniorum Ephori. Quære Ephori.

18 Lacedæmoniorum magiſtrat9 non recte eligebantur. 2. Polit. c. 7. F.

19 Lacedæmoniorum comeſſationes non recte conſtitutæ erant. 2. Polit. c. 7. H.

20 Lacedæmoniorum mulieres ad leges deducere conatus Lycurgus, ubi repugnare eas uidit, abſtinuit tandem. 2. Politico. cap. 7. D.

21 Lacedæmoniorum reipublicæ conſtitutio tota contendebat ad bellicam. Nil enim ſciebant præſtabilius q̃ rem militarem, nam ſi rerum potiebantur, peribant, in bello uero ſeruabantur. 2. Polit. cap. 7. per totum.

22 Lacedæmoniorum reſpublica ſimilis eſt Cretenſium reipublicæ, nam Lycurgus, qui leges Lacedæmoniis dedit, in Creta diutius diuerſatus eſt apud Lyctios. 2. Politic. cap. 8. A.

23 Lacedæmonii ſuas comeſſationes appellabant prius Andria, ſicut Cretenſes, deinde appellauerunt eas Phiditia. 2. Politic. cap. 8. B.

24 Lacedæmoniorum comeſſationes minus bene ſe habent q̃ Cretenſium, cum apud Cretas ex communi fiant, apud Lacedæmonios uero uiritim ſoluũt taxatum, alioqui lege pelluntur a republica. 2. Politic. cap. 8. C. D.

25 Lacedæmoniorum reſpublica multa continet recte inſtituta. 2. Polit. cap. 9. A.

26 Lacedæmoniorum reſpublica comparatur ad reſpublicas Cretenſium & Carthaginenſium. 2. Polit. c. 9. per totum.

27 apud Lacedæmonios Ephori cognoſcũt de contractibus, de cæde uero ſenatus. 3. Polit. cap. 1. D.

28 in Lacedæmoniorum republica uidetur poteſtas regia eſſe maxime ſecundum leges, quia non habet omnium poteſtatem, ſed cum egreditur extra regionem, habet poteſtatem omnium, quæ ad bellum pertinent. Sacrificia etiam deorum & cerimoniæ illi commiſſa ſunt. 3. Polit. c. 10. A.

29 Lacedæmoniorum rempublicam quidã dicunt eſſe popularem. 4. Polit. c. 9. C.

30 apud Lacedæmonios Lyſander tentauit tollere regiam poteſtatem. 5. Polit. ca. 1. C

31 Lacedæmonii exhauſti Meſenenſi bello agros diuidendos æqua portione cenſebant. 5. Polit. c. 7. B.

32 Lacedæmonii miſerunt in coloniam Tarentum eos, qui Partheniæ appellabantur, quia deprehenſi erant res nouas moliri. 5. Politic. cap. 7. A. Quære Partheniæ.

33 Lacedæmonii multas tyrannides euerterunt. 5. Polit. c. 10. N.

34 Lacedæmoniorum reges conſtituti ſunt, quia regionem acquiſierunt. 5. Politic. cap. 10. C.

35 apud Lacedæmonios ideo longo tempore durauerunt reges, quia ſtatim ab initio regia poteſtas diuiſa fuit in duas partes, & omnis poteſtas quanto pauciorum eſt, tanto eſt diuturnior, quia qui regunt, minus ferociunt, & qui reguntur minus inuident. 5. Polit. cap. 11. A.

36 apud Lacedæmonios olim fuit lex, ut qui nullum hoſtem interfeciſſet, capiſtro cingeretur. 7. Polit. c. 2. C.

37 in Lacedæmone diſciplina iuuentutis, & legum multitudo eſt ordinata ad bellum. 7. Polit. cap. 2. C.

38 Lacedæmoniorum rempublicam quidã cõmendãt, & laudãt, quia oĩa in illa uergãt ad potentiã & bellũ. 7. Polit. c. 14. E.

39 Lacedæmoniorum legumlatorem laudat Thrybon, quia propter exercitationem eorum ad pericula multorum dominationem ſibi compararunt. 7. Polit. c. 14. F.

40 Lacedæmonii non habebant dominationem temporibus Ariſtotelis. Ex quo colligitur, illorum legiſlatorem bonum non fuiſſe, nec eos felices, cum per eorum leges non ſunt adepti, quod cupiebant, ſcilicet dominari. 7. Polit. c. 14. F.

41 Lacedæmonii laudari poſſunt in hoc, ꝙ plurimam curam habent circa pueros & quidem publice. 8. Polit. c. 1. A.

42 Lacedæmonii licet non errent in exercendis adoleſcentibus, tamen reddũt eos efferatos. 8. Polit. c. 4. A.

43 Lacedæmonii non uincebant, quia exercebantur, ſed quia cõtra inexercitatos pugnabãt, quod poſtea experimento compertum eſt. 8. Polit. c. 4. B.

44 Lacedæmonii cum nõ diſcant muſicam, poſſunt tamen, ut ipſi dicunt, recte iudicare, q̃ ſit bona melodia. 8. Polit. c. 5. B.

45 Lacedæmoniorum diſpẽſatio utilis eſt ad tuendã rem familiarẽ. 1. Oeconom. c. 6. A.

46 Lacedæmonii ieiunates diem unum quicquid expenſuri erant, *Samiis* erogauerunt. Oeconom. Publi. Quære Ephorus. Laconica dicta.

LACERTA. Animal exiguum uulgo notum.

Lacertæ uenenoſæ ſũt in *Sicilia* & ĩ Italia uicina *Siciliæ*. de Admirã. Audit. 136. ✳.

LACERTVS. Aĩal uulgo notum.

1 Lacerti calidorum locorum maioris magnitudinis ſunt q̃ locorum frigidorum. de Longit. & Breuit. Vit. c. 2. G.

2 Lacerti pulmonẽ hñt. de Reſpir. c. 4. L. ✳

LACHRYMARI. Quære Luctus. ✳. Lachryma.

LACONES. Quære Lacedæmonii, iidẽ enim omnino ſunt.

LACONICA DICTA. Breuitate & prudentia cõmendabantur, quibus Lacedæmonii uſi ſunt.

Laconica dicta ſententiis accommodabãtur. 2. Rhetor. c. 21. D.

LACTEVS. Circulus, græce Galaxia.

1 In Lacteo circulo plurimum exhalationis congregatur. 1. Meteor. cap. 7. E.

2 Lacteum circulum Pythagorici uiã eſſe, dixerunt, alii cuiuſdam aſtri de cælo lapſi uiã iuxta cæli conflagrationẽ, quã dicunt, accidiſſe ſub Phaetonte. 1. Meteor. c. 8. A.

3 Lacteũ circulum factum eſſe, quia ſol aliquando per illum locum circumuectus fuerit, & propterea arſiſſe olim, quidam dixerunt. 1. Meteor. c. 8. A.

4 Lacteus circulus ſi dicatur aduſtus, quia olim per illum ſol circumlatus eſt, abſurdum eſt, quia magis aduſtus deberet eſſe zodiacus, per quẽ non modo ſol, ſed etiá erraticæ ſtellæ feruntur. 1. Meteor. c. 8. B.

5 Lacteum circulum eſſe lumen quorundã ſyderum non obſcuratum a ſole propter interpoſitionem terræ inter lumẽ illorum ſyderum & ſolem, dixerunt Anaxagoras, & Democritus. Quod falſum eſſe probatur, quia lacteus circulus ſemper apparet ſub eiſdem aſtris, quod non eſſet, ſi ex ſole prouenirer, cũ ſol ſemper uarietur, & mutato ſole, neceſſe eſſet lacteum circulum mutari in alium locum. Præterea neceſſe eſt omnes ſtellas fixas illuminari a ſole, quia cuſpis umbræ terræ non pertingit ad ſtellas fixas propter maximam diſtantiam, & ſic omnes ſtellæ facerent lacteum circulum. 1. Meteor. c. 8. B. C.

6 Lacteum circulum eſſe refractionem nr̃i uiſus ad ſolem, quidam dixerunt. 1. Meteor. cap. 8. D.

7 Lacteum circulum non eſſe refractionem noſtri uiſus ad ſolem, ex hoc probatur, ꝙ ſemper apparet nobis in eodem loco, ꝙ eſſet impoſſibile, ſi fieret ex refractione, ſicut imago non apparet in eadem parte ſpeculi, ſi uel ſpeculum, aut illud cuius eſt imago, mutet locum. Sed cum ſol & aſtra moueantur, & uarient ſitum, neceſſe eſſet lacteum circulum mutari. Præterea idẽ lacteus circulus apparet noctu in aqua & in aliis ſimilibus ſpeculis, quo tempore uiſus noſter nequaq̃ reflectitur ad ſolem. 1. Meteor. c. 8. D.

8 Lacteus circulus maximus eſt, & ita ſitus, ut multũ excedat tropicos. 1. Mete. c. 8. E.

9 Lacteus circulus plenus eſt ſyderibus maximis & fulgidiſſimis, & inſuper plen⁹ ſtellis, quas ſporadicas, ideſt ſparſas appellant 1. Meteor. c. 8. E.

10 Lacteus circulus fit exhalatione eleuata a multitudine ſtellarum, q̃ ſunt in ea parte cæli, in qua recipitur, & illorum lumen in ea refrangitur, & ſic fit circulus magnus & albus. 1. Meteor. c. 8. L.

11 Lacteum circulum fieri eleuata exhalatione a ſtellis, ex hoc probatur, ꝙ in altera illius parte, quæ candorem in duplo maiorem præfert, maiores & denſiores ſtellæ apparent. 1. Meteor. c. 8. E.

12 in Lacteo circulo ſtellæ quædã ſporadicæ id eſt ſparſæ nõ poſſunt in ſphæram ordinari, quia nullam habent poſitionem manifeſtam, q̃ oculis notari poſſit, nam intermedia in hoc circulo, ſtellis plena ſunt, in aliis autem circulis deficiunt manifeſte. 1. Meteor. c. 8. F.

13 Lactei circuli figura deſcriptione oſtenditur. 1. Meteor. c. 8. E.

14 Lacteus circul⁹ coma eſt circa omnes ſtellas, q̃ in ipſo ſunt, ſicut coma circa unam aliquã ſtellam, ita ut lacteus circulus ſit coma maximi circuli. 1. Meteor. c. 8. F.

LACVS. Quære Aornus. Maſſilienſis. 1. Sicilia. ✳

LAEDERE. LAESIO.

1 Lædere nemo uult ſeipſum. 5. Ethicorum cap. 6. B. Quære Iniuria. Iniuriari.

2 Læſio quæ fit præter uoluntatem & electionem, infortunium dicitur. 5. Ethic. c. 8. C.

3 Lædimus aliquem tripliciter, aut per ignorantiam, aut ſine electione licet neſcientes, aut uoluntarie & cum electione. 5. Ethic. c. 8. B. C.

LAETANS.

Lætãs quieſcit, & quieſcens transmutatur. 1. Poſter. T. Co. 4. Quære Gaudere. ✳.

LAEVE. Pro terſo.

1 Læue eſt, cuius partes iacent in rectitudine, nec una eminet, & alia depreſſa eſt. Prædicament. c. 8. H.

2 Læuia id eſt polita ſeu terſa nata ſunt fulgere in tenebris, licet propter paucitatem fulgoris nõ poſſint illuſtrare, de. Sẽ &. Sen. cap. 2. B.

LAMETICVS. Sinus in Italia. Quære Italia. 3.

LAMPSACENI. Lampſaci oppidi in Helleſponto incolæ.

1 Lampſaceni magnifice ſepelierunt Anaxagoram q̃uis peregrinum, & adhuc uenerãtur. 2. Rhetor. c. 23. H.

2 Lãpſaceni quomodo pecunias a mercatorib⁹ acceperint, oſtẽditur. Oeconõ. Publi. C. Quære Mus. 2.

LANA.

1 Lana etiam nec in potentia ſonare poteſt 2. de Anima. T. Co. 77. ✳.

LAPIDICINAE.

ad Lapidicinas Lydiæ cũ cõfugiſſent opifices propter ingruentem belli impetum, & in ſpecũ intraſſent, ſaxum ingens ſpecus aditũ clauſit, ita ut egredi nõ poſſent. Poſt multũ uero tpis cũ ſpecus illa aperta fuiſſet, inuẽta ſũt hoĩm illorũ corpora, & uaſa adeo obduruiſſe, ut oĩa in lapidem ipſum



fuiſſent cõuerſa. de Admirãd. Audit. 48.

LAPIS.

1 Lapides, ex quibus aræ conſtant, fortunatos eſſe, dixit Protarchus, quia honorantur. 2. Phyſic. T. Co. 69.

2 Lapides ſub terra fiunt ab exhalatione ſicca. 3. Meteor. c. 6. G.

3 Lapides molares adeo liqueſcũt, ut fluãt. 4. Meteor. T. Co. 40.

4 Lapides quia inſipidi ſunt, non habẽt odorem. de Sen. & Sen. c. 5. C.

5 Lapis quidam dicit reperiri apud Sypilũ montem, quẽ ſi adoleſcentes impii aduerſus parentes inuenerint, & ad Cybeles templum tulerint, nunq̃ amplius impii ſunt aduerſus parentes. de Admirand.

6 Lapis quidam in Nilo reperitur fabæ ſimilis, qui ſi contritus & demolitus aliqua pinguedine a canibus comedatur, ferunt eos ſtatim latrandi uſum amittere. Idem lapis ſi fuerit naribus admotus eius, qui a dæmone uexatur, liberatur. de Admirand. Audit. 17.

7 Lapis in Tmolo monte naſcitur, qui ſingulis quaternis diebus colorem permutat, conſpici autẽ non poſſe, dicunt, niſi a uirginibus, quæ nondum ad pubertatis annos peruenerint. de Admirand. Audit. 25. Quære Fluuius. Pontus.

7 Lapides ardẽtes in Thracia. de Admirã. Audit. 111.

9 Lapis ſpinus. Quære Spinus.

10 Lapis Machæra. Quære Machæra. ✳.

11 Lapides ſeu ſcrupuli ſiue calculi paſſim in littoribus offuſi cur rotunda ſunt figura, licet e lapidibus ſeu teſtis principio oblongis fiant, habes. Mechanic. cap. 14. per totum.

LARISSA. Oppidum in multis locis ut in Theſſalia, Macedonia, Locride, Argolide.

1 apud Lariſſam nobilitas plebem colebat, quia magiſtratuum electio per plebẽ fiebat. 5. Polit. c. 6. B.

2 Lariſſa. 5. Polit. c. 6. E.

LATERNA. Quære Lumen. 1. Empedocles. 53.

LATIO. Motus localis.

1 Latio eſt eorum, quæ inuoluntarie mouentur a loco in locum, ut inanimtaa. 4. Topic. cap. 2. F.

2 Lationem diffiniuit Plato, eſſe loci mutationem, cum tamen non omnis mutatio loci ſit latio, ſed ea tãtum, quæ eſt eorum, quæ ſunt inanimata. 4. Topic. c. 2. F.

3 Latio quid ſit, & in quo prædicamẽto ſcilicet ubi, oſtenditur. 5. Phyſic. T. Co. 18.

4 Latio nõ poteſt nominari ſecundum proprium aut commune. 5. Phyſic. T. Co. 18.

5 Latio etiam dicitur eorum, quæ ſemper feruntur, nec ſtare loco poſſunt. 5. Phyſico. T. Comment. 18.

6 Lationes non omnes ſunt comparabiles. 7. Phyſic. T. Comment. 30.

7 Latio eſt primus motus omnium. 8. Phyſico. T. Comment. 56. 60. 61. &. 2. de Gener. T. Comment. 54.

8 Latio ſola poteſt eſſe infinita inter omnes motus. 8. Phyſic. T. Co. 56.

9 Latio eſt prior omnib⁹ motibus perfectione. 8. Phyſic. T. Co. 58.

10 Latio eſt ultimum, quod inuenit in omnibus generabilibus. 8. Phyſic. T. Co. 58.

11 Latio nil remouet a ſuo ſubiecto, & ideo eſt perfectior omnibus aliis. 8. Phyſico. T. Comment. 59.

12 Latio eſt, quando fit mutatio contrarietatis ſecũdum locũ. 1. de Gener. T. Co. 24.

13 Latio prius tempore fit in propinquum q̃ in diſtans. de Sen. & Sen. c. 6. L.

14 Latio eſt mutatio ſecundum locum. 12. Metaphyſic. T. Co. 7.

Reliqua quære in dictione Motus, nam illic plura q̃ hic inuenies. Quæ uero ſub dictione Latio poſita ſunt, id circo poſita ſunt, ne uideremur huius non facere mẽtionem, illius tamen abſoluta traditio in dictione Motus pleniſſime continetur.

LATITVDO. Vna ex dimenſionibus.

LATVM.

1 Latitudinis principium eſt dextrum. 2. de Cæl. T. Comment. 12.

2 Latitudo poſterior eſt longitudine. 2. de Cæl. T. Co. 12. &. 13. Metaphy. cap. 2. F.

3 Latitudo ẽ magnitudo diuiſibilis ex duabus partibus. 5. Metaphy. T. Co. 18.

4 Latitudo tantum ſuperficies eſt. 5. Metaphyſico. T. Comment. 18. Quære Figura. 15. 16. 17.

LATVS. ERIS.

Latus eſt, quod eſt præter ſeu iuxta ſurſum & deorſum. 2. de Cæl. T. Com. 14.

LAVDABILE. LAVDARE. LAVDATIO. LAVS.

1 Laudabile non eſt illud, quod non eſt bonum. 1. Rhetor. c. 6. F.

2 in Laudando quibus amplificationibus uti debeamus, oſtẽditur. 1. Rhet. c. 9. L. M.

3 Laudare ſi debeamus aliquid, conſyderandum eſt, apud quos laudamus, & illa laudemus, quæ ſunt in p̃cio apud illos, apud quos laudamus. 1. Rhetor. c. 9. H.

4 Laudabilia magis ſunt, quorum eſt honor præmium, q̃ quorũ eſt pecunia præmium.1.Rhetor.c.9.D.

5 Laudabilia magis quæ ſint, oſtenditur.1. Rhetor.cap.9.D.E.F.G.

6 Laudatio uerſatur circa uirtutes laudandas.1.Rhetor.c.9.A.

7 Laudatio quomodo,& ex quibus ſumenda ſit, habes.1.Rhetor.c.9.per totum.

8 Laus eſt oratio magnitudinẽ uirtutis oſtẽdens.1.Rhetor.c.9.S.

9 Laus ex propriis eius, quẽ laudamus, aſſumenda eſt.2.Rhetor.c.22.C.D.E.

10 Laudabile aliqua qualitate affectum eſt, ut laudabile ſit.1.Ethic.cap.12.A.

11 Laus ad aliud eſt.1.Ethic.c.12.A.B.

12 Laudabile & honorabile quo differant, habes.1.Ethic.c.12.per totum.

LECTVS. Pro diſcubitorio,& quo dormimus.

Lecti cur fieri ſolent laterum alteris duplicato maioribus, partim ſcilicet longitudine ſenum pedum aut paulo plus, partim uero ternum, & cur etiam per diametrũ intexti non ſunt, habes. Mechanic.c.25. per totum.

LEDERE. Quære Lædere.

LEGISLATOR.

1 Legiſlatores bonos & prudentes paucos inuenire poſſumus.1.Rhetor.c.1.C.

2 Legiſlatores de uniuerſalibus & futuris leges ferunt.1.Rhetor.c.1.D.

3 Legumlatores Cretenſium & Lacedæmoniorum ſuos ciues bonos maxime ſtudebant efficere.1.Ethic.c.13.A.

4 Legiſlatori opus eſt conſyderare de uolũtario & inuoluntario ad præmia pœnaſq; inſtituendas.3.Ethic.C.1.A.

5 Legumlatores magis curare debent ciuiũ amicitiam q̃ iuſtitiam, nã concordia, quá ipſi legumlatores maxime curant, amicitia quædam eſt.8.Ethi.c.1.B.

6 Legumlatores debent prouocare & inuitare ad uirtutem honeſtatis gratia eos, qui probi ſunt, contra inobedientes uero & eos, qui hebetiores ſunt, caſtigationes & pœnas inſtituere.10.Ethic.c.9.C.

7 Legum latores debent a republica pellere eos, qui curari & emẽdari nõ poſſunt. 10.Ethic.c.9.C.

8 Legiſlator maximam curam adhibere debet circa leges de educatione adoleſcentium.10.Ethic.c.9.D.

9 Legiſlator quis optimus ſit, oſtenditur.10. Ethic.c.9.G.

10 Legiſlator mulctam infligit delinquentibus,& præmia bonis.1. Magnor. Mor. cap.9.D.



11 Legiſlator in ferenda lege debet reſpicere ad homines,& ad regionem,& ad uicina loca.2.Polit.c.4.B.

12 Legiſlatorem primum quidã putant, fuiſſe Onomacritum.2.Polit.c.10.C.

13 Legumlatores antiqui qui fuerunt apud diuerſas nationes & urbes, habes.2.Polit. cap.10.per totum.

14 Legiſlatoris totum negotium circa ciuitatem uerſatur.3.Politi.c.1.A.

15 Legiſlator in ferendis legibus an debeat reſpicere ad meliorum an ad plurium utilitatem, dubitatur,& ſoluit.3.Politi.c.8.H.

16 Legiſlatorem non debet latere, quæ ſit optima reſpublica ſimpliciter, & optima ex ſuppoſitione.4.Polit.c.1.B.

17 Legumlatores optimi ex mediocribus ciuibus fuerunt.4. Polit.cap.11.E. Quære Solon.13.

18 Legiſlator reſpicere debet ad utilia & honeſta, ad ocium & negociũ, ad bellum & pacẽ, ad partes animæ & ad illarum actiones, magis uero ad ea, quæ meliora ſunt & fines.7.Polit.c.14.D

19 Legiſlator non eſt putãdus bonus qui doceat uincere & dominari finitimis, quia hoc magnum continet nocumentum. Nã manifeſtum eſt, ꝙ id aget aduerſus ciues, ſi poterit.7.Polit.c.14.G.

20 Legiſlator curare debet, ut ſuos ciues bonos efficiat.7.Polit.c.14.C.

21 Legiſlator prius debet curam habere corporis q̃ animæ,& appetitus q̃ mentis, quia prius eſt appetitus q̃ mens,& corpus q̃ anima, corporis tamen cura debet eſſe propter animam, & appetitus propter mentem.7.Polit.c.15.C.

LEGITIMVM.

Legitimi ſimile quomodo tractãdum ſit, oſtenditur. Rhetor.ad Alexandr. c.1.F. Quære Iuſtum. Lex.

LENO.

Lenones auari ſunt, qa accipiũt unde nõ oportet,& propter turpe lucrũ probra & turpia ſuſtinent.4.Ethico.c.1.H.

LENS. Legumen uulgo notiſſimum.

Lenti, dum coquitur, non eſt admiſcendum unguẽtum, ut in prouerbio dicitur. de Sen.& Sen.c.5.G.

LENTITVDO. Vitium, a qua LENTVS.

1 Lentitudo opponitur magnanimitati per exceſſum.2.Ethic.c.7.B.

2 Lẽtitudo minus opponitur magnanimitati q̃ puſillanimitas. 4.Ethic.c.3.H.



3 Lentus eſt, qui cum indignus ſit, dignum ſe magnis putat.4.Ehic.c.3.A.

4 Lentus opponitur magnanimo per exceſſum, puſillanimus per defectum.4.Ethic. cap.3.A.

5 Lenti ſtolidi ſunt,& ſeipſos neſciũt,& proſperitates ſuas oſtentant.4.Ethic.c.3.H.

LEO.

Leo fortiſſimus eſt,& ideo durum pilũ habet.de Phyſiognom.C. Quære Fortitudo.21.Leontophonon.✳.

LEODAMAS.

Leodamas ad Calliſtratũ dixit, eum, qui conſuluit, magis peccaſſe, q̃ qui fecit, quia non eſſet factum, niſi conſultum fuiſſet.1. Rhetor.c.7.E.

LEONINI MORES.

Leonini mores quales dicantur, habes.8. Polit.c.4.A. Quære Fortitudo.21.

LEONTOPHONON.

Leõtophonõ animal eſt in Syria ex eo uocatum, ꝙ leonem interficiat, quem leo nõ inſectatur, etiam ſi illum uideat, quoniam uideatur intelligere ſe interiturũ, ſi ex carnibus eius comederit. Verumtamen uenatores captum leontophonon uehementer decoquunt,& ei9 carnes cõtuſas in maſſam quandã redigunt,& leones illã guſtãtes interimit.de Admirand.Audit.134.

LEOPHRON.

Leophrõ in Critiam uſus eſt Solonis elegiis.1.Rhetor.cap.15.D.

LEPVS. Quære Antiſthenes. Craſtonia.✳.

LESBOS. Inſula iuxta Troadem, a qua LESBII. Illius incolæ dicti.

1 Leſbos inſula e maioribus inſulis eſt. de Mundo, ad Alexand.c.1.E.

2 Leſbiæ ædificationis regula plũbea erat, & ad lapides aptabatur,& nõ lapides ad ipſam.5.Ethic.c.10.C. Quære Aequum & Bonum.10.

3 Leſbii peſſundati ſunt ab Athenienſibus contra fœderis æquitatem, poſtq̃ imperium in eos adepti ſunt.3. Polit.cap.9.C. Quære. Delphius.✳. Auſter. Oſtrea.

LESIO. Quære Læſio.

LETANS. Quære Lætans.

LETHARGVS. Morbus, qui ueternus latinis dicit̃, hoc ẽ inexpugnabilis ſopor.

Lethargus ſomno premit, quia prouenit ex nimia humidi & calidi ſuperfluitate. de Somn.&.Vigil.c.3.E.

LEVCAS. Inſula iuxta Epirum & urbs. apud Leucada alienatio patrimonii & antiquarum hereditatum effecit eorum popularem ciuitatem.2.Polit.c.5.C.



LEVCIPPVS. Philoſophus Eleates.

1 Leucippus uacuum poſuit inter corpora, ut uacuũ diſtinguat ea.4.Phyſi.T.Co.52

2 Leucippus poſuit corpus infinitum non continuum ſed diſtinctum uacuo.1. de. Cæl.T.Co.73.

3 Leucipp9 dixit primas magnitudines eſſe infinitas ſecundum numerum, indiuiſibiles uero ſecundum magnitudinem.3. de. Cæl.T.Co.37.

4 Leucippus dixit multa non fieri ex uno, ſed omnia fieri complicatione & complexione primorum corporum.3. de Cæl. T.Co.37.

5 Leucippus omnia entia facit quodammodo numeros, ſicut Platonici.3.de Cæl.T. Co.37.

6 Leucipp9 dicebat, prima corpora differre figuris,& quia figuræ ſunt infinitæ, ideo corpora prima dicebat eſſe infinita.3.de. Cæl.T.Co.37.

7 Leucippus nõ determinauit elementorũ figuras.3.de Cæl.T.Co.37.

8 Leucippus igni tantũ ſphæram aſſignauit, reliqua uero elementa magnitudine & paruitate diuiſit.3.de Cæl.T.Co.37.

9 Leucippus dixit prima corpora moueri in uacuo & infinito.3.de Cæl.T.Co.20.

10 Leucippus ponens infinita principia, multipliciter errauit.3.de Cæl.T.Co.38.

11 Leucipp9 faciẽs corpora indiuiſibilia, mathematicarum diſciplinarum pricipia tollit,& negat ea, quæ ad ſenſum uidentur. 3.de Cæl.T.Comment.38.

12 Leucippus, generationem non eſſe idem cum alteratione, dixit, q̃uis poſuerit infinita principia, rerũ naturalium.1.de Gene.T.Comment.1.

13 Leucippus corpora indiuiſibilia poſuit eſſe principia, ex quib9 omnia fiant.1.de Gener.T.Comment.7.

14 Leucippus dicebat generationem fieri per congregationem indiuiſibilium corporum infinitarum figurarum,& corruptionem per ſegregationem eorundẽ corporum,& alterationem per uariationem ſitus & ordinis eorundem corporum.1.de Gener.T.Comment.7.

15 Leucippus compendioſe maxime determinauit de omnibus.1. de Gener. T. Comment.57.

16 Leucippus dixit conformia iis, quæ ſenſui apparent, nec generationem nec multitudinẽ rerũ tollit.1.de Gener.T.Co.60

17 Leucippus in hoc cõuenit cum Parmenide & Meliſſo, quod dicit, motum non eſſe, ſi uacuum non eſt, uacuum tamen eſſe dixit, & ideo motum poſuit. 1. de Gener. T. Comment. 60.

18 Leucippus dixit, fieri generationem per congregationem atomorum, corruptionem uero per earundem diuiſionẽ, actionem & paſſionem per earum undiq; contactũ, augmentationem per earũ penetrationem, dũ una aliam ſubintrat, alterationem per mutationem ordinis earum. 1. de Gener. T. Comment. 60.

19 Leucippus dixit, animã eſſe ignem cõflatum ex atomis. 1. de Anima. T. Co. 20.

20 Leucippus cauſam & rationem uiuendi, dixit, eſſe reſpirationem ad attrahẽda corpora atomalia reciproce. 1. de Anima T. Cõment. 20. 21.

21 Leucippus Democriti familiaris, uacuũ & plenum duo eſſe principia rerum poſuit, quorum plenum ens eſſe, dicebat, uacuũ uero non ens. 1. Metaphy. c. 4. E.

22 Leucippus, idem eſſe, dicebat, quod eſt, ſicut quod non eſt, quia duo principia ponebat ſcilicet uacuũ & plenum, quorum alterum eſt ens, alterum non ens. 1. Metaphy. cap. 4. E.

23 Leucippus & Democritus dicebãt, diuerſa corpora conſtitui atomorum figura ordine & ſitu. 1. Metaphy. c. 4. E.

24 Leucippus & Democritus motus mẽtionem non fecerunt propter negligentiam. 1. Metaphy. cap. 4. E.

LEVCONOTI.

Leuconoti uenti oppoſito tempore flant q̃ Eteſiæ. 2. Meteor. c. 5. D.

LEVCOPHYLVS.

Leucophylus arbuſcula eſt naſcens in flumine Phaſidis, q pl abit Scythiã. Cuiꝰ ramũ ſi quis zelotypus detraxerit, & ad uxoris lectum pertulerit, aiũt, deinde immaculatam fidem ſibi inuicem ſeruare, & ſuſpitionem illam omnino delere. de Admirand. Audit. 6.

LEVCOSIA. Inſula prope Cumas Italiæ. Quære Syrenuſſæ.

LEVE. Pro terſo. Quære Læue.

LEVE. LEVITAS.

1 Leuitas conſequitur raritatem, & contraria eſt grauitati. 4. Phyſic. T. Co. 85.

2 Leuia cum mouentur ſurſum, non uidentur moueri ab alio. 8. Phyſi. T. Co. 28. 29.

3 Leue uiolenter mouetur deorſum. 8. Phyſico. T. Comment. 28. 29.

4 Leue naturaliter mouetur ſurſum. 8. Phyſico. T. Comment. 29.

5 Leuia non poſſunt moueri a ſeipſis, quia ſunt continua. 8. Phyſic. T. Co. 30.

6 Leuia ab alio mouenẽ. 8. Phyſi. T. Co. 31.

7 Leue fit ex graui, ut ex aqua aer. 8. Phyſico. T. Comment. 32.

8 Leue quærere cur moueatur ſurſum, eſt quærere, q̃re eſt leue. 8. Phy. T. Co. 32. 33.

9 Leuia mouẽtur per accidens a remouẽte impedimentũ, per ſe uero mouentur a generante. 8. Phyſic. T. Comment. 32. 33.

10 Leuia habent in ſeipſis principium motus paſſiuum, non tamen habent actiuum. 8. Phyſic. T. Comment. 32. 33.

11 Leue eſt, quod natum eſt ferri a medio. 1. de Cæl. T. Comment. 17.

12 Leuiſſimũ eſt, quod omnibus ſurſum latis ſuperfertur. 1. de Cæl. T. Co. 17.

13 Leue corpus infinitum eſſe non poteſt. 1. De Cæl. T. Co. 45. & ultra.

14 Leuitas infinita eſt, ſi grauitas infinita eſt. 1. de Cæl. T. Comment. 45.

15 Leuitas nõ poteſt eſſe finita in corpore infinito, aut ecõtrario. 1. de Cæl. T. Co. 46.

16 Leuitas ſi nõ eſt infinita, nec grauitas eſt infinita. 1. de Cæl. T. Co. 46.

17 Leuitas infinita eſſe non poteſt. 1. de Cæl. T. Comment. 46. 47.

18 Leuitatis puatione dicitur aliquid graue. 2. de Cæl. T. Comment. 18.

19 Leuitatem nullam habent indiuiſibilia. 3. de Cæl. T. Comment. 7. 8. & ultra.

20 Leue omne leuius eſt, ſed non neceſſe eſt, leuius eſſe leue. 3. de Cæl. T. Cõment. 9.

21 Leue rarum eſt. 3. de Cæl. T. Co. 10.

22 Leuitatem habere corpora naturalia, oſtẽditur. 3. de Cæl. T. Co. 17.

23 Leuitatem, neceſſe eſt, habere quædam corpora, qua inclinentur ad ſua loca. 3. de Cæl. T. Comment. 27. 28.

24 Leue dicimus, quia aliquo motu naturali moueri poteſt. 4. de Cæl. T. Commẽt. 2.

25 Leuis conſyderatio accommodata eſt ſermonibus de motu. 4. de Cæl. T. Co. 2.

26 Leuis operationi non eſt impoſitum nomen. 4. de Cæl. T. Comment. 2.

27 Leue habet in ſe quædam fomẽta & ſuſcitamenta motus. 4. de Cæl. T. Co. 2.

28 Leuis uirtute uſi ſunt philoſophi quidam, ſed de ipſo leui pauca tractauerunt. 4. de Cæl. T. Comment. 2.

29 de Leuis motu & natura habes q̃ plurima. 4. de Cæl. per totum.

30 Leue dupliciter dicitur, aut leue ſimpliciter, aut cõparatiue ad aliud. 4. de Cæl. T. Comment. 3.



31 de Leui ſimpliciter nil tractauerunt antiq ante Ariſtotelem. 4. de Cæl. T. Co. 3. 7.

32 Leue ſimpliciter eſt, quod ſurſum fertur & ad extremum. 4. de Cæl. T. Co. 6. 31.

33 Leuius ad aliud dicitur, quod duobus habentibus leuitatem, aliquo uelociꝰ ſurſum fertur. 4. de. Cæl. T. Co. 6.

34 Leuius illud eſſe, quod ex eiſdem paucioribus cõſtat, diffiniuit Plato in Timæo. 4. de Cæl. T. Co. 8.

35 Leuius, aliqui dixerunt, eſſe illud, cui ineſt plꝰ uacui & minꝰ ſolidi. 4. de Cæl. T. C. 13

36 de Leui nil determinauerunt Anaxagoras aut Empedocles. 4. de Cæl. T. Co. 15.

37 Leue mouetur aut tardius aut uelociꝰ aut propter medii diſpoſitionem, aut propter mobilis maiorem aut minorem leuitatem ſi cætera paria ſint. 4. Phyſic. T. Co. 71. & 4. de. Cæl. T. Co. ultimo.

38 Leuius dicẽtes eẽ illud, cui plꝰ inſit uacui & minꝰ ſolidi, refellunẽ, & incõueniẽtia, q̃ ſequanẽ, ponunẽ. 4. de Cæl. T. Co. 22.

39 Leuia quærere quare moueãtur ſurſum, eſt quærere, quare quod eſt in potentia ad aliquam perfectionem, moueatur ad illam, nam leuia ſunt in potẽtia ad perfectionẽ localem ſurſum, ubi conſeruantur, & ideo ſurſum mouentur. 4. de Cæl. T. Co. 24.

40 Leuia habent in ſe principium motus, q̃a materia eſt ꝓpinquiſſima ſubſtãtiæ eorũ. 4. de Cæl. T. Co. 24.

41 Leuium motus eſt perfectorum & integrorum, quia motus localis eſt ultimus generatione. 4. de Cæl. T. Co. 24.

42 Leuia q̃ primũ fiunt, mouentur ſurſum, & ampliꝰ nõ mouẽtur. 4. de Cæl. T. Co. 25.

43 Leue ſecundum quid eſt, quod ſubſtat aliquibus, aliquibus uero ſupereminet. 4. de Cæl. T. Co. 26.

44 Leuitatẽ habẽt omnia elemẽta in ſuo loco præter terrã. 4. de Cæl. T. Co. 29. 32. 39.

45 Leuia ut talia, nec actiua ſunt, nec paſſiua 2. de Gener. T. Commẽt. 8. Quære Graue. Ignis.

LEX.

1 Lex melior abrogat deteriorem. 6. Topic. cap. 6. I.

2 Leges cõtrarias eẽ naturæ, ex Calliclis ſententia ſcripſit in Gorgia Plato, & ueteres omnes arbitrati ſunt. 1. Elench. c. 12. C.

3 Leges quæ recte poſitæ ſunt, cuncta determinare debent, & minimum relinquere iudici. 1. Rhetor. c. 1. C.

4 in Legibꝰ ſita eſt ſalus ciuitatis. 1. Rhetor. cap. 4. F.

5 ad Leges ferendas neceſſarium eſt ſcire rerum publicarũ genera. 1. Rhet. c. 4. F.

6 ad Leges ferendas quid cõducat, oſtẽdiẽ. 1. Rhetor. c. 4. F. G.

7 Legibꝰ qui ſemper obtemperarũt, optimi ſunt, & rerum potiuntur in Ariſtocratia. 1. Rhetor. c. 8. B.

8 Lex duplex eſt, alia ꝓpa, qua ſcripta ciues utuntur, alia cõmunis, qua aliqua uidẽtur ualere apud omnes, etiam ſi ſcripta non ſint. 1. Rhetor. c. 10. A.

9 Lex altera propria, altera cõmunis, ꝓpria eſt quæ ſingulis inter ſeipſos determinata eſt, & hæc uel ſcripta eſt uel non, cõmunis uero lex eſt, quæ ſecundum naturam eſt. 1. Rhetor. c. 13. A.

10 Lex ſi alicuius cauſa ponatur, ille talis pecunia mulctaẽ apud Argiuos. 1. Rhe. c. 14. B.

11 Leges ſunt unum ex iis, quæ fidem faciũt in iudiciali genere cauſarũ. 1. Rhet. c. 15. A

12 Legibus quomodo uti debeant ſuadẽtes, aut diſſuadẽtes, aut accuſantes, aut defendentes, oſtenditur. 1. Rhetor. c. 15. A. B.

13 Legum uallum ac foſſam appellat Alcidamas philoſophiam. 3. Rhetor. c. 3. D.

14 Lex eſt oratio quædam, q̃ communi ciuitatis conſenſu definita, iubet, quo pacto unumquodq; agẽdum ſit. in Præfat. Rhetor. ad Alexandr. B.

15 Legũ conſultatio totius ciuilis ſtatus quomodo tractanda ſit, oſtenditur. 1. Rhetor. ad Alexandr. c. 2. F. G. H.

16 Legũ trãſgreſſor eſt iniquus, & omnis iniuſtitia eſt leges tranſgredi. 5. Ethic. c. 1. C.

17 Leges de omnibus dictant coniectantes aut communem utilitatem, aut optimorum, aut principũ uel uirtute uel aliquo modo. 5. Ethic. c. 1. C.

18 Leges præcipiunt ea, quæ pertinẽt ad omnem uirtutem ut fortitudinem temperantiam & manſuetudinem. 5. Ethic. c. 1. D.

19 Lex iubet uiuere ſecundum omnem uirtutem, & prohibet uiuere ſecũdum uitiũ. 5. Ethico. cap. 2. C.

20 Lex fertur pro æqualibꝰ & in libertate uiuentibus, & lex dominari debet, & nõ homo. 5. Ethic. cap. 6. A.

21 Lex omnis uniuerſalis eſt, & ideo de aliquibus particularibꝰ poteſt nõ bene præcipere. 5. Ethic. cap. 10. B.

22 in Lege non eſt peccatum, ſed in ipſa rei natura. 5. Ethic. c. 10. B.

23 Lex quantumuis uniuerſalis, non poteſt omnia complecti, quæ circa ſingulares actus contingere poſſunt. 5. Ethic. c. 10. B.

24 Lex habet uim cogẽtem. 10. Ethic. c. 9. C.

25 Lex eſt ſermo ab aliqua prudentia ac mẽ-

te profectus.10.Ethic.cap.9.C.
26 Lex iubens non eſt odioſa, ſicut homines, qui etiam bona iubent.10.Ethic.c.9.C.
27 Leges ſimiles ſunt publicis operibus.10.Ethic.cap.9.G.
28 Leges optimæ a quibus & quomodo ferri poſſunt, & q̃ ſunt neceſſaria ad illas ferendas, oſtenditur.10.Ethic.cap.9.G.
29 Lex quæ iubet, iuſta eſſe, dicunt.1. Magnor.Mor.cap.34.A.
30 Lex quæ iubet, ut bello capta eorum ſint, qui ceperunt, a quibuſdam reprehenditur, ut iniuſta, quibuſdam uero iuſta uidetur.1.Polit.cap.4.A.
31 Leges patrias an cõueniat mutari, ĩ utrãq; partem obiicitur.2.Polit.cap.6.E.F.G.
32 Leges antiquiſſimæ rudes nimium & barbaræ erant.2.Polit.c.6.F.
33 ſecundum Legem non iudicare, ſed ſecũdũ quod iudici uidetur, periculoſum eſt.2.Polit.cap.8.D.
34 Legem, dixit Lycophrõ ſophiſta, eſſe fidei iuſſorem iuſtorũ inuicem.3. Polit.c.6.D.
35 Leges bene poſitæ ſunt, quæ dominari in republica debent, ille uero, qui præeſt reipublicæ, ſiue ſit unus, ſiue plures, in illis debet hr̃e poteſtatẽ, de q̃bus leges exacte cauere non poſſunt, quia non facile eſt ſingulos caſus generali ſermone comprehendere.3.Polit.c.7.H.
36 Lex an debeat dominari, an homo, diſputat̃ in utrãq; partẽ.3.Polit.c.11.B.C.D.E.
37 Lex ẽ mẽs abſq; appetitu.3.Polit.c.12. B.
38 Legem, qui iubet, dominari, iubere uidet̃ deũ & legẽ dominari.3.Polit.c.12.B.
39 Leges accõmodãdæ ſunt ad rempublicã, & non reſpublica ad leges.4. Polit.c.1.C.
40 Lex Aphytalorum.6. Polit.c.4.C.
41 Lex ordinatio quædã eſt.7.Polit.c.14.C.
42 Leges, in quibus circa fabuloſa magis ualet conſuetudo q̃ ueritas, oſtendunt, quantam uim habeat conſuetudo.2. Metaphy.T.Comment.14.
43 ad Leges ferendas induxerunt aliqui plures deos.12. Metaphyſic.T.Cõment.50.
LIBERALITAS.LIBERALIS.
1 Liberalitas eſt pecuniis benefactiua.1.Rhetor.cap.9.B.
2 Liberales maxime laudant̃.1.Rhet.c.9.B.
3 Liberalitas eſt mediocritas circa dandas pecunias & capiẽdas.2.Ethic.c.7.A.
4 Liberalitati opponitur prodigalitas ſecundum exceſſum, illiberalitas per defectum.2.Ethic.c.7.A.&.1.Magnor.Mor.c.24.
5 Liberalis differt a magnifico, quia liberalis circa parua uerſatur, magnificus circa magna.2.Ethic.c.7.B.
6 Liberalis optime utitur diuitiis.4. Ethico.cap.1.B.
7 Liberalis eſt dare potius, quibus oportet, q̃ capere unde oportet, & non capere unde non oportet.4.Ethic.c.1.B.
8 Liberales omnium ſtudioſorum maxime amantur, quia proſunt dando.4.Ethico.cap.1.B.
9 Liberalis cauſa honeſtatis dare debet.4.Ethico.cap.1.B.
10 Liberalitas uidetur mediocritas circa pecunias, quia liberalis non laudatur in bellicis reb⁹, nec in iis, quibus temperans, nec in iudiciis, ſed in dãdis & capiẽdis pecuniis, & magis in dandis.4.Ethic.c.1.A.
11 Liberalis dat ſine ullo dolore, immo cũ uoluptate, quia actus uirtutis cum uoluptate fit, aut ſaltem ſine dolore.4.Ethic.c.1.C.
12 Liberalis non eſt, qui pecunias honeſtis actibus anteponit.4.Ethic.c.1. C.
13 Liberalis nõ facile accipere debet, nec unde non oportet.4. Ethic.c.1.C.
14 Liberalis non debet ſuas diuitias negligere, quia per illas cupiat ferre opem aliquibus.4.Ethic.cap.1.C.
15 Liberalis pauciora retinere ſibi debet, q̃ aliis dare, eſt enim liberalis non reſpicere ad ſeipſum.4.Ethic.c.1 D.
16 Liberalis actio non conſiſtit in multitudine rerum, quæ dantur, ſed in habitu dantis.4.Ethic.c.1.D.
17 Liberalis magis poteſt eſſe, q minora dat, q̃ qui maiora, ſi dãti minora minores ſuperant facultates.4. Ethic.c.1.D.
18 Liberales magis eſſe uidentur, qui non cõpararunt ſibi diuitias, ſed ab aliis acceperunt, quia non experti ſunt indigentiam.4.Ethic.cap.1.D.
19 Liberalis non facile diues eſt, quippe cum non ſit ad capiendum & conſeruandum procliuis, ſed ad largiendũ.4.Ethi.c.1.D.
20 Liberalis pro facultatibus ſuis erogat.4.Ethic.cap.1.E.
21 Liberalis eſt ſocius lenis in rebus pecuniariis.4.Ethic.c.1.E.
22 Liberalis magis moleſte fert, ſi non erogauerit, quãdo oportuit, q̃ dolet, ſi quid erogauit, cum non oportuit.4.Ethic.c.1.F.
23 Liberalis Simonidis ſententiam non probat.4.Ethic.c.1.F.
24 Liberalis eſt ſuperior ad magnificum, nã omnis magnificus eſt liberalis, nõ tamen econtrario.4.Ethic.c.2.A.
25 Liberalitas ſuperatur a magnificentia magnitudine ſumptuum, licet utraq; ſit circa pecunias.4.Ethic.c.2.A.
26 Liberalitas eſt media inter auaritiam per defectum & prodigalitatẽ per exceſſum.1.Magnor.Mor.c.23.A.
27 Liberalis non eſt pecuniam conquirere.1.Magnor.Mor.c.25.A.
28 Liberalitatem tollunt, qui inducunt facultatum communitatem.2.Polit.c.3.D.
LLBER.Oppoſitus ſeruo.
1 Liber nullus homo eſt, nam aut fortunæ aut diuitiis ſeruit, ut eſt communis ſententia.2.Rhetor.c.21.B.
2 Liberorum gubernatio tãtum diſtat a gubernatione ſeruorum, quantum diſtat natura liber a natura ſeruo.7. Polit.c.3.A.
3 Liberorum corpora nec ita debent eſſe robuſta ut athletarum, nec rurſus imbecilla nimium, ſed media habitudine & exercitata laboribus non uiolentis, nec uno tantum.7.Polit.c.16.D.
LIBERI.Pro filiis.Quære Filius.
LIBERTAS.
1 Libertatem, dicunt populares, eſſe dignitatem ciuilem.5.Ethic.c.3.A.
2 Libertas eſt finis popularis reipublicæ.6.Politic.c.2.A.
3 Libertatis opus, dicit ſtatus popularis, eſſe uiuere, ut uelis.6.Polit.c.2.A.
LIBYA.Aphrica, uel Aphricæ pars.
1 in Libya ſal eſt, ex quo ad ſolem durato lapides fiunt, ex q̃bus ut e marmore uaſa & ſtatuæ ſculpũtur.de Admirã. Audit.106.
2 in Libya ſuperiore quidam populi eſſe dicunt̃, quibus uxores ſunt cõmunes, filios tamen partiuntur ſecundum ſimilitudinẽ.2.Polit.c.2.C. Quære Aphrica Vitis.2.
LIBS. Ventus qui & aphricus. Quære Aphricus.
LIBYCVS.
1 Libycus apologos ſcripſit.2. Rhetor.cap.19.C.
2 Libycus rogatus, quod ſterquiliniũ foret agro optimum, domini ueſtigia reſpõdit.1.Oeconom.c.6.A.
LIBONOTVS.Vẽt⁹.Quære Vẽt⁹.52.
LIBRA.Qua pẽſamus aliquid ad dignoſcendum pondus.
1 Libræ omnia quæ ſunt, referuntur ad circulum, ſicut om̃ia quæ ſunt uectis, referũtur ad libram in machinariis motionibus.Mechanic.c.1.D.
2 Libræ maiores exactius oſtendunt pondera penſanti q̃ minores. Mechanic.c.2.D.
3 Libra maior exactior eſt q̃ minor, quia cũ linea diſtãtior a centro magis moueatur, & uelocius ea, quæ centro proximior eſt, & in libra librametũ habeat rationẽ cẽtri, & ſcapi qui utrinq; p̃minẽt, fungãtur uice linearũ, quo lõgiores fuerint ſcapi exacti⁹ præbent penſanti pondera dignoſcẽda q̃ breuiores, in quibus quædam põdera ſenſui minus apparent, quæ conſpicua ſunt eorum motu in magnis librarum ſcapis, quod demoſtratur. Mechanic. cap.2.E. & deinceps.
4 Libra qui penſant, impoſturam faciunt, ſi examen ad medium non aptant, plumbũq; altrinſecus libramento infundũt, uel ligni partem, quæ radici prior eſt, quo uolunt ſpectare faciunt. Quod efficiunt, qui purpuram uendendam in quæſtu habẽt.Mechanic.c.2.G.
5 Libra uacans pondere quare facilius moueatur, q̃ ſi habeat pondus, habes. Mechanic.cap.9.per totum.
LIBRAMENTVM. Libræ mediũ quo dignoſcimus, quo pondus uergat.
Libramentum ſi penſile ſit, & ſuperne ſcapũ attingat, cur lanx depreſſa amoto pondere feratur iterum in ſublime, ſi uero ſit inſtar ſubliceæ cuiuſdam fulturæ, non redeat ſurſum, ſed in imo deprimat̃, atq; ſubſiſtat, demonſtratur. Mechanic.c.3.A. & deinceps.
LYCARMVS.Fons quidam.
iuxta Lycarmi fontem hærba quædam naſcitur, quæ caliginem repellit ab oculis, & lucem clariſſimam reddit.de Admirand.Audit.22.
LICENTIA.
Licentia agendi unicuiq;, quod uelit, non poteſt cuſtodire ingenitã unicuiq; prauitatẽ.6.Polit.c.4.C. Quære Loqui.2.
LYCIA. Regio minoris Aſiæ, y Pãphiliæ contermina.
in Lycia ignis perpetuo ardens erumpit e terra, de Admirand. Audit.124.✳.
LICOPHRON.Sophiſta.
1 Lycophron copulas detraxit propoſitionibus.1.Phyſic.T.Co.20.
2 Lycophron ſophiſta dixit, legem eſſe fidei iuſſorem inuicem iuſtorũ.3.Polit.c.6.C.
3 Lycophron dixit, ſcientiam eſſe medium inter ſcire & ipſam animam.8. Metaphyſic.T.Comment.16.
LICTII.Ciues Licti urbis in Creta.
1 Lictii colonia ſunt Lacedæmoniorum in Creta.2.Polit.cap.8.A.
2 Lictii comas nutrire gaudebant.1.Oeconom.Publi.D.
LYCVRGVS.Spartanorum legiſlator.
1 Lycurgi legibus q̃diu uſi ſunt Lacedæ-

monii, beati fuerunt. 2. Rhetor. c. 23. I.

2 Lycurgus conatus reducere mulieres Lacedæmoniorũ ad leges, ubi eas repugnare uidit, abſtinuit tandem. 2. Polit. c. 7. D.

3 Lycurgus apud Lictios, quæ erat Lacedæmoniorũ colonia in Creta, diuerſatus eſt poſt dimiſſam Charilai regis tutelam. Vnde ex Cretẽſium republica leges ſumpſit, quas Lacedæmoniis dedit. 2. Polit. c. 8. A.

4 Lycurgus non modo leges tulit, & rempublicam gubernauit, ſed etiam rempublicam conſtituit. 2. Polit. c. 10. A.

5 Lycurgus mediocris ciuis fuit, & nõ rex. 4. Polit. cap. 11. E.

LYDIA. Muſicæ ſpecies quædam.

1 Lydia mixta reddit auditores flebiles, & molles & effœminatos. 8. Polit. c. 5. G.

2 Lydia melodia uidetur omnium maxime doctrinam & ornamentum facere, & ideo pueri in illa exercẽdi ſunt. 8. Polit. c. 7. D.

LYDIA. Regio minoris Aſiæ. Quære Lapidicinæ. LYDI. Colophon. ✳.

LYGDAMIS.

2 Machina eſt id, quod ab arte & induſtria profectum opitulatur nobis ad aliquid faciendum, quod natura facere non poſſumꝰ. Vnde Antiphõ poeta cecinit. Quod præualet natura, id arte uincimus. Mechanic. cap. 1. A.
3 Machinaria arte minora maioribus plus poſſunt, & parui momenti res mouẽt põdera prope immenſa. Mechan. c. 1. A.
4 Machinaria nec admodum naturalibus coniũcta eſt, nec penitus diuiſa, ſed & mathematicis & phyſicis diſputationibus pariter communis eſt. Mechan. c. 1. A.

MAEANDER. Fluuius Mæoniæ uel Phrygiæ.
Mæander fluuiꝰ Aſiam interſecat. de Admirand. Audit. 18. Quære Euphron.

MAEOTIS PALVS. Euxino mari coniuncta a ſeptentrione.
1 In Mæotidem paludem influit Tanais fluuius. 1. Meteor. c. 13. F.
2 In Mæotidem paludem tantum terræ cõuehunt flumina, ut minora nauigia innatent nũc quæſtus gratia, q̃ abhinc anno ſexageſimo. 1. Meteor. c. 14. I.
3 Mæotis fluit in Pontum Euxinum, quia Pontus eſt profundior & demiſſior. 2. Meteor. c. 1. E.
4 In Mæotidem plura flumina influunt, q̃ in alia maria ſecundum proportionem. 2. Meteor. c. 1. F.
5 Mæotis eſt ultimus receſſus Ponti Euxini. de Mundo ad Alexandr. c. 1. F. ✳.

MAGIS.
1 Magis tale eſt illud, propter quod unumquodq; eſt tale. 1. Poſter. T. Co. 5.
2 Magis quod uidetur alicui ineſſe, ſi non ineſt, ergo nec id, quod minus. 2. Topico. c. 4. B. & 2. Rhetor. c. 23. C.
3 Magis & minus ad cõſtruẽda aut deſtruẽda problemata quomodo ualeant, habes 2. Topic. c. 4. B. C.
4 Magis talia aut minꝰ talia quæ ſint, habes 3. Topic. c. 4. per totum.
5 Magis & minus quomodo conſyderẽtur in aſſignatione generis, habes. 4. Topico. c. 6. D. E.
6 Magis & minus recipiunt illa, quæ ſunt diuerſarum ſpecierum, ſi adinuicem comparentur reſpectu generis. 8. Ethicor. c. 1. C. Quære Locus dialecticus. Minus.

MAGISTRATVS.
1 Magiſtratus non eſt eligendus ſorte, quod Socrates ſimilitudinibꝰ prohibuit duabꝰ 2. Rhetor. c. 20. B.
2 Magiſtratus uirum oſtẽdit, ut dixit Bias. Declarãs per hoc, multos eſſe iuſtos ad ſe, qui ad alios iuſti non ſunt. 5. Ethic. c. 1. D.
3 Magiſtratus cuſtos eſt iuſti & æqui. 5. Ethicorum. c. 6. B.
4 Magiſtratus aliis laborat, non ſibi. 5. Ethicorum. c. 6. B.
5 Magiſtratus merces eſt gloria & honor. 5. Ethic. C. 6. B.
6 Magiſtratus, cui pro præmio non ſufficit honor & gloria, tyrãnꝰ eſt. 5. Ethic. c. 6. B.
7 In Magiſtratu qui conſtituti ſunt, licet alternis ſubſint, & præſint, requiritur tamen differentia habitus honoris & ſermonis erga illum, qui eſt in magiſtratu. 1. Politico. cap. 8. A.
8 Magiſtratuum gerendorum æqualitas uiciſſitudinis conſeruat ciuitatem. 2. Polit. cap. 1. D.
9 Magiſtratum melius eſſet geri ſemper ab uno, q̃ uiciſſim gerere, ſi poſſibile eſſet, ſed quando fieri non poteſt, quoniam omnes natura æquales ſunt, melius uiciſſim geritur. 2. Polit. c. 1. D.
10 Magiſtratum ſi ſemper iidem gerant, periculoſum eſt, & ſeditionis cauſa etiam apũ illos, qui excellentes non ſunt, quid ergo apud animoſos & bellicoſos uiros? 2. Politic. c. 3. G.
11 Magiſtratum petere ipſum, qui eligendꝰ eſt, non recte ſe habet. Oportet eñ & uolentem & nolentem ad magiſtratum aſſumere, ſi dignus ſit eo magiſtratu. 2. Politicor. c. 7. H.
12 Magiſtratum nemo petit, niſi honoris ſit affectator. 2. Polit. c. 7. I.
13 Magiſtratum bene gerere eũ, qui egenus ſit, impoſſibile eſſe, dicebant Carthaginẽſes. 2. Polit. c. 9. C.
14 Magiſtratus maximos eſſe uenales, prauum eſt. 2. Polit. c. 9. D. E.
15 Magiſtratus plures ab uno homine geri, prauum uidetur. 2. Polit. c. 9. E.
16 Magiſtratus conſtituit Solõ eligi ex nobilibus & locupletibus. 2. Polit. c. 10. C.
17 Magiſtratus alii ſunt determinati ſecũdũ tẽpus, ita ut non liceat illum niſi ſemel gerere, alii uero ſunt indeterminati. 3. Politicorum. c. 1. C.
18 Magiſtratus ciuitatis cui excellẽtiæ tribui debeant, an diuitibus, an nobilibus, dubitatur, & ſoluitur. 3. Polit. c. 8. per totum.
19 Magiſtratus in Aethiopia ſecundum magnitudinem corporis diuiduntur. 4. Politicorum. c. 4. A.
20 Magiſtratus eſſe breuioris temporis, expedit republicæ, quia in tempore breui non eſt ſimiliter machinari. 5. Polit. c. 8. B.
21 Ex Magiſtratibꝰ, maxime cauendum eſt, ne lucra proueniãt, quod eſt apprime utile reipublicæ. 5. Polit. c. 8. E.
22 Magiſtratus præcipuos adeuntes quales debent eſſe, & quibus pollere, oſtenditur. 5. Polit. c. 9. per totum.
23 Magiſtratum qui optime gerere debent, oportet Primo, ut præſentem ſtatum ciuitatis ament. Secundo, ut potentiam maximam habeant ad exequenda ea, quæ magiſtratus requirit. Tertio, ut habeant uirtutem & iuſtitiam in unaquaq; republica. 5. Politicor. c. 9. A.
24 Magiſtratum qui adire debet, ſi non concurrant in eo omnia, quæ debẽt, quid potius eligendum aut reſpuendum in eo uiro ſit, declaratur. 5. Polit. c. 9. A. B.
25 Magiſtratum ad rempublicam gubernandam nemo gerit apud Thebanos, niſi qui a ſordidis opificiis certum tempus deſtiterit. Et apud Maſſiliam iudicio facto, qui digni ſunt ad magiſtratum reipublicæ. 6. Polit. c. 7. B.
26 Magiſtratus alii ſunt neceſſarii, ſine quibꝰ ciuitas eſſe nõ poteſt, alii uero ſunt ad cultum & ornatum pertinentes, ſine quibus non poteſt ciuitas bene habitari. 6. Politicor. c. 8. A.
27 Magiſtratus ædilitas. Quære Aedilitas.
28 Magiſtratus Quæſtores & Receptores. Quære in ſuis dictionibus.



29 Magiſtratus pauciores debent eſſe in ciuitatibus paruis q̃ in magnis. 6. Politico. cap. 8. A.
30 Magiſtratus memorialis eſt, apud quem perſcribi oportet priuatos contractus iudicum, apud quem etiã poſtulationes, & uocationes in ius ſcribi debent. 6. Politicor. cap. 8. C.
31 Magiſtratus, qui repetat ratiões aliorum, & corrigat, ipſe uero nihil aliud agat, neceſſarius eſt. 6. Polit. c. 8. F.
32 Magiſtratus, qui tractant ea, quæ ad deorum cultum & templa pertinent, ut ſacerdotes, & æditui, neceſſarii ſunt in ciuitate. 6. Polit. c. 6. F. Quære Deus. 63. 64. Sacerdos.
33 Magiſtratus qui magis neceſſarii, & qui minus ſint, & qui magiſtratus quam rem gerere debeant, & quomodo, oſtenditur. 6. Polit. c. 8. per totum.
34 Magiſtratuum præſentia gignit ueram reuerentiam, uerum & liberalem pudorem. 7. Polit. c. 12. A.
35 Magiſtratus qui gerunt, quodammodo ſunt idem cum illis, quibus præſunt, quodammodo non ſunt, & quomodo id ſit, oſtenditur. 7. Polit. c. 14. A. B.
36 Magiſtratus uirtus eadem eſt, quæ & optimi uiri. 7. Politicor. c. 14. C. Quære Poteſtas pro magiſtratu. Princeps. Rex. Et reliqua magiſtratuum nomina.

MAGNANIMITAS. MAGNANIMVS.
1 Magnanimitas eſt uirtus magnorum beneficiorum effectiua. 1. Rhetor. c. 9. B.
2 Magnanimitas eſt mediocritas circa honorem & eius oppoſitum. 2. Ethicorum. cap. 7. B.
3 Magnanimitati opponitur lentitudo per exceſſum, puſillanimitas per defectum. 2. Ethico. c. 7. B.
4 Magnanimitati minus oppoſita eſt puſillanimitas q̃ lentitudo. 4. Ethic. c. 3. H.
5 Magnanimitas ipſo nomine dicit, ꝙ uerſatur circa magna. 4. Ethic. c. 3. A.
6 Magnanimitas in magnitudine eſt, ſicut pulchritudo in corpore magno. 4. Ethic. cap. 3. A.
7 Magnanimitas uidetur tanq̃ uirtutum ornamentum. 4. Ethic. c. 3. I.
8 Magnanimitas uirtutes efficit maiores, & illis ipſa non fit. 4. Ethic. c. 3. D.
9 Magnanimus uidetur eſſe, qui magnis eſt dignus, & dignum ſeſe magnis eſſe cẽſet. 4. Ethic. c. 3. A.
10 Magnanimus nõ eſt, qui parua meretur,

& illis ſeſe dignum cenſet.4. Ethicorum cap.3.A.

11 Magnanimus eſt magnitudine quidem extremus, ratione tamen eius, quod oportet, medius.4. Ethic.c.3.B.

12 Magnanimo opponitur lentus per exceſſum, puſillanimus per defectum.4.Ethic. cap.3. A.

13 Magnanimus uerſatur, ut oportet, circa honores & inhonorationes.4. Ethicorum cap.3.B.

14 Magnanimus optimus eſſe debet, cum ſit dignus magnis.4. Ethic.c.3.C.

15 Magnanimus nec periculo terreri debet, nec iniuriam facere.4. Ethic.c.3.C.

16 Magnanimus ſi bonus non eſt, ridiculus uidebitur, & ſi prauus eſt, honore indignꝰ eſt, quia honor uirtutis præmium eſt, ut bonis hominibus tribuitur.4. Ethicorum cap.3.D.

17 Magnanimum eſſe, difficile eſt, non enim aliquis magnanimus eſt, niſi omnes uirtutes habeat.4.Ethic.c.3.D.

18 Magnanimus lætabitur moderate pro honoribus, qui ei a bonis offerũtur, quia maiora offerri non poſſunt. Cõtemnet autẽ illos honores, quos etiam paruis & quibuſlibet homines tribuunt. 4. Ethicorum. cap.3.D.

19 Magnanimus non ſolum circa honores, ſed etiam circa diuitias & poteſtatem & proſperitatem & aduerſitatẽ fortunæ moderate ſe geret. Nec uehemẽter in proſperitate lætabitur, nec uehementer in aduerſitate dolebit.4.Ethic.c.3.D.

20 Magnanimi contemptores eſſe uidẽtur. 4.Ethic.c.3.E.

21 Magnanimi non ſunt ſine uirtute.4.Ethicor.cap.3.E.

22 Magnanimus nõ ſubit parua pericula, nec periculorum eſt cupidus, ſed cum in periculis uerſatur, uitæ ſuæ nõ parcit.4. Ethicor.cap.3.E.

23 Magnanimum pudet beneficia ſuſcipere, confert autem libẽter beneficium.4.Ethicor.cap.3.E.

24 Magnanimus ſi beneficium accepit, maius tribuere cogitat.4.Ethic.c.3.E.

25 Magnanimus uidetur meminiſſe eorum, quibus beneficia contulit, magis q̃ eorum a quibus accepit.4. Ethic.c.3.F.

26 Magnanimi eſt nullius indigere, & prompte aliis ſubminiſtrare.4.Ethic.c.3.F.

27 Magnanimi eſt eſſe magnum ad eos, qui in dignitatibus ſunt conſtituti, & in proſperitatibus fortunæ. Ad eos autẽ qui mediocres ſunt, mediocrem eſſe.4.Ethicor. cap.3.F.

28 Magnanimi eſt non ſe ingerere, ubi alii primas occuparũt, & ipſius eſt non parua agere, ſed magna.4.Ethic.c.3.F.

29 Magnanimi eſt odiſſe aut amare aperte, nam metuentis eſt occultare animum.4. Ethic.c.3.F.

30 Magnanimi eſt uirtutem magis q̃ opinionem curare, & aperte loqui & agere, utitur enim libertate.4. Ethic.c.3.F.

31 Magnanimus uerax eſt, niſi diſſimulatione utatur, qua utitur ad multitudinem, & non poteſt ad aliud uiuere, niſi ad amicũ. 4.Ethic.c.3.G.

32 Magnanimus non eſt procliuis ad admirandum, quia nil apud ipſum eſt magnũ. 4.Ethic.c.3.G.

33 Magnanimi eſt, non eſſe memorem mali illati, ſed potius deſpicere. 4. Ethicorum. cap.3.G.

34 Magnanimi eſt, nec de ſeipſo loqui, nec de aliis, nec curare, quid de ipſo dicatur. 4.Ethic.c.3.G.

35 Magnanimus non eſt laudator, nec maledicus, etiam in inimicos.4.Ethic.c.3.G.

36 Magnanimus non eſt querulus de neceſſariis uel paruis rebus.4. Ethic.c.3. G.

37 Magnanimi motus tardus eſt, & uox grauis, & locutio tarda.4.Ethic.c.3.G.

38 Magnanimitas eſt media inter inſolentiã & puſillanimitatem, de qua habes.1.Mag. Mor.c.26.per totum.

39 Magnanimi non ſunt infeſti, niſi contra iniuriantes.7.Polit.c.7.C.

MAGNES.

Magnes lapis ferrum trahit, & ideo Thales dixit, magnetem animam habere, quia mouet ferrum 1.de Aia.T.Co. 32.

MAGNESII. Populi Magneſiæ, Macedoniæ partis.

1 Magneſii finitimi ſunt Theſſalis.2. Politicor.c.7.A.

2 Magneſii equeſtri potentia excellebant olim, & a paucorum potentia gubernabãtur.4.Polit.c.3.A.✳.Magneſia.

MAGNETES.

Magnetes poeta poſterior ætate fuit Epicharmo.in Poet.c.1.E.

MAGNIFICVS. MAGNIFICENTIA.

1 Magnificẽtia eſt uirtus magnitudinis ſumptuum effectiua.1. Rhetor.c.9.B.

2 Magnificentia eſt mediocritas circa pecunias, cui opponitur puſillitas & ruditas. 2.Ethic.c.7.B.

3 Magnificus in hoc differt a liberali, ꝙ liberalis circa parua uerſatur, magnificus circa magna.2.Ethic.c.7.B.

4 Magnificus habet ſe ſicut quid inferius ad liberalem, nam omnis magnificus eſt liberalis non tamen econtrario.4. Ethico. cap.2.A.

5 Magnificus ſcienti ſimilis eſt, nam decorũ ipſum contemplari poteſt, & magnos cõcinne facere ſumptus.4. Ethic.c.2. A.

6 Magnifici ſumptus ſunt, ſi opus ſumptui, & ſumptus operi reſpondeat. 4. Ethicor. cap.2.B.

7 Magnificus cum uoluptate efficit ſumptus, & ſine parcitate erogando, nam exacta impenſarum ratio ad puſillitatem attinet.4.Ethic.c.2.B.

8 Magnificus potius debet cõſyderare, quomodo ipſum opus ſit pulcherrimũ & decens, q̃ quanti conſtiterit.4.Ethic.c.2.B

9 Magnificus non poteſt eſſe, qui pauper ẽ, cum non habeat ea, ex quibus multos ſũptus faciat.4.Ethic.c.2.C.

10 Magnifica q aggreditur, cum ſit pauper, fatuus eſt.4.Ethic.c.2.C.

11 Magnifica opera qui aggrediuntur, oportet, ꝙ magnas facultates habeant, aut a maioribus aut a ſeipſis. 4. Ethicorum. cap.2.C.

12 Magnifici eſſe debemꝰ in nuptiis, & in iis, quæ raro aut ſemel in uita fiunt.4.Ethic. cap.2.D.

13 ad Magnificum pertinet, domum extructam decenter habere, eſt enim quoddam ornamentum.4.Ethic.c.2. D.

14 Magnificus in iis debet maximos ſumptꝰ facere, quæ diuturno tempore duratura ſunt, quia hæc ſunt maxime pulcherrima. 4.Ethic.c.2.D.

15 Magnifici ſumptus inter ſe differunt. Nõ enim eſt idẽ ſumptus templi & ſepulchri. 4.Ethic.c.2.D.

16 Magnifici eſt, in quocunq; genere faciat, magnifice facere..4. Ethic.c.2.E

17 Magnificẽtia exuperat magnitudine ſumptuum liberalitatem, licet utraq; circa pecunias uerſetur.4.Ethic.c.2 . A.

18 Magnificentia uidetur eſſe uirtus quædã circa pecunias, non tamen circa omnes actus pecuniarios, ſed tantum circa ſumptꝰ. 4.Ethic.c.2.A.

19 Magnificẽtiæ opponitur puſillitas per defectum, ſordiditas uero per exceſſum. 4. Ethic.c.2. E.

20 Magnificentia eſt media inter iactationẽ, & paruificentiam, de qua habes.1 .Magn. Mor.c.27.per totum.

21 Magnificentiæ quædam dicuntur per trãſlationem, & non proprie .1. Magnor. Moralium.c.27.A.

MAGNITVDO.

1 Magnitudo finita aut infinita ſit, neceſſe eſt.3.Phyſic.T.Co.24.

2 Magnitudo infinita an ſit, maxime eſt phyſici conſyderare.3.Phyſic.T.Co.34.

3 Magnitudo non poteſt ſeparari ab eo, cuius ẽ, & per ſe exiſtere.3.Phyſic.T.Co.36.

4 Magnitudinis paſſio quædam eſt infinitũ. 3.Phyſic.T.Co.36.

5 Magnitudo actu infinita non eſt, diuiſione tamen eſt.3.Phyſic.T.Co.36.

6 Magnitudinis deciſiones infinitæ ſunt potentia, & ex illarum infinita diuiſione conſurgit infinitum in numero. 3.Phyſicorũ. T.Cõmen.68.

7 Magnitudo ſenſibilis infinita eſſe nõ oportet, ideo non contingit quacunq; data magnitudine aliam maiorem dari.3.Phyſicorum.T.Co.69.

8 Magnitudine infinita non utũtur mathematici, ſed tanta, quanta eis neceſſe eſt. 3. Phyſicorum.T.Co.71.

9 Magnitudinem infinitam qui tollit, non tollit mathematicorum cõſyderationem. 3.Phyſic.T.Co.71.

10 Magnitudinem eſſe infinitam uel finitam ad demõſtrationem parum reffert, ad eſſe rei multum intereſt.3.Phyſic.T.Co.71.

11 Magnitudo nec diuiſione nec intelligibili augmẽtatione infinita poteſt eſſe.3.Phyſicorum.T.Co.75.

12 Magnitudo quia eſt continua, tempus eſt continuum, quia motus conſequitur magnitudinem, & tempus conſequitur motum.4.Phyſic.T.Com.99.

13 Magnitudo non poteſt componi ex indiuiſibilibus.6.Phyſic.T.Com.4.

14 Magnitudo condiuiditnr motui & tempori & ipſi moueri.6.Phyſicorum.T.Cõment.37.39.

15 Magnitudo conſequitur motum & tẽpus & ipſum moueri in infinitate uel finitate. 6.Phyſic.T.Co.39.

16 Magnitudo infinita non poteſt pertranſiri in tempore finito, aut econtrario.6.Phyſic.T.Co.60.& ultra.

17 Magnitudo finita non poteſt eſſe uirtutis infinitæ, aut econtrario.8. Phyſic. T.Cõ. 79.& ultra.

18 Magnitudo nulla poteſt diuidi præterq̃ tribus diuiſionibus, ſcilicet longitudine latitudine & profunditate.1.de Cæl.T.Cõ

ment. 2.

19 Magnitudo omnis mobilis eſt ſecundum locum.1.de Cæl.T.Co.5.

20 Magnitudines ſimplices ſunt tantum recta & circularis.1. de Cæl. T. Co.5.

21 Magnitudo & eius leuitas aut grauitas ꝑportionantur.1.de Cæl.T.Comment.46 & ultra.

22 Magnitudinis maioris maior eſt grauitas, & minoris minor, & infinitæ infinita .1.de Cæl.T.Co.47.& ultra.

23 Magnitudinem omnem poſſibile eſt auferri, ſi corpus componatur ex ſuperficiebus.3.de Cæl.T.Co.14.

24 Magnitudine nulla præexiſtente, impoſſibile eſt corpus generari.3.de Cæl.T.Cõment.29.

25 Magnitudines proportionem habẽt inter ſe.3.de Cæl.T.Co.47.

26 Magnitudines indiuiſibiles quidam poſuerunt, ut Zeno.3.de Cæl.T.Co.65.72.& 1.de Gener.T.Co.8.& de Lineis indiuiſibilib c.1.B.

27 Magnitudinem aliquam eſſe indiuiſibilẽ, uel diuiſibilem, quæ ſit principium aliarũ rerum, multum intereſt ſcire.1.de Gener. T.Commen.7.

28 Magnitudo ſenſibile commune eſt. 2.de Aia.T.Co.64.133.

29 Magnitudo motu ſentitur. 2.de Anima. T.Co.133.

30 Magnitudo nulla eſt inuiſibilis de ſe, ſed defectu uiſus.de Sen.& Sen.c.6.A. B.C.

31 Magnitudo om̃is uidetur, q̃uis aliqua nõ uideatur tanta, quanta ſit, ut patet de ſole, quem uidemus minoris magnitudinis, q̃ ſit.de *Sen.*& *Sen.*c.7.L.

32 Magnitudo eadem parte animæ ſcilicet ſenſitiuo communi cognoſcitur, qua & tẽpus & motus.de Memor.& Reminiſcẽ. cap.1.E.

33 Magnitudinem intelligit anima, nõ extra mittendo, aut fundendo & applicando ſe magnitudini intelligendæ, ſed intelligit ſimilitudine magnitudinis maioris aut minoris, ut uoluerit. Magnitudinibus em̃ diuerſis diuerſæ reſpondent notiones in anima, nam ſi anima non intelligeret magnitudinem, niſi applicando ſe illi realiter, ſequeretur, animam nullam magnitudinẽ poſſe intelligere, niſi q̃ actu exiſtit, quod eſt abſurdum. de Memor.& Reminiſcen. cap.2.M.

34 Magnitudo ad aliquid eſt. 4. Ethicorum. cap.2.A.

35 Magnitudo eſt, quæ eſt diuiſibilis in continua.5.Metaph.T.Co.2.8.

36 Magnitudo actu infinita eſſe non poteſt. 11.Metaphy.c.9.B.

37 Magnitudo imperfecta generatione prior eſt, ſubſtantia uero eſt poſterior.13. Metaphyſi.c.2.E.

MAGNVM.

1 Magnum nil dicitur, niſi ad aliud. Prædicament.c.6. E.

2 Magnum non eſt per non contrariũ. Prædicament.c.6. F.G.

3 Magnum ex quibuſdam paruis componitur.de Lin.Indiuiſ b.c.1. A.

4 Magnum & paruum poſuit Plato materiam rebus.1.Metaph.T.Co.8.

5 Magno & paruo opponitur æquale ut negatio priuatiua.10.Metaphyſico.T.Comment..9.

6 Magnum & paruum quomodo opponãtur æquali, oſtenditur.10.Metaph. T.Co. 17.18.19. Quære Quantitas.✳

MAGVS.

Magi primum ens optimum ponunt.14. Metaph.c.4.C.

MAIORES.Aetate aut dignitate.

1 Maiores, iuſtum eſt, non contemni a minoribus.2.Rhetor.c.2.G.

2 Maiori cõcedere nemo dedignatur.7.Polit.c.14.B.Quære Senex.

MAIOR SYLLOGISMI. Quære Demonſtratio.Syllogiſmus.

MAIVS.

Maioris & minoris regulæ quædã traduntur.1.Rhetor.c.7.B.C.D.E.

MAIORA ANIMALIA. Quære Animal.1.94.118.

MALEVOLENTIA.

Maleuolẽtia opponitur indignationi per defectum .2. Ethicor. cap. 7. E. Quære Odium.

MALIENSES.

apud Malienſes magiſtratus creabantur ex iis, qui arma exercuerant.4. Politicor. cap.13.C.

MALIGNVS.

Malignus ſimilis eſt ciuitati, quæ legibus quidem utitur, ſed prauis.7 . Ethicorum. cap.10.C.

MALITIA.

Malitia in peiorem partem cunctaſuſpicatur.2.Rhet.c.13.A.✳.

MALLEATOR.Ferri.Quære Sonus.2

MALLEOLI.Oſſa illa in inferiore parte tibiæ utrinq; eminentia.

Malleoli neruoſi fortes arguunt, carnoſi molles.de Phyſiogn.G.✳



MALVS. Moribus.

1 Malorum punitione non dolent boni, ſed potius gaudent.2.Rhetor.c.9.C.

2 Mali ſeipſis non gaudent, niſi utilitas aliqua proueniat.8.Ethic. c.4.A.

3 Mali ſtabilitatem non habent, cum nec ſibiipſis ſimiles perſeuerent.8.Ethic.c.8. C.

4 Mali pœnitentia referti ſunt .9. Ethicor. cap.4.C.

5 Mali peiores ſunt malorum conſuetudine 9.Ethic.c .12.A.

6 Malis auferendum eſt imperium, opulentia, & ſimilia.2. Magnor.Moral.c.3.D.

7 Malus nequaq̃ poteſt ſibi eſſe amicus .2. Magnor.Mor.c.11.M.

8 Mali ipſi ſibi ſunt iucundi, ut ait Euripides.2.Magn.Mor.c.11.E.

9 Mali ad mala utiles ſunt.Vnde prouerbi aliter dicitur.Clauus clauo.5. Polit.c.11. D.Quære Bonus.Homo.55.57.59.60.76 Prauus. Iniuſtus.

MALVM.

1 Mala non ſunt facienda, ſed ſcienda, ut caueamus illa.1.Rhet.c. 1.I.

2 Malum qui aliis ſtruit, ſibiipſi malũ fabricatus eſt.3.Rhetor.c.9.D.

3 Malorum minima eligenda ſunt, ut dicũt in ſecunda nauigatione, quæ ſcilicet eſt, quando nautæ uento deſtituti remis nauẽ impellunt.2.Ethic.c. 9.B.

4 Malum ſeipſum deſtruit, & ſi integrũ undiquaq; ſit, intolerabile eſt.4.Ethicorum. cap.5.B.

5 nõ Malum quodammodo bonum eſt.7. Ethic.c.14.A.

6 Malum bono contrarium eſt. 7. Ethicor. cap.14.A.

7 Malum malo contrarium eſt.10.Ethicor. cap.2.C.

8 Malorum cauſam, dixit Empedocles, eſſe diſcordiam ſeu litem.1. Metaphyſicorum. cap.4.E.

9 Malum ponebãt Pythagorici unum e decem prædicamentis.1. Metaphyſicorum. cap.5.C.

10 Malum non eſt aliqua natura præter res, & poſterius eſt potentia.9. Metaphyſicor. T.Co.19.

11 Malum non eſt in perpetuis.9. Metaphy. T.Commen.19.Quære Bonum.Prauus. Peſſimus.

MANCIPIVM.

Mãcipio nemo tribuit felicitatem, niſi tribuat uitã ſtudioſam.10.Ethic.c.6.C.Quære Felicitas.Seruus.

MANDRAGORA. Hærba quædam ſoporifera.

Mandragora ſomnum inducit. de Somn. & Vigil.c.3. D.

MANIFESTVM.

Manifeſta negare impudentia eſt.2.Rhetorico.c.3.A.

MANSVETVDO. MANSVETVS Vt dicit uirtutem moralem.

1 Manſuetudo iræ opponitur.2.Rhetoric. cap.3.A.

2 Mãſuetudo eſt ſedatio atq; depreſſio iræ 2.Rhetor.c.3.A.

3 Manſuetus quis ſit, & quomodo, & quib9 & quas ob res, oſtenditur .2. Rhetoricor. c.3.per totum.

4 Mãſuetudo eſt mediocritas circa iram, cui opponitur iracũdia per exceſſum, iræ uacuitas per defectum.2. Ethicorũ. c.7. C.& 4.Ethic.cap.5. A.

5 Manſuetus eſt, qui iraſcitur pro quibus oportet, & quibus oportet, & ut oportet, & quando oportet, & quanto tempore oportet.4.Ethic.c.5.A.

6 Manſuetus perturbatione caret, & nõ ducitur affectu, ſed iraſcitur, ut ratio iubet.4 Ethicor.c.5.A.

7 Manſuetus non eſt uindex, ſed potius clemens, & ad ueniam dandam propenſior. 4.Ethic.c.5.A.

MANTINIA.Arcadiæ urbs.

1 apud Mantiniam aliquando fuit popularis gubernatio.6. Polit.c.4.B.

2 apud Mantiniam & ſi non eligit populus magiſtratus, conſultandi tamen & deliberandi habent poteſtatem .6. Polit.c.4.B. Quære Argiui.6.

MANVOPERARIVS.Qui Ariſtoteli eſt χειροτέχνης.

Manibus operãtes ignobiles ſunt, & ſe habent ſicut inanimata reſpectu architectorum.1.Metaphy.c.1.E.

MANVS.

1 Manus eſt inſtrumentum inſtrumentorũ 3.de Aia.T. Co.38.

2 Manus habens digitos copulatos immundum arguit, curtos & craſſos temerariũ. de Phyſiognom.G.

3 Manus dextra natura eſt ualidior q̃ ſiniſtra.5.Ethic.c.7.B.✳

MARATHON. Locus celebris in Attica.Quære Athenienſes.7.✳.Spina piſcis

MARE.

1 de Mari quæ tradita ſũt a philoſophis ante Ariſtotelem, talia ſunt, qualia uel contẽptiſſimus quiſq; dicere poſſit.1.Meteoror. cap.13.A.

2 Mare nõ ſemper in eiſdem locis eſt, quia aliquãdo erit, ubi prius non erat, aut ecõtrario. 1. Meteor. c. 14. A.

3 Maris mutationes propterea minus compertæ ſunt nobis, quia prius gentes, quæ illic habitant, pereunt, q̃ illæ mutationes fiant a principio uſq; ad finem, & tales mutationes longiſſimæ ſunt, reſpectu humanæ uitæ. 1. Meteo. c. 14. D.

4 Mare rubrum Nilo flumine altius eſt, qđ comperientes Seſoſtris & Darius Aegypti reges a deducendo aluco ex ipſo mari ad Nilum deſtiterunt, ne aqua Nili corrumperetur. 1. Meteor. c. 14. M.

5 Maris fontes eſſe, dicunt antiqui, qui circa theologica uerſati ſunt. 2. Meteo. c. 1. A

6 Mare & terrã eſſe maximã & principaliorem ptẽ uniuerſi, dixerũt antiqui tragœdiæ inſtar, tanq̃ quid ſublime. 2. Meteor. cap. 1. A.

7 Mare eſſe humorem, quo prius tota terra erat operta, & deinde ſolis & lunæ conuerſionibus & uentis exſiccatam terram, & quod ſupereſt eſſe mare, quod tandem exſiccandum eſt, dicunt antiqui, qui humana ſapientia antecellunt. 2. Meteoror. cap. 1. B.

8 Maris ſalſedinem quidam eſſe dixerunt, quia illi immixta ſit terra talis, ſicut aqua tranſmiſſa per cinerem ſalſa redditur. 2. Meteor. c. 1. C.

9 Mare quidam dixerunt, eſſe ſudorem terræ, & ideo eſſe ſalſum, quia ſudor ſalſus ẽ. 2. Meteor. cap. 1. B.

10 Maris fontes impoſſibile eſt eſſe, quia nec ipſum mare fluit, nec manufactũ eſt, quorũ alterũ fontes paſſi ſunt, & quia complura ſunt maria non commixta adinuicem, ſed circundata undiq; terra, & habitata in circuitu, ut Caſpium mare, cuius fontes ſi eſſent, non laterent. 2. Meteororum. c. 1. D. E. F. G.

11 Mare non fluit, ſed uidetur fluere, cum ex amplo loco in anguſtum coarctatur, ꝑpterea ꝙ ſæpe ultro citroq; libraẽ, qui motus minus percipitur in uaſto mari. 2. Meteor. c. 1. D. E. F.

12 Mare rubrum paulum uidetur miſceri cũ eo, quod eſt extra columnas. 2. Meteoro. cap. 1. D.

13 Mare uidetur etiã fluere, qa altiora maria fluũt ad ꝓfundiora. Nã mare, qđ eſt intra Meotidem & columnas Herculis, ſemper uidetur fluere a Mæotide columnas uerſus. Vt Mæotis fluat in Pontum, Pontus in Aegeum, Aegeum in Siculum, Siculum in Sardoum & Tyrrhenum, quæ ſũt profũdiſſima maria mediterranei maris. 2. Meteor. c. 1. E. F.

14 Maria extra columnas breuia ſunt, id eſt non profunda propter lutũ, & flatib⁹ non ſollicitantur, quia in cauo ſunt. 2. Meteor. cap. 1. E. F.

15 Mare Euxinum. 2. Meteoror. cap. 1. G. Quære Euxinum.

16 Mare Aegeum. 2. Meteor. c. 1. G. Quære Aegeum.

17 Mare Thyrrenum. 2. Meteoror. cap. 1. G. Quære Thyrrenum.

18 Mare Sardoum. 2. Meteororũ. cap. 1. G. Quære Sardoum.

19 Mare Siculum. 2. Meteororum. cap. 1. G. Quære Siculum.

20 Mare Hircanum. Quære Hircanum.

21 Mare Caſpium. Quære Hircanum.

22 Mare, quidam dixerunt, eſſe elementum aquæ, quia ſicut ignis, & terræ & aeris eſt locus ille, ubi magna copia huiuſmodi inuenitur, ita & aquæ locum dicunt mare, quia nullibi tanta aquæ copia inuenitur. 2. Meteor. c. 2. A.

23 a Mari egredi omnia flumina, & in mare fluere, dixere quidam. 2. Meteororum. cap. 2. B.

24 Mare per terram colari, quando flumina ab eo exeunt, & ſic amittere ſalſedinem, & aquam fluuiorum reddi aptam potui, dixerunt quidam. 2. Meteoror. c. 2. B.

25 Mare omnis aquæ & omnium humidorũ principium putatum eſt a multis. 2. Meteoror. c. 2. B.

26 Mare ideo ſalſum ẽ, quia ſubtile & dulce, quod in ipſo eſt, propter ſuam leuitatem eleuaẽ a ſole & aliis ſtellis. Quod uero ſupereſt, ſubtus manet propter grauitatem, & ſalſum eſt. Sicut uidem⁹ in animalibus, ꝙ leuia & dulcia ſurſum tolluntur, & conuertuntur in carnes & alias partes, grauia uero ſubſidunt, & amara ſunt. 2. Meteor. cap. 2. F.

27 Maris loc⁹, incõueniens eſt credere, ꝙ nõ ſit receptaculũ aquarum dulcium & ſubtilium, ſicut amararum. 2. Meteororum. capit. 2. G.

28 Mare locum concauum poſſidet. 2. Meteoror. c. 2. G.

29 Mare non augetur tot fluuiis & tantis ipſum ingredientibus, quia aqua fluuiorum ex anguſto in latum diffunditur, & exſiccatur latenter. 2. Meteor. c. 2. H.

30 Maria omnia e tartaro originem habere, ſcripſit in Phædone Plato. 2. Meteoror. cap. 2. L.

31 Mare aliquando conſumendum, putauerunt quidam. 2. Meteor. c. 3. A.

32 Mare omnes dicũt factum ſeu genitum, ſicut & mundum totum. 2. Meteororum. cap. 3. A.

33 Mare perpetuum eſt, ſi mundus perpetuus eſt. 2. Meteor. c. 3. A.

34 Mare defecturum cenſet Democritus, qđ a fabulis Aeſopi nil differre uidetur. 2. Meteororum. cap. 3. A.

35 Mare dixit Aeſopus fabulator abſorbendum a Charybdi, ſi tertio ſorpſerit, decorum perſonæ ſeruans, cum irato in nautã talia congruerent, ueritatem uero inueſtiganti non conueniant. 2. Meteoror. c. 3. B. Quære Charybdis.

36 Mare cur ſalſum ſit, non poſſunt cauſam reddere, qui ipſum generatum ponunt. 2. Meteor. c. 3. D.

37 Mare ſalſum eſſe, aliqui dixerunt, quia flumina conuehunt in mare terræ ſalſedinem, & ſic ſalſum mare reddũt. Quod ſalſum eſſe, ex eo probatur, ꝙ flumina ipſa ſalſa magis deberent eſſe q̃ mare, qđ contra eſt, & tantillum terræ non ſufficeret tãtam maris molem ſalſam reddere. 2. Meteoror. c. 3. E.

38 Maris ſalſedinem, dixit Empedocles, eſſe ſudorem terræ, & mare ipſum ſudorem eſſe terræ. 2. Meteor. c. 3. F.

39 Mare idem manens ſecũdum ſpeciem & quantitatem mutatur ſecundum partes. 2. Meteor. c. 3. G.

40 Mare ſalſum eſt ex admixtione exhalationis ſiccæ & uſtæ eleuatæ a ſole & aliis aſtris, quæ exhalatio per mare tranſit, & in ipſum relabitur, & hic redditur ſalſum ut aqua, per quam colantur cineres & ſedimẽta indigeſta ut urina. 2. Meteororum. c. 3. G. H. I. L.

41 Mare ideo ſalſum eſſe, aliqui dixerunt, ꝙ terra aliquando combuſta fuit, & illum ſalſum reddidit. 2. Meteor. c. 3. I.

42 Mare ſalſum eſſe ex admixtione ſiccæ & calidæ exhalationis, oſtendunt pluuiæ auſtrales & autumnales, quæ propter huiuſmodi admixtionẽ ſalſiuſculæ ſunt. 2. Meteor. c. 3. N.

43 Mare ſalſum eſſe ex admixtione terreſtrium partium combuſtarum, ex hoc etiam oſtẽditur, quod ei⁹ aqua cæteris aquis calidior ſit, quia quod ignitum fuit, potentia calidum eſt. 2. Meteor. c. 3. N.

44 Maris aqua, quæ in uaporem cõuertitur, potabilis euadit, nõ enim amplius retinet naturam maris. 2. Meteor. c. 3. O.



45 Mare non deficit, niſi ſecundum loca quædam, nã quod a mari eleuatur, rurſum cadit in illud. 2. Meteor. c. 3. P.

46 Maris ſalſedinem eſſe ex mixtura terreſtrium partium deuſtarum, ex hoc colligitur, ꝙ ſi quis immergat in mare uas cereũ undiq; clauſum, aqua, quæ per ceræ poros ingrediẽ, potabilis erit & nõ ſalſugioſa, qa terreſtre admixtum ſegregatum eſt a cera. 2. Meteor. c. 3. P.

47 Maris aqua craſſior eſt & ſpiſſior propter ſalſedinem, unde naues magnæ ſupernatant, nã mare fere cœnum eſt & lutum. Si enim quis multo ſale infecerit aquam, oua ſupernatabunt, etiam ſi plena ſint. 2. Meteoror. c. 3. Q.

48 Mare totum nunq̃ putreſcit, quia eius calor & frigus maiora ſunt, q̃ calor extrane⁹ circũſtans, pars uero a mari ſeparata cito putreſcit, quia minorem calorem & frigus habet, q̃ ſit calor circumſtans. 4. Meteor. T. Com. 13.

49 Mare non eiuſdem coloris apparet, ſi longe ſpectetur, & ſi prope. de Senſ. & Senſ. cap. 3. D.

50 Mare odorem habet, quia permixtionem ſapidi & ſicci habet. de Sen. & Sen. c. 5. B.

51 Mare inter Siciliam & Italiam, cõſtat, creſcente luna, creſcere, decreſcente luna, decreſcere. de Admirand. Audit. 50.

52 Mare, quod eſt inter Siciliam & Italiã, tanto feruore tumeſcit, irruẽte æſtu ex Thyrreno mari, ut nemo præ timore intueri audeat. Nam cum ex lato pelago in fretum anguſtiſſimũ deferatur, horribiles fluctus extollit. de Admirand. Aud. 101.

53 Mare mediterraneum primo arctatur ad Herculis colũnas, unde ab oceano terras irrumpente ſit, deinde panditur, & iterum in anguſtum coit, rurſusq; dilatatur, & rurſus coarctatur. de Mundo ad Alexandrũ. cap. 1. F.

54 Mare mediterraneum ab Herculis colũnis nauigantibus bipartito ſinuatur, dextrorſum in Syrtes, ſiniſtrorſum tria maria cõſtituit, Gallicum, Sardoum, Adriaticũ. Et poſt hæc Siculum, Creticum, Aegyptium, Pamphylicum, Syriacum, Aegeum, & Myrtoum. de Mundo ad Alexandrum cap. 1. F.

55 Mare poſt aerem collocatur. de Mundo ad Alexand. c. 1. D.

56 Maris communio habenda eſt ciuitati ꝓpter multa commoda, quæ aliter haberi non poſſent, & ſi qua incommoda uiden-

tur ex commerciis maritimis prouenire, uitari facile poſſunt.7.Polit.cap.6.per totum.✳.

MARGITES. Inſignis quidam fatuus. Eſt & Homeri opus ab eo dictum.

1 Margites Homeri opus eſt. in Poetic. cap.1.G.

2 Margites nec arare,nec fodere norat,nec ad rem ullam utilis erat.6.Ethic.c.7.A.

MARITHA.Lapis.

Maritha ſi conteratur, incenditur,& ſi in puluerem redigatur,& aſpergatur aqua, iterum flammas emittit. de Admirand. Audit.37.

MARITVS.

Mariti ad uxorem magis eſt iuſtum ciuile q̃ patris ad filium,aut domini ad ſeruū. 5.Ethic.cap.6.B.

2 Mariti ad uxorem amicitia eſt excellẽtiæ, in quo uero conſiſtat,oſtenditur. 8.Ethicor.cap.7.A.

3 Maritus ſi in omnibus dominetur, ſimilis eſt paucorum potentiæ,nam maritus præter dignitatem hoc facit, & non ea ratione, qua eſt præſtabilior.8. Ethicor. cap.10.C.

4 Mariti uirtus alia eſt a uirtute uxoris.1. Politic. cap. 8. D. E. Quære Mas.Vir. Vxor.

MARS.Planeta.& pro deo Poetico.

1 Martis ſtella uiſa eſt ab Ariſtotele ſubintrare lunam dimidia parte lucidam,& occultata fuit,deinde egreſſa eſt per partem lucidam. Ex quo,ſuper lunam eſſe,colligitur.2.de Cæl.T.Commẽt.60.

2 Martis ſtella poſt Iouem uerſus terram collocatur. de Mundo.ad Alexãd.c.1.C.

3 Martis clypeus illius phiala apte dicetur, ſi Bacchi phiala illius clypeus eſt.3.Rhetor.cap.4.D.Quære Venus.9.

MASCVLVS.

1 Maſculus omnis ſecundum naturam longioris uitæ eſt q̃ fœmina,quia in quocũq; genere calidius animal maſculus eſt fœmina.de Longit. & Breuit. Vit. c.2.F

2 Maſculorum ſuperiora maiora ſunt q̃ fœminarum, quia calor occupat ſuperiora in maſculis. de Longit. & Breuit. Vit. cap.3.D.

3 Maſculus maior & fortior eſt q̃ fœmina, & oẽs corporis extremas partes maiores & groſſiores habet.de Phyſiognom.D.

4 Maris & fœminæ copula cauſa generationis non eſt ex electione,ſed eſt naturale deſiderium relinquendi alterum ſibi ſimile.1.Polit.cap.1.B.

5 Maſculus fœminæ imperare debet ſecũdum naturam,quia præſtatior eſt maſculus fœmina.1.Polit.cap.3.F.

6 Maſculus principalior eſt q̃ fœmina natura.1.Polit.cap.8.A.

7 Marium corpora non permittuntur creſcere,ſi aſſueſcant uenereis intempeſtiue. 7.Polit.c.16.B.

8 Mares contrahere debent coniugium circa ætatem annorum ſeptem & triginta. 7.Politic.cap.16.C. Quære Fœmina. Maritus. Vir. Vxor. Matrimonium.

9 Maſculinum dicebant Pythagorici, unum eſſe e ſuis decem prædicamentis.1.Metaphyſic.c.5.C.

10 Maſculus ſe habet ad fœminam ut agens. 1.Metaphyſic.T.Co.9.✳.

MASSILIA. Vrbs maritima in Gallia narbonenſi a qua.MASSILIENSES.

1 Maſſilienſium lacus eſt in collimitio Liguriæ,qui plerũq; adeo ebullit,ut effundete aquas uideatur. Nam flantibus Eteſiis, tantum limi ab imo ad ſuperficiem euomit, ut aqua non uideatur, tantumq; piſcium euomit,ut fidem excedat. Quod intuentes uicini confracta tribus locis illius cute,piſces tot hauriunt, quot uoluerint. de Admirand. Audit. 79. Quære Iberia.2.

2 apud Maſſiliam nemo admittitur ad rempublicam gubernandam,niſi prius facto iudicio,an dignus ſit.6.Politic.c.7.B.

MATER.

1 Matres appellant omnes fœminas pueri.1.Phyſic.T.Comment.5.

2 Matrem mactauit quidam ob inſaniam, & comedit.7.Ethic.c.5.A.

3 Matres amant filios,etiam ſi ab ipſis non amentur,amant tamen ipſos,& gaudent, ſi illis bene ſit,etiã ſi illi matres non agnoſcãt. 8. Ethicor.cap.8.A.

4 Matres filios ſuos amãt,& una dolent,& gaudent,& bona ipſis uolunt ipſorũ gratia.9. Ethic.cap.4.A.

5 Matres magis amant filios, quia generatio laborioſa eſt, & magis ſciunt eſſe ſuos.9.Ethic.c.7.C.

6 a Matre eſt omnibus genitis educatio.1. Oeconom.c.2.A.

7 Matris eſt filios nutrire ſicut patris erudire.1. Oeconom.c.2.A. Quære Filius. Parens.✳.

MATERIA. & MATERIA PRIMA.

1 Materiam neceſſe eſt eſſe,cum forma ſit. 2.Poſter.T.Comment.11.



2 Materia prima cognoſcitur in analogia ad formam.1.Phyſic.T.Co.69.

3 Materiam primam ſubiici oportet.1.Phyſicorum.T.Comment.71.

4 Materiam quidam philoſophi,ut Parmenides,non diſtinguebant a priuatione.1. Phyſic.T.Comment.79.

5 Materia & priuatio diſtinguuntur. 1.Phyſicorum.T.Comment.79.

6 Materia eſt non ens per accidens. 1.Phyſicorum.T.Comment.79.

7 Materia eſt prope ſubſtantia, & res.1. Phyſic.T.Comment.79.

8 Materia cum forma eſt cauſa generatorum ſicut mater.1.Phyſic.T.Co.80.

9 Materia non appetit formam,ut eſt ſub illa,nec ut ſub cõtrario eſt.1.Phyſicorum. T.Comment.81.

10 Materia nõ eſt fœmina,nec turpe per ſe, ſed p accidẽs,appetit autem formã,ut fœmina uirum.1.Phyſic.T.Co.81.

11 Materia ingenerabilis & incorruptibilis eſt.1.Phyſic.T.Comment.82.

12 Materia quodammodo corrumpitur, & quodammodo non corrumpitur.1.Phyſicorum.T.Comment.82.

13 Materia corrumpitur ſecundum qđ in ea eſt priuatio.1.Phyſic.T.Comment.82.

14 Materia prima eſt primum ſubiectum unicuiq;,ex quo fit aliquid,cum inſit nõ ſecundum accidens.1.Phyſic.T.Co.82.

15 in Materiam primam corrumpitur,omne quod corrumpitur.1.Phyſic.T.Co.82.

16 Materia eſt ſuſcipiẽs pmanẽs,ſiue patiẽs continue.2.Phyſic.T.Comment.7.

17 Materia ẽ natura.2.Phyſic.T.Co.7.8.81. &.7.Metaphyſic.T.Co.22.

18 Materiam primam,quidam dixerũt, eſſe terram,quidã aerem,alii ignem,alii aquã, alii aliquod horum, uel omnia ſimul.2. Phyſic.T.Comment.9.

19 Materia minus eſt natura q̃ forma.2.Phyſic.T.Comment.12.

20 Materiam cõſyderare debet phyſicus,ſed non ſine forma.2.Phyſic. T.Comment. 21.& deinceps.

21 Materiam tantum conſyderauerunt antiqui.2.Phyſic.T.Comment.22.

22 Materiam & formam conſyderare eiuſdẽ ſcientiæ eſt.2.Phyſic.T.Comment.22.

23 Materiam faciunt quædam artes,quædã uero præparant.2.Phyſic.T,Co.24.

24 Materia ineſt phyſicis omnib9.2.Phyſic. T.Comment.23.25.

25 Materiam facimus propter opus in artificialibus.2.Phyſic.T.Comment.25.

26 Materia eſt eorum,quæ ſunt ad aliquid. 2.Phyſic.T.Comment.26.

27 Materiam debet conſyderare,qui generationem conſyderat.2.Phyſic.T.Co.72.

28 Materiam conſyderat phyſicus. 2.Phyſicorum.T.Comment.74.

29 Materiam, ponebant antiqui, eſſe, unde proueniebat neceſſitas in naturalibus. 2. Phyſic.T.Comment.75.

30 ꝓpter Materiæ neceſſitatẽ licet nõ fiat talis uel talis diſpoſitio,nõ tamẽ fit ſine materialibus principiis. 2. Phyſicorum. T.Comment.88.

31 Materia in naturalibus ex neceſſitate ſuppoſitionis ponitur ſicut in artificialib9.2. Phyſic.T.Comment.88.

32 Materia non quia talis eſt,talis finis ponẽdus,ſed quia eſt talis finis,talis materia ponenda eſt.2.Phyſic.T.Comment.88.

33 in Materia eſt neceſſitas,ratio uero neceſſitatis in fine.2. Phyſic.T.Comment.88.

34 Materia ſpeciem non habet. 3.Phyſicorum.T.Comment.65

35 Materia pars eſt totius, ſicut æs ſtatuæ 3.Phyſic.T.Comment.66.

36 Materia continetur a forma. 3.Phyſic.T. Comment.67.

37 Materia uidetur eſſe locus,quia ſicut materia recipit uarias formas manens eadẽ, ſic loc9 diuerſa locata. 4.Phyſicorum.T. Comment.38.

38 Materia non eſt ſeparabilis a re, cuius eſt materia,nec continet,ideo non eſt locus,cum locus & ſeparari a locatis poſſit, & locata contineat.4.Phyſic.T.Co.38.

39 Materiam,quidam dixerunt,eſſe uacuũ. 4.Phyſic.T.Commẽt.59.

40 Materia nõ eſt ſeperabilis a corporibus. 4.Phyſic.T.Comment.59.

41 Materia eadem eſt contrariorum.4.Phyſicorũ.T.Co.84.&.2.de Cæl.T.Co.18.

42 Materia non eſt ſeparabilis a contrariis, eſt tamen diuerſa ab eis ratione.4.Phyſicorum.T.Comment.84.

43 Materia una numero eſt ſub diuerſis cõtrariis.4.Phyſic.T.Comment.84.

44 Materia eadem numero nunc ſub magna quantitate,nunc ſub parua reperiẽ, ut ſi ex aqua fiat aer,aut econtrario. 4. Phyſic.T.Comment.84.

45 Materia non perdit, aut acquirit aliquas partes,quãdo eadẽ fit ſub diuerſis quãtitatibus nunc parua nũc magna,ſed nata eſt utrũq; ſubire.4.Phyſic.T.Co.84.

46 Materia eiuſdem rari & denſi una eſt. 4.Phyſicorum.T.Comment.84.

47 Materiæ eſt cõtineri.2.de Cæl.T.Co.74. &.4.de Cæl.T.Comment.35.

48 in Materia eſt, quicquid eſt ſenſibile.1.de Cæl.T.Co.92.

49 a Materia prouenit,ut ſint multa indiuidua in eadem ſpecie.1.de Cæl.T.Co.92. &.7.Metaphy.T.Comment.28.

50 in Materia q̄ habent eſſe, non contingit eſſe, niſi materia ſit. 1.de Cæl: T.Comment..94.

51 Materiam omnem occupauit hic mũdus 1.de Cæl.T.Co.95.

52 Materia cauſa eſt,ꝙ aliqua aliquando nõ ſint,aliquando ſint.1.de Cæl.T.Co.136.

53 Materia prima,quod eſt ſubiectum generationis,quodammodo non eſt ens ſimpliciter,quodammodo eſt,quia nõ eſt ens in actu, eſt tamen ens in potentia.1.de Gener.T.Co.11.

54 Materia prima quia perpetua eſt,eſt cauſa,ut perpetua ſit generatio.1.de Gener.T.Co.14.15.16.

55 Materia prima non eſt infinita,ideo dubium ſatis magnum eſt,cum illa,q̄ corrumpuntur,abeant in non ens,quomodo materia non eſt omnino redacta in nihilum, quod tamen non fit,quia corruptio unius generatio eſt alterius, & econtrario.1.de Gener.T.Co.16.

56 Materiam primam non ideo dicendum non deficere,quia ſemper eſt min⁹, quod generatur.1.de Gener.T.Co.17.

57 Materia prima eſt maxime ſubiectum quidem proprium generationis & corruptionis ſuſceptibile, ſed quodammodo etiam ſubiicitur aliis tranſmutationibus. 1. de Gener.T.Co.24.

58 Materia non poteſt ſeparari a forma & a paſſionibus.1.de Gener.T.Co.29.31.32.

59 Materia corporea eſt & talis corporis eſt.1. de Gener.T.Co.3.

60 ſecundum Materiam q̄dam partes ſunt, q̄dam ſecundum formam.1.de Gener.T. Comment.35.

61 Materiã unã,neceſſe eſt, eſſe ſubiectam iis, quibus competit actio.1.de Gener.T.Cõment.43.

62 Materiã unã non habent ſubiectã omnia, ſed quibus competit actio & paſſio.1.de Gener.T.Co.43.

63 in Materia formam habentia omnia paſſibilia ſunt.1.de Gener.T.Co.54.

64 in Materia formam non habentia omnia ſunt impaſſibilia.1.de Gener.T.Comment..54.

65 Materia eſt cuilibet oppoſitorũ ut gen⁹. 1.de Gener.T.Co.14.

66 Materia,ut materia,paſſiuum quid eſt. 1.de Gener.T.Co.8.

67 Materia non dicitur miſceri formæ, ſed effici,ut ſit in actu per formã.1.de Gener. T.Comment.83.

68 Materia quorum non eſt una eadem,non poſſunt mutuo pati.1.de Gene.T.Co.87.

69 Materiam,alii poſuerunt,eſſe aerem. Alii ignem.Alii medium corpus inter hæc,qđ erat corpus & ſeparabile.Alii duo elemẽta Alii tria.Alii quatuor, ut Empedocles.2. de Gener.T.Co.2.

70 Materiam corpoream ſeparabilem qui faciunt,errant,quia impoſſibile eſt, ꝙ hoc corpus, quod materiam ſeparabilem faciunt,ſine contrarietate ſit, nam aut graue aut leue aut calidum aut frigidũ neceſſe eſt eſſe.2.de Generatio.T.Com.3.

71 Materiam primam,impoſſibile eſt, eſſe ſuperficies.2.de Gener.T.Co.5.

72 Materia una eſt omnium corporum ſenſibilium,& non ſeparabilis,ſed ſemper cũ contrarietate,ex qua generantur uocata elementa.2.de Generatio.T.Co.6.

73 Materia ſubiectum eſt contrariorum.2. de Generatio.T.Com.6.

74 Materia corpus ſenſibile eſt potẽtia.2.de Gener.T.Comment.6.

75 Materia inſenſibilis & inſeparabilis eſt medium tranſmutationis contrariorum.2.de Gener.T.Comment.34.

76 Materia cauſa eſt, quare aliqua poſſunt eſſe uel non eſſe,quia eſt in potentia.2. de Gener.T.Comment.51.

77 Materiam,quidam dixerunt,eſſe cauſam efficientem generationis. 2.de Generation.T.Comment.52.

78 Materiam, qui dicunt, eſſe cauſam efficientem generationis, magis ſecundum naturam loquuntur, q̄ ii,qui dicunt,ideã eſſe cauſam generatiõis.2.de Generatio. T.Comment.53.

79 Materiam non eſſe cauſam efficientem generationis,ex eo probatur,ꝙ materiæ eſt moueri & pati,agere uero & mouere alterius eſt potentiæ. 2. de Generatio. T.Comment.53.

80 Materiam qui dicunt, cauſam eſſe efficiẽtem generationis,tollunt principialiorem cauſam, quod eſt eſſe & formam. 2.de Gener.T.Comment.53.

81 Materiam,qui dicebant,eſſe cauſam efficiẽtem generationis, quædam abſona ponebant, quæ referuntur, & refelluntur.2. de Gener.T.Comment.54.55.



82 Materiam appellare ſolemus ſubiectum patiens.1.Meteor.cap.2.B.

83 Materia eſt,in quam unumquodq; reſoluitur.1.Meteor.c.3.A.

84 circa Materiam duæ cauſæ uerſari ſolent, agens,unde principium motus,& paſſio, ut ſpecies.4.Meteor.T.Comment.30.

85 Materia ubi plurimum eſt,formæ parum eſt.4.Meteor.T.Comment.54.

86 Materia nihil aliud eſt q̄ materia. 4.Meteor.T.Comment.54.

87 Materia ſubſtantia eſt,non tamen eſt hoc aliquid.2.de Anima.T.Co.2.

88 Materia potentia eſt,cuius actus & perfectio eſt forma.2.de Anima.T.Co.2.

89 Materia & forma cur ſint unum,nõ oportet quærere.2.de Anima.T.Comment.7.

90 ſine Materia ſuſcipit ſpecies ſenſus. 2. de Anima.T.Comment.12.138.

91 Materia omnis quodammodo habet illico contrarium. de Longit. & Breuit. Vit.cap.1.G.I.

92 Materiam habenti impoſſibile eſt,non exiſtere aliqualiter contrarium.de Longit.& Breuit.Vit.c.1.I.

93 Materiã ſubminiſtrat ars arti quandoq;.1. Polit.cap.5.A.

94 Materiam ſubeſſe cuicunq; artifici, neceſſe eſt,& tanto perfectius & melius operabitur artifex, quanto materia melior fuerit.7.Polit.c.4.A.

95 Materiam tantum cognouerunt antiqui philoſophi,quia ea eſt,ex qua uidetur eſſe principium rei,ex quo omnia fiũt primo, & in quod ultimo corrumpũtur. 1.Metaphyſicorum.c.3.B.

96 Materiam aliqui ponebãt unã,aliqui plures.1.Metaphy.c.3.C.

97 Materiam primam, aliqui dixerunt,eſſe aquã,ut Thales,& antiq poetæ,alii ignẽ, ut Hippaſus, & Heraclitus, alii aerem,ut Anaximenes,& Diogenes.1.Metaphyſicorum.c.4.D.E.

98 Materiæ ex parte dualitatem poſuit Plato,unitatem uero ex parte formæ.1.Metaphy.T.Co.9.

99 Materiam neceſſe eſt intelligere in eo,qđ mouetur.2.Metaphy.T.Comment.12.

100 Materiam in habentibus non eſt quærenda certitudo mathematica. 2.Metaphyſicorum.T.Comment.16.

101 Materiam habet forte natura quælibet.2. Metaphy.T.Comment.16.

102 Materia poſterior eſt,& minus ens,q̄ forma.7.Metaphy.T.Comment.7.

103 Materia ſubſtantia eſt,& ſola manet,cæteris ſublatis.7.Metaphyſicorum. T.Co.8.

104 Materia ſecũdũ ſe nec eſt quid,nec quãtũ, nec aliquid aliorũ generũ,quibus ens determinatur. 7. Metaphy.T.Comment.8.

105 Materiæ inſunt per accidens priuationes. 7.Metaphyſicorum.T.Co.8.

106 Materia minus ſubſtãtia eſt q̄ forma aut cõpoſitũ,quia cõuenit formæ eſſe ſeparatam,& eſſe hoc aliquid,quod nõ conuenit materiæ,& ideo minus ſubſtãtia eſt q̄ forma.7.Metaphy.T.Co.8.

107 Materia eſt, ex qua aliquid fit.7. Metaphyſicorum.T.Co.22.

108 Materiã habẽt oĩa,quæ fiũt ab arte aut a natura.7.Metaphy.T.Comment.22.

109 Materia in unoquoq; ẽ illđ,qđ eſt in potẽtia ad eſſe & nõ eſſe.7.Metaph.T.Co.22

110 Materia pars eſt generati,quia ineſt,cum fiat.7.Metaphy.T.Co.24.

111 Materia nõ generatur ab agẽte,niſi per accidens.7.Metaphyſi.T.Comment.26. 27.&.12.Metaphy.T.Co.12.

112 Materia quodãmodo dicit̃ alicui⁹ pars, quodammõ nõ.7.Metaph.T.Co.34.

113 Materia duplex eſt,alia ſenſibilis,ut lignũ, alia intelligibilis ut mathematica.7.Metaphyſicorum.T.Comment.35.

114 Materiã habent omnes ſubſtantiæ ſenſibiles.8.Metaphy.T.Co.3.

115 Materia alio modo dicitur ſubſtãtia q̄ forma,aut totũ cõpoſitũ.8.Metaph.T.Co.3.

116 Materia dicit̃,q̄ cũ nõ ſit qđ quid in actu, potẽtia tñ eſt qđ quid.8.Metaph.T.Co.3.

117 Materia ſubiicit̃ in om̃i mutatione & alteratione & augmẽtatione & generatiõe & corruptione.8.Metaphy.T.Co.4.

118 Materiã eſſe ſubſtãtiã,quæ ſubiicitur,probatur inductiõe in oĩbus ſpecieb⁹ motus & mutationis.8.Metaphy.T.Co.4.

119 Materiam omnes antiqui cognouerunt.8. Metaphy.T.Co.5.

120 Materiarũ diuerſarũ diuerſæ ſunt formæ & rationes,nã aliorum forma eſt mixtio, aliorum compoſitio,aliorũ aliquid aliud. 8.Metaphy.T.Co.6.

121 Materiæ plures poſſunt eſſe uni⁹,quãdo una materia eſt materia alterius materiæ. 8.Metaphy.T.Co.11.

122 Materia licet ſit una omnium generabilium & corruptibilium,eſt tamen aliqua propria cuiuſlibet,ut phlegmatis propria materia ſunt dulcia aut pinguia. 8.Metaphy.T.Comment.11.

123 ex Materia una diuerſa fiunt propter diuerſitatem cauſæ agentis ſeu mouentis.8. Metaphy.T.Co.11.12.

124 propter Materiæ diuerſitatem in artificialibus non fit quodlibet ex quolibet, ut ex lana ſerra. 8. Metaphy. T. Commēt. 11. 12.
125 Materia in perpetuis aut forſan non eſt in quibuſdam, aut non eſt talis, qualis materia corruptibilium, ſed ſolum ſecundū potentiam ad motum localem. 8. Metaphyſicorum. T. Co. 12.
126 Materia non eſt eorum, quæ ſunt, uel nō ſunt ſine tranſmutatione. 8. Metaphyſicorum. T. Comment. 14.
127 Materia an eodē modo ſe habeat ad cōtraria, quæritur. Ad quod reſpondetur, ꝙ ſi contraria ſe habeant ut priuatio & habitus, prius ſe habet ad habitum q̄ ad priuationem, & ad priuationem ſe habet per habitum. 8. Metaphyſicorum. T. Comment. 14.
128 ex Materia alicuius quia fit aliquid, dicitur fieri illud ex illo, ut acetum dicitur fieri ex uino, quia fit ex materia uini. 8. Metaphy. T. Comment. 14.
129 ex Materia & forma quare fiat unum, ultima reſponſio eſt, quia hoc eſt actus, ſcilicet forma, & hoc eſt potentia, ſcilicet materia. 8. Metaphy. T. Co. 15.
130 Materiam quæ nō habent nec intellectualem nec ſenſibilem, ſtatim unumquodq; eorum eſt unum aliquid. 8. Metaphy. T. Comment. 16.
131 a Materia, quæ eſt in potentia ad actum, denominatur, quod ex ea conſtat. 9. Metaphy. T. Comment. 12.
132 Materia potentia eſt, donec ueniat ad ſpeciem, & tūc eſt in actu, cum habet ſpeciē. 9. Metaphy. T. Comment. 16.
133 Materia negatione oſtenditur. 10. Metaphy. T. Comment. 24.
134 Materia cum potentia ſit & non actu, inconuenienter ponitur principium primū rerum. 11. Metaphy. c. 2. C.
135 Materia eſt in potentia ad utrunq; contrariorum. 12. Metaphy. T. Comment. 7.
136 Materiā uidentur tetigiſſe Anaxagoras Empedocles Anaximander & Democritus. 12. Metaphy. T. Cōmment. 9
137 Materia unum eſt e principiis ſubſtātiæ ſenſibilis. 12. Metaphy. T. Cōment. 12.
138 Materia ſubſtantia eſt. 12. Metaphyſicorum. T. Comment. 14.
139 Materiam habent omnia, quæ mutantur. 12. Metaphyſic. T. Comment. 30.
140 Materia nō mouet ſeipſam, ſed uirt⁹ opifex mouet illam. 12. Metaphyſicorum. T. Comment. 30.
141 Materiam non habentib⁹ idem eſt, quod intelligitur & intelligentia. 12. Metaphyſicorum. T. Comment. 51. Quære Abſtracta.
142 Materiam non habens indiuiſibile eſt. 12. Metaphyſico. T. Comment. 51. ✳.

MATHEMATICA. MATHEMATICVS.

1 in Mathematicis min⁹ decipimur, & facilius eſt reſoluere in iis q̄ in aliis diſciplinis. 1. Poſterior. T. Comment. 29.
2 Mathematicæ circa ſpecies uerſantur, nō enim ſunt de ſubiecto aliquo, nā ſi de aliquo ſubiecto ſunt, non tamen ſecundum quod de ſubiecto ſunt. 1. Poſterior. T. Comment. 30.
3 Mathematicæ ſcientiæ ꝑ primam figurā ſuas demōſtrationes faciunt. 1. Poſterior. T. Comment. 31.
4 Mathematicæ demonſtrationes accipiūt, & ſupponūt quod quid eſt, ut quid eſt unitas. 2. Poſter. T. Comment. 2.
5 Mathematicus ſuperficies ſolida longitudines & pūcta conſyderat. 2. Phyſicorū. T. Comment. 16. 20.
6 Mathematicus differt a phyſico. 2. Phyſicorum. T. Comment. 16. 18.
7 Mathematicus conſyderat ſuperficies & longitudines & puncta, non ut ſunt accidentia corporis. 2. Phyſicorum. T. Comment. 18.
8 Mathematicus abſtrahit a motu & materia lineas & ſuperficies & puncta. 2. Phyſicorum. T. Comment. 18. &. 6. Ethicorum. cap. 8. C.
9 Mathematicus abſtrahens non mentitur. 2. Phyſicorum. T. Comment. 18. &. 13. Metaphyſicorum. cap. 3. C. D.
10 Mathematici infinito utuntur. 3. Phyſicorum. T. Comment. 31.
11 Mathematicorum conſyderationem non tollit, qui magnitudinem infinitam tollit. 3. Phyſicorum. T. Comment. 71.
12 Mathematici non utuntur infinito in actu, ſed aliqua linea utuntur finita, tanta ſcilicet, quanta eis neceſſe eſt. 3. Phyſicorum. T. Co. 71.
13 ad Mathematicam demonſtrationem parum reffert, an magnitudo ſit finita uel infinita, multum tamē intereſt ad eſſe rei. 3. Phyſic. T. Co. 71.
14 Mathematici demōſtrant motus planetarum. 2. de Cæl. T. Co. 58.
15 Mathematicas rationes dimouere non debet, qui ꝓbabiliores nō attulerit. 3. de Cæl. T. Co. 4. & de Lineis indiuiſibil. c. 3. A.
16 Mathematica corpora quæcunq; incōuenientia ſequuntur, ſequuntur & corpora naturalia, quia mathematica corpora dicuntur per abſtractionem, naturalia uero per appoſitionem. 3. de Cæl. T. Co. 6.
17 Mathematici ſemper ſumunt principia finita aut quantitate aut ſpecie. 3. de Cæl. T. Comment. 37.
18 Mathematicorum principia tollunt, qui indiuiſibilia corpora ponunt. 3. de Cæl. T. Comment. 38.
19 Mathematica corpora calefacerent, ſi anguli ſunt calefactiui, quia habent angulos indiuiſibiles. 3. de Cæl. T. Comment. 72.
20 Mathematica corpora habent tactū communiter acceptum, quia poſitionem & locum habent, ſiue ſint ſeparata, ſiue non. 1. de Gener. T. Comment. 44.
21 Mathematicus cōſyderat de iis, quæ licet ſeparabilia non ſint a materia, tamen non diffiniuntur, aut conſyderantur ut in materia. 1. de Anima. T. Comment. 17.
22 Mathematica intelligit intellectus, tanꝗ ſi ſeparata ſint, cum tamen non ſint ſeparata. 3. de Anima. T. Comment. 35. 36.
23 a Mathematico qui ꝑſuaſionem petit ad probandum, & ab oratore demonſtrationem exigit, ineptus eſt. 1. Ethic. c. 3. B.
24 Mathematicæ diffinitiones non ſunt obſcuræ. 6. Ethic. c. 8. B.
25 Mathematicæ inuētæ ſunt in Aegypto a ſacerdotibus, quibus permiſſum eſt uacare. 1. Metaphyſicorum. c. 1. G.
26 Mathematica poſuit Plato media inter ſenſibilia & ideas, quia mathematica multa ſimilia ſunt, in quo differunt ab ideis, & incorruptibilia, in quo differunt a ſenſibilibus. 1. Metaphyſic. T. Comment. 6. & 11. Metaphyſic. cap. 1. D.
27 Mathematice niſi ꝓbetur, quod dicitur, non credunt aliqui propter conſuetudinem. 2. Metaphy. T. Comment. 15.
28 Mathematica omnia ſine motu ſunt præter aſtrologiam. 1. Metaphy. T. Co. 19.
29 Mathematica, quæ ſecundum Platonem media ſunt inter ſenſibilia & ideas, ſi ſunt numeri, tertius numerus ponendus eſt. 1. Metaphyſic. T. Cōment. 38.
30 Mathematica certitudo non eſt quærenda in omnibus. 2. Metaphyſicorum. T. Comment. 16.
31 Mathematicæ demonſtrationes nec per motum, nec per melius eſſe aut peius poſſunt fieri. 3. Metaphy. T. Comment. 3.
32 Mathematicas ſpernebant ſophiſtæ quidam, & in illas inuehebantur, quia in illis nil dici poteſt eſſe melius, uel deterius. 3. Metaphyſicorum. T. Commēt. 3. Quære Ariſtippus.
33 de Mathematicis ſunt demonſtrationes, non tamen ut ſenſibiles ſunt. 3. Metaphyſicorum. cap. 3. A. B.
34 Mathematica qui ponebant media inter ideas & res ſenſibiles, refelluntur. 3. Metaphyſico. T. Comment. 7. & ultra.
35 Mathematica an ſint principia rerum, an non, diſputatur. 3. Metaphyſicorum. T. Comment. 7.
36 Mathematica in ſenſibilibus non ſunt talia, id eſt tam exacta, qualia tradunt mathematici, propter imperfectionem materiæ. 3. Metaphyſic. T. Comment. 8.
37 Mathematicas diſciplinas uolebat deſtruere Protagoras, quia in ſenſibilib⁹ nil tam exactum reperitur, ut tradunt mathematicæ. 3. Metaphy. T. Comment. 8.
38 Mathematica quidam ponebant media inter ideas & ſenſibilia, non tamen ſeparata a ſenſibilibus, ad quam opinionem impoſſibilia, quæ ſequātur, longum eſſet recenſere, quædam tamen enumerantur. 3. Metaphy. T. Co. 9.
39 Mathematicarum ſunt principia, elementa, & cauſæ. 6. Metaphy. T. Co. 1.
40 Mathematica conſyderat, qui conſyderat, inquantum immobilia & inſeparabilia. 6. Metaphy. T. Co. 2.
41 Mathematica conſyderatio differt a phyſica & metaphyſica, quia metaphyſica uerſatur circa ſeparabilia & immobilia, phyſica uero circa inſeparabilia & mobilia, mathematica uero circa immobilia, non tamen ſeparabilia. 6. Metaphy. T. Co. 2.
42 Mathematica ſeparata poſuit Plato eſſe magis entia, quam ipſa corpora. 7. Metaphyſico. T. Comment. 5.
43 Mathematica habent materiam intelligibilem & non ſenſibilem. 7. Metaphyſicorum. T. Comment. 35.
44 in Mathematicis quomodo ratio partis differat a ratione totius, oſtenditur. 7. Metaphyſic. T. Comment. 39.
45 Mathematica, quidam dicunt, eſſe ſubſtātias. 8. Metaphyſicorum. T. Comment. 1.
46 Mathematicæ non uerſantur circa ſenſibilia corpora, ut ſenſibilia ſunt. 11. Metaphyſicorum. cap. 1. D.
47 Mathematicæ diſciplinæ quomodo a naturali ſcientia differant, oſtenditur. 11. Metaphyſicorum. cap. 6. C.
48 Mathematicas quidam dicunt eſſe ſubſtātias, ut numeros, lineas, & huiuſmodi. 13. Metaphy. cap. 1. B.

49 Mathematica nõ ſimpliciter ſunt, ſed quodã modo.13.Metaphyſic.c.z.I.

50 Mathematicas, qui dicunt, nihil dicere de bono uel pulchro, falſum dicunt. 13. Metaphyſic.cap.3.D.

51 Mathematica qui ponunt ſeparata, partim dicunt bene, partim non dicunt.13. Metaphy.cap.9.H.

52 Mathematica ſi ſeparata eſſent, non ineſſent corporibus paſſiones eorum.14.Metaphy.c.3.A. Quære Iuuenis.31.Puer✳.

MATRIMONIVM.

1 Matrimonia contrahẽda ſunt, muliere nata annos circiter decem & octo, uiro uero nato annos circiter ſeptem & triginta. 7.Polit.cap.16.C.

2 Matrimonium contrahitur inter uirum & uxorem, deo teſte.z.Oeconom.c.z.B. Quære Maritus. Mulier. Vir. Vxor.

MATVRATIO. Quæ πέπανσις græce dicitur, a qua maturos fructus &c. dicimus.

1 Maturatio digeſtio quædam eſt, nam digeſtio alimenti uel ſucci, qui eſt in arborum fructibus, maturitas quædam eſt. 4.Meteor.T.Comment.18.19.

2 Maturatio tunc perfecta eſt, quando ſemina, quæ ſũt in fructuũ genere, poſſunt efficere aliud tale, qualia ipſa ſunt, qa hoc dicimus perfectum.4. Meteor.T.Co.19.

3 Matura quædã dicuntur per tranſlationẽ a fructibus ſumptam, quia propria nomina nõ ſunt impoſita.4.Meteor.T.Co.19.

4 Matura omnia ſi aerea ſunt, aquea reddũtur, ſi aquea, terrea efficiunt, & tenuia craſſa redduntur.4.Meteor.T.Co.19.

5 Maturatio phlegmatis & ſimiliũ eſt digeſtio humidi inexiſtentis a calido naturali. 4.Meteor.T.Co.19.

6 Maturationi fructuum, qui in arboribus ſunt, contraria eſt cruditas, quæ eſt indeterminatus humor.4. Meteor.T.Co.zo.

7 Maturatio perfectio quædam eſt.4. Meteor.T.Comment.zo.

MAVSOLVS.

Mauſolus Cariæ tyrannus collegit grandem pecuniam, ſubmiſſis, qui pollicerentur ei petenti, quo factum eſt, ut ditiores aut metu aut pudore multum pollicerentur, & ſoluerent. Oeconom.Publi.D.

MAXIMVM. Vt opponitur minimo.

MAXIMVM. Vt dicit excellentiam.

1 Maximum & minimum contrario modo dantur in magnitudine & numero, quia in magnitudine maximum datur, & non minimum, in numero minimum & non maximum.3.Phyſic.T.Comment.68.

2 Maximũ quod poteſt, determinat potentiam.1.de.Cæl.T.Co.116.

3 Maximum eſt, quod potẽtiam terminat, & ſi aliquid uidetur cõtrarium, refellitur. 1.de Cæl.T.Comment.116.

4 Maximum poteſt conſyderari uel ſecundum potentiam uel ſecundum rem. 1. de Cæl.T.Comment.117.

5 Maximum id eſſe omnes dicunt, quod tribuimus diis, & quod maxime affectant homines, qui ſunt in dignitate.4.Ethicorum cap.3.B.

6 Maxima meretur optimus, cũ ſit dignus bonis.4.Ethic.c.3.C.

7 Maximum eſt, cuius non eſt exceſſus.10. Metaphy.T.Comment.13.

8 Maximum in unoquoq; genere perfectũ eſt.10.Metaphy.T.Co.13.

MEANDER. Quære Mæander.

MECHANICA. Opus Ariſtotelis.

Mechanica Ariſtotelis eſſe opus, ex eo liquet, ꝙ ipſe in Mechanicis meminit libro rũ, quos de Cælo ſcripſit. Mechanic.c.1.D

MEDAEA. Oetæ regis Colchorum filia poetarum fabulis celebratiſſima. Quære Iſter.

MEDICINA. MEDICAMENTVM MEDICVS.

1 Medicus & ſi non ſanet ægrotum, ſi tamen nil omiſit eorum, quæ in arte medicinæ præcipiuntur, dicetur tamen medicinam habere.1.Topic.c.z.B.

2 Medici eſt ſanitatem cognoſcere & ea, in quibus eſt ſanitas.z.Phyſic.T.Co.zz.

3 Medicina nil patitur a ſanato, dum ſanitatem facit.1.de Gener.T.Co.53.

4 Medicina eſt ut primum agens, ultimum autem cibus.1.de Gener.T.Co.53.

5 Medicorum plurimi, qui artem medendi docte perſequi & tractare ſtudent, incipiunt medicinalem operationem a naturalibus, hoc eſt phyſicis diſciplinis cognitis.de Sen.& Sen.c.1.C.

6 Medici periti dicunt, attendenda eſſe ſomnia diligenter eius, qui ægrotat. de Diuinat.per Somn.c.1.C.

7 Medicina circa ſanabile & ægrotabile uerſatur.1.Rhetoric.c.z.A.

8 aduerſus Medicum non confert cauillari in morbis.1.Rhetoric.c.15.C.

9 Medicæ artis bonum præcipuum eſt ſanitas.1.Ethic.c.7.A.

10 Medicina minus honorabilis eſt quam ciuilis facultas, quia illa circa corpus, hæc uero circa animã uerſatur.1.Ethic.c.13.A.

11 Medici doctiores multa tractãt circa corporis cognitionem.1.Ethic.c.13.B.

12 Medicamenta per contraria fiunt.z.Ethicor.cap.13.B.

13 Medicũ eſſe, difficile eſt.5.Ethic.c.9.E.

14 Medici non fiunt ex ſola librorum lectione.10.Ethicor.cap.9.G.

15 Medici optimi quidam uidẽtur ſibiipſis, qui tamen nulli ali poſſunt opus afferre. 10.Ethic.cap.9.G.

16 Medicinæ finis eſt ſanitas.1. Polit.c.6.E.

17 Medicina an ſit rei familiaris pars, cum oporteat familiam ſanam eſſe, dubitatur. Tandem dicitur, ꝙ medicina quodam modo pertinet ad rem familiarem, ſcilicet ut medicus conſulatur, quodammodo pertinet, ſcilicet ut utatur illa ipſe pater familias, & eam conſyderet.1.Politic. cap.7.A.

18 Medicinam mutare utile aliquãdo eſt. z. Polit.cap.6.F.

19 Medicus apud alios medicos debet ſuæ medelæ rationem reddere. 3.Politicor. cap.7.E.

20 Medicis in Aegypto non licet niſi ſuo periculo mouere, id eſt purgatorium pharmacum præbere niſi poſt tertium diem. 3.Polit.cap.11.C.

21 Medici ſufficiẽter oſtẽdunt tẽpora opportuna corporibus.7.Polit.cap.16.C.

22 Medicinalia non ſunt, quibus utimur ſemper, ut cibus.1.Oeconom.cap.5.A.

23 Medicus artem tenens experiẽtia carens ſæpe in medendo peccabit, nam ſingulare eſt, quod eſt curabile .1.Metaphy.c.1.F. Quære Deus.4.✳.

MEDI. Populi Aſiæ maioris.

1 Medi Athenienſibus bellum intulerunt, quia Athenienſes cum Eretriis cõtra Sardes irruerunt.z.Poſter.T.Co.11.

2 apud Medos ignis cõtinue ardens eſt, nõ tamen multus.de Admirand. Audit.34.

3 Medi uicti ſunt ab Athenienſibus nauali prælio.z.Politic.cap.10.C.

4 Medos ſæpe contriuit Perſarum rex. 3. Politic.cap.9.C.

5 Medi Græciam inuaſerunt.5.Polit.c.3.D.

6 Medorum reges per alios obeunt regia munia.8.Polit.cap.5.B.

MEDIOCRITAS. MEDIOCRIS.

1 Mediocritas uirtutem conſeruat. z.Ethicor.cap.6.B.

2 Mediocritas ſemper laudabilis eſt.z. Ethicor.cap.7.D.

3 Mediocribus multa optima ſunt.4.Polit. cap.11.C. Quære Medium. Virtus.

MEDIVM REI. MEDIVM VIRTVTIS. MEDIVM DEMONSTRATIONIS. MEDIVM SYLLOGISMI.

1 Medium in ſyllogiſmis quid ſit in quacũq; figura. Quære Syllogiſmus.

2 Medii poſitione cognoſcimus, in qua figura ſit ſyllogiſmus.1.Prior.cap.14.A.

3 Medium inueniendi ad quodlibet genus ſyllogiſmorum ars traditur.1. Prior.cap. z8.z9.30.31.

4 Medium ſyllogiſmorum quomodo inueniri poteſt. Quære Syllogiſmus.

5 Medium ſyllogiſmorum non ſemper eodem modo ſumendum eſt, ſed aliter ad concludendum particulariter, aliter ad concludendum uniuerſaliter. 1. Prior. cap.31.B.

6 Medii ſyllogiſmorum ars, licet ſit generalis ad omnem diſciplinam, tamen ſufficit ad probanda alicuius ſcientiæ principia.1.Prior.cap.31.C.

7 Mediũ ſyllogiſmi neceſſe ẽ poni in utriſq; propoſitionibus.1.Prior.cap.34.A.

8 Medium ſyllogiſmi ſi ſubiiciatur in una, & prædicetur in alia, reducitur ad primam figuram, ſi uero medium bis prædicatur, reducitur ad ſecũdam figuram, ſi uero bis ſubiicitur, reducitur in tertiam figuram.1.Prior.cap.34.A.

9 Medium quando non eſt ſumptum, non eſt ſyllogiſmus.1.Prior.cap.34.

10 Media neceſſe eſt, eſſe finita, ſi extrema ſunt determinata.1.Poſter.T.Comẽt.34. per totum.

11 Medium per accidens non facit ſcire propter quid.z.Poſter.T.Comment.8.

12 per Medium per ſe ſeu eſſentiale ſimul ſcitur quia eſt & propter quid eſt .z.Poſter.T.Comment.8.

13 Medium ſi ſit accidentale, non ſcimus ſimul quia eſt & propter quid eſt. z.Poſter.T.Comment.8.

14 Medii eſſe omnem quæſtionem, probatur.z.Poſter.T.Comment.z.

15 Media inter mouens & finem ſunt fines, alia enim ſunt aliorum fines. z.Phyſicor. T.Comment.z9.

16 Media inter mouens & finem differunt, quia alia ſunt opera, alia uero inſtrumenta.z.Phyſic.T.Comment.z9.

17 Mediũ, per quod aliquod mobile fertur, eſt cauſa uelocitatis aut tarditatis mobilis.4.Phyſic.T.Comment.71.

18 Medium ſi feratur motu contrario motui mobilis, maxime impedit, ſi quieſcit nus impedit, & inter quieſcentia

illud magis impedit, quod craſſius eſt.4. Phyſic.T.Co.71.
19 Medium habet rationem extremi comparatum alteri extremo.5.Phyſi.T.Co.6.
20 Medium eſt id, in quod aliquid natum eſt uenire priuſq̃ in ultimũ.5.Phyſic.T.Co.22.52.&.10.Metaphyſi.T.Co.22.&.11.Metaphy.c.11.A.
21 Medium ad minus eſt in tribus, licet in pluribus reperiatur, quia inter duo extrema poſſunt eſſe plura media.5.Phyſicor.T.Co.22.
22 Mediũ nõ eſt in contradictoriis.5.Phyſi.T.Co.16.&.10.Metaphyſic.T.Co.22.
23 Medium unum eſt numero, ratione uero duo.8.Phyſi.T.Co.65.
24 Medium mundi determinatum eſt.1.de.Cæl.T.Co.44.
25 Medium inter contraria loca determinatum eſt.1.de.Cæl.T.Co.44.45.
26 Medium ſi infinitum eſt, non mouebitur aliquid per illud.1.de.Cæl.T.Co.45.
27 Medium non habet corpus infinitum.1.de Cæl.T.Co.74.
28 Medium unum ponere debent diuerſorũ mundorum, ſi eiuſdem rationis ſunt elementa cum noſtris, quod tamen abſurdũ eſt.1.de.Cæl.T.Co.80.
29 Medium unum tantũ, id eſt centrum ponendum eſt, & unum extremum id eſt circũferẽtia uniꝰ mũdi.1.de.Cæl.T.Co.80.
30 Media quo pauciora ſunt, eo facilius finis acquiritur.2.de Cæl.T.Co.63.
31 Medium non ſimpliciter, nec uno modo dicitur, aliud enim eſt medium magnitudinis, aliud medium rei atq; naturæ.2.de Cæl.T.Co.74.
32 Mediũ in animalibus nõ eſt idẽ cũ medio corporis & aĩalis.2.de Cæl.T.Co.74.
33 Medium rei atq; naturæ eſt principium & precioſum.2.de Cæl.T.Co.74.
34 Medium loci ſiue magnitudinis magis ſimile eſt extremo q̃ principio.2.de Cæl.T.Co.74.
35 Mediũ magnitudinis terminatur, & continetur, & ideo minus nobile, quia quod continetur, minus nobile eſt q̃ continens.2.de Cæl.T.Co.74.
36 ad Medium moueri dicuntur, quæ deorſum mouentur.4.de Cæl.T.Co.4.
37 a Medio dicuntur moueri, quæ ſurſum mouentur.4.de.Cæl.T.Co.4.
38 Medium mundi contrarium eſt extremo.4.de Cæl.T.Co.34.
Media plura poſſunt eſſe inter contraria, ...oribus & elementis, & inter ignem & terrã ſunt duo media aqua & aer.4.de Cæl.T.Co.38.
40 Medium multipliciter dicitur.4.de Cæl.T.Co.38.
41 Medium fit multipliciter & nõ uno modo tantum.2.de Gener.T.Co.48.
42 Medium iudex eſt extremorum, fit enim alterum ex extremis ad alterum illorum comparatũ.2.de Anima.T.Co.118.
43 Medium aliud eſt ex pte rei, aliud ex pte noſtri. Medium ex parte rei eſt, quod æq̃liter diſtat ab utroq; extremo, eſtq; apud omnes unum & idẽ. Medium uero ex pte noſtra eſt, quod nec exuperat, nec deficit.2.Ethic.c.6.B.
44 Medii ipſius uirtutis eſt coniectatrix.2.Ethic.c.6.C.
45 Medium uirtutis non eſt ſumendum ex parte rei, ſed ex pte noſtra.2.Ethi.c.6.B.
46 Medium quod eſt uni, erit exuperatio aut defectus ali.2.Ethic.c.6.B.
47 Medium ſuum unaquæq; ars, & ſcientia, & uirtus reſpiciens bene perficit opus ſuum.2.Ethic.c.6.B.
48 Medium eſt duorum uitiorum, unius per exceſſum, alteriꝰ per defectũ.2.Ethi.c.6.D
49 Medium non ſuſcipit omnis actus, nec omnis affectus.2.Ethic.c.6.E.
50 Medium ſuum quærit, & expetit ars omnis.2.Ethic.cap.6.B.
51 Medium ſi eſt innominatũ, extrema certant de medio loco.2.Ethic.cap.7.B.&.4.Ethic.cap.4.B.
52 Medium uirtutis opponitur extremis uitiis.2.Ethic.cap.8.A.
53 Medium ut dicit uirtutem, difficile eſſe tenere, oſtenditur.2.Ethic.c.9.per totum.
54 Medium ipſum uirtutis facile aſſequemur, ſi nunc ad exceſſum, nunc ad defectum declinemus.2.Ethic.c.9.C.
55 Medium uirtutis accipiẽdum eſt, ut recta ratio dictat.6.Ethic.c.1.A.
56 Medium appetit omnis appetitꝰ, quia bonum eſt.8.Ethic.c.8.C.
57 Medium tenere in unoquoq; difficile eſt.1.Magnor.Mor.cap.9.A.
58 Medium æquale quoddã eſt.1.Magnor.Mor.cap.34.B.
59 in Mediis quãdoq; eſt error, etiam ſi finis recte ſit poſitus, quandoq; in fine, licet media bona ſint.7.Politic.cap.13.A.
60 Medium extremorum laudamus, ſumendumq; eſt.8.Polit.cap.7.D.
61 a Medio ſeu centro quæ diſtant, celerius mouentur.Mechanic.c.1.D.
62 in Mediũ cur prorepunt, quæcunq; feruntur gurgite uorticoſo, & ibi tandem ferri omnia deſinunt, habes.Mechanic.c.35.
63 Media omnia ſunt in eodẽ genere, in quo ſunt illa, quorum ſunt media.10.Metaphyſic.T.Co.22.✳.
MEDVLLA.
Medullã appellauit Plato ὀστεόγενεσ id eſt oſſigeniũ, eo ꝙ in oſſe gignatur, uel ꝙ os gignat.6.Topic.c.2.C.✳.
MEGACLES
Megacles apud Mytilenem aggreſſus cũ amicis interfecit Penthalidas circumeuntes & claua pulſantes.5.Polit.c.10.G.
MEGALA.
apud Megalã Peloponneſi ciuitatẽ ignis perpetuo ardens erumpit e terra.de Admirand.Audit.124.
MEGARA. Atticæ ciuitas.Eſt & alia in Sicilia.
1 Megarenſes ſibi uendicant comœdiam, tanq̃ apud ſe primum genito populari imperio.in Poet.c.1.E.
2 Megaris tyrãnidẽ inuaſit Theagenes præſidium petens.5.Politic.cap.5.D.&.1.Rhetor.cap.2.M.
3 apud Megarenſes popularis ſtatus interiit propter ductorũ malitiã.5.Polit.c.5.D.
MEGARICI.Philoſophi Euclidis ſectatores, qui Megarenſis fuit.
1 Megarici dicebant, tunc aliquid poſſe, ſeu eſſe in potentia, cum agat, ſeu ſit in actu. Cum uero non agat, non poſſe agere. Vt ædificans tunc poteſt ædificare, quando ædificat, ſi uero non ædificat, non poteſt ædificare. Quam opinionem quæ incõuenientia ſequantur, ponuntur, & illa refellitur.9.Metaphy.T.Co.5.& ultra.
2 Megarici dicẽtes tunc aliquid poſſe, cum actu agat illud, generationem & motum tollunt.9.Metaphy.T.Comment.6.✳.
MEL.
1 Mel decoctũ coagulari uidetur ab aqua, ſed non coagulatur niſi ab aquæ frigore.4.Meteor.T.Co.36.
2 Mel terreum magis q̃ aqueum eſt.4.Meteor.T.Co.41.
3 Mel quia multum caloris obtinet, & uelut feruens eſt, & non habet humorem aqueum, ideo coagulari non poteſt.4.Meteor.T.Co.43.✳.
MELANCHOLIA. Id eſt atra bilis humor unꝰ e quattuor corporis humoribꝰ.
MELANCHOLICVS.
1 Melancholia frigida eſt, & nutrimẽti loca frigida reddit, & quæcũq; alia loca, in quibus ſit.De Somn.& Vigil.c.3.H.
2 Melancholici ſomniculoſi non ſunt, quia locus interior regriferatus eſt, & non fit euaporatio multa ad cerebrũ.de Somn.& Vigil.c.3.G.Quære Vena.
3 Melancholici edaces ſunt, quia cum aridi ſint, eorũ corpora nulla re frui uidẽtur, eo ꝙ frigida ſint.de Somn.& Vigil.c.3.H.
4 Melancholici terribilia ſomnia & mõſtroſa uident, quia cum ſint ſpirituoſi, perturbantur ſimulachra & phantaſmata a ſpirituoſa euaporatione.de Somniis.c.3.D.
5 Melancholici diuinant per ſomnia, quia animus eorum uariis & multis phãtaſmatibus & imaginationibus agitatur, & contingit, illos aliquando incidere in illa ſomnia, quæ ſunt rerum futurarum, ſicut in ꝓuerbio dicitur.Si ſæpe iacias, alias aliud iacies.de Diuinat.per Somn.c.1.H.
6 Melancholici propter uehementiam naturæ ſuæ bene coniectant, & ab uno ſimili in aliud facile tranſeunt, nec illorum motus ab alio motu turbari aut elidi poteſt. Quorum motus ſimiles ſunt Philegidis poematibꝰ.de Diuinati.per Somn.c.1.O. Quære Philegides.
7 Melancholicos phantaſmata maxime mouent.de Memo.& Remi.c.2.Q.
8 Melancholici maxime ſunt incõtinentes incontinentia temeraria, quia propter uehementiã non ſpectant rationem, ſed imaginationis ſunt ſequaces.7.Ethic.c.7.C.
9 Melancholici intemperãtes & praui ſunt, quia cum corpus eorum cõtinue propter complexionem mordeatur, ſemper ſunt in appetitu uehemẽti, & uoluptatibus maxime ducũtur, ideo eorum corpora medicamẽto ſemper egẽt.7.Ethic.c.14.C.✳.
MELANI.Montes.
in Melanis montibus cũ multæ feræ ſe uenatoribus offerant, canibus inſectantibꝰ, feræ confugiunt ad rupis cuiuſdam cacumen, ad quod cũ canes peruenerint, perſequi feras deſiſtũt, & ad dominos mœſti reuertuntur.de Admirand.Audit.5.
MELANCHRENA. Sibylla. Quære Sibylla.
MELEAGER.Quære Vrbs.1.
MELICRATVM.Id eſt aqua mulſa.
Melicratum, id eſt aqua mulſa utile eſt ut plurimum febricitantibus.6.Metaphyſicor.T.Comment.6.
MELISSVS. Philoſophus Parmenidis auditor.
1 Meliſſus dixit, omnia eſſe unum ens.1.Topic.cap.6.B.
2 Meliſſus unum principium & immobile

poſuit.1.Phyſic.T.Comment.6.

3 Meliſſi ratio in forma & materia peccat, dum unum & immobile principium facit.1.Phyſic.T.Comment.10.

4 Meliſſi ratio ineptior eſt q̃ Parmenidis.1.Phyſicor.T.Comment.10.

5 Meliſſus licet non naturaliter loquatur, tamen quia dubitationes naturales attigit, refelli poteſt.1.Phyſic.T.Commēt.12.

6 Meliſſus unum illud, quod omnia dixit eſſe, infinitum poſuit.1.Phyſic.T.Co.15.

7 Meliſſi paralogiſmus in probādo unum, quod omnia facit, infinitum, oſtenditur.1.Phyſic.T.Comment.23.

8 Meliſſus uniuerſum infinitum appellat.3.Phyſic.T.Comment.64.

9 Meliſſus nil moueri dicebat, quia uacuū non eſt, ſine quo motum fieri minime putabat.4.Phyſic.T.Comment.54.

10 Meliſſum ſecuti philoſophi generationē & corruptionem auferebāt, & generari & corrumpi dicebant uideri nobis ſecundū apparentiam.3.de Cæl.T.Cōment.2.

11 Meliſſus & Parmenides, omnia unum eſſe & immobile, ſic probāt. Multa nō poſſunt eſſe, niſi ſit aliquod diuidens ea, ſed diuidens nō eſt, niſi uacuum ſit, & uacuū non eſt, ergo multa ſegregata eſſe nō poſſunt, & ſic omnia unum ſunt. Quod autē ſit immobile, ſic probant. Motus nō eſt, niſi ſit uacuum, ſed uacuū non eſt, ergo motus nō eſt, ergo unum quod eſt, eſt immobile.1. de Gener.T.Commēt.57.& ultra.

12 Meliſſus tranſcendens & contemnens ſenſum, omnia unum immobile eſſe dixit.1.de Gener.T.Comment.58.

13 Meliſſus omnia unum dicens, pluſq̃ demens eſſe deprehenditur, nullus enim in tantam dementiam egreſſus eſt, ut ignem & glaciem unum eſſe dicat.1.de Gener.T.Comment.59.

14 Meliſſus unum attigiſſe uidetur ſecundū materiam, & illud infinitum poſuit.1.Metaphyſic.cap.5.E.

15 Meliſſus reiiciēdus eſt tanq̃ rudis & agreſtis in iis, quæ de principiis rerum dixit.1.Metaphy.cap.5.E.

MELIVS. Natura & moribus..

1 Meliorū loci ponuntur.3.Topic.ꝑ totū.

2 Melius eſt, quod eſt ſtabilius & diuturniꝰ.3.Topic.cap.1.B.

3 Melius eſt, quod eligunt prudētes, uel boni, uel ſtudioſi circa illud, uel lex recta, uel plures, uel omnes, q̃ econtrario.3.Topic.cap.1.B.

4 Melius eſt, quod eſt in genere, q̃ illd̄ quod non eſt in genere.3.Topic.cap.1.B.

5 Melius e duobus illis ſimilibꝰ illud eſt, ad quod maius bonum ſequitur, aut minus malum. Et illud eſt meliꝰ, quod eſt in ſuo tempore, & quod eſt cum uoluptate, q̃ qd̄ eſt cum triſtitia.3.Topic.c.1.A.B.

6 Melius eſt illud, quod eſt ſimilius meliori, ſi tamē illa ſimilitudo ſit melioris, ut equꝰ melior eſt ſimia, quia equus ſimilior eſt homini in melioribꝰ, ſimia uero in ridiculis.3.Topic.cap.2.D.

7 Meliora non ſemper ſunt eligibiliora, ut licet melius ſit philoſophari q̃ ditari, melius eſt tamē indigenti neceſſariis ditari q̃ philoſophari.3.Topic.cap.3.E.

8 Melius eſt, quod eſt optimo propinquius.2.de Cæl.T.Comment.66.

9 Melioris & eligibilioris regulæ plures ponuntur.1.Rhetor.cap.7.per totum.

10 Meliores maiora merent.4.Ethic.c.3.C.

11 propter Melius eſt deterius, & non ecōtrario.2.Magnor.Mor.c.10.A.

12 a Melioribus quod perficitur, melius eſt opus.1.Polit.cap.3.D.

13 Melius & peius ubi ſunt, ſemper eſt meliꝰ prius natura peiore.3.Metaphy.T.Co.11.

MELODIA. Suauis cantus.

1 Melodiis & rhythmis conſtat muſica.8.Polit.cap.7.A.

2 Melodiarum aliæ ſunt morales, aliæ effectiuæ, aliæ abſtractiuæ, quæ hoīm animos abſtrahunt, & rapiunt.8.Polit.c.7.B.

3 Melodia quadam utebantur olim ad expurgādos animos, & deuotos & ſupplices reddendos homines.8.Polit.cap.7.B.

4 Melodiæ quæ ſunt ingenuis hominibꝰ diſcendæ, & quæ abiiciendæ, & quæ aliter & aliter afficiant animos, & quæ uituperabiles, & quæ laudabiles ſint, oſtenditur.8.Polit.c.7.D. Quære Harmonia. Muſica.

MELOS. Inſula una ex cycladibꝰ in mari Aegeo.

In Melo inſula ſi terra effodiatur in aliqua parte, inquiūt, ibi ſtatim renaſci, & foueas illas ſine ulla prope humana ope prorſus ſponte repleri.de Admirand.Audit.41.

MEMINISSE.

1 Meminiſſe illa animalia tantum poſſunt, quæ ſentiunt, & percipiunt tempus.de Memo.& Remi.cap.1.D.

2 Meminit quis, dum ſentit, ſe prius uidiſſe aut audiſſe aut didiciſſe. de Memo.& Remi.cap.1.F.

3 Meminimus illarum rerum, quarum eſt phātaſia.de Memo.& Remi.cap.1.G.

4 Meminimꝰ rei abſentis, qa affectio quædā per ſenſum impreſſa eſt in anima, aut in parte corporis habente animā. Quæ affectio ſimilis eſt picturæ, cuius habitus memoria eſt. Nam ille motus, qui fit a ſenſibilibus in ſenſu, imprimit quaſi figuram quādam ſenſionis, quæ manet, remoto etiam ſigillo.de Memo.& Remi.c.1.H.

5 quando Meminimus rei abſentis, intuemur phātaſmata ſeu ſpecies impreſſas, nō ut res ſunt, ſed ut ſigna rerum aliquando ſenſatarum, & ut talia repræſentant nobis abſentia, & non ſe ipſa. Quādo uero ipſa phantaſmata non ut ſigna, ſed ut res intuemur, non recordamur abſentis, ſed præſens cognoſcimus.de Memo.& Remi.c.1.L.M.N.

6 Meminimus aliquando rei præteritæ, & dubitamus, an ſit memoratio rei præteritæ, an alio modo ſecundum ſenſationem proueniat. Quod accidit, quia phantaſma occurrit ut imaginabile.de Memo.& Remi.c.1.N.

7 Meminerunt aliqui facilius eorum, quæ ſemel uiderunt propter conſuetudinem aut ſimilitudinem illiꝰ rei uiſæ.de Memo.& Remi.c.2.D.

8 Meminiſſe eſt poſſidere intus aliquam potentiam ſeu facultatem mouentē.de Memo.& Remi.c.2.E.

9 Meminimus, quando coniungimus & tp̄s & rem geſtam in illo. Quod ſi rem geſtam & tempus, in quo geſta eſt, non coniungimus, putamus nos meminiſſe, & tamen fallimur quātum ad tempus, nam qui meminit, temporis non tamen certi, meminiſſe dicitur, ſed non perfecte. Vn̄ uulgo dicitur. Memini huius rei, ſed tempus, in quo geſta eſt, neſcio.de Memo.& Remi.c.2.O

10 qui Meminit, impoſſibile eſt, ut eum lateat, ſe meminiſſe, quia id ipſum eſt meminiſſe.de Memo.& Remi.c.2.O. Quære Memoria. Reminiſci.

MEMNON. Rhodius Lampſaci dominus.

Memnon quibus dolis pecunias collegerit, & quomodo milites ſtipēdiis fraudauerit, habes. Oeconom. Publi.M.

MEMORIA.

1 Memoria fit ex ſenſu.2.Poſt.T.Co.27.

2 ex Memoria fit experimentum.2.Poſterior.T.Comment.27.

3 Memoriæ multæ numero ſunt unum experimentum.2.Poſter.T.Comment.27.&.1.Metaphy.cap.1.B

4 Memoria eſt paſſio communis corporis & animæ.de Sen.& Sen.cap.1.A.

5 Memoria communis eſt omnibus animalibus.de Sen.& Sen.c.1.A.&.E.

6 Memoria per ſenſum fit. de Sen.& Sen.cap.1.D.

7 Memoria præcellūt multi, qui reminiſcētia non pollēt.de Memo.& Remi.c.1.A.

8 Memoria quarum rerum ſit, ſæpe contingit, ut fallat, quia non eſt in prōptu id cognoſcere.de Memo.& Remi.c.1.A.

9 Memoria nō eſt futurorū, ſed aut opinio aut ſpes.de Memo.& Remi.c.1.B.

10 Memoria nō eſt præſentium, ſed ſenſus.de Memo.& Remi.c.1.B.D.

11 Memoria præteritorum tantum eſt. de Memo.& Remi.cap.1.B.D.&.2.Rhetor.cap.2.C.

12 Memoria nec eſt ſenſus, nec exiſtimatio, ſed alicuius horum habitus, aut paſſio, cū tempus factum fuerit. de Memo.& Remi.cap.1.D.

13 Memoria oīs poſt aliquod tempus intermedium eſt.de Memo.& Remi.c.1.D.

14 Memoria, quæ eſt intelligibilium, non eſt ſine phātaſmate.de Memo.& Remi.c.1.E

15 Memoria eſt intellectiuæ partis per accidens, per ſe autem eſt paſſio ſenſitiui primi.de Memo.& Remi.cap.1.E.

16 Memoria quæ eſt paſſio ſenſitiui primi, aliis animalibus ab homine ineſt. de Memo.& Remi.cap.1.E.

17 Memoria ſi ponenda eſſet in parte intellectiua, non inueniretur in aliquibus animalibus irrationalibus, imo forte nulli mortalium ineſſet.de Memo.& Remi.c.1.E.

18 Memoria in ea parte animæ poſita eſt, in qua & phātaſia.de Memo.& Remi.c.1.G.

19 Memoria non ualent illi, qui propter ætatem aut paſſionem motu multiplici agitātur, ut ebrii, timentes, irati, infirmi, & pueri, quia non poſſunt continere ſpecies. Sicut ſi aliquis in fluētem aquam ſigillum imprimeret. Alii etiam memoria non ualent propter duritiem aut frigiditatem, in quibꝰ impreſſio fieri nō poteſt, ut in ueteribus ædificiis.de Memo.& Remi.c.1.H.

20 Memoria parum ualent, qui nimis ueloces & præceleres ſunt, quia humidiores ſunt, q̃ neceſſe ſit, & non poſſunt ſeruare ac retinere impreſſionem. De Memo.& Remi.cap.1.L.

21 Memoria parum ualent multum tardi & & præduri & ſtupidi, quia propter duritiē non poſſunt impreſſionem recipere. de Memo.& Remi.c.1.L.

22 Memoria parū ualent pueri, & ſenes. Pueri quia ſunt in quodā fluxu ꝓpter augmē-

tum,& ſenes propter decrementũ, & non poſſunt retinere impreſſionẽ. de Memo. & Remi.cap.1.I.

23 Memoria conſeruatur incolumis aſſiduis meditationib9,quod nil aliud eſt,quã ſpeculari ſæpe phantaſmata ut imaginem, & non ut in ſe phantaſmata ſunt.de Memo. & Remi.cap.1.O.

24 Memoria tunc dicitur eſſe,quando factus fuerit habitus aut paſſio,& ideo memoria non fit ſimul cum effectu aut paſſione. de Memo.& Remi.cap.2.A.

25 Memoria non eſt in primo inſtãti,in quo iam facta eſt notitia ſiue per modum habitus ſiue per modũ paſſionis,ſed poſt tantũ tẽpus.de Memo.& Remi.c.2.B.

26 Memoria reminiſcentiam ſequitur,& reminiſcentia memoriam.de Memo.& Remi.cap.2.C.

27 Memoriam ſingularium tantum habent bruta.7.Ethic.cap.3.E.

28 Memoria nõ fit quibuſdã animalibus ex ſenſu, aliis uero non innaſcitur, aliis innaſcitur. 1. Metaphyſic.cap.1.A.

29 Memoriam habentia animalia,quædam prudentia ſunt, quædam magis diſcere poſſunt.1.Metaphyſic.cap.1.A.

30 Memoriam cum auditu habentia diſciplinabilia ſunt.1.Metaphyſic.cap.1.B.

31 Memoriis & phantaſiis uiuunt bruta.1. Metaphy.c.1.B. Quære Meminiſſe.✳.

MEMORIALIS.

Memorialis magiſtratus eſt,apud quem oportet perſcribi priuatos cõtractus iudicum,& poſtulationes in ius. 6.Politicorũ. cap.3.C.

MEMPHIS.Aegypti urbs.

Memphis Homeri tempore aut non erat, aut exigua erat.1.Meteor.c.14.E.

MENALOPVS.

Menalopus a Calliſtrato ſacrilegii accuſatus eſt.1.Rhetoricorum.cap.14.A. Quære.Calliſtratus.

MENDACIVM.

Mendacium improbum eſt per ſe & uituperabile.4.Ethic.c.7.B. Quære Mentiri.

MENS.

1 Mens ſic ſe habet in anima,ſicut oculus in corpore.1.Topic.c.14.A.&.1.Ethic.c.6.D

2 Mens uidetur eſſe homo. 9.Ethic.c.4.B.

3 Mentis dianœas,hoc eſt ſentẽtiæ ſeu prudentiæ habitualis ſenectus eſt ſicut & corporis.2.Politic.c.7.H.

4 Mens in trãquillitate proficit,ſicut corpus in exercitatione.7.Polit.c.16.D.

5 Mentẽ & corpore ſimul laborare nõ oportet,quia motuo ſe impediũt.8.Polit.c.4.B

6 Mente utitur Anaxagoras tanq̃ machina ſeu arte ſeu artifice ad mundi generationem. Vel utitur mente,ſicut tragici poetæ diis utuntur in ſcena, quando res in anguſtum deducuntur. 1.Metaphyſicorum. cap.4.C.

7 Mentem nõ recte poſuiſſe Anaxagoram diſtinguentem omnia,& omnia fuiſſe mixta & confuſa,mentem uero ſolam ſeparatam,probatur.1.Metaphyſic.T.Co.16.17.

8 Mẽtis exceſſus. Quære Ecſtatici. Anima.Intellectus.✳.

MENSTRVA.

1 Menſtrua patientes mulieres ſi inſpiciant in ſpecula,inficiũt ea macula quadam ſanguinea,quia oculi infecti ſunt, eo ꝙ menſtrua inflãmatione ſanguinis proueniant. Oculi uero quia uenarum pleni ſunt, facile immutantur a tali commotione & inflãmatione ſanguinis.de Somniis.c.2.F.

2 Menſtrua non mouent ſe,ſed ſemen mouet illa.12. Metaphy.T.Commẽt.30.✳.

MENSVRA.

1 Menſura uidetur eſſe mẽſuratum, ut cum multa eiuſdem rationis menſurat.4.Phyſicorum.T.Comment.133.

2 Mẽſura finita debet eſſe & minima.5.Phyſicorum.T.Comment.24.

3 Mẽſura in unoquoq; eſt illud,quod eſt minimũ in illo genere.2. de Cæl.T.Co.28.

4 Menſuram & regulam unam debet habere deliberans,ad quam menſuret,quid potius ſit agendum. 3.de Anima. T.Co.57.

5 Menſura indiuiſibilis eſt.de Lineis indiuiſibil.c.1.B.&.14.Metaphy.c.1.E.

6 ſine Menſura communi non poteſt eſſe æqualitas.5.Ethic.c.5.D.

7 Menſura res ipſas redigit ad æqualitatẽ. 5.Ethic.cap.5.D.

8 Menſuris uini & tritici ſimile eſt ius poſitiuum,quod pro qualitate regionum & rerumpublicarum uariatur. 5. Ethicorum. cap.7.B.

9 Menſuræ pro qualitate regionum mutantur,nam ubi emunt maiores ſunt, ubi autem uendunt, minores.5.Ethic.c.7.B.

10 Menſura operationũ humanarum eſt uir bonus,tales enim illæ ſunt,quales uiro bono uiſæ fuerint. 10.Ethic.c. 5.D.& c.6.B.

11 Mẽſura prima cuiuſlibet generis eſt illud, quo primo illud cognoſcimus.5.Metaphyſicorum.T.Comment.12.&.10.Metaphyſicorum.T.Comment.3.

12 Menſura alicuius generis indiuiſibile & ſimplex quid eſt aut ſecundum quantitatem aut ſecundum ſpeciem.5.Metaphyſicorum.T.Comment. 12.&.10.Metaphyſicorum.T.Cõment.3.



13 Menſuram eſſe maxime cõuenit uni.10. Metaphy.T.Comment.2.

14 Menſura eſt id,quo cognoſcitur quantũ. 10.Metaphy.T.Comment.2.

15 Menſura una,& principium unum eſt in quolibet,& illud eſt indiuiſibile. 10.Metaphyſic.T.Comment.3.

16 in Menſura maiori magis latet certitudo. 10.Metaphy.T.Comment.3.

17 Menſuram numeri imitantur aliquæ mẽſuræ,qa eſt unitas,cui nil poteſt addi aut auferri.10.Metaphy.T.Comment.3.

18 Menſura conſiſtit in eo,quod eſt eſſe primũ uniuſcuiuſq; generis,& maxime proprie eſt quantitatis,& hinc ad alia uenit. 10.Metaphy.T.Comment.2.

19 Mẽſura certa eſt,ubi nil poteſt auferri aut addi,ut numerus. 10.Metaphy.T.Co.3.

20 Mẽſura ſemper eſt eiuſdem generis cum menſurato,ut magnitudinis magnitudo, longitudinis longitudo,latitudinis latitudo,uocis uox.10.Metaphy.T.Co.4.

21 Menſura unũ eſt,quia unum eſt,ad quod diuiſio terminatur.10. Metaphyſicorum. T.Comment.4.

22 Menſura non ſemper eſt numero una,ſed aliquando duo unum menſurant,ut duæ dieſes.10.Metaphy.T.Co.4.

23 Menſura principium eſt.14. Metaphyſicorum.c.1.E.

24 Menſuræ non eſt menſura.14.Metaphyſicorum.cap.1.E.

25 Menſura indiuiſibilis eſt.14.Metaphyſicorum.cap.1.E.

MENTIENS.MENTIRI.

1 Mentiri non eſt ſapientis,de quib9 nouit, ſed mẽtientẽ manifeſtare.1.Elẽch.c.2.A.

2 Mentiens nullius rei cauſa,uanus eſt magis q̃ malus. Qui uero propter lucrum mentitur,turpior eſt, qui autem propter honorem,non nimium eſt uituperandus. 4.Ethic.c.7.C.

3 Mẽtitur minus,qui proximius accedit ad ueritatem.4.Metaphyſico.T.Cõment.18. Quære Mendacium.

MENTOR.

1 Mentor aſtutus & ſagax fuit,prudens uero non fuit.1.Magnor.Mor.cap.35.E.

2 Mentor filius quo aſtu Hermiæ curatores expilauerit, habes. Oeconom. Publi.L.

MENTORICA.Regio Europæ.

inter Mentoricam & Iſtriam mons eſt,in quẽ cõueniũt mercaturæ gratia ex Adriatico,& Corcyra,Leſbo, Thaſia, & Chio. de Admirand. Audit.90.



MENTVM.Sedes barbæ.

Mentum acutum arguit fidum. de Phyſiognom.✳.

MEOTIS.Quære Mæotis.✳.

MERCATOR.MERCATVRA.

1 Mercaturæ partes tres ſunt,nauigatio,deuectio,negociatio.Quæ partes differũt inter ſe,ut aliæ ſint ſecuriores,aliæ fructuoſiores.1.Polit.c.7.C.

2 Mercatura eſt potiſſima pars acquirendarum pecuniarum.1.Polit.c.7.C.

3 Mercatores nõ erant apti ad honores reipublicæ ſuſcipiendos apud Thebanos,niſi per annos decem deſtitiſſent a mercatura.3.Polit.cap.3.H.

4 Mercatorum multitudo eſt in Chio. 4. Polit.cap.4.G.

5 Mercatores non ſunt pars optimæ reipublicæ,quia eorum uita uilis eſt. 7.Politic. cap.9.B.✳.

MERCENARIVS. MERCENARIA.

1 Mercenaria duplex eſt,altera uiliũ artiũ, altera,quæ ſolo corpore miniſtrat ſine arte.1.Polit.cap.7.D.

2 Mercenariorum uita praua eſt.6. Politic. cap.4.D.

3 Mercenarii ſunt una e quattuor partib9, quibus cõſtat popularis multitudo.6.Polit.cap.7.A.

4 Mercenariæ artes lucrum quærunt a uolẽtibus.1.Oeconom.c.2.B.

MERCVRIVS.Planeta.

Mercurius poſt Martem collocatur uerſus terram.de Mundo,ad Alexand.c.1.C. Quære Actus.31.

MERGERE.

Mergi in aqua quæ facilius & quæ difficilius poſſint. Quære Figura.15.16.17.

MERIDIES. Pro regionibus ad meridiem uergentibus.

1 a Meridie flant uenti præcipue hi. Auſter, Lybs, ſeu Aphricus. 2.Meteor.c.2.H.

2 a Meridie plurimi flant uenti,quia multũ exhalationũ eleuatur a ſole in eo loco.2. Meteor.cap.4.F.

3 ad Meridiem qui habitant,timidi ſunt,& ideo pilos habẽt tenues.de Phyſiognom. &.7.Polit.c.7.A.✳.

MEROPE.

Merope filium hoſtem eſſe putauit.3.Ethicorum.cap.1.G.

MERX.

Mercſũ iactus in mare non fit ſponte ſimpliciter,ſed propter uitæ cõſeruationem. Vnde eſt uolũtarium ſecũdũ quid, inuolũtarium uero ſimpliciter.3.Ethic.c.1.B.

MESENII.
Meſenii finitimi ſunt Lacedæmonis.2.Politicorum.cap.7.A.

MESES. Vẽtus flans inter ſeptentrionẽ & orientem æſtiuum.
1 Meſe uento nullus uentus opponitur.Flat autem inter Boream & Cæciam.2.Meteor.c.6.F.
2 Meſes uentus eſt e principaliſſimis uentis flantibꝰ a ſeptẽtrionibꝰ.2.Meteor.c.6.G
3 Meſes niuoſus eſt.2.Meteor.c.6.M.

MESOPOTAMIA.Syria inter Tigrim & Euphratẽ fluuios,q̃ interãna latinis dicitᷓ In Meſopotamia Syriæ ſerpenticuli quidã ſunt,qui alienigenas omnes infeſtãt morſu,indigenis uero nihil noceãt.de Admirãd.Audit.137.

METALLVM, METALLICVS.A.VM.
1 Metallica omnia fiũt ab exhalatione uaporoſa,nam cum uaporoſa exhalatio includitur,& in lapidibus præcipue conſtringitur,ob eorũ ſiccitatem cõdenſatur,& cõglutinatᷓ,& metallica fiũt.3.Meteor.c.6.G
2 Metallica quædam partim ſunt ut aqua, partim non,quia materia,unde fiunt,potentia erat aqua.3.Meteor.c.6.G.
3 Metallica omnia præter aurum uruntur, & igniuntur.3.Meteor.c.6.H.
4 Metallica continent in ſe terram,quia exhalationẽ ſiccam cõtinẽt.3.Meteor.c.6.H.
5 Metalla & ea,quæ ex ipſis uel ab exhalatione incluſa fiunt,ex aqua & terra cõſtãt.4 Meteor.T.Comment.42.
6 Metallorum ſcoriæ,id eſt recrementa inodorabiles ſunt,quãdo humor omnis exuſtione cõſumptꝰ eſt.de Sen.& Sen.c.5.C.

METAPHYSICA. METAPHYSICVS.
1 Metaphyſica ſic ſe habet ad ea principia, quæ ſunt cõmunia omnibus ſciẽtiis,ſicut ſe habet quælibet particularis ſcientia ad ſua principia,& ea conſyderat,& eſt domina omnium ſcientiarum,& ſcit cauſata ex cauſis,& eſt maxime ſcientia.1.Poſter.T.Comment.23.
2 Metaphyſica utitur omnibus principiis communibus omnium ſcientiarum. 1.Poſter.T.Comment.27.
3 Metaphyſica communis facultas dicitur.1.Phyſicorum.T.Comment.8.
4 Metaphyſici eſt arguere contra negantes principia phyſici.1.Phyſic.T.Cõment.8.
5 Metaphyſica poteſt contra illos arguere, qui non naturaliter locuti ſunt.1.Phyſicorum.T.Comment.12.
6 Metaphyſicæ diſciplinæ eſt determinare, an principium formale ſit unũ, an plura. 1.Phyſicorum.T.Comment.33.
7 Metaphyſicus conſyderat formas ſeparatas.2.Phyſicorum.T.Comment.26.
8 Metaphyſici eſt conſyderare, ſi ſint aliqua ingenita & incorruptibilia.3.de Cæl.T.Comment.2.
9 Metaphyſici eſt tractare de primo motore immobili.1.de Gener.T.Commẽt.14.
10 Metaphyſicus conſyderat ſubſtãtias ſeparatas,& ut tales ſunt.1.de Ania.T.Co.17.
11 Metaphyſica ꝙ ſit ſciẽtia omiũ,quæ ſunt, ut contingit,& ꝙ ſit ſcientia difficiliũ,eo ꝙ ſit certiſſima,& ꝙ aſſignet cauſas circa omnem ſcientiam, & ꝙ propter ſeipſam ſit,& ꝙ ſit principaliſſima,& maxime libera, habes.1.Metaphy.c.2.per totum.
12 Metaphyſicam omnes cauſas cõſyderare, & diuerſas cauſas ad hãc ꝑtinere,licet ipſa una ſit,oſtẽditur.3.Metaphy.T.Co.3.
13 Metaphyſica conſyderat ens inquantum ens,& quæ inſunt enti per ſe.4.Metaphy.T.Comment.1.& ultra.
14 Metaphyſica nõ eſt aliqua particularium ſcientiarũ.4.Metaphy.T.Co.1.
15 Metaphyſici eſt primo & principaliter cõſyderare de ſubſtãtiis,quia eſt illius cõſyderare de ente,& ſubſtantia eſt primũ inter omnia entia.4.Metaphy.T.Co.2.
16 Metaphyſici eſt conſyderare de uno, ſicut de ente,quia idem ſunt.4. Metaphyſico.T.Co.3. et ultra.
17 Metaphyſicæ tot ſunt partes, quod ſunt partes ſubſtantiæ.4.Metaphyſi.T.Co.4.
18 Metaphyſici eſt conſyderare pluralitatem, quia pluralitas opponitur uni,cuius conſyderatio eſt metaphyſici.4.Meta.T.Co.4.
19 Metaphyſici eſt conſyderare,q̃ opponunᷓ uni,ut diuerſum ſiue alterum,diſſimile,& multa,quia eiuſdẽ ſcientiæ eſt conſyderare oppoſita.4.Metaphyſic.T.Co.4.
20 Metaphyſicus & dialecticꝰ & ſophiſta differunt,quia metaphyſicus diſputat de omnibus demonſtratiue,dialecticus ꝓbabiliter, ſophiſta apparenter.4.Metaphy.T.Co.5.
21 Metaphyſici eſt prima principia & dignitates conſyderare.4.Metaphy.T.Co.7.
22 Metaphyſici eſt cognoſcere certiſſime & firmiſſime principia prima. 4. Metaphyſicorum.T.Comment..8.
23 Metaphyſica ſola eſt,quæ tractat de ente ſimpliciter,ut ens eſt.6.Metaph.T.Co.1.&.11.Metaphy.c.3.G.
24 Metaphyſica theologia dicitur, quia eſt de ente immobili & ſeparato,& q̄a eſt honorabiliſſima ſciarũ. 6.Metaph.T.Co.2.
25 Metaphyſica nõ eſt de ente ꝑ accidens. 6.Metaphy.T.Comment.4.
26 Metaphyſicus nõ conſyderat ens, ut ens ſignificat ueritatem propoſitionis.6.Metaphyſicorum.T.Comment.8.
27 Metaphyſica,dubitatur,an conſyderet de omnibus ſubſtantiis,an non,& ſi non de omnibus,difficile eſt aſſignare,de quibus conſyderat,& de quibus non,& ſi de omnibus,obſcurũ eſt, quomodo una ſciẽtia ſit de omnibus.11.Metaphy.c.1.B.
28 Metaphyſica an omnes cauſas cõſyderet, & præcipue finalem,dubitatur.11.Metaphyſicorum.cap.1.B.
29 Metaphyſica,dubitatur,an conſyderet tãtum ſenſibiles ſubſtantias an ſeparatas.11.Metapyſicorum.cap.1.C.
30 Metaphyſicæ eſt conſyderare, circa quæ uerſenᷓ mathematicæ. 11.Metaphy.c.1.F.
31 Metaphyſica,dubitatur,an ſit circa principia intrinſeca rerum, quæ a quibuſdam uocantur elementa. 11. Metaphy.c.1.F.
32 Metaphyſici eſt quærere, an ſint aliquæ ſubſtantiæ ultra ſenſibiles,utrum ſcilicet ſint alii homines ab iis,an alii equi &c.& an illæ ſubſtantiæ ſeparatæ ſint alterius rationis,& cuius.11.Metaphy.cap.2.A.B.
33 Metaphyſici eſt conſyderare de omnibus entibus reductis ad unum.11.Metaphyſicorum.c.3.D.
34 Metaphyſici eſt conſyderare de accidentibus entis, inquantum ens eſt.11. Metaphyſicor.c.3.E.
35 Metaphyſici eſt conſyderare de primis principiis demõſtrationis. 11.Metaphyſicorum.cap.3.F.G.
36 Metaphyſica quomodo differat a mathematicis & naturalibus, oſtenditur. 11.Metaphyſicorum.c.6.E.F.G.
37 Metaphyſica eſt nobiliſſima ſcientiarum. 11.Metaphyſicorum.cap.6.F.
38 Metaphyſica nõ ſolũ conſyderat ens inquãtũ ens,ſed etiã ut ſeparabile.11.Metaphyſic.c.6.F.Quære Sapiens. Sapientia.

METAPHORA.Id eſt tranſlatio.
1 Metaphora eſt nominis alicui accõmodatio,aut a genere ad ſpeciẽ,aut a ſpecie ad genus, aut a ſpecie ad ſpeciem, aut iuxta proportionem, quorum omnium exempla ſubduntur.in Poet.c.7.D.E.F.
2 in Metaphoris nõ oportet diſputare nec diffinire.2.Poſter.T.Cõment.22.
3 per Metaphoram quod dicitur,obſcurum eſt.6.Topic.cap.2.B.
4 Metaphora utentes ſecundum aliquam ſimilitudinẽ ea utuntur.6.Topic.c.2.C.
5 Metaphora facit quodammodo notum, quod deſignatum eſt per ſimilitudinem 6.Topic.cap.2.C.
6 Metaphora poetis amica eſt.2.Meteor.cap.3.E.
7 Metaphoræ congruæ ſolutæ orationi cõueniunt.3.Rhetoricorum.c.2.C.
8 Metaphora multum decoris affert orationi.3.Rhetor.c.2.D.
9 Metaphora a melioribus ducenda eſt , ſi laudare uelis,ſi uero uituperare,a peioribus.3.Rhetor.cap.2.D.
10 Metaphora per non ſignificantes uoces friuola eſt.3. Rhetoricorum.c.2.F.
11 Metaphoras congruas inuenire poſſumꝰ in ænigmatibus comprobatis.3.Rhetoricorum.cap.2.F.
12 Metaphoræ conueniunt orationibus ænigmaticis.3.Rhetoricorum.c.2.F.
13 Metaphora quomodo differat ab imagine ſeu a ſimilitudine, oſtenditur. 3.Rhetoricorum.c.4.A.B.C.
14 Metaphora cum quadruplex ſit,illa maxime laudatur, quæ ſecundum proportionem eſt.3.Rhetoricorum.c 10.C.

METEORORVM LIBRI.METEOROLOGIA.
1 Meteororum libri quid contineant, & quo ordine ſequantur ad reliquos philoſophiæ naturalis libros, habes. 1.Meteor.cap.1.A.B.
2 Meteorologiam uocauerunt antiqui philoſophi ſcientiam eorum,quæ in ſublimi fiunt.1.Meteor.c.1.A.

METRAGYRTES. Qui Phrygiæ deæ ſacris initiatus, ſtipem colligebat Cybeles matris deorum tympanum geſtans.Quære Iphicrates.6.

METRVM.Poeticum.Quære Carmẽ. Iambicum.Heroicum.Trochæus.Pes.

METRVM.Pro menſura.Quære Menſura.

METVS.
1 Metus eſt expectatio mali.3.Ethicorum. cap.6.A.
2 Metus mediocris fortitudinem locupletat.1.Magnor.Mor.cap.21.B.
3 propter Metum ſeditiones concitantur inter ciues. 5. Politicorum. cap. 2.A.& cap.3.B.
4 Metus cõmunis cogit in unum eos etiã,

qui inimiciſſimi erãt.5.Politicor.cap.5.A.

5 propter Metum aliquando inſurgũt ſubditi aduerſus eos,qui dominantur.5.Politicor.cap.10.D.

6 propter Metum qui inſurrexerunt aduerſus eos,qui dominabantur, referũtur. 5. Politicorum.cap.10.H.✳.

MYCENAEI.Ciues Mycenarum oppidi in Peloponneſo.

Mycenæorum regio multos alere poterat temporibus troianis,& in honore erat,cuius cõtrarium temporibus Ariſtotelis fuit. 1.Meteor.c.14.D.

MIDAS.Rex Phrygum ditiſſimus.

Midas,ut in fabulis eſt,inter nũmorum abundantiam fame peribat,cui propter inſatiabilem auri cupiditatem quicquid apponebatur,fiebat aurũ.1. Polit.c.6.D.

MYDES.

1 Mydes,id eſt mures fluuiatiles fungoſum habent pulmonem,& ideo diutius ſub aquis pſeuerãt.Qui tamẽ ſi uiolẽter ſub aquis longo tempore contineantur, ſuffocantur,& intereunt, quia non admittunt aquã more piſcium.de Reſpirat.c.1.B.

2 Mydes reſpirãt.de Reſpirat.c.4.L.✳.

MILES.MILITARIS.MILITIA.

1 Militiam deſerens iniuriam facit patriæ.1. Rhetor.cap.13.B.

2 Militari arti ſubalternatur frenefactiua,& cæteræ om̃es artes equeſtrium inſtrumẽtorum effectrices.1.Ethic.c.1.A.

3 Militaris ars ciuili facultati ſubeſt, & ei⁹ finem continet.1.Ethic.c.2.A.

4 Militaris facultas ſummis honoribus afficitur.1.Ethic.cap.2.A.

5 Militaris præcipuum bonum eſt uictoria.1.Ethic.c.7.A.B.

6 Milites non eſſe fortes,nullum eſt inconueniens,imo minus fortes eſſe ſolent, & parati ſunt prodigere uitam pro exiguo emolumento.3.Ethic.c.3.B.

7 Milites licet fortes uideãtur propter periciam rei militaris, non tamen ſunt, nam cum periculum excreſcit,fugiunt, & inferiores ſunt urbanis copiis,ut apud Hermeum accidit. 3. Ethicorum. cap.8.C. Quære Hermeum.

8 Milites fortes ſunt ab experientia, quia ſciunt tali loco aut tempore hoſtes illis non poſſe nocere,non tamen ſunt dicẽdi fortes ſimpliciter, ſed ab experientia. 1.Magnor.Mor.cap.21.B.

9 Militaris rei finis eſt uictoria. 1. Politic. cap.6.E.

10 Militares & bellicoſi proni in uenerem ſunt.2.Politicorum. cap. 7.C. Quære Galli.2.

11 Militaris uita multas partes uirtutis continet.2.Politic.C.7.D.

12 Militum ordines interrumpit foſſarum tranſitus, etiam ſi paruæ ſint. 5.Politicorum.cap.3.E.

13 Milites neceſſari ſunt,ut ciuitas conſtare poſſit.7.Polit.c.8.B.

14 Militum qui ſunt domini,etiam ſunt domini ſtatus & mutationis reipublicæ. 7. Polit.cap.9.B.

15 Milites quibus fraudibus quandoq; fraudati ſunt ſtipendiis a ſuis ducibus & tyrannis, habes in libro, qui inſcribitur Oeconomicarum publicarum pluribus locis.

MILESII. Ciues Mileti urbis in Ionia.

MILETVS.

1 Mileſios,dixit Demodocus,non eſſe inſipientes, ea tamen agere, quæ inſipientes faciunt.7. Ethic.c.8.A.

2 in Mileto olei emptionem fecit Thales olei penuriam præuidens.1.Politicorum. cap.7.E.Quære Thales.6.

3 Mileti prætores propter nimiam potentiam tyrannidem inuaſerunt. 5. Politicorum.cap.5.C.

MILO. Athleta crotoniata robuſtiſſimus.

Milo fuit athleta exercitatiſſimus.2. Ethicorum.cap.6.B.

MILVVS.Auis uulgo nota.

1 Milui generantur ex phœnis,& generant eos,qui dicunt maiores,qui ſine prole cõ ſeneſcunt, quod facile conſtat,quia nullus eorum nidos inuenire potuit. de Admirand.Audit.55.

2 Milui cum in omnes,qui carnes ferant, ruant,& diripiant in Elide urbe Achaiæ, ſacerdotibus tamen carnes portantibus nõ ſunt moleſti.de Admirã. Audit.120.

3 Milui exanimantur,& corrumpũtur unguentorum odore,ſi quis eos inunxerit, aut ad ueſcendum dederit,quod unguẽtum tetigit.de Admirand.Audit. 135.✳.

MINERVA. Quæ & Pallas dicitur, quam ſcientiarum deam poetæ fabulantur.

Mineruæ attributa eſt ſcientia, & ideo bene dixerunt antiqui,Mineruam offenſam oris deformitate abieciſſe tibiam, quia tibialis muſica mentem & rationem impedit, & non iuuat. 8. Politicorum. cap.6.D. Quære Gargaria. Phidias. Vlyſſes.1.



MINIMVM.

1 Minimum datur ſecundum multitudinẽ, non autem ſecundum magnitudinem.4 Phyſ. T.Co.108.

2 Minima naturalia conuertuntur in continentia,& diſſoluuntur,ut minimus ſapor mari infuſus conuertitur in naturam maris.de Senſ.& Senſat.capit.6.E. Quære Maximum.

MINISTER.

1 Miniſtri præueloces errãt in agẽdo,quia anteq̃ totum id,quod dicitur, audierint, excurrunt,quibus ira ſimilis eſt.7.Ethic. cap.6.A.

2 Miniſter in artibus locum inſtrumẽti obtinet.1.Polit.c.3.C.

3 Miniſtris illis maxime iraſcimur, quibus utimur ad circularem famulatũ. 2.Polit. c.3.B.Quære Seruus.

MINIVM.Pigmentum quoddam foſſile uulgo notum,quo pictores utuntur.

Minium ab exhalatione calida & ſicca fit. Quæ omnia foſſilia facit,quæ partim lapis, partim puluis coloratus ſunt. 3.Meteor.c.6.G.

MINORES.

Minores iuſtum eſt, ut non contemnant ipſos maiores.2. Rhetoricorum.capit. 2.G.

MINOR.Syllogiſmi.Quære Syllogim⁹.

MINOS.Cretæ rex.

1 Minos imperium maris obtinuit,& inſularum alias ſubegit,alias dudum incultas habitari fecit,tandem Siciliam aggreſſus circa Camarinam defunctus eſt. 2.Polit.c.8. B.Quære Creta.7.

2 Minos legem tulit apud Cretenſes, qua agricolarum genus diſtinguebatur a pugnatoribus.7.Polit.c.10.A.

3 Minos in Creta multis temporibus fuit, poſtq̃ Seſoſtris regnauit in Aegypto. 7. Politicorum.c.10.B.

MINVS.

1 Minus quod uidetur ineſſe, ſi ineſt. ergo quod magis.2.Topic.c.4.B.

2 Minus & magis quomodo ualeant ad cõſtruenda problemata uel deſtruenda, habes. 2.Topicorum. cap.4.B.C. Quære Magis.

3 Minoris & maioris quædam regulæ ponuntur.1.Rhetoricorum.ca.7.B.C. Quære Plus.✳.

MIRABILE.Quære Admirari.

MYRON.

Myron Sicyoniorum tyrannus.5.Politic. c.12.D.Quære Cliſthenes.

MYRRHA. Qua mortuorum corpora condiuntur.

Myrrha terrea eſt, & refrigeratione coagulatur. 4. Meteororum. T. Comment.50.

MISCERI. MIXTVM. MIXTIO. MISCIBILE.

1 Mixtum illud dicitur manere & dans eſſe,cuius ſubſtantia præcipue manet,ut ſi quis parum aquæ multo miſceat uino.1. de Gener.T.Co.34.

2 Mixtum illud dicitur manere & dominans, quod facit operationem ſimilem ſuæ ſpeciei,ut ſi uinum aquæ mixtum calefaciat,& confortet,facit operationem uini & non aquæ uniuerſa mixtura. 1. de Generat.T.Co.34.

3 quæ Miſcentur,mutuo ſe tangant, neceſſe.1. de Generatione. T. Comment. 43.

4 Mixtionem bene fieri inter ea, quæ habent poros commenſurabiles, dixit Empedocles.1. de Generatione. T. Comment.56.

5 Mixtionem impoſſibilem eſſe,quidam dicunt,quia quando miſcibilia ueniunt in mixtionem, aut ipſa manent, & ſic ſunt conſequenter ſe habentia, aut alterum manet, altero non manente,& ſic eſt illius corruptio, & alterius conſeruatio, aut utraq; corrumpuntur,& tũc nõ erit mixtio,quia non entia non miſcentur. 1. de Gener.T.Co.82.

6 Mixtio ſi eſt,oportet eam differre a generatione & corruptione.1.de Generatione T.Comment.83.

7 Miſceri non poſſunt, quæ non contingit ſeparari & per ſe exiſtere.1.de Generatio. T.Co.83.

8 Mixta omnia fuiſſe aliquando, qui dixerunt, non recte dixerunt,quia non quodlibet eſt cuilibet miſcibile.1.de Generat. T.Comment.83.

9 Miſceri paſſiones non poſſunt,quia ſeparari & actu per ſe exiſtere nõ poſſunt.1. de Gener.T.Com.83.

10 Mixta poſtquam mixta ſunt,quodammodo ſunt quodammodo non ſunt, quia ſunt potentia & non actu.1.de Generat. T.Comment.84.

11 Mixta ambo non corrumpuntur, nec alterum illorum, quia uirtus eorum ſaluatur.1. de Generatione. T. Commen. 84.

12 Mixtionem quidam poſuerunt eſſe, quando miſcibilia ſunt diuiſa in corpora tā minima, ut ſenſu non poſſint percipi. 1. de Gener. T. Co. 85.

13 Mixtionem, quidam dixerunt, eſſe, quando mixtorum quæcūq; particula eſt iuxta aliam poſita, ut ordeum tritico miſceť, quando quodcūq; granum ordei eſt iuxta aliud granum tritici. 1. de Generat. T. Comment. 85.

315 Motus circularis ſi multiplex eſt,multi ſūt motores,ordinati tamen ſub uno principio.2.de Gener.T.Co.61.
316 Motum cōtinuum eſſe,probatur ex temporis continuitate.2.de Gener.T.Comment.61.
317 Motus cæli eſt continuus,quia id , quod mouet,eſt continuum, & non quia locus eſt continuus,in quo mouetur.2. de Gener.T.Co.62.
318 Motus circularis maxime continuus & ꝑpetuus eſt.2.de Gener.T.Co. 62.
319 Motus aliquis continuus eſt aut propter loci ,in quo mouetur continuitatem, aut mobilis continuitatem,aut propter paſſionem,ad quam eſt motus.2. de Generat. T.Comment. 62.
320 Motus poteſt aerem ſegregare & ignire, ita ut quæ feruntur, ſæpe liqueſcant.1.Meteor.c. 4.F.
321 Motus corporis ſolidi maxime diſgregat. 1.Meteor.c.4.F.
322 Motu & ſenſu uidentur differre animata ab inanimatis .1. de Animæ.T.Co.19.
323 Motus ſenſibile commune eſt.2. de Aīa. T.Com.64.
324 Motus tactu & uiſu percipitur.2.de Aīa. T.Comment.64.
325 Motus ,quo ſenſus mouetur, alterius rationis eſt a motu proprie dicto,quia motus ſenſus eſt ſine contrarietate, & perfectio, alii uero inter contraria,& ſunt actus imperfecti.3.de Aīa.T. Co.28.
326 Motꝰ localis in animalibus non eſt cauſa intellectus practicus.Nam licet ipſe oſtendat aliquid fugiendum ut malum,aut proſequendum ut bonum,non tamen mouetur ad illud animal,ſed ad contrarium aliquando,ut patet in incontinentibus.3.de Aīa.T.Co.43.
327 Motus localis animalium non ſit a uegetatiua,quia animalia quando mouētur ut animalia,mouentur ut appetentia, aut ut fugientia. Quod non poteſt eſſe ſine phantaſia,aut appetitu,quo caret uegetatiua , alioqui plantæ mouerentur motu locali , & haberent organa ad motum localem. 3.de Aīa.T.Co.44.45.
328 Motus localis in animalibus non eſt principium ſenſitiua,quia aliqua animalia,quibus ineſt ſenſus, non habent talem motum,nec habent organa ad talem motū. Nec eſt dicendum deeſſe illis inſtrumenta ad talem motum,quia natura non deficit in neceſſariis,nec fruſtra aliquid facit. 3.de Aīa.T.Co. 45.
329 Motus localis in animantibus non eſt cauſa intellectꝰ ſpeculatiuus,quia uerſatur tātum circa intelligibilia ,& non circa agibilia,ideo non præcipit aliqua proſequenda aut fugienda.3.de Anima.T.Co. 46.
330 Motus localis animalium non eſt cauſa appetitus, quia continentes licet appetant & cupiant,non tamen mouentur ad ea , quæ appetitus iubet,ſed ſequuntur intellectum.3.de Aīa.T.Co.48.
331 Motus in animalibus principia ſunt intellectus practicus & appetitus, ſi quis etiam ſub intellectu phantaſiam comprehēdat,

3.de Aĩa.T.Co.48.49.
332 in Motu animalium locali hæc ſunt, ſcilicet mouens immobile ſcilicet obiectũ, & mouens motum ut appetitus, & inſtrumẽtum, quo animal mouetur, quod eſt aliqđ corporeum, & animal quod mouetur .3. de Aĩa.T.Co.54.
333 Motus omnis ab aliquo in aliquod eſt, & ideo neceſſe eſt, ut ſit tempus in motu.de Sen.&.Sen.c.6.G.
334 Motus maior minorem repellit, unde fit, ut timentes, aut meditantes aliquid uehementer, aut ingentem ſonitum audientes non uideant delata ante oculos.de Sen.& Sen.c.7.A.
335 Motus in animalibus ea parte oritur, qua ſenſus, quæ pars eſt media inter caput & uentrem.de Somn.& Vigil.c.2.A.
336 Motus localis animalium non eſt ſine aliqua intenſione uirium, de Somn.& Vigil.c.2.L.
337 Motus eadẽ parte animæ ſcilicet ſenſitiuo communi cognoſcitur, qua & magnitudo & tempus.de Memo.&. Reminiſc. cap.1.E.
338 in Motu ſemper omnia ſunt, & propterea aut generãtur, aut corrumpuntur.de Lõgit.& Breuit.Vit.c.1.I.
339 Motus tardus arguit mollem in alterutrum, uelox uero calidum.de Phyſiog.E
340 abſq; Motu quæ ſunt uoluptates, maiores ſunt.7.Ethic.c.14.C.
341 Motui omni conuenit tarditas aut uelocitas, non per ſe, ſed ad aliud .10. Ethicor. cap.3.B.
342 Motus omnis in tẽpore fit, & ad aliquẽ finem determinato tẽpore peruenit.10. Ethico.c.4. A.
343 Motus ſpecies non perficitur in qualibet parte temporis, ſed in toto tempore, quo ad finem mouetur.10.Ethic.c. 4.A.
344 Motus totus localis differt ſpecie a ſingulis ſuis partibus . 10 . Ethicorum . capit. .4 . B.
345 Motus cuiuſlibet finis eſt bonum.1. Metaphyſic.c.3.A.
346 Motus mentionem omiſerunt Democritus & Leucippus propter negligentiam. 1.Metaphy.c.4.E.
347 Motum ponebant Pythagorici eſſe unum e ſuis decem prædicamentis.1. Metaphyſicorum.cap.5.C.
348 in Motu ſunt omnia ſenſibilia.3.Metaph. T.Comment.12.
349 Motus nullus eſt infinitus.3.Metaphyſic. T.Comment. 12.
350 Motus multitudinis eſt, quia quod mouetur, multipliciter ſe habet.4.Metaphyſic. T.Comment.6.
351 Motum tollunt, qui contradictorias omnes ſimul eſſe ueras, dicunt.4. Metaphyſic.T.Co.18.
352 Motus unus eſt, qui indiuiſibilis eſt, indiuiſibilis uero ſecundum tempus.5. Metaphyſic.T.Co.8.
353 Motus eſt in eo, quod mouetur.9.Metaphyſic.T.Com.16.
354 Motus ſempiternus, aut motũ aliquid ſempiternum nunq̃ eſt in potentia, ſed ſemp in actu . 9. Metaphyſicorum . T . Comment.17.
355 Motus corruptibilium ideo non eſt perpetuus, quia corruptibilia ſunt in potentia ad moueri, & non moueri, & ideo in motu fatigantur.9.Metaphyſicorum. T.Cõment.17.
356 Motus non eſt aliud præter res.11. Metaphyſic.c.8.A
357 Motus & mutatiõis tot ſunt ſpecies, quot entis.11.Metaphyſic.c.8. B.
358 Motus eſt actus in potentia ut in potẽtia, quæ diffinitio per ſingulas particulas declaratur. 11. Metaphyſicorum . capit.8.B. C.D.
359 Motus diffinitionem, ſcilicet ꝙ ſit actus entis in potentia, eſſe bonam, probatur ex teſtimonio eorum, qui aliter motũ diffinierunt, & quia non facile alia diffinitio dari poteſt.11. Metaphyſicorum . capit. 8. D. E.
360 Motus eſt in moto, quia eſt actus eius a motiuo.11.Metaph.c.8.E.
361 Motus eſt mutatio a ſubiecto in ſubiectũ 11.Metaph.c.10. C.
362 Motum non eſſe ad prædicamẽtum ſubſtantiæ, aut ad aliquid , aut ad quando , aut ad actionem, aut paſſionẽ, aut ad habitum, aut ad ſitũ, probatur.11.Metaphy. cap.10.D.E.F.G.
363 Motum impoſſibile eſt incipere aut corrumpi. 12 . Metaphyſicorum .T. Comment.29.
364 Motus localis circularis tantum eſt continuus & ſempiternus.12.Metaphyſicorum T.Comment.29.
365 Motus ſi æternus eſt, neceſſe eſt ponere ſubſtantiam ſemper mouentem. 12. Metaphyſicor.T.Commen.30.
366 Motus ſempiterni principium immateriale eſſe oportet, & eſſe actum.12. Metaph. T.Commen. 30.
367 Motum ſemper fuiſſe dicentes, actum, dicunt eſſe priorem potentia . 12.Metaphyſicorum.T.Comment.32.
38 Motus primus eſt localis, & circularis.12. Metaphyſicorum.T.Comment.38.
39 Motus omnes poſteriores ſunt motu locali.12.Metaphyſi.T.Co.41.Quære Mobile.Mouere.Mouens.✳.

MOVERE.MOVERI.MOVENS.

1 Moueri ſemper omnia, dixit Heraclitus.1. Topic.cap.9.B.
2 Moueri ſimul omnia, quæ in nobis ſunt, motis nobis, neceſſe eſt.2.Topic.c.3.C.
3 Moueri uel oĩa, uel plæraq;, inductione oſtenditur.1.Phyſic.T.Comment.11.
4 Moueri non eſt neceſſarium inæqualia, aut altera, aut nõ entia.3.Phyſi.T.Co.12.
5 Mouetur ueloci⁹ illud, quod prius uenit ad id, ad qđ pergit, modo ſit idem ſpaciũ uniformiſq; motus. 3. Phyſic.T.Co.129.
6 Moueri aliqd dupliciter dicitur, aliud per ſe actu, aliud per accidens.4.Phyſicorum. T.Comment.32.
7 Moueri per accidens duplex eſt, aut quæ per accidens mouentur, moueri poſſunt per ſe, ut partes corporis, aut ſemper per accidens ut albedo, & ſcientia.4.Phyſicorũ.T.Comment..32.
8 Moueri tardius aut uelocius aliqđ graue aut leue, cõtingit aut ꝓpter medii diſpoſitionem, ꝑ qđ fertur, aut ꝓpť mobilis grauitatem aut leuitatẽ maiorẽ aut minorẽ, cæteris paribus.4.Phyſic.T.Co.71.
9 omne quod Mouetur, a quodam in quiddam mouetur.4.Phyſic.T.Co.99.
10 quod Mouetur in tẽpore mouetur, & ex quodam in quiddã.6.Phyſic.T.Co.6.74.
11 Moueri per ſe indiuiſibile non poteſt, niſi per accidẽs. 6.Phyſic.T.Co.6.7.&.ultra.
12 quod Mouetur, non eſt ſimul moueri, & motum eſſe.6.Phyſic.T.Co.8.
13 ante omne Moueri eſt mutatum eſſe, & econtrario ante omne mutatum eſſe eſt moueri.6.Phyſic.T.Comment.54.55.
14 Mouetur ab alio, omne quod mouetur. 7.Phyſicorum.T.Comment. 1.2.3.&.8. Phyſicorum. T.Comment.33.28.&.2.de Cæl.T.Comment.36.&.12.Metaphyſicorum.T.Comment.43.
15 oĩe quod Mouetur, diuiſibile eſt.7.Phyſicorum.T.Comment.2.
16 Moueri ſemper, aut quieſcere ſemper, aut aliquando quieſcere, aliquãdo moueri, ponendum eſt.8.Phyſic.T.Comment.21.
17 Moueri omnia ſemper, licet ſit cõtra phyſicum, minus tamen repugnat, q̃ dicere omnia quieſcere.8.Phyſic.T.Co.23.
18 Moueri omnia quidam dixerunt, ſed nõ ſentiri a nobis.8.Phyſic.T.Co.23.
19 Moueri aliqua ſemper, & aliqua ſemper quieſcere, abſurdum eſt dicere.8 . Phyſicorum.T.Comment.24.
20 Moueri aliqua ſemper, & aliqua quieſcere ſemper, qui dicunt, tollunt augmentationem, motum localem, generationẽ, & corruptionem, & uniuerſaliter omnem motum.8.Phyſic.T.Comment.24.
21 Mouentur quædam non ſemper, ſed aliquando.8.Phyſic.T.Comment.25.
22 Moueri omnia ſemper, aut alia ſemper moueri, & alia ſemp quieſcere, impoſſibile eſt.8.Phyſico.T.Comment.26.
23 Mouentur naturaliter illa, quorum principium motus eſt in ſeipſis.8.Phyſicorũ. T.Comment.27.
24 quæ Mouentur ab alio, aliqua mouentur natura, aliqua extra naturam . 8.Phyſicorum.T.Comment.28.
25 Moueri ab alio id omne, quod mouetur, habet difficultatem in grauib⁹ & leuibus. 8.Phyſic.T.Comment.28.
26 Mouere ſeipſum proprium eſt habentiũ uitam & animantium . 8.Phyſicorum.T. Comment.29.
27 Mouent quæcũq; ſunt actu illa, quæ ſunt in potentia.8.Phyſic.T.Comment.31.
28 Mouens, aliud per unum medium mouet, aliud per plura.8.Phyſic.T.Co.33.
29 oĩe quod Mouetur, eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. 8.Phyſic.T.Cõment.40.
30 Mouere ſeipſum, ita ut ab utroq; moueatur utrumq;, impoſſibile eſt. 8.Phyſicorũ. T.Comment.41.
31 Mouẽtur quædam ſemper, & quædam non ſemp, oſtenditur.8.Phyſic.T.Co.53.
32 Mouẽtur celerius, quæ proximiora ſunt mouenti.8.Phyſic.T.Comment.84.
33 Mouetur omne corpus ſecũdum prædominans ſimplex in eo.1.de.Cæl.T.Co.7.
34 Moueri aliquid poteſt non ſuo motu, ſed hoc erit uiolenter.1.de Cæl.T.Co.9.
35 Mouetur nil in infinitum.1 . de Cæl.T. Comment.58.
36 Mouentur omnia aut ſecundũ naturam, aut uiolenter.1.de Cæl.T.Comment.76
37 Mouentur omnia ſecũdum naturam ad locum, in quo nõ uiolenter manent. 1.de Cæl.T.Comment.76.
38 Moueri quod non eſt natum, impoſſibile eſt moueri uiolenter.1. de Cæl.T.Co.82.
39 Moueri aliquo motu corpora, neceſſe eſt.1.de Cæl.T.Comment.82.
40 Mouẽtur omnia corpora aliorũ mundo-

rum,ſi ſint,ad eundem locum numero.1. de Cæl.T.Comment.83.

41 Mouentur omnia corpora natura ad illũ locum,a quo uioléter pellũtur. 1.de Cæl. T.Comment.89.

42 quæ Mouentur, quieſcunt, cum ad propriũ locũ uenerint.1.de Cæl.T.Co.100.

43 quod Mouetur contra ſuam naturam,tãto laborioſius eſt, quãto magis perpetuũ. 2.de Cæl.T.Comment.3.

44 Mouentur quædam corpora uno motu, ut ignis ſurſum.2.de Cæl.T.Co.9.

45 Moueri uiolenter neceſſe eſt,qđ mouet,ſi nõ moueť naturaliť. 3.de Cæl.T.Co.18.

46 Mouentur quædam a medio,alia ad medium.4.de Cæl.T.Comment.4.

47 Moueri ſurſum dicimus, quæ a medio, moueri deorſum,quæ ad medium. 4.de Cæl.T.Comment.4.

48 Moueri in ſuum locum unumquodq;, eſt ad ſuam ſpeciem,id eſt perfectionem ferri.4.de Cæl.T.22.

49 Moueri unumquodq; ad ſuum ſimile, ut dicebant antiqui, eſt unũquodq; in ſuũ locum ferri.4.de Cæl.T.Co.22.

50 Mouetur totũ naturaliter motu eo, quo una pars illius nata eſt ferri. 4.de. Cæl. T.Comment.22.

51 quod Mouetur motu naturali, mouetur ad acquirendam aliquam perfectionẽ determinatam,& non ad quancunq;, ſed ad illam, ad quam eſt in potentia proxima. 4.de Cæl.T.Comment.22.

52 Moueri ad infinitum aut ad impoſſibile nil poteſt.4.de Cæl.T.Comment.33.&. 1.de Cæl.T.Comment.58.

53 Mouent,& mouentur omnia fere,quæ in cõſpectu nřo ſunt.1.de Gene.T.Co.45.

54 Moueri & mouere dupliciter diciť, ſicut agere & pati, ſcilicet mouens primum,in quo eſt principium motus,& mouens ultimum, quod mouet per aliud, & poſt quod nõ eſt aliud,quod moueat,ſed illud quod mouetur tãtũ.1.de Gener.T.Co.53

55 Moueri omnia ab anima, quidam dixerunt.1.de Anima.T.Comment.22.

56 Moueri omne quod mouet, quidam dixerunt.1.de Anima.T.Co.22.36.

57 quod Mouetur, aut per ſe aut per aliud mouetur, ꝑ ſe ut nauis,ꝑ aliud,ut qđ ad nauis motũ mouetur.1.de Aia.T.Co.36.

58 quæ Mouentur, ab eo quod eſt in actu, mouentur.2.de Anima.T.Co.54.

59 Mouentur animalia omnia, facto aliquo ſenſu proprio,uel extraneo in ſenſu communi.de Somn.& Vigil.cap.2.L.

60 Mouemus aliquid aut attrahẽtes,aut pellentes, aut eleuantes,aut deiicientes, aut comprimentes.1.Rhetor.c.5.G.

61 Moueri omnia, qui dicũt, & cum hoc dicunt cõtradictoria ſimul eſſe uera, magis dicũt oĩa qeſcere ꝙ moueri,qa ad illđ qđ eſt,nihil mutatur.4.Metaphy.T.Co.23.

62 Mouentia quæ mouentur,cõſyderare debet phyſicus.2.Phyſicorũ.T.Cõment.71.

63 Mouentia immobilia conſyderare nõ debet phyſicus.2.Phyſicorum.T.Co.71.

64 Mouẽtia immobilia nõ habent in ſe principium motus,ſed immobilia ſunt.2.Phyſicorum.T.Comment.71.

65 Mouentẽ cauſam debet conſyderare, qui generationem conſyderat. 2. Phyſicorũ. T.Comment.72.

66 Mouẽtia prima duo ſunt,ſcilicet phyſicũ & non phyſicum.2.Phyſic.T.Co.73.

67 Mouens omne aut mouet ad ſubſtantiã, aut ad quantitatem,aut ad aliquod aliud prædicamentum.3.Phyſicorum.T.Co.6.

68 Mouens in actu eſt,quãdo mouet.3.Phyſicorum.T.Comment.6.

69 Mouens omne nõ oportet moueri.3.Phyſicorum.T.Comment.8.

70 Mouens omne phyſicum mouetur, cum ſit potentia mobile.3.Phyſic.T.Co.16.

71 Mouens mouetur, non quia mouet, ſed quia tactu mouet,quod eſt agere. 3.Phyſicorum.T.Comment.16.

72 Mouens phyſicum ſimul agit, & patitur. 3.Phyſicorum.T.Comment.16.

73 Mouentẽ moueri eſt per accidens.3.Phyſicorum.T.Comment.17.

74 Mouens aliquid tripliciť mouet illud, ſecundum accidens, ſecundum partem,ſecundum ſe totum.5.Phyſic.T.Co.2.

75 Mouens & motum ſunt ſimul.7.Politicorum.T.Comment.9.

76 Mouens proiectione quomodo ſit ſimul cũ moto,habes. 7.Phyſic.T.Commẽt.10.

77 Mouens alterans ſimul eſt cum alterato. 7.Phyſicorum.T.Comment.11.

78 Mouens localiter ſemper mouet aliquod mobile,& in aliquo tẽpore, & uſq; ad aliquam quãtitatẽ.7.Phyſic.T.Commẽt.35.

79 Mouentis uirtus eſt,quæ facit proportionem in motu reſpectu ſpacii & temporis & mobilis.7.Phyſic.T.Co.36.

80 Mouens naturaliter, ut diſtinguitur contra mouentẽ per intellectum,ſemper uno modo mouet.8.Phy.T.Comment.7.

81 Mouens per intellectum, ut diſtinguitur contra naturam,diuerſis motibus mouet. 8.Phyſicorum.T.Comment.17.

82 Mouens aliud per ſe,aliud per accidens. 8.Phyſicorum.T.Comment.27.

83 Mouentia ſeipſa poſſunt ſibi eſſe cauſa quietis.8.Phyſicorum.T.Comment.29.

84 Mouentia ſe,non determinant ſibi unũ tantum motum. 8.Phyſicorum.T.Comment.29.

85 Mouens neceſſe eſt ſeparari,id eſt non eſſe continuũ mobili, quia continua nõ poſſunt ſeipſa mouere.8.Phyſicorum.T. Comment.30.

86 Mouẽtia quædam mouent per ſe, quædam per accidens.8.Phyſic.T.Co.31.

87 Mouens licet dicatur de primo & de ultimo, quod mouet, tamen magis dicitur primum mouere ꝙ ultimum. 8.Phyſicorum.T.Comment.33.

88 Mouens primum ubi ſit,oſtẽditur.8.Phyſicorum.T.Co.84.

89 Motiuum ad generationem aut alterationem aut ad locum non quodlibet eſt, ſed alteratiuum alterabilis, augmẽtatiuũ augmentabilis, eodem modo motiuum mobilis.4.de Cæl.T.Comment.22.

90 Mouens primum mouetur a ſe,& nõ ab alio.8.Phyſicorum.T.Comment.34.

91 in Mouentibus & motis non eſt dandus proceſſus in infinitũ. 8.Phyſic.T.Co.34.

92 Mouens non omne mouetur. 8.Phyſicorum.T.Comment.36.37.41.

93 Mouens non neceſſario mouetur,nec eadem ſpecie motus,qua mouet, nec alia. 8.Phyſicorum.T.Comment.38.39.

94 Mouens ſeipſum, impoſſibile eſt,ſe totũ mouere.8.Phyſicorũ.T.Co.40.

95 Mouens per ſe aliud,non neceſſe eſt ipſm moueri. 8.Phyſicorum.T.Cõment.41.

96 Mouentis ſeipſum pars ſeipſam non mouet.8.Phyſicorum.T.Co.42.

97 Mouens pars non mouetur a mota,nec a ſeipſa.8.Phyſic.T.Co.42.

98 Mouens aliud mouet, & mouetur, aliud eſt immobile.8.Phy.T.Co.43.

99 Mouens ſe qua ratione aliquid dicatur, habes.8.Phyſicorum.T.Comment.43.

100 Mouens primũ neceſſe eſt ponere immobile.8.Phyſicorum.T.Comment.43.

101 Mouentia immobilia quodammodo tangunt ea, quæ mouent,quia per uirtutẽ, quodammodo nõ tangunt, quia nõ per ſua ultima. 1.de Generatione. T.Comment.45.

102 Mouens primum eſt,in quo eſt principiũ motus.1.de Gener.T.Comment.53.

103 Mouens primum in tali genere & ordine nil prohibet,eſſe immobile,in quibuſdam tamen eſt neceſſarium eſſe immobile.1.de Gener.T.Comment.53.54.

104 Mouens ultimum ſemper eſt motum.1. de Gener.T.Co.53.

105 Mouens non omne mouetur,ſed quoddam eſt mouens motum,quoddam mouens immobile.1.de Gener.T.Co.45.

106 Mouens nõ quodlibet mobile mouet,ſed determinatum,& inter quæ ſit aliqua cõmunitas.1.de Anima.T.Comment.52.

107 Mouens non neceſſario mouetur. 3. de Anima.T.Comment.139.

108 Mouens prius eſt natura eo,quod mouetur.4.Metaphy.T.Comment.25.

109 Mouens primũ ipſum immobile eſt. 4. Metaphy.T.Comment.29.

110 Mouens mouet tripliciter,aut per accidens,aut ſecundum partem,aut ſecundũ ſe totum.11.Metaphy.cap.10.A.

111 Mouens oĩa eſt principium omnium. 12.Metaphyſic.T.Comment.24.

112 Mouens non motũ ponendum eſt,quod eſt ſubſtantia & actus, quemadmodum ponimus mouens motum. 12.Metaphyſicorum.T.Comment.35.✳.

MVLA.

Mulæ in Cappadocia pariũt,& fœt9 procreant.de Admirand.Audit.61.✳.

MVLIER.

1 Mulieres omnes pueri appellant matres. 1.Phyſic.T.Comment.5.

2 Mulier menſtrua patiens ſi inſpicit ſpeculum,nube quadã ſanguinea inficitur ſpeculum,quia illi9 oculi infecti ſunt ſanguine menſtruo,cum uenarum ſint pleni.de Somniis.cap.2.E.Quære Mẽſtrua.

3 Mulieres Vmbriæ ꝓuinciæ fœtoſæ ſunt, & multos uno partu pariunt,rariſſime uero unum.de Admirand.Audit. 70.Quære Vmbria.

4 Mulieres Ligurum dum pariunt,non lecto quieſcunt,ſed inter laborandum,nullo præmiſſo gemitu,fœtum effundũt. Natum uero infantem ſcalpunt,& fricant,& undis abluunt, nec interim a cæteris domeſticis operibus uacant. de Admirand. Audit.89.

5 Mulieres quibus non ſunt bonæ, ii media parte felicitatis priuantur. 1.Rhetor. cap.5.D.

6 Mulieres Lacedæmoniorum malæ ſunt. 1.Rhetor.cap.5.D.

7 Mulieris bona ſunt forma,corporis ꝓceritas,pudicitia,operandi ſtudium abſq; illiberabilitate.1.Rhetor.cap.5.D.

8 Mulier quædam ferebatur grauidarum

uteros reſcindere, & earum fœtus deuorare.7.Ethicorum.c.5.A.

9 Mulieris naturale eſt pati uenerem,& nō agere.7.Ethic.c.5.B.

10 Mulieres,& qui parum uiriles ſunt,ſolatium capiunt,ſi quis illis condoleat in aduerſis, quod cōtra accidit illis,qui uiriles ſunt.9.Ethic.cap.11.B.

11 Mulier deterior eſt uiro.1.Magnor.Mor.cap.34.F.

12 Mulier habet deliberandi arbitrium,ſed inualidum.1.Polit.cap.8.C.

13 Mulieris & uiri non eſt eadē uirtus.1.Politicorum.cap.8.D.E.

14 Mulieres media pars ſunt liberorum hominum.1.Politicorum.cap.8.F.

15 Mulieri decus affert taciturnitas,ut dixit poeta.1.Polit.cap.8.E.

16 Mulieres etiam pugnare,cēſuit Socrates.2.Polit.cap.4.A.

17 circa Mulieres in quacunq; republica eſt male prouiſum,in ea putandum eſt male ordinatam eſſe medietatem ciuitatis.2.Politicorum.cap.7.B.

18 Mulieres Lacedæmoniorū molliter uiuūt,& in omnem licentiam diſſolutæ.2.Politicorum.cap.7.B.

19 Mulieres,nil intereſt,an gubernēt,an qui gubernant,a mulieribus gubernentur.2.Politicorum.cap.7.B.

20 Mulieris fortitudo alia eſt a fortitudine uiri, quia mulier inhoneſta uideretur, ſi eſſet fortis ut uir, & uir timidus eſſet,ſi eſſet fortis ut mulier.3.Polit.cap.3.F.

21 Mulieris domeſtica adminiſtratio eſt ſeruare acquiſita a uiro,ſicut uiri eſt acquirere, & ideo differunt in domeſtica adminiſtratione.3.Polit.cap.3.F.

22 Mulierum propter contumelias multæ tyrannides perierunt.5.Politicorū.c.11.I.

23 Mulieres parere deſinūt anno quinquageſimo.7.Politicorum.c.16.A.

24 Mulieres euadūt intēperatiores,ſi aſſueſcant uenereis,dū puellæ ſunt in ætate intempeſtiua.7.Politicorum.c.16.B.

25 Mulieres prægnantes non debent ocioſæ eſſe & pigreſcere,nec uti alimēto ſubtili,ſed præcipi debet illis a legiſlatore,ut certum quoddam iter faciant quottidie ad deorum ſacra.7.Politicorum.c.6.D.

26 Mulier in oībus, q̄ foris ſunt,ſequi debet ſentētiā uiri, & intelligere non tā turpe eſſe uiro,ſcire res domeſticas,q̄ mulieri ſcire ea,q̄ foris ſunt.1.Oeconom.c.2.A.

27 Mulier imbecillior ē uiro, ut ſit cautior, ut cum uagari extra propter imbecillitatem non poſſit,parta domi conſeruet,& nutriat prolem.1.Oeconom.c.3.B.

28 Mulier proba dominari debet omnibus, quæ intra domum ſunt,& curam habere omnium ſecundum præſcriptas leges.2.Oeconom.cap.1.A.

29 Mulier proba neminē permittere debet ingredi ſine uiri præcepto,& ueteri maxime debet uerba,quæ de mulierū corruptela circumferūtur.2.Oeconom.c.1.A.

30 Mulier domina impenſarum debet eſſe ad dies feſtos,quos uir pmiſerit.3.Oeconom.cap.1.A.

31 Mulier proba uti debet minori ueſtium ſumptu,q̄ pmittāt leges ciuitatis.2.Oeconom.cap.1.A.

32 ad Mulieris laudem magis ualet,ſi honeſte decoreq; uiuat & cū modeſtia,q̄ oīs ſplēdor ueſtiū,& ornatꝰ cū formæ elegātia,aut magnitudo auri.2.Oecon.c.1.A.

33 Mulier nō ſeruet memoriā, ſi uir aliquid deliquerit,ſed aſcribat aut ignorātiæ aut ægritudini.2.Oeconom.c.1.B.

34 Mulier multo magis obtemperare debet uiro,q̄ ſi empta ueniſſet in domum,quia magno præcio empta fuit,ſcilicet ſocietate uitæ & procreatione liberorum, quibꝰ nihil eſt maius aut ſanctiꝰ.2.Oeconom.cap.1.B.

35 Mulier clarior redditur aduerſitatibus uiri,ſi non deſit uiro, q̄ uiri proſperitatibꝰ, quod exemplis oſtenditur.2.Oeconom.cap.1.C.Quære Alceſtis.Penelope.

36 Mulier unanimis debet eſſe uiro non ſolum in proſperis,ſed etiam in aduerſis,ſiue corporis morbo ſiue mentis alienatione uir laboret.Si tamen uir aliquid turpe ſuadeat,non debet obſequi.2.Oeconomi.cap.1.B.

37 Mulier tanto magis curabit ſe præſtare bonam uiro ſuo,quanto ipſe eam magis uidebitur amare,& pluris illam facere.2.Oeconom.cap.2.B.✳.

MVLTIPLEX. *Seu.* MVLTIPLICITER DICTVM.

1 Multipliter ſi aliquid dicatur, aut nō, cognoſcitur aut ex conſyderatione contrarii,aut ſub eodem nomine,aut ſub diuerſis nominibus, aut mediis contrarii, aut ex cōſyderatione cōtradictorii,aut ex cōſyderatione priuatiue oppoſiti,aut ex cōſyderatione caſuum & cōiugatorum,aut reſpectu diuerſorum generum prædicamentorum,aut ex parte generis ſubalterni, aut ex parte diffinitionis & partium eius.1.Topicorum.cap.13.per totum.

2 Multipliciter dicti diſtinctio utilis eſt.Primo ad claritatem,ſi manifeſtetur multipliciter dictum.Secundo ad diſputationem, ne interrogans & reſpondens ad diuerſos ſenſus ferant intellectū,& ſic fiat ſyllogiſmus non ad rem,ſed ad nomen. Tertio ut non decipiatur,& poſſit decipere, nam qui ſcit multiplicis diſtinctionem,nō facile decipitur.1.Topic.c.14.B.

3 Multiplex æquiuocum ſi lateat reſpondētem,tunc problema poteſt conſtrui ſecundum unum ſenſum,& deſtrui ſecundum alium.2.Topic.c.2.E.

4 Multiplex ſi nō lateat reſpōdentē,diſtinguendum eſt.2.Topic.c.2.E.

5 Multiplex ſi eſt amphibologicum, debet diſtingui,& tunc conſtrui problema ſecūdum uerum ſenſum,& deſtrui ſecundum falſum.2.Topic.c.2.F.

6 Multipliciter dictum obſcurū facit,quod dictum eſt.2.Topic.c.5.C.D.

7 Multiplex ſi in utraq; ſignificatione uerū eſt,debet cōcedi,ſi in utraq; falſum,debet negari,ſi in una uerum,debet in illa tātū concedi.8.Topic.c.3.I.

8 Multiplicis elenchi quomodo ſoluantur, oſtenditur.2.Elēch.c.3.C.D.E.

9 Multipliciter dictum confuſum reddit intellectum.1.de Cæl.T.Co.110.

10 Multiplex niſi diſtinguat, impoſſibile eſt, ipſius principia inuenire.1.Methaphy.T.Co.47.Quære Aequiuocum.Locus dialecticus.Interrogans.

MVLTITVDO.

1 Multitudo difficile excellit ſecundum uirtutem,niſi ſecundum bellicam uirtutem.3 Politic.c.5.B.

2 Multitudo ingens non poteſt bene ordinari,niſi per diuinā potentiā.7.Politic.c.4.B

3 Multitudo eſt,q̄ eſt diuiſibilis in nō continua.5.Metaphy.T.Co.18.

4 Multitudo dicitur, quod aut eſt diuiſum aut diuiſibile.10.Meta.T.Co.9.

5 Multitudo prior eſt uno ſecundum ſenſum.10.Metaphy.T.Co.9.

6 Multitudinem cōſequitur diuerſum, diſſimile,inæquale.10.Metaphy.T.Co.10.

MVLTVS.A.VM.

1 in Multis q̄ in paucis facilius eſt errare.7.Topic.c.3.E.Quære Locus dialecticus.

2 Multis prius natura eſt unū in unoquoq; genere.2.de Cæl.T.Co.22.

3 Multa agere recte,aut multa ſæpe,difficile eſt.2.de Cæl.T.Co.63. Quære Aſtragalus.

4 Multa,ex quibus unum aliquid componitur,aut miſcetur,ſe inuicem obſcurant.de *Sen.*& *Sen.*c.7.A.B.

5 Multa pro uno ponere conſueuerunt poetæ.3.Rhetor.c.6.A.

6 Multos eidē placere, difficile eſt.8.Ethic.cap.6.A.

7 Multi melius iudicant, q̄ unus.3.Polit.cap.7.C.&.cap.11.D.

8 in Multa aut in unum reducuntur omnia.4.Metaphy.T.Co.6.

9 Multa per oppoſitum dicuntur ad unum, & ideo tot modis dicuntur multa, quot unum dicitur.5.Metaphy.T.Co.12.&T.inter.15.&.16.qui non ſequitur ordinem commentariorum.

10 Multa & unum q̄uis multis modis opponātur,ſpecialiter tamē opponūtur,ut diuiſibile & indiuiſibile.10.Metaph.T.Co.9.

11 ad Multa & unum reducitur omnis contrarietas.10.Metaphy.T.Co.17.

12 Multa & unum quomō opponantur dubitatur,& ſoluitur,& oſtenditur,q; unum & multa opponūtur relatiue,ut menſura menſurabili.10.Metaphy.T.Co.20.21.

MVLVS.

1 Mulus ex equo & aſino procreatur. Et plus temporis uiuit, q̄ equus aut aſinus, quia minus coit. de Longit. & Breuit.Vit.cap.2.F.

2 Mulus generatur ab equo præter naturam, & non eſt ſimilis ſpecie generanti.7.Metaphy.T.Co.28.Quære Mula.✳.

MVNDVS.

1 Mundum non ſemper eſſe,ponunt Anaxagoras,& Empedocles.Diuerſimode tamen, quia Anaxagoras dicit, mundum ſic incœpiſſe, ut nunq̄ antea fuerit. Empedocles uero ſic incœpiſſe,q; aliquando non fuerit, tamen ante illud tempus,in quo non erat,olim fuiſſe.1.Phyſicorum.T.Co.32.&.8.Phyſic.T.Co.2.

2 Mūdū motū, & cælum quidā Philoſophi a caſu dixerunt eſſe.2.Phyſic.T.Co.44.

3 Mūdi ordinem a caſu eſſe,quidam dixerunt.2.Phyſicorum.T.Co.44.

4 Mundū dicere a caſu factum, admiratione dignū eſt.2.Phyſic.T.Co.45.

5 Mundi infiniti poſſunt eſſe,ſi corpus infinitū eſt extra cælum.3.Phyſic.T.Co.32.

6 Mundus quomodo dicitur eſſe in loco, habes.4.Phyſic.T.Co.43.&. ultra

7 Mundus ſiue uniuerſum in loco non eſt ſecūdum ſe totum,partes uero quædam ſunt in loco actu,quædam potentia,quædam per ſe,quædam per accidens.4.Phyſicorum,T.Comment.46.

8 Mundos plures poſuere multi philoſophi.8.Phyſic.T.Co.1.
9 Mundum incœpiſſe,non eſt opus naturæ, quia non eſt opus rationis,cum nulla ratio reddi poſſit, cur magis nunc, q̃ tunc, q̃ olim.8.Phyſic.T.Co.15.
10 Mundus minor dicitur homo. 8.Phyſicorum.T.Comment.17.
11 Mundi perpetuitas arguitur ex immobilitate primi principii. 8.Phyſicorum. T.Comment.52.
12 Mundus ſiue uniuerſum perfectum eſt. 1.de Cæl.T.Comment.4.
13 Mundi medium determinatum eſt.1.de Cæl.T.Comment.44.
14 Mundi an plures eſſe poſſint,habes.1.de Cæl.T.Comment.55.& ultra.
15 Mundos plures eſſe non poſſe, oſtenditur.1.de Cæl.T.Co.76.& ultra.
16 Mundi ſi plures eſſent,terra unius ad alterius terram ferretur,aut ſecundum naturam aut uiolenter.1.de Cæl.T.Comment.77.
17 Mundi ſi plures ſunt,neceſſe eſt ex eiſdẽ corporibus eſſe,& illa corpora eiuſdem naturæ eſſe cum iſtis.1.de Cæl.T.Comment.78.
18 Mundi ſi plures ſunt, & conſtant corporibꝰ æquiuoce dictis ab iſtis,quæ ſunt apud nos,totus ille alius æquiuoce dicetur,& per conſequens iam non plures.1. de Cæl.T.Comment.78.
19 Mundorum plurium elementa eiuſdem motus erunt, ut alia a medio, alia ad medium moueantur. 1. de Cæl. T. Comment.78.
20 In pluribus Mundis,ſi ponantur, eadem ſunt elementa,ſi motus iidem ſunt.1. de Cæl.T.Comment.79.
21 Mũdi ſi plures ſunt,partes unius ad partes alterius mouebuntur, & ſic ignis feretur ad medium,& terra a medio propter poſitionem mundorum inter ſeſe. 1.de Cæl.T.Comment.80.
22 Mundi ſi plures ſunt,aut ponendi ſunt conſtare corporibus æquiuoce dictis, aut unum medium, & unum extremum omnium ponere debemus, quod eſt ab ſurdum.1.de Cæl.T.Comment.80.
23 Mundi unius partes non moueri ad alias alterius mundi propter diſtantiam magnam uel paruam,irrationabile eſt dicere.1.de Cæl.T.Comment.81.
24 Mundi unitas oſtenditur rationibus metaphyſicis. 1.de Cæl.T.Comment.90. & ultra.
25 Mundũ eſſe unũ,ex corporis cæleſtis motu probatur.1.de Cæl.T.Comment. 92.
26 Mundum eſſe unum,probatur ex triplici corpore, & loco triplici horum corporum.1. de Cæl.T.Co.92.
27 Mundos eſſe plures,impoſſibile eſſe probatur,& ꝙ ſit ingenitus & incorruptibilis.1.de Cæl.T.Comment.92.& ultra.
28 Mundos poſſibiles eſſe plures, ſi aliquæ rationes uidentur probare,ponuntur, & ſoluuntur. 1. de Cæl. T.Comment.92. & ultra.&.12.Metaphyſic.T.Co.49.
29 Mundus iſte occupauit uniuerſam materiam.1.de Cæl.T.Comment.95.
30 Mundus appellatur cælum.1.de Cæl.T. Comment.96.
31 Mundus conſtat ex omni corpore ſenſibili.1.de Cæl.T.Co.97.
32 Mundum genitum fuiſſe,qui philoſophi dicant, & eorum rationes ponuntur, & refelluntur.1.de Cæl.T. Comment.100. &.ultra.
33 Mundum omnes antiqui genitum dicũt. Differũt tamen,quia alii incorruptibilẽ, alii corruptibilem,ut cætera natura conſtantia,alii ſæpius generandum & corrũpendum.1.de Cæl.T.Comment.102.
34 Mundum dicere genitum, & tamen incorruptibilem,impoſſibile eſt. 1.de Cæl. T.Comment.102.
35 Mundus ſi conſtat ex impoſſibilibꝰ aliter ſe habere, non eſt factus, ſi factus eſt,ergo illa aliter ſe poſſunt habere, ex quibus factus eſt,& ſic corrumpetur.1.de Cæl.T.Comment.103.
36 Mundum aſſerẽtes dici genitum & corruptibilẽ,nõ quia ſit genitus,ſed doctrinæ gratia,refelluntur. 1.de Cæl.T.Co.104.
37 Mundũ dicentes fieri ſæpius & corrumpi,ut Empedocles,& Heraclitus,refelluntur.1.de Cæl.T.Comment.107.
38 Mundum fieri & corrumpi dicere,idem eſt,ac ſi dicant corrumpi ſecundum diſpoſitionem, manente ſubſtantia perpetuo.1.de Cæl.T.Co.107.
39 Mundum eſſe factum,& totaliter corrũpendum abſq; regreſſu impoſſibile eſt. 1.de Cæl.T.Comment.108.
40 Mundum eſſe genitum,& tamen incorruptibilem, impoſſibile eſſe, probatur.1. de Cæl.T.Comment.140.
41 Mundus ſi corruptibilis eſt,ergo genitꝰ, ſi ingenitꝰ,ergo incorruptibilis.1.de Cæl. T.Comment.120.& ultra.
42 Mundi latera ſunt,quæ ſunt iuxta polos. 2.de Cæl.T.Comment.14.
43 Mundi pars quælibet non eſt ſicut cælum.2.de Cæl.T.Comment.17
44 Mundi aliqua pars neceſſario eſt immobilis & in medio.2.de Cæl.T.Co.18.
45 Mundum ſphæricum eſſe, neceſſe eſt.2. de Cæl.T.Comment.26.& ultra.
46 Mundus ſphæricus eſt atq; adeo diligenter tornatus,ut nil manu factũ,nec quod oculis uidetur,ſit æque ſphæricum.2.de Cæl.T.Comment.32.
47 Mundo quæ continentur,nil eorum poteſt habere tam perfectam ſphæricitatẽ, q̃ habet totus mundus. 2. de Cæl.T. Comment.32.
48 Mundum qui dicunt finitum,terram in medio eſſe aſſerũt.2.de Cæl.T.Co.72.
49 Mundi medium aliud eſt a medio naturæ rei.2.de Cæl.T.Comment.74.
50 Mundi ordo perpetuus eſt. 2.de Cæl. T.Comment.96.
51 Mundus hunc ordinem habet,ut mobilia in ſuis locis quieſcant,& grauia ad medium,leuia a medio moueantur.3.de Cæl.T.Comment.21.
52 Mundum ex immobilibus facit Anaxagoras.3.de Cæl.T.Co.25.
53 Mundũ conſtituens Empedoclea omiſit amicitiam, & litem tantum poſuit, quia ex congregatis per amicitiam,mundus fieri ſecundum illum non potuiſſet, niſi per litem,qua omnia congregata ſeparantur.3. de Cæl. T.Co.25.
54 Mundus ex congregato ſecundum Empedoclem factus eſt, & lis ſeparauit mundi partes. 3. de Cæl. T. Comment.25.
55 Mundus conſtitutus eſt ſecundum Empedoclem ex ſegregatis elementis. 3.de Cæl.T.Comment.25.
56 Mundi ſurſum aut deorſum nõ eſſe,quidam putauerunt.4.de Cæl.T.Co.4.
57 Mũdi ſurſum eſt & deorſum.4.de Cæl. T.Comment.5.
58 Mundi medium eſſe & extremum,probatur.4.de Cæl.T.Co.33.& ultra.
59 Mũdi medium contrarium eſt extremo. 4.de Cæl.T.Comment.34.
60 Mundus elemẽtaris eſt,in quo fiunt impreſſiones,quæ uidẽtur in ſublimibus.1. Meteor.c.2.B.
61 Mundus elementaris & inferior contiguus eſt lationibus cæleſtium corporũ, ut inde gubernetur omnis uirtus ipſius. 1.Meteor.cap.2.B.
62 Mundi anima. Quære Anima. 106. 107.108.109.110.
63 Mundũ dicere generatũ,quia aliqua terræ aut maris pars mutata eſt, riduculũ eſt.1.Meteor.c.14.F.
64 Mundi uniuerſi mutationes neceſſe eſt fieri,cum nunc una pars mutetur,nunc alia.Non tamen dicere debemus ipſum generari aut corrumpi. 1.Meteororum. cap.14.H.
65 Mundum factum omnes uiſi ſunt confiteri.2.Meteor.c.6.A.
66 Mundus eſt coagmentatio ex cælo & terra & reliquis rebus, quarum natura illis cõtinetur.de Mũdo. ad Alexã.c.1.A.
67 Mundus eſt rerum omnium ordo,ornataq; deſcriptio, quæ tum a diis, tum per deos cuſtodiatur. de Mundo. ad Alexand.cap.1.A.
68 Mundus q̃uis ex diuerſis & contrariis conſtet, pulchritudinem tamen miram & ordinem ex illa uarietate & diuerſitate habet. de Mundo: ad Alexandr. cap.4.per totum.
69 Mundus nõ habet operationem extrinſecam,quæ ſit alia ab operationibus ſuarum partium.7.Polit.c.3.C.
70 Mundi cauſam Anaxagoras mẽtem ſeu intellectũ poſuit.Nec eũ fortunã, aut caſum ponere cauſam mundi & ordinis uniuerſi ꝑbe ſe habet.1.Metaphyſi.c.3.I.
71 ad Mũdi factionẽ utit̃ Anaxagoras mẽte 1.Metaph.c.4.Quære Anaxagoras.51.52.
72 Mundus habet bonũ ſeparatum ſcilicet primũ mouens.12.Metaphy.T.Co.52.
73 Mundus habet bonum ordinis, qui ordo eſt,ſicut ordo exercitus,nã exercitus eſt propter ducem,& non dux propter exercitum.12.Metaphy.T.Co.52.
74 Mundi ordo qualiter conſtet, oſtẽditur. 12.Metaphy.T.Comment.52.
75 Mundi bonũ & ordinẽ quidã male aſſignarũt, quorũ opinio ponitur, & refellitur.12.Metaphy.T.Co.53.& ultra.✳.

MVNVS.
Munus eſt rei alicuius donatio,& honoris ſignum.1.Rhetor.c.5.F.

MVRVS.Quo urbs cingitur.
1 Muris,qui dicũt, urbes debere carere, ſi ciues uirtutem poſſideãt,nimiũ priſce loquũtur,& per experientiam probarũ eſt in iis ciuitatibus,quæ id ſibi ad gloriam iactabant.Cũ præſertim ſi hoſtiũ multitudo ſit,muros oportet eẽ munitiſſimos, ſi ſalui uolũt eẽ ciues,& iniuriis nõ affici,hoc præſertim tpe,in quo machinæ, & bellica tormẽta ad obſidiones urbiũ cũ ſubtilitate inuenta ſunt.7.Polit.c.11.D.

2 Muris ſi cincta ſit ciuitas,licet ciuibus uti illis,aut etiã nõ uti.Quod tñ nõ licet illis, quorũ urbs muris caret.7.Polit.c.11.D.
3 Muri non ſolum conſtruendi ſunt ad bellicas oportunitates, ſed etiam ad ornatũ ciuitatis.7.Ethic.c.11.D.
4 Muri ſunt muniendi quibuſdam præſidiis & turrib9 per oportuna loca interpoſitis.7.Politic.c.12.A.

MVSAEVS.Inſignis & antiquiſſim9 muſicus fuit.
Muſæus dixit,carmẽ eſſe rem dulciſſimã mortalibus.8.Polit.c.5.C.

MVS.Pro mure aquatili & terræſtri
1 Mures aquatiles.Quære Mydes.
2 Mures terræſtres procreantur in fonte in Coluſſis Arcadiæ,& in eo fonte natantes ut ranæ die noctuq; uictitant,idem euenire in Lampſaco, affirmant. de Admirand.Audit..122.
3 Mures quidam in Italia & Sicilia inueniũtur, qui ſi hominem momorderint,interimunt.de Admirand.Audit.136.✳.

MVSCA.
Muſcæ quomõ odorẽt,nõ eſt manifeſtũ. de Sen.& Sen.c.5. L.Quære Ordeũ.✳.

MVSICA.MVSICVS.
1 Muſica ſubalternata eſt arithmeticæ.1. Poſter.T.Comment.30.
2 Muſica minus abſtracta eſt q̃ arithmetica.1.Poſter.T.Co.42.
3 Muſica magis eſt ſcientia naturalis q̃ mathematica.2.Phyſic.T.Co.20.
4 Muſica contrario ordine ſe habet q̃ geometria in ſua conſyderatione.2.Phyſicorum.T.Comment.20.
5 Muſicus eleganti cantu delectatur,offenditur autem prauo.9.Ethic.c.6.G.
6 Muſicam multi addiſcũt uoluptatis gratia.8.Polit.cap.3.A.
7 Muſicam antiqui collocauerũt inter diſciplinas,non tanq̃ utilem aut neceſſariam, ſed tanq̃ delectabilem.8.Polit.cap.3.A.B.
8 in Muſica inſtituuntur illi,qui putant ſe uicturos uita ingenuorum hominum.8. Polit.cap.3.C.
9 Muſicam eſſe tantum oblectamenti cauſa,Homeri auctoritate probatur. 8.Politicorum.cap.3.C.
10 Muſica cui9 cauſa ſit,& q̃ ſit muſica ingenuis hominibus & pueris diſcenda,& q̃tenus,& quæ illius inſtrumẽta reiiciẽda, & quæ admittenda,q̃ præterea modulationes aliter & aliter afficiant animos,& q̃ uituperabilis muſica ſit,& q̃ laudabilis, oſtenditur.8.Polit.c.5.6.7.p totum.
11 Muſica habet naturalem uoluptatem, p quã illius uſus cũctis ætatibus & cũctis moribus eſt acceptus.8.Polit.c.5.D.
12 Muſicã qui exercent,ut alios delectẽt,uiles homines & ſordidi ſunt.8.Polit.c.6.D
13 Muſica utimur ad tria.Primo gr̃a doctrinæ. Scdo gr̃a purificationis. Tertio gr̃a ocii degẽdi & remiſſionis.8.Polit.c.7.B.
14 Muſicæ auditores duplices ſunt, ſcilicet docti, & ingenui, alteri uiles & indocti, ut opifices;& turba urbana,& ideo utendum eſt muſica ſecundum auditoris qualitatem.8.Politicorum.c.7.C.
15 Muſica melodiis & rhythmis conſtat.8. Politicorum.c.7.A.
16 Muſica uarianda eſt ſecũdũ ætatẽ,ut alia pueris,alia iuuenib9,alia ſenib9 cõueniat. 8.Pol.c.7.D.Quære Harmonia.Melodia

MVTA.Littera.
1 Muta ſpecies litteræ eſt. in Poet.c.7.A.
2 Muta eſt,q̃ cũ per ſe nullã uoce habeat, cũ litteris tamẽ habẽtib9 aliquã uocẽ fit audibilis.in Poet.c.7.A.Quære Littera.

MVTABILE.
Mutabilia omnia naturam habent.12.Metaphy.T.Co.10.Quære Mobile.

MVTARI.
Mutatur aliquid aut p accidens tantũ,aut ſecũdũ partẽ,aut p ſe primo.11.Metaphy. c.10.A. Quære Motus.Mouens.Moueri.

MVTATIO.
1 Mutatio ſemper eſt ex aliquo in aliquod. 4.Metaphy.T.Co.29.
2 Mutatio quæ nõ eſt per accidens,nõ eſt in omnibus, ſed aut in contrariis,aut in mediis,aut in contradictione,ut inductione patet.10.Metaphy.c.10.B.
3 Mutatio eſt aut a ſubiecto in ſubiectum, aut a nõ ſubiecto in ſubiectũ,aut a ſubiecto in nõ ſubiectum. 11. Metaphy.c.10.B.
4 Mutatio nulla poteſt eſſe a non ſubiecto in non ſubiectũ.11.Metaphy.c.11.B.Quære Generatio.Motus.✳.

MVTILVM.
1 Mutilum nullum debet in republicã optima educari. 7.Polit.c.16.E.
2 Mutilum ſeu diminutum ſeu mancum ut aliquid dicatur, ſeptem requiruntur. Primũ,ꝙ ſit totum quantum in partes diuiſibile. Secundum, ꝙ habeat diſtinctionem partium integralium. Tertium, ꝙ ablato reſiduũ ſit maius. Quartum,ꝙ nõ ſit numerus.Quintũ,ꝙ habeat partes diſſimiles. Sextum,ꝙ poſitio faciat differentiam.Septimum,ꝙ ſit continuum.5.Metaphy.T.Comment.32.

MVTVS.
Mutis natis ſapientiores ſunt , qui cæci naſcuntur.de Sen.& Sen.c.1.G.✳.

MVTVVM.
Mutuum reddendum eſt potius,cui debeas,q̃ dandũ ſoladi.9.Ethic. c.2.C.✳.

## N

NANVS. Pumilio.
1 Nani ſõniculoſi ſũt, quia multũ ſupfluæ humiditatis ad eorũ cerebrũ effertur. de Somn.& Vigil.c.3.F
2 Nani male memoratiui ſũt.de Memo.& Remi.c.2.S.✳.

NARES.NASVS.
1 per Nares non fit reſpiratio, niſi fiat ex pectore per arteriam.de Reſpirat.c.3.A.
2 per Nares quæ fit , reſpiratione etiam ſi deſtituãtur animalia,nihil mali patiũtur. de Reſpirat.c.3.A.
3 per Nares q̃ fit reſpiratio,ex abundanti ea utitur natura ad olfactum . de Reſpirat. cap.3.B.
4 Narium non eſt propria reſpiratio, ſed per canalẽ,qui circa guttur eſt,qua parte palatum deſinit, perforatis naribus altera pars ſpiritus excurrit, altera p os.de Reſpirat.c.3.F.
5 Naſus rotundus arguit magnanimum, acutus iracundum,ſimus luxurioſum,patens iracũdum,aquilinus magnanimum. de Phyſiognom.
6 Naſo ſimilis eſt popularis ſtat9,& in quo ſit ſimilis,habes.1.Rhetor.c.4.F.✳.

NARRATIO.Oratiõis rhetoricæ pars ſecunda.
1 Narratio qualis eſſe debeat, & quando illa uti debemus,& quando non, oſtenditur.3.Rhetor.c.16.per totum.
2 Narratio quid continere debeat,oſtenditur.3.Rhetor.c.16.D.E.F.
3 Narratio non eſt in genere deliberatiuo. 3.Rhetor.c.16.H.

NASCENTIAE.Quære Panus.

NASCI.
1 Naſci ex bonis bonos,ueriſimile eſt.1.Rhetor.cap.9.I.
2 Naſci ex melioribus meliores, conſentaneum eſt rationi.3 .Polit.c.8.D. Quære Filius. Nobile.
3 Naſci dicuntur,q̃cunq; habent incrementum per aliud, aut tangendo,aut cõnaſcẽdo,ſiue copulata,aut adnaſcendo. 5.Metaphy.T.Comment.5.✳.

NATVRA.NATVRALE.
1 Naturas animaliũ poſſibile eſt cognoſcere,ſi quis cõcedat,paſſiones naturales tranſmutare animam & corpus. 1.Prior.cap. ultimo.A.
2 Naturæ quædã ſunt notiora,q̃ ſunt minus nota nobis.1.Poſter.T. Co.5.&.1.Phyſic. T.Comment.2.
3 Naturalis proceſſus eſt a confuſioribus & uniuerſalioribus procedere , & primo cõmunia dicere,deinde propria ſpeculari.1. Phyſic.T.Co.2.57.
4 Naturalia entia quærunt phyſici,ſint ne unum,an plura,finita,an infinita.1.Phyſi. T.Comment.7.
5 Naturaliter loquẽtes philoſophi de principiis rerũ bipartiti ſunt.1.Phy.T.Co.32.
6 Naturalia omnia determinatam habent quantitatem ad maximum & minimum. 1.Phyſic.T.Co.36.
7 Naturalia omnia ſunt aut contraria , aut ex contrariis.1.Phyſic.T.Co.46.& ultra.
8 Naturalia differunt ab artificialibus , quia naturalia habent in ſe motus principium, & quietis, artificialia uero non habent.2. Phyſi.T .Co.1.&.6.Ethic.c.4.A.
9 Naturalia omnia mouentur motu locali, uel alterationis,uel augmenti & decremẽti.2.Phyſic.T.Co.1. Quære Motus.
10 Natura eſt principium alicuius, & cauſa mouendi & quieſcẽdi in quo eſt,principium dico per ſe, & non ſecundum accidens.2.Phyſicorum.T.Comment.3. &.3.de Cæl.T.Comment. 28.&.12.Metaphy.T.Comment.13.
11 Naturæ diffinitio explicatur . 2.Phyſicorum.T.Comment.3.
12 Naturalis res eſt, quæ habet in ſeipſa principium ſui motus . 2 . Phyſicorum . T.Comment.4.
13 ſecundum Naturam dicuntur & ſubſtãtia & eius proprietates.2. Phyſicorum. T.Comment.5.6.
14 ſecũdum Naturam nec ſunt natura,nec habent naturam,ſed a natura, aut ſecũdum naturam.2.Phyſicorum.T. Comment.6.
15 Naturam eſſe, uelle oſtendere , ridiculum eſt.2.Phyſicorum.T.Cõment.6.
16 Natura dicitur materia . 2.Phyſicorum. T.Comment.7.10.
17 Natura dicitur forma . 2. Phyſicorum. T.Comment.11.12.

18 Natura dicitur,quod ſecundũ naturã,& naturale eſt.2.Phyſic.T.Co.11.

19 Natura nõ dicitur de iis,quæ ſunt in potẽtia,ut ſunt forma talia,antea q̃ habeãt formam.2.Phyſic.T.Comment.11.

20 Natura dicitur de generatione. 2.Phyſicorum.T.Comment.14.

21 Natura denominatur ab eo in quo,non ab eo ex quo.2.Phyſic.T.Co.14.

22 Natura dicitur de forma & de priuatione.2.Phyſic.T.14.15.

23 Natura finis eſt,& cuius gratia aliquid fit.2.Phyſico.T.Comment.23.

24 a Natura q̃ fiũt,ppt̃ finẽ fiunt.2.Phyſic.T.Co.49.& ultra.&.3.de Aĩa.T.Co.60.& de Reſpirat.c.1.I.

25 Natura eſt ex illis cauſis,quæ agũt ppt̃ finem.2.Phyſic.T.Co.75.& ultra

26 Naturam non agere propter finem, rationes, quæ uidẽtur probare,ponũtur,& refellũtur.2.Phyſic.T.Co.76.& ultra.

27 a Natura quæ fiunt,fiunt aut ſemp, aut frequenter ſic.2. Phyſic.T.Co.77.

28 in Natura alterum eſt propter alterum. 2.Phyſic.T.Co.78.

29 Naturaliter aliquid ſic agitur, ut aptum natum eſt agi,& econtrario ſic aptũ natum eſt agi,ut fit,niſi impediatur. 2.Phyſicorum.T.Comment.78.85.

30 Naturalia ſi ab arte fierent,ſic fierent,ſicut a natura fiunt.2.Phyſic.T.Co.78.

31 in Naturalibus priora & poſteriora ſic ſe habent, ſicut in artificialibus. 2.Phyſicorum.T.Comment.79.

32 a Natura quæ non poſſunt pfici,ab arte perficiuntur.2.Phyſic.T.Co.79.

33 Naturam imitatur ars in aliquibꝰ,quæ facit.2.Phyſic.T.Comment.22.79.

34 in Naturalibus contingit error,ſicut & in artificialibus, & ſic ſunt monſtra. 2.Phyſicorum.T.Comment.82.

35 Naturalia non in quemcunq; finem,nec a quocunq; principio mouentur, ſed a determinatis principiis ad determinatos fines, niſi impediantur. 2.Phyſicorum.T.Comment.84.

36 Naturam deſtruit,qui illã agere propter finem negat.2.Phyſic.T.Co.84.

37 Natura quæ cõſtãt,ab aliquo principio intrinſeco mouentur,quouſq; perueniant ad aliquem finem. 2. Phyſicorum. T. Comment.84.

38 Natura non ideo putanda eſt non agere propter finem,quia non deliberat.2.Phyſic.T.Comment.86.

39 Natura differt ab arte,qa ars habet principiũ operandi extrinſecum,natura uero intrinſecum.2.Phyſicorum.T.Co.86.

40 Naturales res ſimilitudinem quandam habent cum ſyllogiſmo in diſciplinis.2.Phyſic.T.Comment.89.

41 Naturalium rerum & diſciplinarum differentia duplex eſt.2.Phyſic.T.Co.89.

42 Natura principium motus & mutationis eſt.3.Phyſic.T.Co.1.

43 Natura omnibus eſt cauſa ordinis.8.Phyſic.T.Co.15.

44 Natura q̃ fiunt,nõ uacant ordine. 8. Phyſic.T.Comment.15.

45 Naturã eſſe principium motꝰ & quietis, ſupponitur a phyſico. 8.Phyſicorum.T.Comment.22.23.

46 Naturalia habent in ſe principium non mouendi nec faciẽdi,ſed patiendi.8.Phyſicorum.T.Comment.32.

47 in Natura ſemper ponimus digniꝰ,ſi eſt poſſibile.8.Phyſic.T.Comment.56.

48 Natura conſtantium hæc quidem ſunt corpora & magnitudines,hæc autem habent corpora & magnitudines,quædam autem ſunt principia habentiũ.1.de Cæl.T.Comment.1.

49 contra Naturam entia citiſſime corrumpuntur.1.de Cæl.T.Comment.15.

50 Naturale prius eſt q̃ id,quod eſt contra naturam.2.de Cæl.T.Co.18.

51 Natura ſemper facit,quod optimum eſt eorum,quæ fieri poſſunt. 2. de Cæl.T.Comment.34.

52 Natura de nobilioribus maiorem curam habet.2.de Cæl.T.Comment.50.

53 Natura nihil facit abſq; ratione aut fruſtra. 2. de Cæl.T.Comment. 50.&.3.de Anima.T.Comment.45.&.de Reſpirat.cap. 4.N.&. 1.Politicorum.cap.2.B.& cap.5.E.

54 Natura quale facit unumquodq;, tale oportet dicere, & non quale fit aut uiolentia, aut præter naturam. 2. de Cæl.T.Comment. 108.&.2. de Generatio.T.Comment.41.

55 Natura quæ ſunt,aut ſubſtãtiæ ſunt,aut operationes, & paſſiones earum. 3. de Cæl.T.Comment.1.

56 Naturam quidam componũt ex numeris, ut Pythagoricorum aliqui. 3.de Cæl.T.Comment.16.

57 Naturale quodcunq; uno modo ſe habet,quod uero eſt præter naturam multis modis.3.de Cæl.T.Co.18.

58 Naturalia non fiunt a caſu aut a fortuna. 3.de Cæl,T.Comment,24



59 præter Naturam eſt, quod inordinatũ eſt.3.de Cæl.T.Comment.24.

60 Natura eſt ordo ſenſibilium.3.de Cæl.T.Comment.24.

61 Natura rerum eſt illa,quam habent plura,& plurimo tpe. 3. de Cæl.T.Co.24.

62 Naturalis ſciẽtiæ finis ẽ iudicare ex iis, q̃ ad ſenſum uident̃.3.de Cæl.T.Co.61.

63 ſecundum Naturam quæ generantur, aut ſemper fiunt aut frequenter. 2.de Gener.T.Cõmen.39.

64 Natura bonum eſt et optimum. 2. de Gener.T.Comment.41.

65 Natura ſemper deſyderat, quod melius eſt.2.de Gener.T.Comment.59.

66 Natura eſt,quam uelut formã eſſentiãq; dicimus.4.Meteor.T.Co.16.

67 Naturam ars imitatur. 4. Meteor. T. Comment.28.

68 Naturaliſſimũ opꝰ uiuẽtis eſt gñare ſibi ſimile in iis,quæ perfecta ſunt,& nõ orbata,aut habẽtia generationẽ ſpontaneã, ut illa,quæ per putrefactionẽ generãtur, ut pticipẽt diuino eſſe,ſcd̃m qd̃ poſſunt, dũ ſemp ſunt in ſpecie. Nã oia,quæ ſecũdũ naturã agũt, illud appetũt, & illius cauſa agunt, ut ſimilia ſint diuino eſſe, quantũ poſſunt. 2.de Anima.T.Co.34.

69 Natura conſtantium omnium certus eſt terminus,& ratio augmenti & magnitudinis.2.de Anima.T.Comment.41.

70 Natura non deficit in neceſſariis. 3. de Anima.T.Comment.45.

71 Natura dæmonia eſt,non diuina.de Diuinati.per Som.cap.1.G.

72 Natura facit ex poſſibilibus,quod optimum eſt.de Iuuent.& Senect.cap.2.D.

73 Natura in propriis locis ſeruatur.de Reſpirat.cap.6.D.

74 Natura quæ fiunt,cauſam ordinatam habent in ſeipſis, nã aut ſemper, aut ut plurimũ eueniunt.1.Rhetor.cap.10.F.

75 ſecundũ Naturam quæ ſunt, iucunda ſunt.1.Rhetor.cap.11.A.

76 Natura cõſuetudini ſimilis eſt.1.Rhetor.cap.11.A.& de Memo.& Remi. c.2.L.&.7.Ethic.cap.10.B.

77 Naturalia non aſſueſcunt aliter, q̃ ſunt, etiam ſi ſæpius cogantur.Vt ſi lapis millies ſurſum iaciatur,non aſſueſcit ſurſum ferri.2.Ethic.cap.1.A.

78 a Natura quæ ſunt,habent ſe,q̃ optime poſſunt.1.Ethic.cap.9.A.

79 Natura præſtantior eſt & exactior arte quacunq;.2.Ethic.cap.6.C.

80 propter Naturalia nemo uituperat̃, aut laudatur.3.Ethic.ca.5.D.E.

81 Naturalia plura ſcientes agimus, aut patimur, quorũ nihil nec ſpõte,nec inuiti facimus,ut ſeneſcere,mori.5.Ethic.c.8.B.

82 Naturale iuſtum ubiq; eandem uim habet.5.Ethic.cap.7.A.

83 Naturalia quædam mutabilia ſunt, licet non omnia.5.Ethic.c.7.B.

84 Naturales appetitus ſequens ſi quis peccat, minus eſt uituperandus, q̃ econtrario.7.Ethic.cap.6.B.

85 Naturæ ſimilis eſt conſuetudo, difficiliꝰ tamen natura mutatur q̃ conſuetudo.7.Ethic.cap.7.B.Quære Conſuetudo.

86 Natura omnis ad aliquid bonum ordinatur,ſiue ad bonum ſimpliciter,ſiue ad bonum alicui.7.Ethic.cap.12.A.

87 Natura ſimplex unica uoluptate ſemper delectatur.7.Ethic.c.14.C.

88 Natura praua & imperfecta & non ſimplex uiciſſitudine gaudet propter imperfectionem.7.Ethic.cap.14.A.

89 Natura maxime uidetur moleſtiam fugere, oblectamenta autem affectare. 8. Ethic.cap.5.A.

90 Natura om̃is talis eſſentiæ eſt operatrix, qualis eſt ipſa.1.Magnor.Mor.c.10.A.

91 Natura quæ ſunt,aliquando immutationem ſubeunt.Vt q̃uis dextra manus habilior ſit ad iaculãdum natura q̃ ſiniſtra, tamen nimio uſu ſiniſtra utentes pro dextra aliqui euadunt ſcæuæ.1.Magnor.Mor.cap.34.F.

92 Natura non facit unũ ad multos uſus quemadmodum faciunt fabri gladium delphicum, ſed facit unum ad unum.1.Politicorum.cap.1.C.

93 Natura uniuſcuiuſq; talis eſt, quale unũquodq; eſt generatione perfecta. 1. Politicorum.cap.2.A.

94 Naturale non eſt accipiendum in corruptis,ſed magis in iis,quæ ſe habent ſecundum naturam.1.Polit.c.3.E.

95 Natura nihil facit imperfectum aut fruſtra.1.Polit.cap.1.C.

96 præter Naturã quod eſt,non poteſt eſſe honeſtum.7.Polit.cap.3.C.

97 Natura eſt unum ex illis tribus, per quæ boni efficimur.7.Polit.c.13.D.&.c.15.B.

98 in Naturalibus deterius eſt ſemper gratia melioris.7.Polit.cap.14.

99 Naturæ quod deeſt,implere uult omnis diſciplina,& omnis ars.7.Polit.c.17.E.

100 Natura non ſolum quærit uerſari recte in negotio, ſed etiã laudabiliter in ocio. 8.Politicorum.cap.3.A.

101 Naturæ opera,quorum cauſa nobis nō liquet,& ea quæ præter naturæ legē in uſus hominum induſtria & arte comparātur,admirari ſolemus.Mechanic.c.1.A.

102 Natura non ſemper hominū utilitati cōſulit,quia ſemp uno eodemq; mō ſe natura habet,uſus uero ipe multifariā ſubinde immutari cōſueuit.Mechanic.c.1.A.

103 in Natura non ſolum inuenitur ordo & pulchrū,ſed inordinatio & turpe,& plura mala q̄ boua,& turpia q̄ honeſta, & ideo aliqui,ut Empedocles,amorē & diſcordiam ſeu litem & amicitiam introduxerunt.1.Metaphy.c.4.B.

104 Naturalis philoſophus nō probat ea,quæ ſunt ſuæ doctrinæ,per certitudinem mathematicam.2.Metaphyſicorum.T.Comment.16.Quære Phyſicus.

105 Natura principium intrinſecum eſt.5.Metaphy.T.Comment.1.

106 Natura quincupliciter dicitur.Primo natura dicitur generatio naſcentium, ut ſi quis producta uoce dicat.Y.Secundo natura dicitur id,ex quo aliquid generatur primo,ita ut ſit.Tertio natura dicitur,unde principiū motus in unoquoq; eorū, quæ natura ſunt.Quarto natura dicitur, ex quo primum inordinato ſeu informi & immobili ex ſua potentia aut eſt, aut ſit aliquid eorum,quæ natura ſunt,ut lignū dicitur natura eorū,quæ ex ligno fiūt. Quinto natura dicit̃ ſubſtātia eorū, quæ natura ſunt.5.Metaphy.T.Co.5.

107 Naturā non dicimus habere illud, quod ſpeciem nō habet,ſed quod ex materia & forma conſtat,naturam dicimus habere.5.Metaphy.T.Comment.5.

108 Naturam nullius entis eſſe,ſed ens nihil aliud eſſe,q̄ mixtionem,& mixtorum permutationem,dixit Empedocles.5.Metaphyſicorum.T.Comment.5.

109 Natura dicitur de materia prima & de forma.5.Metaphy.T. Co.5.

110 Natura eſt ſubſtantia illorum,quæ natura ſunt.5.Metaphy.T.Comment.5.

111 Natura primo & proprie dicitur ſubſtātia eorum,quæ habent in ſe principium motus & quietis.5. Metaphy.T.Co.5.

112 Naturæ minus nota aliquando ſunt magis nota nobis,& econtrario.7. Metaphyſicorum.T.Comment.10.

113 a Natura quæ ſunt,omnia habent materiā.8. Metaphy.T.Comment.22.

114 Natura dicitur de materia,de forma,de generante, ſed de generante dicitur natura ſecundum ſpeciem,quod nō eſt in generato numerice. 7.Metaphyſicorum. T.Comment.22.✳

NAVTA. NAVTICVS. NAVALIS.

1 Nautæ cur ueli ſinum,qui ſpectat in magiſtrum contrahunt, eū uero qui proræ imminet,pedem facientes relaxant, cum uolunt uti aura ſecūda ad curſum tenendum,licet ipſa in puppim nō ſpiret,oſtenditur.Mechanic.cap.6.per totum.

2 Nautæ quia ſæpius experti ſunt pericula,& euaſerunt,nō timent in marinis periculis.3.Ethic.cap.6.C.

3 Nautæ licet inter ſe officiis differant, unus tamen eſt omnium finis,ſcilicet ſalus & conſeruatio nauigantium.3.Politicorum.cap.3.A.

4 Nautica turba pars eſt una ex quattuor utilibus ad bellum.6.Polit.c.A.&.7.Politicorum.cap.6:per totum.

5 Naualis potentia neceſſaria eſt ciuitati ad multa.7.Politicorum.c.6.C.

6 Nautica turba nō eſt pars ciuitatis,ideo ſeparata a ciuitate poteſt degere.7.Politicorum.cap.6.C.

NAVIGATIO SECVNDA. Quære Malum.3.

NAVIS.

1 Nauem cur maxime pellunt,qui ad medium remigant,demōſtratur. Mechanic. cap.3.per totum.

2 Nauis moles cur moueatur exiguo motu gubernaculi in poſtremo nauigio poſiti unius tantum hominis niſu, demonſtratur.Mechanic.cap.4.per totum.

NAXII.Populi Naxi inſulæ.Sunt etiam in Sicilia huius nominis populi.

1 Naxiorum tyrannidem inuaſit Lygdamis.5.Polit.cap.6.A.

2 Naxiorum tyrannus Lygdamis quemodo profugorum bona occupauerit, habes. Oeconomi.Publicarum.B. Quære Naxos.✳.Naxus.

NAXOS.Vna ex Cycladib⁹ in Aegeo mari.Quære Phucus.✳.

NECESSARIVM. NECESSITAS.

1 Neceſſitate ſi omnia eueniant,quæ incōuenientia & impoſſibilia ſequantur,oſtēditur.1.Periherme.cap.8.D.&.6.Metaphyſicorum.T.Comment.7.

2 Neceſſitas duplex eſt, altera ſimpliciter, altera ex ſuppoſitiōe.1.Periherme.c.8.F.

3 de Neceſſario dicitur contingens æquiuoce.1.Prior.cap.12.A.

4 Neceſſarium ex non neceſſariis eſſe poteſt.1.Poſter.T.Comment.17.

5 Neceſſarium non contingit aliter ſe habere.1.Poſteriorum.T.Commēt.44.&.2.de Gener.T.Comment.51.

6 Neceſſitas duplex eſt,una ſecundū naturam & aptitudinē,alia uero uiolēta & cōtra aptitudinē.2.Poſter.T.Co.12.

7 Neceſſarium,aliqui dixerunt,in natura prouenire a materia,quorum rationes ponuntur,& refelluntur. 2.Phyſicorum.T.Comment.75.& deinceps.

8 Neceſſitas unde proueniat in rebus naturalibus,habes. 2.Phyſicorum.T.Comment.75.& deinceps.

9 Neceſſarium aliud ſimpliciter, aliud ex ſuppoſitione.2.Phyſicorum.T.Co.87.

10 Neceſſarium ex ſuppoſitione ponitur ad materiam,ſed ratio neceſſarii ad finem. 2.Phyſicorum.T.Comment.88.

11 Neceſſarium in naturalibus & in doctrinis quodammodo ſunt ſimilia. 2. Phyſicorum.T.Comment.89.

12 Neceſſitate an contingentia omnia eueniāt,quæritur.Ad quod reſpōdetur,quædam neceſſario eſſe, quibuſdam poſitis, quædam uero contingenter.2.de Gener. T.Co.63.& ultra.

13 In Neceſſariis nō deficit natura.3.de Anima.T.Comment.45.

14 Neceſſitas triſtis res eſt,ut dixit Euenus. 1.Rhetor.c.11.A.&.5.Metaphy.T.Co.6.

15 Neceſſaria ſunt,quæ ut fiāt, non eſt arbitrii noſtri, ſed tanquam ex diuina & humana neceſſitate ommnino ſunt.Rhetor. ad Alexan.cap.1.D.

16 de Neceſſariis nemo conſultat.3.Ethic.c.3.A.&.cap.5.A.

17 Neceſſaria q̄ pars animæ contempletur, habes.6.Ethic.c.1.B.

18 Neceſſario q̄ ſunt,æterna ſunt omnia.6. Ethic.c.3.A.

19 Neceſſariorū non eſt ars.6. Ethic. c.4.A.

20 Neceſſitas quæ ſit, & quibus contingat, oſtēditur.1.Magnor Mor.cap.16.per totū.

21 Neceſſaria gratia honeſtorum fiunt. 7. Politicorum.c.14.D.

22 Neceſſarium dicitur quincupliciter. Primo modo neceſſarium dicitur, ſine quo non contingit uiuere,tanquam cum cauſa,ut reſpirare,& alimentum eſt neceſſarium animali. Secundo mō neceſſarium dicitur,ſine quo non poteſt fieri bonum aliquod,aut uitari aliquod malum,ut potio medicata,ut non ægrotet aliquis.Tertio dicitur neceſſarium uiolentum,hoc autem eſt,quod præter propoſitum & electionem obſtat,& prohibet. Quarto dicitur neceſſarium,quod non contingit aliter ſe habere. Quinto neceſſariū dicitur demōſtratio,quia nō poteſt alit̃ ſe habere.5.Metaphyſicorum.T.Comment. 6.&.12.Metaphy.T.Comment.38.

23 Neceſſariū proprie eſt,quod eſt ſimplex, hoc enim nō poteſt multipliciter ſe habere.5.Metaphy.T.Comment.6.

24 Neceſſaria quædā ſunt ꝑpter ſeipſa,q̄dā uero propter alia.5. Metaphyſicorum.T. Comment.6.

25 Neceſſitas res ineuitabilis eſt,ut dixit Sophocles.5.Metaphy.T.Comment.6

26 ex Neceſſitate omnia euenire, qui dixerunt, refelluntur. 6.Metaphyſicorum.T. Comment.6.

27 Neceſſaria non poſſunt eſſe in potentia. 9.Metaphy.T.Comment.16.

28 Neceſſario omnia eſſent,ſi entis per accidens eſſet talia principia,qualia ſunt entis per ſe.11.Metaphy.T.Co.7.D.

29 Neceſſarium trib⁹ modis dicitur,ſcilicet. Violentum. Secūdo neceſſarium dicitur, ſine quo aliquid aut non eſt, aut non bene eſt.Tertio neceſſarium eſt, ꝙ non poteſt alit̃ ſe habere.12.Metaphy.T.Co.38. Quære Aeternum.✳.

NECTAR.Quod potum deorum fabubulantur poetæ.

Nectar quæ non guſtauerunt,facta ſunt mortalia.3.Metaphy.T.Co.15.

NEGARE.NEGATIO.

1 Negatio oratio negatiua eſt, & non eſt negatum.Prædicament.c.10.E.

2 Negatio eſt enūciatio alicuius ab aliquo. 1.Periherme.cap.4.C.

3 Negationi omni oppoſita eſt affirmatio. 1.Periherme.cap.4.C.

4 Negare contingit, quod non eſt, eſſe,& quod eſt,nō eſſe.1.Perihermenias.c.4.C.

5 Negare contingit, quod quis affirmauerit, & affirmare, quod quis negauerit.1. Periherme.cap.4.C.

6 Negatio una eſt uni⁹ affirmationis,quia idē oportet negationē negare,quod affirmatio affirmauit.1.Perihermenias. c.6.B.

7 Negatio non negans quod affirmatio affirmauit,non eſt illi oppoſita, ſed diuerſa.1.Periherme.c.6.B.

8 Negatio una eſt, quæ unum de uno ſignificat, ſiue uniuerſaliter ſiue non uniuerſaliter.1.Perihermenias.c.7.A.

9 Negatio non eſt una,ſed plures, quando unum nomen duobus aut pluribus poſitum eſt, ut ſi tunica hominem & equum ſignificet.1.Periherme.cap.7.A.

10 propter Negare noſtrũ nulla in re ipſa fit mutatio.1.Periherme.cap.8.D.
11 Negatio nulla poteſt eſſe ſine uerbo.2.Periherme.cap.1.A.
12 Negatio non eſt addenda ſignis, ſed cathegoreumatibus.2.Periherme. c.1.C.
13 Negationes nominum infinitorum non ſunt negationes,nam omnis negatio uerũ uel falſum ſignificat,illæ uero nec uerum nec falſum ſignificant,ut non homo non magis ſignificat uerum uel falſum q̃ homo.2.Periherme.cap.1.E.
14 Negatio eſt altera pars cõtradictionis aliqd ab aliquo ſignificãs. 1.Poſter.T.Co.5.
15 Negatio eſt cauſa negationis,ſicut affirmatio affirmationis.4.Topic.cap.4.D.
16 Negare manifeſta impudẽtia eſt.2.Rhetoricor.cap.3.A.
17 Negatio ſic ſe habet in intellectu,ſicut in appetitu fuga.6.Ethic.cap.2.A.
18 Negationẽ conſyderare debet,qui unum conſyderat .4.Metaphy.T.Comment.4.
19 Negatio abſentia alicuius eſt,in priuatione uero ſubiecta quædam fit natura,de qua dicit̃ priuatio.4.Metaphy.T.Co.4.
20 Negatio duplex eſt,aut ſimplicit̃,quæ dicitur extra genus,aut in genere.4.Metaphyſicorum..T.Comment.4.
21 Negare aut affirmare de quolibet,neceſſe eſt.4.Metaphyſic.T.Co.27.
22 Negatio ideſt diuiſio in intellectu eſt, & non in rebus.6.Metaphyſicorum.T.Cõmẽt.8.Quære Affirmatio.Affirmare.

NEGATIVA PROPOSITIO. NEGATVM.

1 Negatum non eſt negatio,quia oratio negatio eſt, negatum uero non eſt oratio. Prædicament.cap.10.E.
2 Negatiuæ enunciationes ſequũtur affirmatiuas,& econtrario in propoſitionibus cõtradictoriis, prædicato uariato penes finitum & infinitum. Idemq; euenit in contrariis & ſubcontrariis & in ſingularibus.2.Periherme.c.2.C.Quære Enunciatio.Propoſitio.

NEGLIGENTIA.

1 Negligentia contemptus quidam eſt.2.Rhetor.c.2.H.
2 propter Negligentiam ſeditiones,& rerũ publicarũ mutationes fiunt.5.Polit.c.3.E.

NEGOCIVM.

1 Negocia gerimus,ut otium habeam9.10.Ethic.c.7.C.&.7. Polit.c.14.D.&.15.A.
2 in Negocio uirtutibus opus eſt.7.Polit.cap.15.A.
3 ad Negocium fortitudine & conſtantia opus eſt,ut iuſtitia & temperantia.7.Politic.cap.15.A.
4 in Negotio recte uerſari debemus, ſicut laudabiliter in otio.8.Polit.c.3.A.
5 in Negotio ioco utendum eſt,quia ioc9 relaxatio quædam eſt,qua indigent laborantes.8.Politic.c.3.A.
6 in Negotio natura uult uerſari recte.8.Polit.cap.13.A.
7 Negotium qui recte cõficere uult,oportet,ut ſit gnarus locorum , ubi geritur, & ſit laboris patiens & iuſtus.Oeconom Publi.A.

NEGOCIATOR.

Negotiatores ſunt una e quattuor partibus,quibus conſtat popularis multitudo.6.Polit.c.7.A.Quære Mercator.

NELEVS.

e Neleo flumine quæ biberint pecora,nigra redduntur.de Admirãd.Audit.21.

NEMESIS.Quære Indignatio.

NEOPTOLEMVS. Pyrrhus Achillis filius.

Neoptolemus non perſtitit in ſententia, qua iubebatur mentiri ab Vlyſſe apud Sophoclem in Philotecte.7.Ethic.c.9.B.

NERVVS.Quære Tetanus.

NESCIENS.

Neſcientes experti aliquãdo ſunt magis idonei ad actiones quam ſcientes , quia actiones ſingulariũ ſunt,quod eſt magis experientia q̃ ſcientia.6.Ethic. cap.7.C.Quære Indoctus.Ignorans.

NESTVS.Fluuius Thraciæ.

Neſtus fluuius ex Scombro monte oritur 1.Meteor.c.13.I.

NICOCHARES.Poeta.

Nicochares Deliada fecit.in Poet.c.1.D.

NICOMACHVS. Atheniẽſis prĩceps.

Nicomacho Athenis imperante, exortus cometa circa æquinoctialem circulum in gentem uentum circa Corinthum excitauit.1.Meteor.cap.7.D.

NIDOR.

Nidor exhalatio eſt corporis unctoſi.4.Meteor.T.Co.48.

NIGREDO.NIGRVM.

1 Nigredo eſt in corporibus,ſicut tenebræ in diaphano.de Sen.& Sen.c.3.E.
2 Nigrum dixit aſperum Democritus. de Sen.&.Sen.c.4.M.
3 Nigrum priuatio eſt albi, ſicut amarum priuatio dulcis.de Sen.& Sen.c.4.I.&.10 Metaphy.T.Co.7.
4 Nigrum aliquid uidetur tripliciter. de Colorib.A.
5 ex Nigro & albo fieri uidẽtur omnes colores.10.Metaphy.T.Co.7.
6 Nigrum congregat uiſum.10.Metaphy.T.Comment.23.

NIHIL.

1 ex Nihilo nihil fit,cõmunis philoſophorũ ſentẽtia eſt.1.Phyſic.T.Co.34.&.11.Metaphyſic.c.5.A.
2 Nihili ad numerum nulla eſt proportio.4.Phyſic.T.Comment.71.
3 Nihil nimis, uetus & uulgata ſententia eſt.2.Rhetor.c.21.F.
4 ex Nihilo aliquid fieri, impoſſibile eſt.7.Metaphy.T.Comment.23.

NILVS. Fluuius Aegypti maxim9 & celebratiſſimus.

1 Nilus affluit aquis,menſe decreſcente. 2.Poſteriorum.T.Comment.24.
2 Nili fluentis primus ortus ducit̃,a monte,qui dicitur Argyrus, ideſt argenteus.1.Meteor.cap.13.M.
3 Nili oſtia omnia,excepto Canopico,manu addita & non a flumine facta eſſe uidentur.1.Meteor.cap.14.E.
4 Nilus depreſſior eſt q̃ mare rubrum. 1.Meteor.c.14.M.Quære Rubrũ mare.1.2
5 Nilus nõ ſemper fluxit,nam locus,unde oritur,aliqñ aridus fuit.1.Meteor.c.14.L.
6 Nilus maximus eſt fluuiorũ,qui influunt in mediterraneũ mare,qa lõgo curſu plures ſecũ amnes uehit.2.Meteor.c.2.O.
7 Nilus mediam Aegyptum influit.de Admirand.Audit.17.
8 Nilus creſcere incipit circa ſolſtitiũ æſtiuale, quando alia flumina minuuntur, & ita creſcit,ut Aegypti urbes tantum appareant,ſicut inſulæ.de Nilo.A.
9 Nilus ſecũdum Thaletem creſcit æſtate, quia eteſiæ,quæ flant a ſeptentrione e regione Nili,fluuiũ retroagũt. de Nilo.A.
10 Nilus æſtate creſcit,ſecundum quoſdam aut quia hyẽs eſt illic,unde uenit, aut qa ſol terræ propinquior hyeme fontem ei9 ſiccat,æſtate quia remotior,non ſiccat.de Nilo.B.F.
11 Nilus nõ poteſt creſcere a niuibus liquatis e mõtib9 Aethiopiæ aut Aphricæ,qa ſũt regiones calidiſſimæ,& inhabitabiles ꝑpter æſtũ,& niues nõ habẽt.de Nilo.C.
12 Nilũ,dixit Anaxagoras, æſtate creſcere, quia niues liquatæ a montibus infunduntur in eũ. Quod nõ uidet̃ uerũ,quia maioribus aquis fertur Nilus,q̃ poſſint ſuppeditare niues liquatæ, creſcit eñ aliquãdo ſupra triginta cubitos.de Nilo.C.
13 Nilũ & Indũ eũdẽ eſſe,putauit Artaxerxes cognomẽto Och9,qa in utroq; crocodili ſunt,ſed in hoc decept9 eſt.de Nilo.E
14 Nilus nõ fluit a mari rubro. de Nilo.C.
15 Nilus per totam Aphricam fluit,ut quidã dicunt.de Nilo.E.
16 Nilus ab Herculeis columnis ſcilicet a Mauritania fluere dicitur a quibuſdam. de Nilo.E.
17 Nilum, quidam dixerunt, creſcere, quia ſol recedit a fontib9 ei9 æſtate,& ad ſeptẽtrionem accedit.de.Nilo.E.
18 Nilus ideo æſtate creſcit, quia ſupra illius originem tunc maxime pluit, & Eteſiæ multas nubes impellũt illuc.de Nilo.F.G
19 Nilũ,dixit Nitagoras Cyprius,ideo creſcere,quia illic,ubi oritur, tunc eſt hyems. de Nilo.F.
20 Nili quidam lapis. Quære Lapis.6. ✳.

NYMBVS.Quære Labroteiæ.

NIMIS.

Nimis nihil,uetus & uulgata ſententia eſt 2.Rhetor.c.21.F.

NIOBE.Amphionis uxor,quæ filios ſuos Dianæ & Apollini prætulit.

Niobe aduerſus deos contendebat. 7.Ethic.cap.4.D.

NIRAEVS.Aglaia & Charope genitus.

Niræus formoſiſſim9 apud Homerum. 3.Rhetor.c.12.C.

NYSES. Fluuius Aethiopiæ. Alii Onyſen appellãt,quam differẽtiã effecit ὁ qui etiam articulus præpoſitiuus eſſe poteſt.

Nyſes fluuius inter celebratos maximus ex montibus Aethiopicis naſcitur. 1.Meteor. cap.13.H.

NITAGORAS.Scriptor quidam.Quære.Nilus.19.

NITRVM.Terræ ſpẽs ſali ſimilimum.

1 Nitrum coagulatum ſolui poteſt ab humido non quolibet ſed frigido.4.Meteor.T.Comment.40.
2 Nitrum plus terræ quam aquæ habet, quia concreſcere & cogulari poteſt.4.Meteor.T.Co.40.41.
3 Nitrum coagulatur a calido exſiccante humidum,ſed ſoluitur ab humido, quia pori tam grandes derelicti ſunt, ut poſſit humidũ ſubintrare .4.Meteor.T.Co.43.
4 Nitrum quia terroſius eſt q̃ ſal,ideo min9 olet.de Sen.& Sen.c.5.C.✳.

NIX.

1 Niuis ipſum quod quid eſt non eſt eſſe album.4.Topic.c.1.A.B.
2 Nix eſt aqua congelata.4.Topic.5.H.
3 Nix in eodẽ loco fit,ubi grando,& aqua, differunt tamen hæc tria intenſione & re

miſſione.1.Meteor.c.11.A.

4 Nix & pruina idem ſunt, differunt tamen ſcdm locum maiorem & moram longiorem, in qua fiunt.1.Meteor.c.11.B.

5 Nix emergit, cum nubes congelatur.1. Meteor.c.11.B.

6 Nix ſignum eſt temporis frigidi aut regionis frigidæ, quia nubes, in qua adhuc multus eſt calor, non congelaſceret, niſi frigus dominaretur.1.Meteor.c.12.A.

7 Niuem excelſis maxime locis fieri uidemus, grādinē uero nō.1.Mete.c.12.D.✳.

NOBILIS. NOBILE. NOBILITAS.

1 de Nobilioribus maiorem curam habet natura.2.de Cæl.T.Co.50.

2 Nobilitas pars felicitatis eſt.1.Rhet.c.5.B.

3 Nobilitas gentis & ciuitatis eſt, indigenas aut uetuſtiſſimos & primos duces illuſtres multoſq; ex ea gente in rebus, q̃ expetūtur, præclaros extitiſſe.1.Rhetor.c.5.C.

4 Nobilitas priuata aut eſt a uiris, aut a mulieribus legitimaq; ab ipſis procreatio. Et ut in ciuitate, ſic in priuata quoq; nobilitate aut uirtute aut diuitiis aut alia re laudata primos claros fuiſſe, multos quoq; famoſos ex ea gente uiros & mulieres, iuniores ac ſeniores.1.Rhetor.c.5.C.

5 Nobilium mores quales ſint, oſtenditur. 2.Rhetor.c.15.per totum.

6 Nobiliores qui ſunt, ambitioſiores ſunt.2. Rhetor.c.15.A.

7 Nobiliores parati ſunt ad contemnēdos maiorum ſuorum ſimiles, nam antiquiora honorabiliora ſunt q̃ nuper geſta. 2. Rhetoricorum.cap.15.A.

8 Nobilibus contingit ut plurimum eſſe generoſos, quia non recedūt a natura.2. Rhetor.c.15.A. Quære Generoſum.

9 Nobiles multi ſunt humiles, atq; multi deiecti.2.Rhetor.c.15.A.

10 Nobile & generoſum hoc differunt, ꝙ nobile eſt ſecundum uirtutem generis, generoſum eſt, quod non recedit a natura.2.Rhetor.cap.15.A.

11 Nobilitas quædam claritas eſt maiorum. 2.Rhetor.cap.15.A.

12 Nobilitate carens non eſt omnino felix.1. Ethic.cap.8.E.

13 Nobilitas apud omnes in honore eſt.3. Polit.cap.8.D.

14 Nobilitas eſt uirtus generis, quia conſentaneum eſt rationi, ex melioribus meliores naſci.3.Polit.cap.8.D.

15 Nobiles rationabiliter ſibi arrogant honores.3.Polit.cap.8.C.D.

16 Nobilitas eſt antiquæ diuitiæ, & uirtus. 4.Politicorum.cap.8.C.

17 Nobiles illi eſſe uidentur, quorum maiores uirtute & diuitiis præditi fuerunt.5. Polit.cap.1.B.

18 Nobiles reuera qui ſunt, in nulla republica centum reperiuntur.5.Polit.c.1.E.

19 Nobilitatem omnes uſurpant in uerbis. 5.Polit.cap.1.D.

20 Nobiles inſurrexerūt contra plebē apud Rhodios metu iudiciorum, quæ aduerſus illos parabantur.5.Polit.cap.3.B.

21 Nobiles, cōiuratiōe facta, regimē ciuitatis arripuerūt apud Coum.5.Polit.c.5.A.

22 Nobilitas magnam licentiam habet faciē di, quod libet.5.Polit.cap.7.D.✳.

NODVS. In plantis.

1 Nodus in plantis principium eſt rami, & eſt medium quoddam. de Iuuent. & Senect.cap.1.H.

2 Nodum arborū auferūt, qui inſerere uolūt, aut in eo indūt, quod inſerere uolūt. de Iuuent.& Senect.cap.1.H.

NODVS. Quo aliquid ligatur.

Nodus ſi ignoretur, non poteſt ſolui, q̃d ligatum eſt.3.Metaphy.T.Co.1.

NOMEN.

1 Nomen aliud ſimplex, aliud compoſitū. in Poet.cap.7.D.

2 Nomen proprium uocatur, quo ſinguli utuntur.in Poet.cap.7.D.

3 Nomen proprium & lingua quemodo differant, oſtēditur.in Poet.cap.7.D.

4 Nomen fictitiū eſt, quod a nullo prorſus nuncupatum eſt, ſed ipſe poeta fingit.in Poet.cap.7.G.

5 Nomen protenſum eſt, cui fit additio ſyllabæ uel litteræ uel temporis. in Poet. cap.7.G.

6 Nomen ſubtractum eſt, cui fit ablatio ſyllabæ uel litteræ uel temporis.in Poet. cap.7.G.

7 Nomina, quæ ad conuertentiā dicuntur, ſi non ſunt impoſita, tunc optime formari poſſunt ab iis, quæ prima ſunt, & ab iis, ad quæ conuertuntur, ut ab ala alatū, a remo remitum. 1.Prædicament.c.7.E.

8 Nomina ſimilia ſunt ei intellectui, qui ſine compoſitione uel diuiſione eſt, ut homo.1.Periherme.cap.1.B.

9 Nomen eſt uox ſignificatiua ad placitū, cuius nulla pars ſeparata eſt ſignificatiua, ut in hoc nomine equiferus ferus nihil ſignificat.1.Perihermenias.cap.2.A.&. in Poet.cap.7.C.

10 Nominum compoſitorum partes in hoc differūt a partibꝰ nominū ſimpliciū, quia



in compoſitis partes uidentur ſignificare, non tamen ſignificant, in ſimplicibus nec ſignificāt, nec ſignificare uidētur.1. Periherme.c.2.A.

11 Nomina ſignificāt ad placitum, & nullum nomen ſignificat naturaliter, niſi quando imponitur ad ſignificandum.1.Perihermenias.cap.2.A.

12 Nomina infinita, ut non homo, non eſt oratio, nec negatio, & æqualiter dicetur de eo, quod eſt, & de eo, quod non eſt, ut non homo dicitur de equo & de chimera. 1.Periherme.c.2.A.

13 Nomina obliqua ut Catonis Catoni non ſunt nomina, ſed caſus nominum.1.Perihermenias.c.2.A.

14 Nomina obliqua, & ſi eādem habeant rationem eſſentialem ſignificandi, ſicut ſuus rectus, differunt tamen a rectis, quia obliqui cum uerbis præſentis præteriti aut futuri, non faciunt orationem ueram, aut falſam, nomina uero recta faciunt, nam Catonis eſt nec uerum nec falſum ſignificat.1.Periherme.c.2.B.

15 Noīe finito uel infinito & uerbo uel uerbo infinito cōſtat omnis enunciatio, qa enūciat aliquid de aliquo.2. Perihermen.ca. 2.A.

16 Nomina tranſpoſita idem ſignificāt, ut eſt albus homo, & eſt homo albus, alioqui multæ negationes eſſent unius affirmationis.2.Periherme.c.2.E.

17 Nominibus infinitis negationes, q̃ præponuntur, non ſunt negationes, quia omnis negatio uerum uel falſum ſignificat, huiuſmodi uero infinita nomia nec uerū nec falſum ſignificāt.2.Perihermenias.capit.1. E.

18 quid Nominis oportet cognoſcere in aliquibus, in aliquibus uero, quia ſunt, & quid nominis etiam.1.Poſteriorum. T. Comment.2.

19 Nominibus utendum eſt, ut plures utuntur, de rebus uero ipſis ſentiendum & opinandum ut pauci. Vt ſaluber accipiēdum eſt in ea ſignificatione, qua plures utuntur, quid uero ſaluber ſit, ſentiendum eſt, ut medicus ſentit, & non ut plures.2. Topic.cap.2.D.

20 Nominibus utimur ut ſignis pro rebꝰ ipſis, cum fieri non poſſit, ut res ipſas ferentes diſputemus.1. Elench.c.1.B.

21 Nomina finita ſunt, & rationes finitæ, res uero infinitæ, & ideo unum nomen plura ſignificat.1.Elench.c.1.B.

22 Nominum ſignificationes ignorantes facile decipiuntur.1. Elenchorum. c.1.B.

23 ad Nomen eſſe quaſdam orationes, alias uero ad intellectū, dixerūt antiqui, q̃d ab Ariſtotele refellitur.1.Elenchorum.cap.9. per totum.

24 de Nominibus, ſunt quidam, qui ratiocinātur nihil intelligentes.2.Phyſicorum. T.Comment.6.

25 Nomen multipliciter dictum confuſum reddit intellectum.1.de Cæl.T.Co.110.

26 Nomina fere omnia dicuntur multipliciter.1.de Gener.T.Co.44.

27 Nomina notionū quarūdam animæ ſymbola ſunt.de Sen.& Sen.c.1.G.

28 Nominibus inſuetis exornabant priſci poetæ ſua poemata, quod ſequens ætas neglexit.3.Rheto.c.1.E.

29 Nominibus fictitiis & priſcis & compoſitis & iteratis raro & paucis in locis utendum eſt.3.Rhetor.c.2.C.

30 Nomina generum diſtribuebat Protagoras.3.Rhetor.c.5.C.

31 Nominis turpitudo aut pulchritudo aut in ſignificato eſt, aut in ſono.3.Rhetoricorum.cap.2.F.

32 Nomina diminutiua. Quære Ariſtophanes.2.

33 Nomen infinita ſignificans aut non unū ſignificans, nihil ſignificat.4.Metaphyſicorum.T.Comment.10.

34 Nominibus nihil ſignificantibus, perit omnis diſputatio.4. Metaphy. T.Co.10.

35 Nomen ſpēi ſi ſignificet aliquādo formā tantū, aliquando materiam & formam, non dicetur uniuoce de utriſq;, ſed ad unum.8.Metaphy.T.Co.7.✳.

NON ENS. Quære Ens.13.14.30.

NOTIVS. A noto.

1 Notiora ſunt aliqua ſimpliciter, alia uero quo ad nos.1. Phyſicorum. T. Comment.2.&.1.Ethicor.cap.4. B.&.1.Poſterior.T.Co.5.

2 a Notioribus nobis ſemper eſt inchoandum.1.Phyſicorum.T. Comment.2.&.1. Ethicor.c.4.B.

NOTVM Per ſe. Quære Per ſe notū.

NOVVM.

Noua delectant, quia mens intēdit, & operatur circa noua. Deinde ſucceſſu temporis non delectant, quia non adeo intēſe operatur mens circa ea, & ſic non conſequitur uoluptas.10.Ethicor.c.4.D.&.7 Polit.c.17.

NOX.

1 Nox umbra terræ eſt.1.Meteor.c.8.C.

2 Noctu plures fiūt pluuiæ q̃ interdiu, pp-

ter ſolis abſentiã uaporibus infrigidatis, ſed magis latent nos, q̃ pluuiæ diurnæ. 2. Meteor. c. 4. C.

3 ex Nocte oĩa eſſe generata, dicunt theologi. 12. Metaph. T. Comment. 30. Quære Iris. 10. 11. ✳.

NVBES.

1 Nubium congregationes in ea parte fieri ſolent, ubi radii reflexi deſinunt, propterea ꝙ radii effundantur, & diſpergant in uaſtum aerem. 1. Meteor. c. 4. B.

2 Nubes ideo in ſupremo aeris loco nõ cõſiſtunt, quia non eſt aer ſolum, ſed magis ignis, & quia motus cæli prohibet eas cõſtare in ſuperiori loco. 1. Meteor. c. 4. E.

3 Nubes eſt uapor ſeu halitus, qui ex aere in aquã mutari ſolet. 1. Meteor. c. 9. B.

4 Nubes quando congelatur, fit nix. 1. Met. cap. 11. B.

5 in Nube multus eſt calor, qui illam a terra ſuſtulit. 1. Meteor. c. 11. B.

6 Nubes cum ex alto deſcenderit in locũ calidum, congelatur propter antiperiſtaſim, & maxime cum maxime, & tunc fit grando. 1. Meteororum. cap. 12. E. Quære Grando.

7 Nubium percuſſione ab exhalatione fiũt tonitrua. 2. Meteor. c. 9. C.

8 Nubes denſiores fiunt in ſuperiori loco, ubi calor deficit. 2. Meteor. c. 9. A.

9 Nubi ſpiſſæ & frigidæ illiſa fulmina & ecnephiæ feruntur deorſum. 2. Meteoror. c. 9. B.

10 in Nubibus non poſſe ignem fieri, quidã dixerunt. 2. Meteor. c. 9. E.

11 Nubes nigriores uidentur illis, qui eas inſpiciunt in aqua q̃ in ſeipſis, quia propter refractionem uiſu exiguo uidentur. 3. Meteor. c. 4. I.

12 Nubes ſi prope ſolem ſit, & aliquis illam intueatur, nullum colorẽ habet, ſed alba apparet. Si uero in aquam eandem nubẽ aſpiciat, colorem habet aliquẽ eorũ, quos in iride uidemus. 3. Meteor. c. 4. L.

13 Nubes ſi per directum aſpiciantur, nullo colore tinctæ apparent, cum uero aſpiciũtur in aqua, uirgis plenæ apparent. 3. Meteor. c. 6. A.

NVGATIO.

1 Nugatio fit, quando idem frequenter dicitur ſine cauſa. 5. Topic. c. 2. E. & 1. Elench. c. 3. A.

2 Nugatio eſt unus ex iis finibus, ad quos ſophiſta conatur reſpõdentem perducere 1. Elench. c. 3. A.

3 ad Nugationẽ uerã aut apparẽtem quomõ interrogãs poſſit ꝑducere reſpõdẽtẽ, habes. 1. Elench. c. 13. ꝑ totum.

4 Nugatio maxime contingit in iis, q̃ ſunt ad aliquid. 1. Elench. c. 13. B.

5 Nugationis fallacia, quomodo ſoluatur, habes. 2. Elench. c. 6. A.

NVMERARE. NVMERVS.

1 Numerus quantitas diſcreta eſt, quia nullus eſt terminus communis partiũ numeri, ad quem copulentur. Prædicam. c. 6. A

2 Numeri partes non habent poſitionem in continuo. Prædicam. c. 6. A.

3 Numerus licet non conſtet ex partibus poſitionẽ habentibus in continuo, habet tñ quendam ordinem partium, eo ꝙ habet aliquid pri9 & aliquid poſterius. Prædicament. c. 6. D.

4 Numero eadem ſunt, quorum nomina ſunt plura, res autem una, ut ueſtis indumentum. 1. Topicor. c. 6. A.

5 Numero idem eſt maxime idem. 1. Top. c. 6. B. Quære Idem.

6 Numerum ſemper ſequitur diuiſibile. 4. Top. c. 6. G.

7 Numeri differentiæ ſunt par & impar. 6. Topic. c. 3. G.

8 Numerum non ſeparatum a ſenſibilib9, dixerunt Pythagorici, in infinitum eſſe, & ponebant extra cælum. 3. Phyſicorum. T. Comment. 25.

9 Numero pari infinitatem tribuũt Pythagorici. 3. Phyſ. T. Co. 26.

10 Numerus par comprehenditur ab impari numero. 3. Phyſ. T. Co. 26.

11 Numerus non poteſt ſeparari & per ſe exiſtere. 3. Phyſ. T. Co. 36.

12 Numeri paſſio eſt infinitum. 3. Phyſ. T. Comment. 36.

13 Numerus non poteſt eſſe ſeparatus aut infinitus. 3. Phyſ. T. Co. 41.

14 Numerus quia eſt numerabilis, infinitus eſſe non poteſt. 3. Phyſ. T. Co. 41.

15 Numerus non erit infinitus, ſi infinitum non eſt quodammodo. 3. Phyſicorum. T. Comment. 56.

16 Numeri ſpecies nõ uariantur niſi uſq; ad decem, nam poſt decem redimus ad unitatem ſecundum Platonem. 3. Phyſic. T. Comment. 61.

17 in Numeris nõ eſt dandus maximus numerus, ſed minimus poteſt dari. Cuius contrarium accidit in magnitudinibus. 3. Phyſicor. T. Co. 64.

18 Numerus eſt uno plura. 3. Phyſicor. T. Comment. 68.

19 Numerus omnis denominatur ab uno. 3. Phyſic. T. Co. 68.

20 Numero quocunq; dato alius maior dari poteſt, qa magnitudo diuiditur in infinitum. 3. Phyſic. T. Co. 68.

21 Numerus infinitus non datur in actu. 3. Phyſic. T. Comment. 68. & 11. Metaphyſi. cap. 9. B.

22 Numerus non eſt ſeparabilis a deciſione magnitudinis. 3. Phyſic. T. Co. 68.

23 Numerus non eſt infinitus ſicut permanens, ſed ſicut in fieri. 3. Phyſic. T. Comment. 68.

24 Numerus temporis nõ eſt infinitus actu, ſed fit ſemper. 3. Phyſicorum. T. Co. 68.

25 in Numeris Pythagorici primũ ponebãt uacuum. 4. Phyſic. T. Co. 56.

26 Numerus alicuius rei eſt illud, per quod rem ipſam iudicamus maiorem aut minorem. 4. Phyſic. T. Co. 102.

27 Numerus dupliciter dicitur, nam alius eſt numerus numeratus, alius numerus numerans. 4. Phyſic. T. Co. 102.

28 Numerus unius poteſt eſſe multorum, ut denarius hominum equorum & lapidum, terminus uero unus eſt tantum eorum, quorum eſt terminus. 4. Phyſicorũ. T. Co. 107. 110.

29 Numerus minimus eſt dualitas. 4. Phyſi. T. Comment. 108.

30 Numerus dicitur paucus aut multus, non breuis aut longus. 4. Phyſic. T. Co. 109.

31 Numerus, quo numeramus, nullus dicitur uelox aut tardus. 4. Phyſic. T. Comment. 109.

32 Numerum per numerabilia cognoſcim9 4. Phyſic. T. Co. 112.

33 in Numero eſſe aliquid, dupliciter dicitur, aut quia eſt aliquid numeri, ut binarius in quaternario, & aliqua paſſio, ut par & impar, aut quia numeratur numero. 4. Phyſic. T. Co. 115.

34 in Numero eſſe, eſt eſſe quẽdam numerũ rei, & eſſe illius rei, quæ eſt in numero, eſt menſurari numero, in quo eſt. 4. Phyſicorum. T. Comment. 118.

35 Numerare nihil poteſt præterq̃ anima & animæ mens. 4. Phyſic. T. Co. 131.

36 Numerus ſi non eſt, nec numeratum eſſe poteſt. 4. Phyſic. T. Co. 131.

37 Numeratur unũquodq; uno quodã proximo ſui generis, ut unitates unitate, equi equo. 4. Phyſic. T. Co. 133.

38 Numerus rerum etiam ſpecie differentium unus & idem eſt, ſi illi inter ſe ſint æquales numero, ut decem oues & decem homĩes, ſed aliud eſt denarius hominum aliud ouium, quia non eadem ſunt homines & oues. 4. Phyſicorum. T. Commẽt. 134.

39 Numeros qui adaptant figuris, dualitatem tribuunt triangulo. 2. de Cæl. T. Comment. 25.

40 Numerus unitatis additione aut ſubtractione uariatur ſpecifice. 1. de Anima. T. Comment. 68.

41 Numerum, qui dicũt, eſſe animam, irrationabilia dicunt. 1. de Anima. T. Commẽt. 67. & ultra.

42 Numerus ſenſibile cõmune eſt. 2. de Aĩa. T. Comment. 64.

43 Numerus ſentitur negatione continui & propriis. 2. de Anima. T. Co. 133.

44 Numero omnia termĩnãtur. 3. Rhetoricorum. cap. 8. A.

45 Numerus orationis rhetoricæ quibus cõſtet, & quo differat a carmine, oſtenditur. 3. Rhetor. c. 8. per totum.

46 in Numero abſoluto ſeu monadico non ſolum inuenitur proportionalitas, ſed etiã in quocunq; numero. 5. Ethic. c. 3. B.

47 Numero ſeptenario metiuntur poetæ hominum ætates. 7. Polit. c. 16. E.

48 Numeros putauerunt Pythagorici eſſe ſubſtantias rerum & principia, quia ſunt principia mathematicarũ. 1. Metaphyſic. cap. 5. A.

49 Numeri principium, dicebant Pythagorici, eſſe par & impar. 1. Metaphy. c. 5. C.

50 Numerorum imitatione Pythagorici dixerunt, q̃ ſunt eſſe. 1. Metaphy. T. Co. 6.

51 Numerum poſuit Plato abſtractum a ſenſibilibus. 1. Metaphy. T. Co. 7.

52 Numerum, dicebant Pythagorici, eſſe res ipſas. 1. Metaphy. T. Co. 7.

53 Numerus unus fit ex multis numeris. 1. Metaphy. T. Co. 37.

54 Numerus unitates eſt. 3. Metaphyſicorũ. T. Comment. 17.

55 Numeri principium eſt unitas ſeu unum, quia unum eſt prima menſura numeri. 5. Metaphy. T. Co. 12.

56 Numeri principium & menſura eſt unum ſiue unitas. 5. Metaphyſicorum. T. Comment. 20.

57 Numeri licet aliquo modo ſint ſubſtantiæ, non tamen ſicut ponebãt quidam. 8. Metaphy. T. Co. 10.

58 Numerus diuiſibilis eſt, non tamen in ſemper diuiſibilia, nam ad aliqua indiuiſibilia terminatur. 8. Metaphy. T. Co. 10.

59 Numeri ſpecies uariantur per additionem aut ablationem quamcunq;. 8. Metaphy.

T.Comment.10.
60 Numerus non ſuſcipit magis aut minus. 8.Metaphy.T.Co.10.
61 Numerus cum ex pluribus conſtet, quomodo ſit unus, oſtenditur.8.Metaphyſicorum.T.Commen.15.
62 Numero aut uno cognoſcitur quãtum, ut quantum eſt.10.Metaphyſi.T.Co.2.
63 Numer⁹ omnis cognoſcit, & menſuratur uno.10.Metaphyſi.T.Co.2.
64 Numeri, ut numerus eſt, principium eſt unũ ſiue unitas.10.Metaphyſi.T.Co.2.
65 Numerus eſt certiſſima mẽſura, quia nõ eſt auferre uel addere.10.Metaphyſicorum.T.Com.3.
66 Numeri menſuram imitantur omnes aliæ menſuræ, quia eſt ipſa minima, & cui nihil addi aut auferri poteſt.10.Metaphyſicorum.T.Com.3.
67 Numeri certiſſima eſt mẽſura, ſcilicet unitas, quia nihil poteſt ei addi aut auferri. 10.Metaphyſi.T.Co.3.
68 Numer⁹ eſt multitudo unitatum.10.Metaphyſic.T.Co.4.
69 Numerus eſt multitudo mẽſurabilis uno. 10.Metaphyſi.T.Co.20.
70 Numeri ſeparati, qui ponuntur ab aliquibus, nulli⁹ eſſe cauſa poſſunt.12.Metaphyſicorum.T.Com.56.
71 Numerum mathematicum, quidã poſuerunt, eſſe pricipium in rebus. 12.Metaphyſicorum.T.Com.56.
72 Numeros ſeparatos eſſe non poſſe, probatur.13.Metaphyſi.c.2.D.E.F.
73 Numeros ſeparatos quomodo poſuerunt aliqui, & quot modis cõtingat de eis dici, oſtendit.13.Metaphyſi.c.6.per totum.
74 Numerum mathematicum Pythagorici poſuerunt, non tamẽ ſeparatum, & ex eo conſtare ſubſtantias ſenſibiles dixerũt.13. Metaphyſi.c.6.D.
75 Numeros ſepatos eſſe non poſſe, nec ſubſtantias cõſtare ex ipſis, probatur.13.Metaphyſi.c.7.8.9.10.
76 Numeros non eſſe ſubſtãtiarum cauſas, oſtenditur.13.&.14.Metaphy.c.5.D. ✳.
NVMMVLARIA. Ars, qua nummi acquiruntur. NVMMVS.
1 Nũmus uenit in uſum hominum, ut in illo diuerſa cõparentẽ. Mẽſurat enĩ oĩa, & minimum & paruũ.1.Ethic.c.5.C.
2 Nũmus omnia adæquat, & inuentus eſt propter adæquationem eorũ, quæ cõmutantur.5.Ethic.c.5.C.
3 Nummus græce nomen habet ſcilicet νόμισμα, eo ꝙ lege & non natura conſtet.5.Ethic.c.5.C.
4 Nummum inutilẽ reddere in hominum poteſtate eſt, quia lege & non natura cõſtat.5.Ethic.c.5.C.
5 Nummus eſt quidam fideiuſſor.5.Ethi. cap.5.D.
6 Nũmus ut mẽſura res ipſas metiẽdo ad æqualitatem redigit.5.Ethic.c.5.D.
7 Nummus nõ mẽſurat res ipſas ſecundũ uirtutem ſuæ naturæ, ſed ex impoſitione 5.Ethicor.c.5.E.
8 Nummus inuentus eſt, ut permutatio fiat æqualis, & ciuilem commutationẽ contineat.1.Magnor.Mor.c.34.D.
9 Nummus introductus eſt, quia res ipſæ naturales neceſſariæ nõ facile deferri poſſunt.1.Politicorum.c.6.B.
10 Nummus facilem uſum habet commutandi ea, q̃ ſunt ad uitã.1.Politicor.c.6.C
11 Nummus primo diffinitus eſt pondere, deinde ſigno impreſſus fuit, ut a labore ponderandi liberarẽtur, nam ſignum impreſſum in nummo quantitatem illius oſtẽdit.1.Polit.c.6.C.
12 Nummo reperto, emerſit nummularia.1. Polit.c.6.C.
13 Nummorũ multitudinẽ, quidam ponũt, eſſe diuitias.1.Politic.c.6.D.
14 Nummos quidã non reputant diuitias, quia nummus cũ non ſit ſecundum naturam, mutatis iis, qui utuntur, nullius eſt utilitatis aut precii, & nũmis locuples penuriã patietur neceſſarii alimenti. Ideoq; putant abſurdum eſſe, illas diuitias eſſe credere, quibus abundantes fame perire poſſunt.1.Politicorum.capit.6.D. Quære Mydas.
15 Nummus eſt primũ & ultimum in commutatione.1.Polit.c.6.D.
16 Nummorum congregandorum non eſt finis.1.Polit.c.6.E.
17 Nummularia non eſt ſecundũ naturã, nã permutatio ſatis erat ad ea, quæ ſunt neceſſaria ad uitam.1.Politic. c.6.A.
18 Nummularia proceſſit ex commutatione ſecundum naturam, quia cum a remotioribus quæreretur auxilium importando illa, quibus indigebant, aut exportando illa, quibus abundabant, neceſſario eſt introductus nummus, quia res ipſæ naturales neceſſariæ nõ facile deferri poſſunt.1.Polit.c.6.B.
19 Nummularia primo ſimpliciter cœpta ẽ, repto nũmo, deinde artificioſior. Vñ uero, & quomodo faciat plurimum lucrũ, habes. 1. Politicorum.c.6.C.
20 Nũmularia maxime uidetur uerſari circa quæſtũ nummorũ. Opus autem illius eſt diſcernere, unde proueniat multitudo pecuniarum, quia effectiua eſt pecuniarũ & diuitiarum.1.Polit.c.6.C.
21 Nummularia acquiſitio, quomodo nõ ſit ſecundum naturam, & quomodo differat a cura rei familiaris, habes.1. Polit.cap.6. per totum.
22 Nummus inductus eſt ad cõmutationẽ. Male tñ utitur nũmo, qui nummum nũmo acquirit fœnore, ubi nũmus nummũ parit.1.Polit.c.7.B.
23 Nũmularia ars, qua acqritur pecunia pecuniis & propter pecunias, uituperabilis eſt, quia nõ ſecũdũ naturã, ſed ab hominib⁹ acquirit, & ideo merito odio habet, qa acqſitionẽ facit a nũmo, & non ad qđ inductus eſt nummus.1.Politicor.c.7.B. Quære Diuitiæ. Pecunia.
NVNC.
1 Nunc non eſt pars temporis, quia nõ cõponitur tempus ex ipſis nunc.4. Phyſic. T.Co.89.
2 Nũc quod uidetur diſtinguere præteritũ & futurũ, non eſt facile ſcire, an pmaneat ſemper unũ & idem, an ſit aliđ atq; aliđ. 4.Phyſicor.T.Co.90.
3 Nunc unũ nõ poteſt corrũpi ab alio, qa non eſt in illo.4.Phyſ. T.Co.90.
4 Nũc aliud & aliud nõ eſt poſſibile eſſe in tempore.4.Phyſ.T.Co.90.
5 In Nunc uno q̃ ſunt, dicuntur ſimul eſſe tempore.4.Phyſ.T.Co.92.
6 Nũc aliud & aliud ſi nõ eſſet, tẽpus non eſſet.4.Phyſic.T.Co.97.
7 Nunc terminus eſt tẽporis, & tempus cõtinuat.4.Phyſ.T.Co.121.
8 Nũc unũ eſt ſubiectũ in toto tpe, ratiõe uero diuerſum.4.Phyſ. T.Co.103.104.
9 Nunc ſe habet ad tempus, ut punctum ad lineam.4.Phyſ.T.Co. 104.
10 Nunc ſequitur ipſum mobile, ſicut tẽpus ſequitur motũ.4.Phyſic.T. Co.104.
11 Nũc mẽſurat tẽpus, qa in tpe nũc eſt maxime notũ.4.Phyſ. T. Co.104.
12 Nũc quodãmõ eſt idẽ in toto tpe, quodãmõ nõ eſt idem.4.Phyſ.T.Com.104.
13 Nunc ſi nõ eſt, nec tempus eſt, & econtrario.4.Phyſ.T.Co.104.
14 Nũc cõparatur ad id, qđ fertur, ſicut unitas numero.4.Phyſic.T.Co.105.
15 Nunc continuat & diſtinguit tẽpus, ſicut punctũ lineã. Differenter tñ, nam pũctũ permanet, & bis accipi poteſt, nunc ipſum non eſt permanens, ſed aliud atq; aliud ratione, licet unum ſit ſubiecto. 4.Phyſ. T.Co.105.106.121.
16 Nunc nõ eſt pars tẽporis, ſicut nec pũctũ pars lineæ.4.Phyſi.T.Co.107.
17 Nunc diuidit tempus, inquantum conſyderatur ipſum nunc ut multa in potentia.4.Phyſ. T. Co.121.
18 Nunc aliquando accipitur non pro termino copulãte præteritum & futurum, ſed p tẽpore ꝓpinquo. Vt dicim⁹ uenit nũc, quia uenit hodie.4.Phy.T.C.122.
19 Nũc eſſe, uel fieri, uel facta eſſe, non dicimus ea, q̃ a præſenti tempore remota ſunt, ſed dicimus tũc.4.Phyſic.T.Co.123
20 Nunc plura non poſſunt componere tẽpus.6.Phyſ.T. Co.2.
21 Inter duo Nũc mediat tempus.6.Phyſ. T.Co.2.
22 Nunc dupliciter accipitur, aut per ſe, aut ſecundum aliquid.6.Phyſ. T.Co.24.
23 Nunc unum eſt in omni tempore.6. Phyſ. T.Co.24.
24 Nunc indiuiſibile eſſe, oſtendiẽ.6.Phyſic. T.Co.25.
25 Nunc idẽ eſt utriuſq; tẽporis, ſcilicet futuri & præteriti.6.Phyſ. T.Co.26.
26 Nunc duo impoſſibile eſt eſſe, alterum præteriti, alterum futuri temporis. 6.Phyſicor.T.Co.26.
27 Nunc ſi diuiſibile ſit, aliquid idẽ factum futurũ eſt, & futurum factum, quod implicat.6.Phyſ. T.Co.29.
28 Nunc ſi diuiſibile eſt, nõ eſt nũc ſimpliciter, ſed ſecũdũ alterũ.6.Phy.T.Co.28.
29 Nunc ſi diuiſibile eſt, ſequitur ꝙ idem ẽ præteritum & futurum.6.Phyſicorũ. T. Com.28.
30 Nunc indiuiſibile eſſe oportet, cum nullum aliud indiuiſibile ponatur in tempore.6.Phyſ. T.Co. 29.
31 In Nũc non põt eẽ motus, qa ſequereẽ ipſum nunc diuidi.6.Phyſ. T.Co.29.30
32 In Nunc ſi mouereẽ aliquid, quieſceret, & ecõtrario.6.Phyſ.T. Co.31.
33 In Nunc non eſt quies, quia quod quieſcit, habet ſe ſimiliter nũc & prius, & ſecundum ſe & ſuas partes, ſed nunc nõ habet prius nec partes.6.Phyſ.T. Co.32
34 Nunc eſt quoddam medium, quod habet rationem finis temporis præteriti, & initium futuri.8. Phyſicorum. T.Comment.11.
35 Nunc eſt ſolum, quod poteſt accipi in tempore.3.Phy.T. Co.11.
36 Nunc in tempore ſic ſe habet, ut pũctũ in linea.3.de Cæl.T.Co.15.

37 Nunc ſi componat tempus, poſſibile eſt nunc ipſum manere, & oio tolli tempus. 3.de Cæl.T.Co.15. Quære Sardinia.1.

NVNCIVS.

Nunciis malorum iraſcimur, quia doloré inferunt.2.Rhetor.c.2.H.

NVPTIAE.

1 in Nuptiis magnifici eſſe debemus.4.Ethicor.c.2.D.

2 Nuptiarum tempus aptius eſt per hyemem, ut multi obſeruant, & flantibus boreis q̃ auſtralibus uentis.7.Polit.c.16.C. Quære Matrimonium.

NVTRIMENTVM. NVTRIRE. NVTRITIVVM. NVTRITIVA POTENTIA.

1 Nutritio differt ab augmentatione, quia quod aduenit nutribili, eſt potentia tale, & nõ tantum, id eſt ad maiorem quantitatem. Quod uero aduenit augmẽtabili, eſt in potentia ad utrunq; ſcilicet ad tale & tantum. 1.de Gener.T.Co.39. & ultra.

2 Nutritur tandiu animal, q̃diu uiuit, & ſeruatur, licet diminuatur. Nõ tamen augetur ſemper.1.de Gener.T.Co.41.

3 Nutrimentum materia eſt eius, quod nutritur, & id quod nutritur, forma eſt & ſpecies reſpectu nutrimenti.2.de Gener.T. Comment.50.

4 Nutriuntur omnia ex illis, ex quibus conſtant, & cum omnia ex quattuor nutriantur elementis, ex iis conſtant.2.de Gene. T.Com.50.

5 Nutriuntur multis, quæ uno tantum uidentur nutriri.2.de Gener.T.Co.50.

6 Nutriuntur omnia uiuẽtia calido & frigido, humido & ſicco.2. de Anima.T.Cõment.28.

7 Nutritur nihil, niſi quod communicat uita.2.de Aïa.T.Co.37.

8 Nutritionis cauſam ignem eſſe, quidam dixerunt, quia ipſe maxime inter omnia corpora & elementa nutriatur, & augeat̃. 2.de Anima.T.Co.40.

9 Nutrimentum contrariũ eſt ei, quod nutritur. Et nutrimentum debet eſſe tale cõtrarium, ex quo nutritum augeri poſſit, quia contraria quædam ſunt, quæ fiunt ex aliis, non tamen ex illlis augmentum ſumere poſſunt, ut ſanum fit ex ægro, nõ tamen ex illo ſumit augmentum aut nutrimentum. Et quod nutritur, alimentum in ſuã naturam conuertere debet, & non econtrario .2.de Anima.T.Co.43.

10 Nutriri contrario, dixerunt quidam, q̃a nutrimentum mutatur in id, quod nutritur, & nihil mutatur, niſi in contrarium, uel in medium, quod habet contrarii rationem, & agens & paſſum contraria ſunt, ergo a diſſimili & contrario fit nutritio. Alii dicunt, a ſimili fieri nutritionem, quia in naturam aliti conuertitur nutrimentum. Quorũ utriq; ex parte uerum dicunt, nam alimentum inquantum non eſt decoctum contrarium eſt, inquantũ uero eſt coctum ſimile eſt, & ſic nutritio fit a ſimili & a diſſimili. 2. de Anima.T. Co.44.& ultra.

11 Nutritur nihil, niſi animatum, nam quod anima caret, non nutritur.2.de Anima. T.Comment.46.

12 Nutrimentum alia ratione auget, alia nutrit, quia auget, ut ipſum animatum quantum eſt, nutrit ſecundum quod ſubſtãtia, & hoc aliquid eſt, quia cõſeruatur ſubſtãtia, q̃diu nutritur.2.de Aïa.T.Co.47.

13 Nutrimentum efficit generationem, non illius quod nutritur, ſed alterius in ſpecie ſimilis.2.de Aïa.T.Co.47.

14 Nutritur aliquid ſecũdum quod eſt ſubſtantia, & hoc aliquid, quia ſaluat ſubſtantiam, quouſq; nutritur .2. de Anima. T. Comment.47.

15 in Nutritione tria cõcurrũt. Quod alit̃, ſcilicet corp9, quo alitur, ſcilicet nutrimẽtum, & quod alit, ſcilicet anima uegetatiua.2.de Aïa.T.Co.49.

16 Nutritio duplici inſtrumento fit, ſcilicet alimento, quod eſt tanq̃ inſtrumentũ motum, & calore naturali, quod eſt tanq̃ inſtrumentum non motum & mouẽs, ſicut nauim gubernat nauta manu & temone 2.de Aïa.T.Co.50.

17 Nutrimentum corp9 eſt, quod tactu percipitur.3.de Aïa.T.Co.63.

18 Nutriuntur omnio dulci uel ſimplici uel commixto.de Sen.& Sen.c.4.G.

19 Nutrimentum augmentatur, & præparatur a calido, & quod leue eſt trahit̃, amarum uero & ſalſum propter grauitatẽ relinquitur.de Sen.& Sen.c.4.G.

20 Nutrimentum debet eſſe compoſitum, quia quæ nutriuntur, non ſunt ſimplicia. de Sen.& Sen.c.5.R.

21 Nutrimentum eſſe compoſitum, ex hoc colligitur, ꝙ omnis nutrimẽti ſunt aliquæ ſuperfluitates & excremẽta aut intra animalia aut extra, ut in plãtis.de Sen.& Sẽſat.c.5.R.

22 Nutriuntur melius animalia, qñ dormiũt q̃ qñ uigilant.de Som.& Vigil.c.1.I.

23 Nutrimẽtum nõ ſuſcipientia corrũpũt̃, quia calor naturalis cõſumit materiam, in qua eſt.de Longit.& Breu.Vit.c.2.H.

24 Nutritiuum animalium quorundam, licet actu unum ſit, potentia tamen eſt plura, & ideo talia animalia uiuunt diuiſa. de Iuuent.& Seneċt.c.1.F.

25 Nutritiua in medio animalis eſt.de Iuuẽ. & Senect.c.2.D. Quære Anima.

26 Nutrimentum duobus locis digeritur, ore ſcilicet, quæ ẽ imperfecta quædam digeſtio, & ſtomacho.de Iuuent.&. Senect. cap.2.A.

27 Nutrimentum refrigerationem animalibus facit.de Iuuent.&.Senect.c.3.D.

28 Nutrimento indiget animal, ut ſeruetur, de Reſpirat.c.4.N.

29 Nutrimenti cupiditas naturalis eſt.3. Ethicor.c.11.A.

30 ſine Nutrimento nõ eſt animalium uita. 1.Polit.c.5.B.

31 Nutrimentorum differentiæ faciunt differentes animalium uitas. Nam alia ſunt gregalia, alia ſoliuaga, prout illis conducit ad nutrimentum acquirendum.1. Politic. cap.5.B.

32 Nutrimẽtum præbere genitis naturæ opus eſt.1.Polit.c.7. A.

33 Nutrimẽtum quale ſit, maxime reffert ad robur corporis.7.Polit.c.17.A.

NVTRIX.

1 Nutricibus puerorum uina non cõferũt, quia uinum omne ſpirituoſum eſt, maxime nigrum. Et pueri in cerebro & ſuperioribus partibus multum ſuperfluitatis habẽt. Nihil aũt reffert, an nutrices, an pueri bibãt illud.de Som.& Vigil.capit.3. F. Quære Democrates.

NVX. Teſtæ durioris fructus.

Nuces cur abſq; ictu facile admodum frãguntur machinamento illo, quod nonnulli ad eãs comminuendas facere conſueuerunt, cum præſertim plurimum roboris adimatur una cum ipſo motu. Mechanic. cap.22.per totum.

## O

OBIECTVM.

Obiecta priora ſunt actibus & operationibus potentiarum. 2. de Aïa.T.Co.33.34 Quære Intellectus. Scientia. Senſus. Potentia.

OBLIQVVM Nomen. Quære Nomẽ



OBLIQVVM. Vt opponitur recto.

Obliquum nec iudex ſui eſt nec recti.1. de Aïa.T.Co.85. Quære Rectum.

OBSCVRVM. Vt intelligatur.

Obſcura quãdo tractantur, claris indiciis & exemplis illuſtranda ſunt.2. Ethic.c.2. B.&.1.Mag.Mor.c.1.G. Quære Diffinitio 51. Aenygma. Aequiuocum. Metaphora.3. Multiplex.6.

OCEANVS. Mare continẽtẽ noſtrũ ambiens.

1 Oceanum, qui circa terram fluit, fortaſſis antiqui dixerunt perpetuum curſum uaporum aſcendentium & deſcendentium per aquam in terram.1.Meteor.c.9. C.

2 Oceanus ore anguſto inter colũnas Herculis ingreditur, deinde coarctatur, deinde rurſus dilatatur, & rurſus coarctatur. de Mund.ad Alexand.c.1.F. Quære Herculeæ columnæ. Mare.

OCHRA. Pigmentum foſſile, quo uulgo pictores utuntur.

Ochra ab exhalatione calida & ſicca fit.3. Meteor.c.6. G.

OCCIDERE.

Occidere ſeipſum. Quære Interficere. Tyrannus.

OCCVLTVM.

1 Occulta ſic ſunt, acſi facta nõ ſint.2.Rhetor.c.6.E.

2 Occulta reuelant, & qui iniuriam perpeſſi ſunt, & maledici .2.Rhetor.c.6.E.

OCIVM.

1 Ociũ inter iucunda cenſetur.1.Rheto. cap.11. L.

2 Ocium ut habeamus, negocium gerimus 10.Ethic.c.7.B.&.7.Polit.c.14. &.15.A.

3 Ocium præferendum eſt negocio.7.Politic.c.14.& .15.A.

4 Ocium ut adſit nobis, oportet multa neceſſaria adeſſe.7.Polit.c.15. A.

5 in Ocio utilis ẽ uirtus, & opus eſt philoſophia & tẽperãtia & iuſtitia.7.Pol.c.15.A.

6 Ocium cum pace petulãtes homines reddit.7.Polit.c.15.A.

7 Ociũ nullũ eſt ſeruis.7.Polit.c.15.A.

8 in Ocio laudabiliter uerſari, ſicut in negocio recte, natura expetit. Minus tñ utendũ eſt ioco in ocio q̃ in negocio, q̃a ioc9 q̃es eſt, q̃ indigẽt laborãtes.8.Polit.c.3.A.

9 Ociũ uidetur uoluptas & felicitas & uita beata.8.Polit.c.3.A.

10 ad Ociũ degẽdũ neceſſe ẽ erudiri diſciplinis.8.Pol.c.3.B. Quære Febricitans.4.

OCVLVS.

1 Oculus ſic ſe habet in corpe, ſicut mẽs in

anima.1.Topic.c.12.A.&.1.Ethic.c.6.D.
2 Oculum appellauit Plato ὀφρυόσκιον id eſt ciliumbre, eo ꝙ cilium umbram faciat in oculo.6.Topic.c.2.C.
3 Ocul⁹ iuuenis ſi aptaretur ſeni, ſenex uideret, ut iuuenis.1. de Anima.T.Co.65.
4 Ocul⁹ ſi animal eſſet, eius anima eſſet ipſe uiſus, id eſt uirtus uiſiua.2.de Anima.T. Comment.9.
5 Oculi ſubſtantia, quæ ſe habet ut ratio ipſi⁹ oculi, uiſus eſt.2.de Anima.T.Co.9.
6 Oculus materia eſt uiſus, quo deficiente, iam non erit oculus, ſed æquiuoce, ut oculus pictus aut lapideus.2.de Anima. T.Comment.9.
7 Oculos duros aialia habẽtia, ut cicadæ, non omnes colores percipiunt, ſed eos, qui uehementes ſunt & terrentes aut cõuenientes.2.de Anima.T.Co.93.
8 Oculi quibus ſunt duri, non habent tegmen aut palpebras, quib⁹ molles ſunt, uelãtur aliquo tegmine aut palpebris.2.de Anima.T.Co.100.
9 Oculo conſtricto & moto, uidetur ignis lucere. Quod ideo accidit, qa nigrũ oculi læue & terſum ſiue politum eſt, & omne tale natum eſt fulgere in tenebris, non tamẽ illuſtrare. Moto uero oculo, propter celeritatem motus unum duo uidentur, ita ut aliud uidens & aliud uiſum eſſe credatur. de. Sen & Sẽ.c.2.A.B. Quære Quærcus. Squamma.
10 Oculus ſi igneus eſſet, ut Empedocles & Plato in Timæo poſuerũt, in tenebris etiam uideret, ſicut lumen ex laterna exiens. de Sen. & Sen.c.2.C.
11 in Oculo ideo rerum imagines apparẽt, qa ocul⁹ læuis politus & terſus eſt ꝑpter refractionem, quam ignorabat Democritus.de Sen.& Sen.c.2.E.
12 Oculus ſol⁹ uidet inter omnia corpora, in quibus ſit refractio, & in eo apparent idola.de Sen.& Sen.c.2.F.
13 Oculum aqueum eſſe, experientia conſtat. Nam aqua uidetur fluere oculis ſauciatis, & in fœtibus nuper formatis oculi ſplendent, & fulgent. Et animalia ſanguinem habentia albuginem habẽt pinguẽ & craſſam, ut oculi humor non congeletur.de Sen.& Sen.c.2.G.
14 Oculus inter oẽs ptes corpis nõ riget frigore, nec ulli unq̃ frixit propter pinguedinem & craſſitudinẽ albuginis circumſtãtis aqueum humorem.de Sen. & Sen. cap.2.G.
15 Oculi animalium ſanguine carẽtium dura tunica ambiuntur, quæ defendit eos a frigore.de Sen.& Sen.c.2.G.
16 Oculi pars interior aquæa eſt, quia aqua perſpicua & diaphana eſt, & illam partem oculi interiorem neceſſe eſt eſſe luminoſam. Nam ſicut exteri⁹ medium debet eſſe illuminatum, ſic & interius, quia ſenſoriũ animæ nõ eſt in exteriori parte, ſed interius.de Sen.&.Sen.c.2. L.
17 Oculi intimam partem capacem luminis eſſe & perſpicuam, experimento cognoſcitur. Nam uulnere accepto in bello circa tempora, ita ut oculorum meatus & pori conciſſi & rupti ſint, tenebris ſuffundi uidebantur, ac ſi lucerna eſſet, qa abſciſſa fuit perlucida pars oculi uocata pupilla, ſicut laterna quædam. de Senſ.& Senſat. cap.2.L.
18 Oculi partem, quæ facultatem uidẽdi habet, ex aqua conſtare exiſtimandum eſt. de Sen.& Sen.c.2 .M.
19 Oculi generatio ex cerebro conſtat, quia aquæa eſt.de Sen.& Sen.c.2. N.
20 Oculus ſeu inſtrumentum uiſus aqueus eſt, non tamen uidet ut aqueus, ſed ut diaphanus eſt.de Sen.& Sen.c. 2.F.
21 Oculus licet ſit diaphanus, quod eſt cõmune aeri & aquæ, aqueus tamen eſt, & non aereus, quia aqua facilius retineri & comprehendi poteſt, q̃ aer.de Sen.& Sẽ. cap.2.F.
22 Oculi ſine palpebris, obiecto uiſibili indebita diſtantia, ilico uident. de Senſ.& Senſat.c.5. O.
23 Oculis duobus uiſa uno modo uident. de Sen.& Sen. c.7.M.
24 Oculos habentia animalia dormiunt.de Somn.& Vigil.c.1.H.
25 Oculorum durorũ animalia, ut cicadæ, dormiunt, ſed exiguo ſomno egent, ita ut lateat, utrum ſomno participent, an nõ. de Som.& Vigil.c.1. H.
26 Oculus menſtrua patientium inficit ſpeculum, quia ipſe eſt infectus inflammatione ſanguinis menſtruorum, eo ꝙ uenarũ plenus eſt. de Somniis.capit. 2. F. Quære Menſtrua.
27 Oculi rubentes parum, arguunt uerecundum. Humidi lucidi hilarem. Lippientes temulentũ & ſomniculoſum. Exigui timidum, ualde magni tardum. Concaui malitioſum. Prominentes fatuum. Nutãtes timidũ. Lucentes luxurioſum. de Phyſiognom.D.
28 Oculorum caliginem depellit, & lucẽ clariſſimam reddit hærba quædam, quæ propter fontem Licarmum naſcitur.de Admirand.Aud.22.



29 ad Oculorũ curationẽ æris flore & phrygio cinere multũ utuntur medici.de Admiran.Audit.54.
30 in Oculis eſt uerecundia, ut in prouerbio dicitur.2.Rhetor.c.6.E.
31 ante Oculos ponere quid ſit. Quære Ponere ante oculos.
32 Oculo ſi quis digitum ſupponat, unum duo uidebuntur.11.Metaphy.c.5.C. Quære Viſus. ✳.

ODYSSEA. Homeri opus.

1 ex Odyſſea & Iliade facta eſt tragœdia. in Poet.c.7.B.
2 Odyſſeam appellauit Alcidamas pulcherrimum uitæ ſpeculum.3. Rhetoricorum. c.3.D. Quære Homerus.

ODISSE. ODIVM.

1 Odiens minus uult inferre dolorem, ſed potius affligere, nec cognoſci uult.2.Rhetor.c.4. F.
2 Odium poteſt eſſe in ſpeciem ut in furẽ, ira tamen in indiuiduum.2.Rhetoricor. cap.4. F.
3 Odium non ſanatur tempore.2.Rhetor. cap.4.F.
4 Odii & iræ differentia oſtenditur.2.Rhetor.c.4.F. G.
5 Odiſſe debemus tanq̃ amaturi, & non amare tanq̃ oſuri contra Biantis ſententiam.2.Rhetor.c.21 .F.
6 Odio aut contemptu maxime pereũt tyranni.5. Politicorum. capit. 10. Quære Ira.37.✳.

ODORARE. ODORATVS. ODORABILE.

1 Odorare nõ poſſunt aialia terreſtria, nec etiam homo ſine reſpiratione.2. de Aia. T.Com.76.
2 Odorat homo praue inter cũcta aialia.2. de Aia.T.Co.92.
3 Odorat homo nihil ſine triſtitia aut uoluptate.2.de Aia.T.Co.92.
4 non Odorabile dicitur, & quod nullum poteſt habere odorem, aut quia paruum odorem, aut malum.2.de Anima.T.Comment.96.
5 Odorabilis & non odorabilis eſt cognoſcitiuus odoratus, quia eadẽ potentia eſt oppoſitorum.2.de Anima.T.Commen. 96.
6 Odorant tam habentia ſanguinem q̃ nõ habentia.2.de Anim. T.Co.97.
7 Odoratio omnis per mediũ aliquod fit, ut per aerem aut per aquam. Nam uidemus, ꝙ aquatilia, & quæ in aere degunt, percipiunt a longe odorem alimenti, & ad ipſum mouentur.2.de Anima.T.Cõment.97.
8 Odoratio fit per medium extraneum.2 de Aia.T.Co.97.
9 Odoratus ſenſus an ſit in animalibus omnibus ſicut in homine, id eſt an ea potentia, qua alia animalia ab homine percipiunt odorem, ſit odoratus uel aliud, dubitatur, quia cum homo attrahendo ſpiritum odoret, aliqua uero non, ut piſces, qui non reſpirant, uidetur, ꝙ illa potentia non ſit odoratus ſeu olfactus, ſicut in homine. Ad quod reſpõdetur, ꝙ cum idẽ obiectũ odorabile percipiant animalia non reſpirantia, ſicut homo, ut male olẽtia & bene, & a talib⁹ odoribus animalia non reſpirãtia corrumpantur, ſicut homo, ſequitur ꝙ animalia non reſpirantia habeant olfactũ, ſicut reſpirantia. Eſt tamen differentia ex parte modi inſtrumenti olfactus, quia reſpirantia habent operculum, & ideo niſi per inſpirationem attollatur operculũ illud, nõ odorant. Animalia uero quæ nõ reſpirant, non habent operculum.2. de Aia.T.Co.98.& ultra.
10 Odorat homo inſpirans & non exſpirãs, nec ſpiritũ retinẽs.2.de Anima.T Co.98.
11 Odorare nõ poſſunt in aqua animalia, q̃ reſpirant.2.de Anima.T.Co.100.
12 Odoratus differt a tactu, quia tactus medium habet connaturale ſcilicet carnem, odoratus uero medium habet extraneum ſcilicet aerem. Secundo, quia odorat⁹ duplici immutatione ſentit, ſcilicet immutatiõe medii & ſenſ⁹, tact⁹ uero unica mutatione mutat̃ ſimul mediũ & ſenſus, ut ſimul miles & clypeus unica percuſſione percutitur. 2.de Anima.T.Co.114.& ultra.
13 Odorabilia non agunt in ea, q̃ non ſunt odorantia.2.de Anima.T.Co.125.
14 Odoratus nõ ineſt omnibus animantib⁹, ſed illis ſolum, quæ motu proceſſiuo mouentur, ut non ſolum cominus tactu ſentiant, ſed etiam eminus, ut conſeruentur, cui rei ſeruit odoratus.3.de Aia T.Comment.64.
15 Odorat⁹ ineſt animalibus ſalutis gratia, ut moueantur ad alimenta, & fugiãt quæ corruptiua ſunt, rationalibus ultra hoc ineſt, ut multas differentias annuncient rerum, tam agibilium q̃ contemplabilium. de Sen.& Sen.c.1.E.
16 Odoratus ſenſorium igni attribuitur. de Sen.& Sen.c.2.M.

17 Odoratꝰ quod eſt actu,hoc potẽtia odoratiuum eſt.de Sen.& Sen. c.2.M.

18 Odoratus ſenſorium in cerebro ſitũ eſt, quia materia frigida eius potentia calida eſt.de Sen.& Sen.c.2.M.

19 Odoratum peiorem habemus q̃ cætera animalia,& ideo odorum genꝰ minus manifeſtum eſt nobis q̃ ſaporum. de Sen. & Senſat.cap.4.A. &.2.de Anima.T.Comment.92.

20 Odorabilia quæ ſint, & quæ non,habes. de Sen.& Sen.c.5.A.B. Quære Aes.Argentum. Aer. Aqua. Elementum. Mare. Nitrum. Lignum.

21 Odorabile non eſt,ſecundũ quod eſt diaphanum, ſed ſecundum quod eſt lauatiuum aut mundatiuum enchimæ,id eſt ſapidæ ſiccitatis. de Senſ. & Senſat, capit. 5.A.

22 Odorabile nutritiuorum eſt quædã paſſio.de Sen.& Sen.c.5.Q.

23 Odorant animalia non reſpirantia, protinus ut odorabile obiicitur indebita diſtantia,ut animalia,quæ nullas palpębras habent,uident uiſibilia obiecta indebita diſtantia. Reſpirantia uero etiam admoto proxime odorabili,non odorant,niſi reſpirent,ſicut animalia,quæ palpebris oculos tegunt,nõ uidẽt etiam uiſibilia iuxta poſita,niſi palpebras attollãt de Sen. & Sen. cap.5.O.

24 Odoratus ſenſus medius eſt inter eos ſenſus,qui tactu funguntur,ut ſunt tactus & guſtꝰ,& inter eos qui medio extraneo ſentiunt,ut ſunt uiſus & auditus. de Senſ. & Sen.c.5.P.

25 Odoratio non ſolum fit in aere, ſed etiã in aqua,quod manifeſtant piſces,& animalia teſtata. de Sen.& Sen.c.5.B.

26 Odoratio,quæ fit in hominibus & animalibus ſanguinem habentibus,fit pęr inſpirationem.de Sen.& Sen.c.5.L.O.

27 Odoratio in aere & in aqua fit. de Sen. & Sen.c.5.Q.

28 Odoratus ſenſibilia non ſunt corpus, ſed corporis qualitates. de Senſ.& Senſato. cap.6.I.

29 Odoratio ſucceſſiue fit.de Sen.& Senſa. cap.6.H.

30 Odoratu participãt omnia animalia,ſed non habẽt idem organum odorandi.de Reſpirat.c.3.B.✳.

ODOR.

1 Odor non confert ad alimentum animalis,niſi per accidens.2.de Anima.T.Cõment.28.

2 Odor non mouet immediate potentiam odoratiuam,ſed medium eſt,quod immediate mouet illam.2.de Anima.T.Comment.75.

3 Odoris medium innominatum eſt.2.de Anim.T.Co.76.

4 de Odore & odorabili minus bene determinari poteſt,q̃ de audibili & uiſibili, quia minus notũ eſt nobis,qualis ſit odor q̃ ſonꝰ,aut color,aut lũmẽ.Cauſa aũt eſt, quia ſenſum odoratus peiorem habemus multis animalibus.2. de Anima. T.Comment.92.

5 Odorum non omnes differentias homo ſentit,ſed quæ ſunt uehementes,ſicut animalia,quæ habent oculos duros,non percipiunt omnes colores,,ſed qui ſunt uehementes.2.de Aĩa.T.Co.93.

6 Odorum differentiæ analogiam id ẽ proportionẽ quãdã uidentur habere ad ſapores,quia odores ſaporum nomine appellamus.2.de Aĩa T.Co.93.

7 Odorum nomina quia nõ ſunt nota nobis,odores appellamus nominibus ſaporum,qui ſunt noti nobis,& habent quandam conuenientiam cum illis,ut dulcem, amarum,acrem hebetemq;.4.de Aĩa. T. Co.65.& de Senſ.& Senſ.c.5.E.

8 Odores quidam corrumpunt animalia.2 de Anima. T. Comment. 99. Quære Sulphur.

9 Odor ſicci eſt.2.de Anima. T.Commẽ. 100.

10 Odor non nutrit.3.de Anima.T. Comment. 64.

11 Odor fumea exhalatio eſt,quæ eſt ignea de Sen.& Sen.c.2.M.

12 Odor & ſapor eadẽ fere paſſio,id eſt paſſibilis qualitas eſt.de Sen.& Senſat.capit. 4. A.

13 Odores ſic fiunt a ſicco & enchimo id ẽ ſapido in aere & aq̃,ſicut ſapores a ſicco terreſtri inhumido.de Senſ.& Senſat. capit.5. A.

14 Odor ẽ natura enchimi id eſt ſapidi ſicci impreſſa acri aut aquæ,& illđ, quod habet talem naturam,eſt odorabile.de Sẽ. & Sen.c.5.B.

15 Odorem,aliqui dixerunt,eſſe euaporationem fumalem communem terræ & aeri, & propterea Heraclitus dixit,ꝙ ſi omnia entia conuerterẽtur in fumum, nares poſſent illa cognoſcere.de Senſ.& Senſat.capit.5.C.

16 Odor tunc percipitur,cum aer aut aqua patitur a ſicco ſapido.de Sen.& Sẽ.c.5.E.



17 Odores proportionales ſunt ſaporibus, quia ſic operatur enchimum ſiccum in aere & aqua,ſicut tereſtre ſiccum in humido ad ſapores efficiendos.de Sen.& Sen. cap.5.E.

18 Odor nec uapor nec exhalatio uideť eſſe,quia uapor ad aquam pęrtinet,exhalatio uero ad fumida,quæ in aqua fieri nõ poteſt.Cum ergo uapor ad aquam,exhalatio ad aerem referatur, non erit odor uapor,aut exhalatio.de Senſ.& Senſat.capit.5. D.

19 Odores male olentes ſic cum difficultate haurimꝰ,ſicut ſapores amaros difficulter tranſglutimus.de Senſ.& Senſato,capit.5.E.

20 Odor id eſt in aere,quod ſapor in aqua. de Sen.& Sen.c.5. F.

21 Odorum in uniuerſali duæ ſunt ſpęcies, una per conuenientiam ad ſaporem, alia ſecundum ſe.de Sen.& Sen.c.5.G.

22 Odores ciborum non ſunt delectabiles ſaturis & repletis. de Sen. & Senſato. capit.5.G.

23 Odores ciborũ delectabiles ſunt per accidens.de Sen.& Sen.c.5.G.

24 Odores aliqui pęr ſe delectant, ut qui e floribus ſpirant,quia non inuitant magis aut minus ad edendum,immo aliquãdo obſunt ad edendum, ſicut Stratis Comicus illudens Euripidi dicebat. Nõ inſundas unguentum,dum lentem coquis. de Sen.& Sen.c.5.G.

25 Odores delentur frigore,quia frigus delet calorẽ,qui habet uim mouendi & creandi.de.Sen.&.Sen.c.5.F.

26 Odores qui miſcent potionibus,uim faciunt delectationi,quouſq; fiat oblectatio quaſi una duobus ſenſibus. de Sen.& Sẽſat.c.5. H.

27 Odores ſecundũ ſe delectabiles ſunt hominibus. Illi uero odores,qui ſaporibus reſpondent,delectabiles etiã ſunt aliis animantibus.de.Sen.& Sen.c.5.H.

28 Odoris ſecundum accidens delectabilis ſpęcies diuiduntur ſecundum ſpęcies ſaporum.de Sen.& Sen.c.5.H.

29 Odor tunc percipitur,cum aer,aut aqua patitur a ſicco ſapido. de Sen .& Senſat. cap.5.E.

30 Odor,qui ſecundum ſe eſt delectabilis, non diuiditur in ſpęcies,quia natura ipſius ſecundum ſeipſam eſt iucunda aut moleſta.de Sen.& Sen.c.5. H.

31 Odores per ſe delectabiles ideo hominẽ delectant, quia cerebri frigiditatem temperant.Nam cum cerebrum ſua natura frigidum ſit,& ſanguis,qui circa ipſum ẽ in uenis anguſtis,tenuis ſit & purus,ſitq; facile congelabile,odores conferũt auxilium ad ſanitatem tuendam, cum prohibeant congelari ſanguinem cerebri. Nã euaporatio ciborum propter cerebri frigiditatem fluxiões morbidas facit.de Senſ. & Senſat.c.5. I.

32 Odoris nulla alia utilitas ẽ, niſi ꝓhibere gelationem ſanguinis in uenulis cerebri contenti.de Sen &.Sen.c.5.I.

33 Odores ad cerebrum aſcẽdunt propter leuitatem caloris,qui in ipſis eſt,quia natura odoris calida eſt. de Sen. & Senſat. cap.5.L.

34 Odorem quomodo ſentiant animalia nõ reſpirãtia,ut piſces,formicæ,culices dicti muliones,non eſt manifeſtum.de Sen.& Sen.c.5.M.

35 Odorem ſentiunt non reſpirantia, ſicut & reſpirantia,ſed non eodem modo. de Sen.& Sen.c.5.N.

36 Odores peſſimi ut ſulphuris necant homines & etiam animalia.de Sen.& Sen. cap.5.P.

37 Odor rationabiliter dicitur tinctura quædam per tranſlationem. de Sen.&.Senſ. cap.5.Q.

38 Odoribus nutriri animalia quædam,dixerunt Pythagorici. de Senſ.& Senſato.capit.5.R.

39 Odores non nutriunt,quia quod nutrire debet,compoſitum & corpꝰ ſolidum eſſe neceſſe eſt.de Sen.& Sen. c.5.R.

40 Odor ſic ſe habet ad ſanitatem, ſicut ſapor ad nutritionem.de Sen & Sen.c.5.R.

41 Odores oẽs numero finitos eſſe, neceſſe eſt, quia non ſunt diuiſibiles in infinitũ ſecundum ſpęciẽ, nam habentia extrema & pęr conſequens media, infinita eſſe nõ poſſunt.de Sen.& Sen.c.6.C.D.E.F.

42 Odor prius tempore mouet medium q̃ ſenſum,quia non ſentitur,ut eſt, indiget tamen motu ut aere lato.de Sen.& Sen. cap.6.H.

43 Odore non gaudent bruta,niſi per accidens.3.Ethic.c.10.B.

ODORATIVA POTENTIA.Quære.Odor.Odorabile.Odoratio.Odoratꝰ.

OECONOMIA.Seu OECONOMICA.Rei familiaris adminiſtratio & diſpẽſatio.

1 Oeconomicæ ſubiectum eſt domus.1.Oecono.c.1.A.Quære Domus pro familia. Filius.Frater.Maritus.Paterfamilias. Vir.

Vxor.
2 Oeconomiæ ē parare domū, & illa uti.1.Oeconom.c.1.A.
3 Oeconomiæ quatuor ſunt ſcilicet Regia Præfectoria.Ciuilis, & Priuata,& circa q̄ unaquæq; harum uerſetur,habes. Oeconom.Publ.A.
OENOTRIA.Italiæ pars inter Scyllaticum & Lameticum ſinum . OENOTRII. Oenotriæ incolæ.
1 Oenotria,q̄ poſtea dicta eſt Italia. Quære Italia.
2 ab Oenotriis orti ſunt Chaones.7.Polit.c.10.B. Quære Itali.
OLEVM.
1 Oleum ipſum per ſe non elixatur , quia nihil eorum patitur,quæ elixationem cō ſequuntur . 4. Meteororum . T.Comment.27.
2 Oleum propter tenacitatem ſeu uiſcoſitatem hypoſtaſim,id eſt ſedimentum non habet.4.Meteor.T.Co.32.
3 Olei natura,dubium eſt, an plus terræ q̄ aquæ habeat,nam ſi plus haberet aquæ, cōcreſceret in modum glaciei a frigido, ſi uero plus terræ haberet, ab igni dureſceret,ut fictile.4.Meteor.T. Co.40.
4 Oleum inſpiſſatur a frigore,quia aere refertum eſt,& frigus aquam facit ex ſpiritu,qui in oleo eſt,& ubi aqua & oleum permixta fuerint,fit ambobus ſpiſſius ab igni,quia tractu tēporis euaporata aqua albeſcit,deinde ingroſſatur propterea qđ marceſcente calido,ex aere fit aqua. 4. Meteor.T.Co.40.
5 Oleum aere plenum eſt,& propterea ſupernatat.4.Meteor.T.Co.40.
6 Oleum ſiccari non poteſt,nec a frigore, nec a calore ſolis, quia non ſolum uiſcoſum & lentum eſt,ſed etiam aereum .4. Meteor. T.Co.40.
7 Oleum aere & aqua conſtat.4.Meteoro. T.Co.41.
8 Oleum q̄uis aqueum ſit,tamen quia pl⁹ aeris q̄ aquæ continet,coagulari non poteſt.4.Meteor.T.Co.43.
9 Oleum non eſt euaporabile, nec craſſeſcit,dum coquitur,quia exhalabile eſt. 4. Meteor.T.Co.45.
10 Oleum min⁹ ſubtile eſt q̄ aqua, q̄uis pl⁹ diſtendi poſſit q̄ aqua, quia uiſcoſum & lentum eſt,& propterea facilius manu cō tineri poteſt q̄ aqua.de Sen . & Senſato. cap.4.C.
11 Oleum rerum proxime locatarum ſaporem recipit. de Somniis.c.2.H.
12 Oleum ac ſal emi oportere, prouerbialiter dictum in eos,qui aut uera aut adulatoria loqui debēt,aut in eos,qui pro tempore cōtrariis remediis utuntur. Nam ſal acer eſt,oleum autem lene.2 . Rhetor.c.23.M.Quære Oliua. ✳.
OLIGARCHI. Pauci potentes . OLIGARCHIA . Secunda ſpecies reipublicæ lapſæ. Quære Paucorum potentia.
OLIM.
Olim tempus importat,quod eſt remotū a memoria noſtra.4.Phyſicorum T.Cōment.127.
OLYMPIA. Ludi in honorem Iouis,qui publico Græciæ conuentu quinto quoq; anno celebrabātur apud Burim & Elidē Achaiæ oppida.
1 Olympiacis certaminibus qua oliua coronētur athletæ.Quære Oliua.
2 In Olympiacis coronantur, non qui ſunt pulchri , ſed qui bene decertant.1.Ethic. c.8.C.&.1.Rhetor.c.2.I.
3 Olympia & celebres ſolennitates qui inſtituerunt,laudat Gorgias.Iſocrates uero eos uituperat,qui corporis uirtutibus certamina & præmia propoſuerunt , prudentiæ uero non propoſuerunt certamina neq; præmia.3. Rhetoricorum . cap. .14 . B .
4 Olympia qui uicerunt,duo aut tres tantum inuenti ſunt,qui iidem adoleſcētes & uiri ſint uictoriam conſecuti,quia exercitatio nimia in adoleſcentia robur & uires adimit.8.Polit.c.4.B.
5 Olympiaci ludi poſt Iſthmios celebrabā tur. 1. Metaphyſicorum. T. Commen.7. Quære Iſthmii.
OLYMPVS. Aedificium ſeu templum Athenis.
Olympi ædificatio facta eſt a Piſiſtratidis,ut plebis ocium & quies tolleretur, & paupertas induceretur,quod tyrānidi cō ferebat.5.Polit.c.11.C.
OLYMPVS.Pro Cælo.Quære Cælum .129 .
OLYMPVS.Muſicus inſignis.
Olympi modulatio abſtrahit animam,atq; rapit.8.Polit.c.5.C.
OLYNTHII . Ciues Olynthi urbis Thraciæ.
contra Olynthios bellum geſſere Mnedei,& Timotheus Athenienſis. Oecono. Publ.H.Quære Scarabæus.
OLIVA.Quære Olea.
1 Oliuæ ram⁹ Athenis ſacer.Quære Athenæ. 3:
2 Oliua quædam fuit in Pātheio nata miræ naturæ,cuius frondes colore erant in uerſo ab aliis oliuis,& rami in morem coronæ inflectebantur. de Admirand. Audit.47.
3 Oliua oleo indiget pro condimēto, q̄uis oleum ex oliua fluat. 2.Rhetoricorum.c.23.O.
OMNE.
Omne & totum quomodo differant,oſtēditur.5.Metaphyſicorum.T. Commē.31. Quære Dici de omni.Totū
OMOTES.Cruditas.Quære Cruditas. Digeſtio.
ONYSES.Quære Nyſes.
ONOMACRITVS.Locrus legiſlator.
Onomacritum,quidam putant,fuiſſe primum legiſlatorem.2.Politic.c.10.C.
ONOMARCHVS.Phocenſis quidam. Quære Phocenſes.
ONVS.
1 Onera cur uehuntur facilius phalangaribus tragulis q̄ plauſtris,habes. Mechanic. c.9.per totum.
2 Onus idem cur ſi lōgitudinem habeat nimiam egregius humero portetur, tamen ſi quis id medium ſuſtineat quaſi breuiori ſit figura, habes.Mechanicorum.c.27. per totum.
3 Onus par cur ſi duo homines phalanga aut ligno aut aliquo eius generis portent, non pro rata parte apprimuntur, ſi pondus a medio recedens alterutram in partem declinat,uerum id pondus tanto magis urget, quanto ferentem propius accedit,habes.Mechanicorū.c.29.per totum. Quære Pondus.
OPES.Quære Diuitiæ.
OPERATIO.
1 Operationes quorum ſunt manifeſtiores, ipſa,quorum ſunt , manifeſtiora ſunt. 4. Meteor.T.Co.54.
2 Operatiōes,quæ ſunt propter aliqua opera,minus nobiles ſunt q̄ ipſa opa.1. Ethicorum.c.1.A.
3 Operationis finis eſt , qui accomodatur habitui.3.Ethic.c.7.B.
4 Operatio nulla perfecta eſt , ſi impedit. 7.Ethic.c.13.A.
5 Operatio non ſolum eſt in motu,ſed etiā in quiete, ut operatio dei,qui eſt immobilis.7.Ethic.c.14.D.
6 Operatio perfectiſſima eſt,quando potentia eſt in optima diſpoſitione,& obiectum eſt optimum.10.Ethic.c.4.C.
7 Operatio pfectiſſma eſt delectabiliſſima. 10.Ethic.c.4.C.
8 Operationem perficit, & ſequitur uoluptas,& ceſſante operatiōe, ceſſat uoluptas. 10.Ethic.c.4.D.
9 Operationes differunt ſpecie,ſi a potētiis ſpecie differētibus fiāt.10. Ethic.c.5.A.B.
10 Operatio, quæ cū uoluptate maiore fit, excludit illam, quæ fit cum minore , & q̄ cum maxima, maxime excludit. 10.Ethicorum.c.5.B.
11 Operationes quædam ſunt fugiēdæ,quædam expetēdæ,quædam neutræ.10.Ethicorum.c.5.C.
12 Operatio,& uoluptas ſenſus & intellectus licet ſeparabiles nō ſint,non tamen ſunt omnino idem.10.Ethic.c.5.C.
13 Operationes quædam ſunt expetibiles, a quibus nihil præter ipſas quæritur. 10. Ethico.c.6.A.
14 Operatio ab opere dicit, & ad perfectionem tendit.9.Metaphyſi.T.Co.16.
OPHELAS.Olynthiorum tyrannus.
Ophelas Olynthius qua fraude pecunias collegerit,habes.Oeconom.Publi.O.
OPICI.Quære Auſonii.
OPIFEX.Quære Artifex.
OPINABILE.
1 Opinabile quomodo differat a ſcibili, habes.1.Poſter.T.Co.44.
2 Opinabilia ſunt multa, quæ non ſunt entia.4.Topicorum.c.1.D.
OPINARI.OPINIO . OPINATIVVM.
1 Opinio differt a ſciētia.1.Poſteriorum.T. Comment.44.
2 Opinio eſt circa uerum aut falſum.1.Poſterio.T.Com.44.
3 Opinio & ſcientia non ſunt eiuſdem obiecti.1. Poſter.T.Com.44.
4 Opinio aliquando eſt falſa.2.Poſteriorū. T.Commen.27.
5 de Opinionibus oīm curam habere,ſtultū eſt.1.Topico.c.9.B.
6 ſi Opinioni alicui contrariam habemus rationem,nō debemus curare talem opinionem.1.Topico.c.9.C.
7 Opiniones ſingulorum philoſophorū annotandæ ſunt dialectico.1.Topic.c.12.B.
8 Opinio motus quidam eſt.8.Phyſicorum T.Comment.26.
9 Opiniones eædem infinities redibunt. 1. de Cæl.T.Com.22.&.1.Meteor.c.3.C.
10 Opinionem, dixit Plato,eſſe a prima trinitate.1.de Anima.T.Com.27.
11 Opinio non eſt eadem cum phantaſia,qa opinari nō eſt in nobis ſitum, ſed neceſſe

eſt, opinantem aut ueram aut falſam exiſtimatiōem habere. Phantaſia tamen ſemper eſt in nobis, cum uolumꝰ ea uti, nam licet nobis fingere quicquid uolumus, ut ii faciūt, qui in artificioſæ memoriæ diſpoſitis locis imagines fingentes collocant. 2. de Anima. T. Co. 153.

12 Opinio licet non ſit phantaſia, non tamē eſt ſine ea, ſicut nec phātaſia ſine ſenſu. 2. de Anima. T. Com. 153.

13 Opinio non eſt phantaſia, quia cum opinamur aliquid mali, pturbamur, aut gaudemus & cōfidimus, ſi opinemur aliquid læti. Quando uero utimur phantaſia, perinde nos habemus, ac ſi illa in ſpeculo ſpectaremus. 2. de Aia. T. Co. 154.

14 Opinio ad intellectum pertinet. 2. de Anima. T. Com. 155.

15 Opinionem non ſequitur ſemper fides, id eſt aſſenſus, quia contingit non credere iis & aſſentire, de quibꝰ habeas opinionem. 2. de Anima. T. Co. 157.

16 Opinio tunc eſt falſa, cum res mutata latet. 2. de Aia. T. Com. 159.

17 Opinio eſt futurorum. de Memo. & Remi. c. 1. B.

18 Opinio falſo & uero diuiditur, non bono & malo. 3. Ethic. c. 2. B.

19 Opinio nō ſolum eſt eorum, quæ ſunt in noſtra poteſtate, ſed etiam æternorum & impoſſibilium. 3. Ethic. c. 2. B.

20 Opinamur illa, quæ non nimium ſcimus. 3. Ethicorum. c. 2. B.

21 Opinio nō eſt eorum, quæ ſcimus. 3. Ethicorum. cap. 2. C.

22 Opinio eſt in parte rationali animæ, & ē eorū, quæ aliter ſe habere poſſunt. 6. Ethicorum. cap. 5. C.

23 Opinio non eſt conſultatio bona. 6. Ethicorum. c. 9. A.

24 Opinionis rectitudo ueritas eſt. 6. Ethicorum. cap. 9. A.

25 In Opinatiuo eſt prudētia & habilitas. 6. Ethicorum. cap. 13. B.

26 Opinionibus falſis quidam non minus aſſentiūt, q̄ alii ſciētiæ ſuæ. 7. Ethi. c. 3. B.

27 Opininionis eiuſdem eſſe, non eſt idem, quod eſt, eſſe concordes, quia opinionis eiuſdem poſſumus eſſe cum ignotis, concordia uero ad amicitiam attinet, quæ nō poteſt eſſe cū ignotis. 9. Ethic. c. 6. A.

28 Opiniones contrariæ ſunt, q̄ contradictoriæ aduerſantur. 4. Metaphyſi. T. Co. 9.

29 Opinans magis debet curare, ut ſciat ueritatem, q̄ qui ſcit, nam opinans ſi ad ſciētem comparetur, nō diſpoſitus eſt ad ueritatem. 4. Metaphyſi. T. Co. 18.

30 Opiniones omnes nō ſunt æqualiter ueræ, nam medicꝰ aliter opinatur de futura ſanitate ægroti, aliter qui ignarus eſt medicinæ. 4. Metaphyſi. T. Co. 24.

31 Opinio eſt de eo, quod aliter ſe poteſt habere. 7. Metaphyſicorum. T. Commē. 53.

Quære Poſitio pro opinione. ✳.

OPPONI.

Opponi alterum alteri dicitur quadrupliter ſcilicet, relatiue, priuatiue, contrarie, contradictorie, ut duplum dimidio, malū bono, cæcitatem uiſioni, ſedet non ſedet. Prædicament. c. 10. A. Quære Oppoſita.

OPPONENS. Vt diſtinguitur contra reſpōdentem in argumentando.

Opponens quomodo celare debeat propoſitum, & quomodo fallere poſſit reſpōdentem. Quære Interrogans, ubi, quibus inſtrui debet opponens, copioſe leges.

OPPOSITA. Quacunq; oppoſitione.

1 Oppoſita relatiue oppoſitorum dicūtur, uel quomōlibet aliter ad ipſa, ut duplum dimidii hoc ipſum quod eſt, ad alterum dicitur. Prædicament. c. 10. A.

2 Oppoſita contrarie nullo modo ad ſe inuicem dicuntur, quia malum non dicitur boni, ſed cōtrarium bono, & in hoc differūt a relatiue oppoſitis. Prædicam. 10. B.

3 Oppoſita contrarie alia immediate ſunt, quorum alterum neceſſe eſt eſſe, & inter q̄ nō eſt medium. Inter oppoſita uero cōtrarie mediate aliquod medium ē. De primis, ut oīs numerus neceſſe eſt q; ſit par aut ipar. De ſecūdis, ut nō oīe corpꝰ neceſſe eſt eſſe album uel nigrum, nam pōt eſſe medio colore coloratū, quorum non neceſſe ē alterū ineſſe. Prædicam. c. 10. B.

4 Oppoſita priuatiue dicuntur circa idem, ut uiſus & cæcitas circa oculum. Prædicament. cap. 10. B.

5 Oppoſita priuatiue differunt ab oppoſitis relatiue, quia oppoſita relatiue dicuntur ad aliquid, priuatiue uero oppoſita non dicuntur ad aliquid, nec enim uiſio eſt cæcitatis uiſio. Secundo, quia relatiue oppoſita dicuntur ad conuertentiam, priuatiue uero oppoſita non dicſitur ad conuertentiam. Prædicament. cap. 10. F.

6 Oppoſita priuatiue differunt ab oppoſitis contrariis, tam mediatis q̄ immediatis. Ab immediatis, quia neceſſe eſt in talibus alterum eorum ineſſe ſuo ſuſceptibili exiſtenti, ut ſi animal eſt, neceſſe eſt ipſum ſanum uel ægrum eſſe, ſed priuatorū non eſt neceſſe niſi tempore determinato a natura. A mediatis differt, quia in talibus nū q̄ neceſſe eſt eſſe in ſubiecto, ut non eſt neceſſe hominem eſſe album uel nigrum, ſed in priuatiue oppoſitis neceſſe eſt alterū ineſſe tempore determinato. Præterea in omnibus contrariis, niſi alterum inſit a natura, poteſt fieri regreſſus ab uno ad aliud, ſed in priuatiue oppoſitis non fit regreſſus de priuatione ad habitum. Prædicament. c. 10. G. H. I. L.

7 Oppoſita contradictorie etiam differunt ab aliis oppoſitis, quia in contradictorie oppoſitis, neceſſe eſt, alterū eſſe uerū uel falſum, ſed in aliis non eſt neceſſe, cū alia ſint, in quibus nec ueritas, nec falſitas reperitur, in contradictorie oppoſitis ſemper ē cōplexio. Prædicament. c. 10. M.

8 Oppoſita contradictorie etiam differunt ab aliis oppoſitis, ſi alia dicantur ſecundū cōplexionem, quia in aliis non eſt neceſſe alteram partem eſſe ueram, & alteram falſam, in contradictoriis uero ſemper hoc eſt neceſſe. Prædicament. c. 10. M. N.

9 ab Oppoſitis eſt locus maxime oportunꝰ & cōmunis. 3. Topi. c. 4. D.

10 Oppoſitum ſic ſe habet in oppoſito, ſicut propoſitū in propoſito. 4. Topic. c. 4. C. Quære Locus dialecticus.

11 Oppoſitorum eadem eſt diſciplina. 5. Topicorum. c. 4. M.

12 Oppoſitorū oppoſita ſi ſint idē inter ſe, & oppoſita inter ſe ſunt idem. 7. Topic. c. 1. A. Quære Locus dialecticus.

13 Oppoſita compoſitorum ſunt innominata. 1. Phyſico. T. Co. 45.

14 Oppoſita nulla potentia habet ſimul tempore. 1. de Cæl. T. Co. 119.

15 Oppoſita priuatiue nata ſunt fieri circa idem ſuſceptibile. de Som. & Vigil. c. 1. C.

16 Oppoſitorum unum ſi multipliciter dicitur, & aliud multipliciter dicit̄ ut in pluribus. 5. Ethic. cap. 1. B.

17 Oppoſita dicuntur quattuor modis, ſcilicet, contradictorie, contrarie, relatiue, priuatiue. 5. Metaphyſic. T. inter. 15. & . 16. qui non ſequitur ordinem commentariorū.

18 Oppoſita cognoſcuntur aut ratione motus, ut illa dicuntur oppoſita, a quibus, & in quæ fit motus. Secundo modo cognoſcuntur comparatione ad ſubiectum, ut illa dicuntur oppoſita, quæ non poſſunt ſimul ineſſe eidem ſubiecto. 5. Metaphyſic. T. quo ſupra.

19 Oppoſita nō contingit ſimul eſſe. 10. Metaphy. T. Co. 17. ✳.

OPPOSITIO. Propoſitionum.

1 Oppoſitiones duæ & quattuor enunciationes ſumuntur, quando eſt ſecundum adiacēs prædicatur, ſubiecto tamen uariato penes finitum & infinitū, ut eſt homo, nō eſt homo, eſt non homo, non eſt non homo. 2. Periherm. c. 1. B.

2 Oppoſitio licet quadruplex ſit, triplex tamen eſt ſecundum ueritatem, nā ſubcontrariæ opponuntur ſecundum locutionē, non tamen ſecundū ueritatem. 2. Prior. cap. 15. A.

3 Oppoſitiones quattuor ſunt, ſcilicet contrariæ, contradictoriæ, priuatiuæ, relatiuæ 10. Metaph. T. Co. 9. 15.

4 Oppoſitionis quadruplicis prima eſt contradictio. 10. Metaphyſicorum. T. Comment. 15.

OPTESIS. Id eſt aſſatio. Quære Aſſatio Digeſtio.

OPTIMATES. Reipublicæ bonæ ſpecies ſecunda.

1 Optimates dignitatem ciuilem, dicunt, eſſe uirtutem. 5. Ethic. c. 3. A.

2 Optimatum poteſtas ſpecies eſt ſecunda rerumpublicarum bonarum, quæ ſolet in paucorum potentiam, quæ eſt corruptæ reipublicæ ſpecies illi oppoſita, mutari. 8. Ethicor. c. 10. A. B. & . 3. Politicor. c. 5. B. & 4. Polit. c. 2. C.

3 Optimatum reſpublica uocatur, quando plures uno gubernant ad communē utilitatem. Quæ ideo optimatū dicitur, uel quia optimi præſunt, uel qa præſunt ad optimum ciuitati, & iis quibus præſunt. 3 Polit. c. 5. A.

4 Optimatum reipublicæ cōgruēs eſt multitudo, quæ nata ſit ad ferendam gubernationem eorum, qui ſunt primarii ſecundum uirtutem. 3. Polit. c. 12. G.

5 Optimatum gubernationis ſpecies ponūtur. 4. Politicorum. c. 7. per totum.

6 Optimatum ſtatus finis eſt uirtus. 4. Politic. c. 8. B.

7 Optimatum gubernationi apta ſunt crebra loca fortia. 7. Politicor. c. 11. B. Quære Pauci potentes. Popularis ſtatus. Regnū. Reſpublica Tyrannis.

OPTIMVM.

1 Optimum habet aliquid, & particeps eſt ipſius, aliud autem ipſum optimum attigit per paucos motus, aliud per plures. 2. de Cæl. T. Co. 64.

2 ad Optimū aliqua ſunt, q̄ nō poſſunt peruenire etiam multis actionibus, ſed ſatis eſt, ſi prope ipſum perueniant. 2. de Cæl. T. Com. 64.

3 Optime ſe habenti non eſt opus aliqua
actione,ſed ipſum eſt finis aliorum .2.de
Cæl.T.Co.64.
4 Optimo propinquius eſt meliꝰ.2.de Cæ
lo.T.Co.65.
5 Optimū uno motu confeſtim primū cæ-
lū aſſequitur.2.de Cæl.T.Co.66.
6 Optimum generoſiſſimū eſſe,dixit Iphi-
crates.2.Rhetor.c.23.F.
7 Optimus maxima meretur.4.Ethicorū.
cap.3.C.
8 Optimus eſt,qui non ad ſe, ſed ad alios
utitur ipſa uirtute.Hoc enim eſt difficile.
5.Ethicor.c 1.D.
9 Optimo peſſimum eſt contrariū .8.Ethi.
cap.10.A.
10 Optimum ſibi,dicebat Eudoxus, unum-
quodq; inuenire.10.Ethic.c.2.A.
11 Optimum quod eſt in unoquoq;, id ui-
detur illud maxime eſſe.10.Ethi.c. 7. D.
12 Optimum non conuenire primo princi-
pio,dicebant Pythagorici.12. Metaphyſ.
T.Co.42.
OPVS.
1 Opus quorumcunq; eſt,illud conſtat eſſe
gratia operis.2.de Cæl.T. Co.17.
2 Opera nobiliora & meliora ſunt operatio
nibus,quæ ſunt propter ipſa opera.1. E-
thic.c.1.A.
3 Opera ſua unuſquiſq; amat.4.Ethico.c.1
D.&.1.Rhetor.c.11.L.
4 Opus magnificum quibus conſtet,oſten
ditur.4.Ethic.c.2.B.C.
5 Opus magnificum & magnum & pul-
chrū eſſe debet.4.Ethic.c.2.C.
6 Opus optimum perficitur per habitum
optimum.6.Ethic.c.1.B.
7 Opus ſuū qui fecit,maxime diligit,quia
qui facit,quodammodo eſt actu ſuū opꝰ,
9.Ethic.c.7.C.Quære Poeta.19.
8 Opera magis creduntur q̃ uerba circa hu
manas actiones,nam uerba tunc credun-
tur,cum fuerint operibus cōſentanea.10
Ethic.c.1.B.
9 Opus illud eſt melius,quod a melioribꝰ
perficitur.1.Polit.c.3.D.
10 Opus unum optime perficitur ab uno.
2.Polit.c.9.B.
11 Opus nullum,quod multitudo tractat,ē
opus uirtutis .6.Politic.c4. E.
ORACVLVM.Dei reſponſum.
1 Oraculorū interpretes teſtes futurorum
ſūt.1.Rhet.c.15.D.Quære Themiſtocles
2 Oracula ambigua ſunt, & qui uaticinan-
nantur,in genere dicuntur,ut mendaciū
lateat.3.Rhetor.c.5.B,Quære Themiſto
cles.Egeſippus.
ORATIO . Pro oratione dialectica &
rhetorica.
1 Oratio una & uera & falſa eē poteſt,nul
la mutatione facta in ipſa oratione,ſed in
re.Prædicam.c.5.L.M.
2 Oratio uocalis quātitas diſcreta eſt,quia
nullus eſt terminus communis partium
orationis,ad quem copulentur. Prædica-
ment.c.6. A.
3 Oratio uocalis menſuratur ſyllaba breui
& longa.Prædicam.c.6.A.
4 Oratio uocalis non conſtat ex partibus
poſitionem habentibus in continuo,quia
nihil illius permanet, ſed quod dictū eſt,
amplius reſumi nō pōt.Prædicam.c.6.D
5 Oratio eſt uox ſignificatiua, cuis ptiū ſig
nificatiuū eſt ſeparatū,ut dictio,ſed non
ut affirmatio,aut negatio.1. Perihermen.
cap.4 .A.
6 Orationis partes ſyllabæ non ſunt ſigniſi
catiuæ,niſi dictiones ſint,ut rex pars hu-
ius dictionis ſorex nihil ſignificat.1. Peri-
herme.cap.4. A.
7 Oratio nulla ſignificat ut inſtrumētū na
turale,ſed ad placitū.1.Periher.c.4. A.
8 Oratio euunciatiua non omnis eſt, ſed il-
la tantum,in qua uerum uel falſum ſigni
ficatur.1.Periher.c.4.B.
9 Orationes aliæ ab enunciatione conueni
entiores ſunt poeticæ uel rhetoricæ q̃ dia
lecticæ.1.Periher.c.4.A.
10 Oratio deprecatiua nec uera nec falſa ē.
1.Periher.c.4.B.
11 Orationes ſunt ueræ , quando ita ſignifi-
cant,ſicut res ſe habent ad eſſe.1.Periher.
cap.8.E.
12 Orationes & ſyllogiſmi fiunt ex propoſi
tionibus.1.Topic.c.3. A.
13 Oratio non omnis eſt diffinitio , bene tñ
omnis diffinitio eſt oratio.1. Top.c.4.A.
14 Orationis ſecundum ſeipſam quinq; ſunt
increpationes. Prima,quando ex interro
gatis non concluditur,nec quod eſt pro-
poſitum,nec aliquid aliud, niſi inopinabi
le,aut falſum.Secunda,ſi non fiat ſyllogiſ
mus ex interrogatis propter eorum imꝓ
babilitatem. Tertia,ſi additis quibuſdam
fiat ſyllogiſmus,& tamen illa ſunt impro
babiliora iis,quibus adduntur. Quarta,ſi
non fiat ſyllogiſmus,niſi quibuſdam abla
tis. Quinta,ſi concluſio inferatur ex imꝓ-
babilibus,aut minus probabilibus cōclu-
ſione,aut ex ueris,quæ difficile probari
poſſunt.1.Topic.c.4.F.G.
15 Oratio argumentatiua quadrupliciter di
citur falſa,aut quia apparet cōcludere,&
nō cōcludit,aut quādo cōcludit,ſed non
ꝓpoſitū, aut quādo cōcludit ad ꝓpoſitū,
ſed nō per ꝓpria principia diſciplinæ,aut
quādo per falſa cōcludit, ſiue concludat
uerum,ſiue falſum.8.Topic.c.5.A.B.
16 Orationes ſyllogiſticæ ſic ſe habent, ſicut
res, nā ſicut in rebus quædā ſunt uere ta
les quales uidentur,quædam non ſunt ta
les,quales uidentur , ſic in orationibus.1.
Elench.c.1.A.Quære Lithargyrum.
17 Oratio una multa poteſt ſignificare.1.
Elench.c.1.B.
18 Orationum quaſdam eſſe ad nomē,quaſ-
dam ad intellectū,antiqui dicebant,quod
refellit Ariſtoteles. 1.Elench.c.5.per totū.
19 Orationum genera ad diſputandum qua
tuor ſunt,ſcilicet doctrinales, dialecticæ,
tentatiuæ, & cōtentioſæ.2.Elench.c.2.B.
20 Orationem eandem plura uitia habere,
nihil prohibet.2.Elench.c.4.C.
21 Orationes aliæ ſunt faciles concipi & intel
ligi,aliæ difficiles , quia in aliquo ſubdole
decipiunt audientem,aliæ acutæ,quæ ma
xime faciūt dubitare.2.Elēch.c.7.ꝑ totū.
22 Orationis ui qui iniuſte utitur, magna
infert incommoda.1.Rhetor.c.1.H.
23 Oratio rhetorica tribus cōſtat.Primo,un
de fiat fides.Secundo,elocutione.Tertio,
ordine partium.3.Rhetor.c.1.A.
24 Oratio dilucida redditur,quæ ex nomi-
nibus & uerbis propriis cōſtat,grauis ue-
ro redditur inuſitatis,quia inuſitata admi
ramur.3.Rhetor.cap.2.A.
25 in Oratione ſoluta non adeo ſunt iucū-
da & mirabilia omnia,ſicut in carmine.3.
Rhetor.cap.2.B.
26 Orationem facit uериſimilem,ſi innate &
& non affectate dicatur.3.Rhetor.c.2.B.
27 Orationis oratoriæ uirtus eſt,ſi lateat ar-
tificium eius.3.Rhetor.cap.2.C.
28 Orō alia ali ætati cōgruit.3. Rhet.c.2.E.
29 Oratio non debet petere elonge, ſed e
propinquo,quantum expedit narrare.3.
Rhetoricorum.c.2.F.
30 in Oratione quæ frigida ſint tam compo
ſitione q̃ epithetis q̃ trāſlationibus,oſten-
ditur. 3.Rhetoricorum.cap.3.per totum.
31 Orationis rhetoricæ numerus quibus cō
ſtet, & quo differat a carmine, oſtendi-
tur.Nam nec metrica eſſe debet, nec ſi-
ne numero .Numerorum uero heroicus
amplus & elegās eſt.3.Rhet.c.8.per totū.
32 Oratio pendens eſt, quæ nullum per ſe
habet exitum,niſi res,quæ dicitur, in exi-
tum perueniret.3.Rhetor.c.9.A.
33 Oratio pendens inſuauis eſt, quia infini-
ta.3.Rhetoricorum.cap.9.A.
34 Oratio conuoluta eſt, quæ circuitibus
effertur.3.Rhetor.cap.9.B.
35 Oratio pendens,& ei contraria,aut con-
uoluta , quibus conſtet, oſtenditur . 3.
Rhetoricorum.cap.9.per totum.
36 Orationis rhetoricæ partes ꝓpriæ & ne-
ceſſariæ duæ ſunt.Prima,qua rem expo-
nimus.Secunda,qua demōſtramus. Cō-
munes uero ſunt procemium propoſitio
perſuaſio & epilogus.3.Rhet.c.13.ꝑ totū.
37 Oratio prudens eligenda eſt . in Præfat.
Rhetor.ad Alexand.C.
38 Oratione maxime præſtat homo reliqs
aīantibus.in Præfat.Rhet. ad Alexādr.E.
39 Orationis rhetoricæ triplex eſt genꝰ. De
liberatiuum. Demonſtratiuum.Iudiciale.
Quorum ſeptem ſunt ſpecies.Suaſio Diſ-
ſuaſio.Laus.Vitupatio. Accuſatio.defen-
ſio.& quæſtio.Rhetoricorū.ad Alexandr.
cap.1.A.&.1.Rhetor.cap.3.A.B.
40 Oratio quomodo texēda ſit,& quibꝰ fiat
dilucida,oſtenditur.Rhetoricorū.ad Ale
xandr.cap.22.23.per totum.
41 Oratio ſeu ratio partes habet.8.Metaphy
ſicorum.T.Comment.2.✳.
ORATOR.ORATORIA.
1 Oratores alii ſunt enthymematici,alii exē
plares.1.Rhetor.c.2.F.
2 Orator nō de omnibus dicere debet,ſed
de iis,quæ probabilia uideantur apud au
ditores.2.Rhetor.cap.22.B.
3 Oratores quidam, ut Gorgias,poetarū
dictionem imitati ſunt, quæ & ſi ſubli-
mis eſt,non tamen oratori accommoda-
ta.3.Rhetoricorum.c.1.G.&.2.A.
4 Oratoris propriū eſt bene dicere, quod
nec conſiſtit in breuitate aut longitudine,
ſed in mediocritate.3.Rhetor.c.16.B.
5 Oratoria facultas maximis afficitur hono
ribus.1.Ethic.cap.2.A.
6 Oratoria ſubeſt facultati ciuili,& eius finē
continet.1.Ethicorum.cap.2.A.
7 ab Oratore qui demōſtrationem quærit,
& a mathematico perſuaſionem, ineptus
eſt.1.Ethicorum.cap.3.B.
8 Oratores licet populi ductores ſint, ty-
rannidem tamen non audent inuadere,
quia rerum bellicarum imperiti ſunt . 5.
Politicorū.c.5.C.Quære Rhetorica.✳.
ORBATVM.Quære Mutilum.1.
ORBES. Planetarum qui eorum moti-
bus ſeruiunt.
Orbes ſolis & lunæ . Quære Luna.Pla-
neta.Sol.

ORCHOMENII.
Orchomeniorum in ciuitate,quæ eſt in Bœotia,cum canes uulpem inſequerētur, & illa ſe in foramē cõieciſſet, irrupiſſentq; ſimul canes,& intus latrãtes audirētur,uenatores ipſi fracto oſtio, ingreſſi ſunt, & ampla ſpatia inuenerũt,quæ luce illuminarentur,nec potuerunt omnia perſpicere, ſed omnia, q̃ uiderũt,ad urbis magiſtratũ retulerunt. de Admirãd.Audit.86.✳.

ORDEVM.
Ordeum quoddã eſt apud Thraces,hominibus quidē ſalubre,reliquis omnibus animalibus peſtiferum & mortiferũ, ſiue pane confecto ex eo,ſiue quocũq; modo illo ueſcantur,ita ut muſcæ ſtercore hominis,qui ordeo illo paſtus ſit,guſtato,ilico intereant.de Admirãd. Audit.112.✳.

ORDO.ORDINATVM.
1 Ordinis cauſa omnibus eſt natura.8.Phyſicorum.T.Comment.15.
2 Ordo aliquis eſt inter finita.3.de Cæl.T.Comment.23.
3 Ordo proprius ſenſibilium eſt natura illorum.3.de Cæl.T.Co.24.
4 In Ordinatis eſſentialiter prius ſi eſt, & poſterius eſt.2.de Gener.T.Co.67.
5 Ordo non eſt in ſubſtantia rei.7.Metaphyſic.T.Co.43.
6 Ordo rerum eſſe non poteſt,niſi ſit aliqd æternum & ſeparatum atq; mouens.11.Metaphyſic.c.2.C.
7 Ordinem habet totum uniuerſum, qui ordo eſt bonum ipſius,& eſt ordo ut exercitus ad ducem.12.Metaphyſicorum.T.Comment.52.
8 Ordo uniuerſi ita conſtat,ut licet aliter ſe habeant plantæ, aliter animalia &c. habent tamen connexionem quandam inter ſe omnia ad unum,quod exemplo familiæ declaratur.12.Metaphy.T.Co.52.
9 Ordinem uniuerſi quidã male aſſignarũt, quod ponitur,& refellitur.12.Metaphyſic.T.Comment.53.& ultra.
10 Ordo non eſt,ſi non ſint aliæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles.12.Metaphy.T.ultimo.

ORGANVM. Quære Inſtrumentum.

ORICHALCVM.Aes montanum uulgo notum metallum.
Orichalcei nonnulli extant in Pheneis, in quibus erat ſcriptum.Hercules Amphytrionis filiꝰ Helim capiens hos dicauit.de Admirãd. Audit.54.

ORION.Conſtellatio decem & ſeptem ſtellis conſtans.
1 Orionis Zona.Quære Cometa.13.
2 circa Orionis exortum uenti maxime ceſſant,& ſit tranquillitas uſq; ad Eteſias, id eſt anniuerſarios & prodromos,id eſt præcurſores uentos.2.Meteor.c.5.A.
3 Orionis ortꝰ & occaſꝰ difficile tps reddit, & tēpora euariãt,& mutant,ortꝰ eiꝰ æſtate eſt,occaſus hyeme.2.Meteor.c.5.B.
4 Orion propter eius magnitudinem pluribus diebus durat.2.Meteor.c.5.B.✳.

ORIZON.Finitor circulus.
Orizon ſemper alius & alius ſit, mutantibus nobis locum,quod arguit terræ rotũditatem.2.Meteor.c.7.B.

ORNITHIAE. Venti qui ſpirant ſub aduentum auium ad nos,dicti ornithiæ, id eſt auiculares.
Ornithiæ uenti & ipſi etiam eteſii, id eſt anniuerſarii ſpirare incipiunt ſeptuageſimo die poſt ſolſtitium hyemale & inter pollati & debiles, quia ſol longe eſt a loco,unde flant.2.Meteor.c.5.D.

ORPHEVS. Poeta Thrax uetuſtiſſimꝰ & celebratiſſimus.
1 Orphēꝰ ſuis carminibus dixit,animã eſſe aerē attractũ per reſpirationē.Quod falſũ eſſe,eo ꝓbat,ꝙ multa ſunt animã hētia, ut plãtæ & q̃dam aĩalia,q̃ nõ reſpirãt.1.de Anima.T.Co.84.85.
2 Orpheus diuitias animoſitatis filias nominat.2.Oeconom.c.1.C.✳.

ORTAGORAS.Tyrãnus Sicyoniorũ.
Ortagoræ & filiorum eius tyrannis apud Sicyonios ad cēteſimum uſq; annũ puenit,qa mediocritate quadã erga ſubditos utebantur , & multa agebant legibus ſeruientes.5.Polit.c.12.A.

ORTHOSIA DIANA.Quære Taurꝰ.

ORTHOSIVS.Mõs Arcadiæ. Quære Taurus.

OSTENTATOR.Quære Arrogans.

OSTRACISMVS.Dicebat apd Atheniēſes,quotiēs ciues uerit alicuiꝰ potētiã aut opes,ne illos tyrannide opprimeret, ſuffragiis declarabãt,an exulare ciuis ille potēs deberet,ſi uero ſuffragiorũ numerꝰ ſex milia excederet, exulabat. Et qm̃ in oſtracis id eſt teſtis abſoluēdi aut dãnandi nomē ſcribebat, oſtraciſmꝰ dictus eſt.
1 Oſtraciſmꝰ inuētꝰ eſt a ciuitatibꝰ,q̃ populariter regũtur,quo qui ſupexcellere uidebãtur uel propter diuitias,uel propter amicos,uel propter aliquã aliã cauſam, extra ciuitatē relegabãtur ad tps aliquod determinatũ,ne tyrãnidē uſurpēt.3.Poli.c.9.B
2 Oſtraciſmo utuntur Argiui & Athenienſes,5.Polit.cap.3.A.

OS.ORIS.
1 Ore ſit digeſtio quædam cibi,licet imperfecta.de Iuuent.& Senect.c.1.A.
2 Os ad comminuendos cibos & ad ſpirationem datum eſt animalibus habentibꝰ pulmonem, non habentibus pulmonem ad cibos conficiendos datũ eſt,de Reſpiratione.cap.4.N.✳.

OTHRYS.
Othrys Theſſaliæ mõs uermiculos appellatos ſepas gignit,q a loco, unde uictitãt, colorem contrahunt. Quem momorderint,ſiti cruciãt,morſus tamen non eſt nimis acer.de Admirand.Audit.15.

OVIS.
1 Ouis timida eſt,& ideo mollem pilũ habet.de Phyſiognom.
2 Oues duæ non mactabantur diis, ſed capra.5.Ethic.c.7.A.✳.

OVVM.OVIPARVM.
1 Oua etiã ſi plena ſint,ſupnatant in aqua multo ſale admixta,nam ſal craſſiorē reddit aquam.2.Meteor.c.3.T.
2 Ouipara omnia pulmonem habent fungoſum,ut ranæ,& teſtudines. de Reſpiratio.c.1.B.✳.

OXALME.Ideſt acida muria ſalſamētũ.
Oxalme gignitur in Sicilia in agro Sicano, qua pro aceto utuntur in aliquibus epularum generibus.2.Meteor.c.3.X.

OXILVS
Oxilus legem tulit,ne liceat fœnerari ſup aliqua fundi parte,quam quis haberet.6.Politic.cap.4.C.

OXVS.Fluuius in Bactriana prouincia.
Oxus fluuiꝰ in Bactris auream arenã trahit. de Admirand.Audit.43.

## P.

PACHES.
Paches Athenienſiũ dux Mytylenem cepit.5. Politic.c.4.B.

PACTVM.
1 Pactũ eſt unum ex quinq;,q̃ fidē faciũt in iudiciali genere cauſarum.1.Rhetor.c.15.A.
2 Pactis quomodo poſſimꝰ facere fidē ſuadendo aut diſſuadendo,oſtēditur. 1.Rhetoricorum.cap.15.F.G.H.
3 Pactum eſt lex quædam de particulari. 1.Rhetoricorum.c.15.G.
4 Pacta qui infirmat,uſum hominum inter ſe penitus euertit.1.Rhetor.cap.15.G.

PADVS.Italiæ fluuius,qui & Eridanus dicitur.Quære Eridanus.

PAEON.Pes metricus & multiplex.
Pæon quibus orationibꝰ aptus ſit,& quæ eius proportio,& quotuplex eſt pæon,habes.3.Rhetor.c.8.B.

PAGVS.
1 Pagus eſt ſocietas prima cõſtituta ex pluribus gratia utilitatis non quotidianæ.1.Polit.cap.1.D.
2 Pagus maxime uidetur eſſe propagatio q̃dã domus corũ,quos dicimꝰ coaluiſſe, & natos eſſe natorũ.1.Polit.c.1.D.
3 In Pagis ſparſim habitabant olim homines.1.Polit.c.1.D.
4 Pagus ciuitatis principiũ eſt.1.Polit.c.2.A.
Quære Ciuitas.Domus profamilia.

PALESTINA.Regio pars Syriæ ĩ Aſia maiori.
In Paleſtina ſtagnum, ferũt,eſſe,in quod ſi hominē ligatũ aut iumētũ quis iniiciat, ſupernatat,nec in aquis mergitur. Quod ſtagnũ adeo ſalſum eſt & amarũ,ut nullus piſcis inaſcat. Veſtimēta uero ſi madefacta fuerint aqua illiꝰ ſtagni,mũdãtur,ſi quis cõcuſſerit.2.Meteor.c.3.V.

PALICI.Siciliæ urbs.
In Palicis Siciliæ fons eſt acadinus, qui & ſi tenuis ſit,aliquando tamen adeo extollitur, & creſcit,ut ſex cubitos eius altitudo excedat,afferatq; ingentem formidinem incolis.In quo ſi tabellæ iuramenti ſcriptæ deiiciantur, ſupernatant, ſi recte iurauerit,ꝙ ſi peierauerit, ſubmergũtur.Ideoq; qui peierant,parata ingēti pyra ſuccenduntur. de Admirand. Audit.52.

PALLAS.Quæ& Minerua poetica dea. Quære Acropolis. Gargaria.Minerua.

PALMA.Arbor.
1 Palma longiſſimæ uitæ eſt inter arbores. de Longitudine & Breuitate.Vit.c.2.B.
2 Palma phœnix a græcis dicitur a Phœnicia Syria,ut dicit Calliſthenes. de Admirand.Audit.104.

PALPEBRAE.
1 Palpebræ oculorum concidunt dormire incipientibus propter refrigerationem, nam dormientium partes extrinſecæ frigidæ ſunt.de Somn.& Vigil.c.3.I.
2 Palpebras non poſſunt attollere dormiētes.de Somn.&.Vigil.c.3.D.✳.

PALVS.
1 Paludes omnes aut mõtibus aut eminentioribꝰ locis ſubditæ ſunt,quia uel in mõtibꝰ uel in locis altis aqua illa generat, q̃

cõgregatur in paludibꝰ.1.Meteor.c.13.I.
2 Palus Aſcania.Quære Aqua.90.
PAMPHILIA. Regio minoris Aſiæ.
in Pãphilia ignis qui erumpit e terra, noctu tantũ uidetur.de Admirãd. Audit.34
PANCRATIASTES. Pugil ſeu athleta, qui in Pãcratio uincebat, hoc eſt q duobus certaminibꝰ ualebat, ſcilicet ut aduerſarium premeret, & retineret, & plagas illi impingeret.
Pancratiaſta eſt, qui curſu & ꝑcuſione ualet.1.Rhetor.cap.5.H.✳. Quære Quinquertio.
PANDECHES.Interpretatur receptaculum ſiue capedo.Quære Plato.43.
PANDOSIA. Ciuitas Italiæ. Quære Hercules.5.
PANETIVS.
Panetius tyrannus apud Leontinos.5.Polit.cap.10.B.
PANTHEIVM.Quære Oliua.2.
PANVS.Tuberculum. Grecæ Ariſtoteles τὸ φῦμα appellat.
in Panis fit motus ſeu palpitatio cũ dolore, quia ſanguis panorũ uertiẽ in ſaniẽ & pus.de Morte.& Vit.c.2.B.✳.Abſceſſu
PAPAVER. Herba ſoporifera uulgo nota.
1 Papauer ſomnificum eſt. de Somn. & Vigil.cap.3.D.✳.
PAPHLAGONIA. Regio Aſiæ minoris. Quære Piſcis.
PAR.
1 Par & impar, dicebãt Pythagorici, eẽ numeri principium.1.Metaphy.c.5.C.
2 Par unum e ſuis decem predicamẽtis ponebant Pythagorici. 1.Metaphyſicorum.cap.5.C.Quære Numerus.
PARALLELAE.Lineæ rectæ paribꝰ inter ſe ſpatiis ſemper diſtantes.
Parallelarum linearum proprium eſt nõ concurrere.1.Poſter.T.Comment.12.
PARALYTICVS. Paralyſi laborans neruis corporis relaxatis.
Paralytica membra in oppoſitam partem quã uertantur, mouentur.1.Ethic.c.13.D.
PARCERE.Quære Ignoſcere.
PARELII. Ideſt ſolis imagines, quæ aliquando iuxta ſolem apparent, ita ut uideantur plures ſoles ſimul.
1 Parelii eandẽ habẽt cauſam, quã halo, aut iris, aut uirgæ.3.Meteor.c.2.A.
2 Parelii nunq̃ fiũt ſup ſolẽ, nec ſub ſole ad terrã, nec ex oppoſito ſolis, nec nocte, ſed ſemp circa ſolẽ aut aſcẽdẽtẽ aut occidẽtẽ, & occidẽte ſole freq̃nt. Rariſſimi aũt fiũt, ſole ĩ medio cæli eleuato.3.Meteo.c.2.C.
3 Parelii duo facti ſunt ĩ Boſphoro, ſole exiſtente in medio cæli, & p totã diẽ mãſerunt uſq; ad occaſum.3.Meteor.c.2.C.
4 Parelii differunt ab iride & halo & a uirgis, modis quibus fiant, & a quibus fiãt, & quomodo refractio fiat ad ſolem, uel ad aliquid lucidũ.3.Meteor.c.2.D.
5 Parelius fit, refracto uiſu ad ſolem.3.Meteor.cap.6.A.
6 Parelius fit, nube æqualiter denſa in oĩmibus ſuis partibus, & ad ſolis latus exiſtẽte & propinqua, ut in aquã conuertatur, nõdum tamen conuerſa. In qua propter ſuã æqualem & congruentem denſitatem ſol ſuam figuram imprimit, ſicut in æqualibꝰ ſpeculis fit, quæ figuram optime repræſentant.3.Meteor.cap.6.C.
7 Parelius albus eſt, quia color ſolis, quem repræſentat, albus eſt.3.Meteor.c.6.C.
8 Parelius magis eſt pluuiæ ſignũ, q̃ uirgæ, qa indicat aerẽ, ex quo fit, magis efficacẽ ut in aquã uertatur.3.Meteor.c.6.D.
9 Parelius in parte auſtrali factus magis ſignificat pluuiã, q̃ in parte aqlonari factꝰ, quia aer auſtrinus facilior eſt, ut in aquã uertatur, q̃ aquilonius.3.Meteor.c.6.D.
10 Parelius in oriẽte & occaſu fit, nõ tamen ſupra ſolem aut infra, ſed ad latꝰ ſolis, nec omnino prope ſolẽ, quia reſolueretẽ a ſole, nec omnino ꝑcul, quia uiſus refractio non fieret.3.Meteor.c.6.D.
PARERE.Pro obedire.
1 Parere aliud & aliud imperare inuenitẽ in oĩbus, q̃ fiũt unũ cõmune ex pluribus ſiue ſeparatis ſiue cõiũctis.1.Polit.c.3.D.
2 Parere aliud & impare aliud non ſolũ eſt neceſſariũ, ſed etiã utile.1.Polit.c.3.D.
3 Parere debent minus præſtantia præſtantioribus.1.Polit.c.3.F.
4 Parere & imperare qui ſcit, laudabilis eſt.3.Polit.c.3.D.
5 Parere qui prius neſciuit, non poterit recte imperare.3.Polit.c.3.E.✳
PARENTES.Pro illis, qui genuerunt.
1 Parentes honorãtur, quia naturaliter obtinent imperiũ in filios, & eorũ amicitia in excellentia conſiſtit.8.Ethic.c.11.A.
2 Parentes diligunt filios tanq̃ ſuum quiddam, filii uero parẽtes, ut aliquid ex illis.8.Ethic.c.12.A.
3 Parentes magis ſciunt filios ſuos ab ipſis genitos, q̃ filii ſciant ſe ab illis natos. 8.Ethicorum.c.12.A.
4 Parentes filios ſuos, ſtatim ut nati ſunt, amãt, at uero parẽtes ipos tpis ꝓceſſu & cognitione diligunt filii.8.Ethicorũ.c.12.A.
5 Parentibus nemo poteſt reddere dignũ.8.Ethicorum.c.14.C.
6 Parentibus uidetur potius filios debere ſubminiſtrare alimenta q̃ ſibiipſis. 9.Ethicorum.cap.2.C.
7 Parẽtes nõ modo procreãt filios, ut naturæ tributũ perſoluãt, ſed etiã ut ab illis alãtur, dũ imbecilli fuerint, ſicut illos alunt imbecillos.1.Oeconom.cap.3.A.
8 Parentes bene uiuendi exemplũ debent filiis præbere, quod ſi negligãt, ſentiẽt detrimẽtum. Si enim filiis exẽplũ uitæ non præſtent, euidentẽ excuſationis cauſam filiis relinquũt, ac timendũ eſt, ne cõtẽpti a filiis, quaſi nõ bene uixerint, in ſenectute deſerantur. 2.Oeconom. cap.2.A.Quære Pater.3.
9 Parentes cum ſint mortales, immortalitatẽ adipiſcuntur ſucceſſione filiorũ, & ideo omnium parentum uota huc tendunt.2.Oeconom. cap. 2. A.Quære Aethna.1.Lapis.5.Mater.Pater.Xenon.✳.
PARENS. Pro eo, cui aliquid impatur. Quære Imperium. Parere pro obedire.
PARIS. Qui & Alexander. Quære Alexander.
PARII. Pari inſulæ, quæ eſt una ex Cycladibus, incolæ
Parii Archilochũ poetam honorauerũt, q̃uis eos uituperauerit.2.Rheto.c.23.H.
PARMENIDES.Philoſophus Eleata.
1 Parmenides unum principium rerum poſuit & immobile. 1.Phyſic.T.Co.6.
2 Parmenidis ratio, qua unum & immobile principium ponit, uitioſa eſt in materia & forma.1.Phyſic.T.Co.10.
3 Parmenides licet non naturaliter locutus ſit, tamen aliquas dubitationes naturales attigit, ideo contra eum diſputandum eſt.1.Phyſic.T.Comment.12.
4 Parmenidis ratio falſa aſſumit, & non cõcludit.1.Phyſicorum.T.Co.25.
5 Parmenides ens ſimpliciter ſumit.1.Phyſicorum.T.Comment.25.
6 Parmenidis rationibus quidam conſenſerunt.1.Phyſicorum.T.Co.30.
7 Parmenides principia contraria facit calidum & frigidũ. 1.Phyſic.T.Co.41.42.
8 Parmenides dicebat materiam non ens.1.Phyſic.T.Comment.79.
9 Parmenides dicens totum uniuerſum finitũ eſſe, quia æque pugnat a medio, melius dixit q̃ Meliſſus, qui dixit, uniuerſum eſſe infinitum. 3. Phyſicorum. T.Comment.64.
10 Parmenidem ſecuti philoſophi generationem & corruptionem auferebant, & generari & corrumpi dicebant eſſe ſecũdũ apparentiam.3.de Cæl.T.Co.2.
11 Parmenides ignẽ dixit ens, terram uero dixit non ens.1.de Gener.T.Co.18.
12 Parmenides probat unum omnia eſſe, & illud eſſe immobile ſic. Multa nõ poſſunt eſſe, niſi ſit aliqd ſeparans & diſtinguens, ſed nihil eſt ſeparans niſi uacuũ, & uacuũ nõ eſt, ergo motꝰ nõ eſt, ergo multa eſſe nõ poſſunt, & ſic oĩa unũ ſunt. Quod aũt hoc unũ ſit immobile, ſic ꝓbat. Motꝰ nõ eſt, niſi ſit uacuũ, & uacuum nõ eſt, ergo motꝰ nõ eſt, & ſic unũ qd oĩa ſunt, immobile eſt.1.de Gener.T.Co.57.58.
13 Parmenides ſenſum trãſcẽdens & ipſum contemnens, omnia unum eſſe, dixit.1.de Generatione.T.Comment.58.
14 Parmenides oĩa dicens eẽ unũ, pluſq̃ demens apparet, quia nullus in tantã demẽtiam egreſſus eſt, ut ignem & glaciẽ unũ eſſe, dicat.1.de Generatione.T.Co.59.
15 Parmenides duo elementa fecit.2.de Generatione.T.Comment.18.
16 Parmenides quodãmõ duas cauſas ponit, q̃ſi ab ipſa ueritate coactꝰ, tñ dicit oĩa unũ eſſe & immobile.1.Metaphy.c.3.H.
17 Parmenides primum deorũ dixit amorem.1.Metaphy.cap.4.A.
18 Parmenides unum ſecundum rationem attigiſſe uidetur, & illud infinitum poſuit.1.Metaphy.cap.5.E.
19 Parmenides auditor fuit Xenophanis.1.Metaphyſicorum.c.5.E.
20 Parmenides magis uidit, q̃ dixit, q̃ Meliſſus, aut Xenophanes.1.Metaph.c.5.E.✳
PARENTHESIS.Interp̃taẽ inpoſitio.
Parentheſis obſcuram reddit orationem.3.Rhetoricorum.c.5.C.
PAROEMIA. Interpretatur prouerbiũ. Quære Prouerbium.
PARON.Philoſophus.
Paron Pythagoricus tẽpus, dixit, eſſe rudiſſimũ & indiſciplinabile, melius in hoc dicens, q̃ qui dixerũt, tẽpus eſſe ſapiẽtiſſimum.4.Phyſic.T.Co.128.
PARON.Alius a ſuperiore.
Parõ & Heraclides Enienſes Cotyn peremerunt patri ſupplicium ſumentes. 5.Politicorum.cap.10.F.
PAROPAMISSVS. Mons eſt in Aſia maiori apud Bactras.
1 ex Paropamiſſo maxima & frequẽtiſſima flumina fluũt.1.Meteor.c.13.T.
2 Paropamiſſus eſt maximꝰ omniũ mõtiũ

qui ad oriẽtem hybernum uergunt, nam eo ſuperato, exterum mare cernitur, cui⁹ finem non habent perſpectum, qui circa incolũt. 1. Meteor. c. 13. T.

3 ex Paropanniſo oriũtur flumina. Bactr⁹ Choaſpes. Araxes. Tanais. Indus, & alii fluuii. 1. Meteor. c. 13. T.

PARS.

1 Pars integralis non poteſt aſſignari pro genere, ut ſi quis ponat corpus pro genere animalis. 4. Topic. c. 5. D.

2 Pars nullomodo prædicatur de toto. 4. Topic. c. 5. D.

3 Partes ſimul ſumptæ an aliud ſint a toto, dubitatur. 1. Phyſic. T. Co. 17.

4 Partes infiniti infinitæ ſunt, ſi habeat partes. 3. Phyſic. T. Co. 37.

5 Pars quo nata eſt ferri, eo & totum naturalit. 3. Phyſic. T. Co. 48. & 4. de Cæl. T. Co. 22. & 1. de Cæl. T. Co. 19. 73.

6 Partes in toto ſunt. 4. Phyſic. T. Co. 23.

7 præter Partes non eſt totum. 4. Phyſico. T. Comment. 23.

8 Pars menſurat totum, quod ex ipſa conſtat. 4. Phyſic. T. Co. 89.

9 Partis & totius eadem eſt ratio, & ad eũdem locum mouẽtur. 1. de Cæl. T. Co. 19.

10 Partium aliæ ſunt ſecundũ formã, aliæ ſecundũ materiã. 1. de Gener. T. Com. 35.

11 Partes toto priores ſunt. de Lineis indiuiſibil. cap. 1. B.

12 Pars rei maximæ maxima eſt. 1. Rhetor. cap. 7. M.

13 Partes natura poſteriores ſunt ſuo toto. 1 Polit. c. 2. B.

14 Pars nõ ſolum eſt alterius pars, ſed etiam omnino alterius. 1. Polit. c. 3. C.

15 Partis uirtus ad totum reſpicere debet. 1. Polit. cap. 8. F.

16 Pars non ſuperat totum naturaliter. 3. Polit. cap. 12. F.

17 Partes omnes infiniti mediæ ſunt. 2. Metaphy. T. Comment. 6.

18 Pars quinq; modis dicit̃. Primo illud pars dicitur, in quo diuidi aliquid poteſt. Secundo pars dicitur illud, quod aliquid menſurat. Tertio illud, in quo ſpecies diuiditur abſq; quanto, ut ſpecies pars eſt generis. Quarto, ex quibus aliquid cõponitur, aut in quæ diuiditur. Quinto, q̃ ſunt in ratiõe unũquodq; ſignificãte, ut genus pars ſpeciei dicitur. 5. Metaphy. T. Co. 30.

19 Partium ratio an eſſe debeat in ratione totius, an non, dubitatur, & ſoluitur. 7. Metaphy. T. Co. 33. & ultra.

20 Partes an priores ſint toto, dubitatur, & ſoluitur. 7. Metaphy. T. Co. 33. & ultra.

21 Pars multipliciter dicitur, ſcilicet quantitatiue, ut menſurat totum, alio modo dicitur ſubſtantiæ, ut materia aut forma. 7. Metaphy. T. Co. 34.

22 Partes ſecundum materiam poſteriores ſunt toto, partes uero ſecundum formam priores ſunt, aut omnes aut aliquæ. 7. Metaphy. T. Comment. 35.

23 Partes ſecundum ſpeciem debẽt poni in diffinitione alicuius. 7. Metaphyſicorum. T. Comment. 37. ✳.

PARTHENIAE. Spartanarũ mulierũ filii, qui geniti ſunt ab iis, quos Lacedæmonii miſerunt in Spartã ad procreãdos filios ex promiſcuo omnium uirginum concubitu, ipſis Lacedæmoniis in obſidione Meſſenenſium perſiſtentibus, quam ſoluere nõ poterant propter iuſiurandũ, quo ſe aſtrinxerãt. Itaq; qui hoc ꝓmiſcuo concubitu nati fuerant, ob notam materni pudoris Partheniæ ſunt appellati. Qui duce Pallanto, in Italiam uenientes expugnata Tarentinorum arce, expulſis incolis, Tarentum occupauerunt.

Partheniæ apud Lacedæmonios depræhenſi res nouas moliri in Coloniam Tarentum miſſi ſunt. 5. Politicorum. c. 7. A.

PARTHENOPE. Inſula in ſinu Cumano. Quære Sirenuſſæ.

PARTICIPARE. PARTICIPATIO

1 ipſius Participare termin⁹ eſt rationẽ participati ſuſcipere. 4. Topic. c. 1. C.

2 Participationem, quidam poſuerunt, eſſe cauſam unitatis entium. 8. Metaphyſicorum. T. Co. 16. Quære Idea.

PARTICVLARIS PROPOSITIO.

Particularis negatiua non conuertitur. 1. Prior. c. 1. A. Quære Propoſitio.

PARTICVLARE.

1 Particularia minus entia ſunt q̃ uniuerſalia, q͞a particularia ſunt corruptibilia, uniuerſalia uero incorruptibilia. 1. Poſteriorum. T. Comment. 39.

2 Particularia, ut infinita, non ſunt ſcibilia. 1. Poſter. T. Comment. 39.

3 ex Particulari & uniuerſali una rõ fit tã circa agibilia q̃ circa ſpectabilia. 7. Ethic. c. 3. D. Quære Singulare. Vniuerſale.

PARTVS. Et ꝓ eo, quod editur, & pro pariendi actu.

1 Partus adoleſcẽtiũ imperfecti ſunt in omnibus animalibus. 7. Polit. c. 16. B.

2 in Partu magis laborant puellæ, q̃ grandiores natu fœminæ, & pereunt plures. 7. Politicorum. cap. 16. B ✳.



PARVVS. Corpore.

Parui formoſi ſunt, & membris appoſitis, ſed non ſunt pulchri. 4. Ethic. c. 3. A.

PARVVM.

1 Paruum nihil dicitur, niſi ad aliud. Prædicament. cap. 6. E.

2 Paruum non eſt magno cõtrarium. Prædicament. c. 6. F. G.

3 Paruum & magnũ poſuit Plato materiã rebus. 1. Metaphy. T. Comment. 8.

4 Paruum & magnum quomodo opponãtur æquali, oſtenditur. 10. Metaphyſic. T. Commẽt. 17. & ultra. Quære Magnũ. ✳.

PASSER. Auis.

Paſſeres maſculi propter nimium coitũ breuioris uitæ ſunt q̃ fœmellæ, de Lõgit. & Breuit. Vit. cap. 2. E. ✳.

PASSIBILE. PASSIO.

1 Paſſiones animalium poſſibile eſt cognoſcere, ſi quis cõcedat, paſſiones naturales tranſmutare animam & corpus. 1. Prior. cap. ultimo. A.

2 Paſſiones proprii ſubiecti demonſtrantur in demonſtratione. 1. Poſter. T. Co. 22.

3 Paſſio ſi pluribus cõuenit, uidendum eſt, an ſub eadem ratione, ut diffinitio recte poſſit aſſignari. 1. Poſter. T. Cõment. 22.

4 Paſſionis genus ſi aſſignetur ſubiectum, male eſt aſſignatum. 4. Topic. c. 5. G.

5 Paſſio ſi aſſignet̃ genus ſubiecti, male aſſignatur, ut ſi quis uẽtum eſſe aerem motum dicat. 4. Topic. c. 5. H.

6 Paſſiones denominantur a terminis. 2. Phyſicorum. T. Comment. 14.

7 Paſſio & actio ſi ſint unus & idem actus, dubitatur. 3. Phyſic. T. Comment. 19.

8 Paſſio & actio unus & idem actus uidẽtur. 3. Phyſic. T. Comment. 19.

9 Paſſio eſt patientis, & actio agentis. 3. Phyſicorum. T. Comment. 19.

10 Paſſio & actio aut in patiẽte ſunt, aut in agente, aut actio in agẽte & paſſio in patiente. 3. Phyſic. T. Comment. 19.

11 Paſſio non poteſt dici eſſe in agente, aut actio in patiente, niſi æquiuoce. 3. Phyſicorum. T. Comment. 19.

12 Paſſio & actio ſi ſint unus motus, q̃ incõuenientia ſequãtur, ponũtur, & ſoluũtur. 3. Phyſic. T. Comment. 19. & ultra.

13 Paſſiones ſiue qualitates paſſibiles diuiſibiles ſunt aut ſecundũ ſpeciem, aut ſecũdũ accidens. 3. de Cæl. T. Co. 7.

14 Paſſibilia ſunt quæcunq; habẽt formã in materia. 1. de Gener. T. Comment. 54.

15 Paſſio alia eſt a ſubiecto, de quo nata eſt dici. 1. de Gener, T, Comment. 23.

16 Paſſio ſi maneat eadẽ in genito, quæ fuit in corrupto, nõ eſt tranſmutatio ſecundũ illam. 1. de Gener. T. Comment. 24.

17 Paſſione & actione utũtur omnes, qui elementa generant. 1. de Generatione. T. Comment. 43.

18 Paſſione & actione non exiſtentibus, nõ fieret alteratio, ſeu congregatio aut ſegregatio. 1. de Gener. T. Comment. 43.

19 Paſſio & actio non poſſunt eſſe inter omnino ſimilia & indifferentia, quia non eſt, cur magis alterum q̃ alterum patiatur, aut agat, alioqui idem a ſe ipſo pati, & agere in ſeipſum poſſet. 1. de Generatione. T. Comment. 48.

20 Paſſio & actio inter omnino ſimilia eſſe non poteſt, niſi per accidens. 1. de Generatione. T. Comment. 49.

21 Paſſio & actio no eſt inter ea, q̃ non ſunt contraria aut ex contrariis. 1. de Generatione. T. Comment. 49.

22 Paſſio fit in iis, quæ potẽtia talia ſunt ab iis, quæ actu talia ſunt. 1. de Generatione. T. Comment. 77.

23 Paſſiones nõ ſunt ſeparabiles a ſubiecto, nec poſſunt per ſe exiſtere. 1. de Generatione. T. Cõment. 83.

24 Paſſio nulla eſt miſcibilis, quia nulla eſt ſeparabilis. 1. de Gener. T. Co. 83.

25 Paſſio non fit in aliquo, ut illud tale ignis eſt, aut terra, aut aliquid tale, ſed ut contrarietatem habet. de Sen. & Sen. c. 4. E.

26 Paſſione uehementi laborantes, ut amantes, & timentes facile decipi ſolent circa ſenſibilia. de Somniis. c. 2. L.

27 Paſſiones quædam, ut ira & cæteræ, nõ ſedantur, etiam ſi animal uelit, propter motum factum in organo. de Memo. & Remi. cap. 2. S.

28 Paſſiones aliquæ non modo permutant corpus, ſed etiam in furorem & inſaniam aliquos adigunt. 7. Ethic. c. 3. C.

29 Paſſiones quomodo ſint duces uirtutũ, oſtenditur. 2. Magnor. Mor. c. 7. M.

30 Paſſio dicitur quadrupliciter. Primo, qualitas, ſecundum quam alterari contingit, ut album aut nigrum, dulce & amarum. Secundo, horum actiones, & alterationes. Tertio, alterationes, quæ magis noxiæ ſunt, & triſtes. Quarto, magnitudines calamitatum & triſtium paſſiones dicuntur. 5. Metaphyſic. T. Comment. 26.

31 Paſſiones, impoſſibile eſt, eſſe priores ſubſtantia ratione tempore aut generatione. 7. Metaphyſicorum. T. Comment. 47. Quære Actio. Pati. Qualitas.

PASSIBILIS QVALITAS. Quære Paſſio. Qualitas.

PASSVM.

1 Paſſum & agens ſimilia debent eſſe genere, ſpecie diſſimilia & contraria. 1. de Generatione. T. Comment. 50.

2 Paſſiua adinuicem ſunt, quorum eadem eſt materia. 1. de Gener. T. Commēt. 87.

3 Paſſiuum corpus omne humiditate aut ſiccitate aut utraq; patitur, quia aut humidum eſt, aut ſiccum, aut ex iis mixtum. 4 Meteor. T. Commēt. 30. Quære Corpus. Paſſio. Pati. Qualitas.

PASSVM VINVM. Quod ex paſſis uuis conficitur. Quære Vinum. 5. 6. 7. 8.

PASTOR. PASTORALIS.

1 Paſtoralem uitam ſequuntur homines pigri, quia a manſuetis animalibus ſine labore prouenit uictus ipſis ocioſis. Et cū neceſſe ſit gregibus mutare locū propter paſtū, ipſi coguntur una ſequi, quaſi agriculturam quandam uiuam colentes. 1. Politicorum. cap. 5. C.

2 Paſtoralis uita in multis conuenientiam habet cum uita agricolarum, nā paſtores utiliſſimi ſunt ad bellicas expeditiones, quia corpore ſunt exercitati, & potentes ſub dio conſiſtere. 6. Polit. c. 4. D.

3 Paſtoribus qui conſtat populus, optimus eſt poſt populum, qui conſtat ex agricolis. 6. Politicorum. cap. 4. E.

PATER. PATERNVS. A. VM.

1 Patres portantibus filiis ignis, qui eruperat ex Aethna monte, ceſſit. de Admirand. Audit. 3.

2 Patris ad filium nō eſt iuſtum ciuile, ſed ſecundum quandam ſimilitudinem, nam filius dum paruulus eſt, & non eſt ſeparatus, patris pars eſt. 5. Ethic. cap. 6. B. & . 1. Magnor. Mor. cap. 34. E. F.

3 Patrem quendam filius uerberans, quibus ſe exemplis excuſabat, oſtenditur. Et q trahebatur a filio. Hucuſq; inqt ſiſte in oſtio, nam & ego patrem meum hucuſq; traxi. 7. Ethic. cap. 6. B.

4 Patrē pulſare grauius eſt, q̄ quemuis aliū. 8. Ethic. cap. 6. A.

5 Patris ad filios ſocietas ſimilitudinem gerit regni, q̄ eſt optima ſpecies reipublicæ, quia pater curam filiorum gerit, & regnū ſuapte natura paternū ē. 8. Ethic. c. 10. C.

6 Pater cauſa eſſendi filiis eſt, quod eſt maximum beneficium, eſt etiam cauſa nutritionis & eruditionis. 8. Ethic. c. 11. A.

7 Pater naturaliter obtinet imperiū eorum, quibus præeſt, 8. Ethic. c. 11. A.

8 Paterna amicitia excellit in beneficiorū collatione alias, nam pater eſt cauſa eſſendi filiis & nutritiōis & eruditionis. 8. Ethicorū. c. 11. A. Quære Amicitia. Parens.

9 Patri ſemp debet filius, quantūuis faciat, & obſequatur. 8. Ethic. c. 14. B.

10 Patri licet filium abdicare, nō tamen ecōtrario. 8. Ethic. c. 14. B.

11 Patri an omnia tribuenda ſint, & in omnibus obtemperandum, dubitatur, & ſoluitur. 9. Ethic. c. 2. A. B.

12 Patris ſermones & admonitiones habēt uim legis erga filios. 10. Ethic. c. 9. D.

13 Pater & filius nō ſimul ſuſcipiūtur ad rēpublicam gubernādā in quibuſdā ciuitatibus. 5. Polit. c. 6. A. Quære Aethna. 1. Filius. Maritus. Parens. Puer. Vir. ✳.

PATER FAMILIAS.

1 Pater familias præeſt uxori & liberis, ſed non eodem modo, nam uxori præeſt dominio politico ſeu ciuili, filiis uero domiminio regio. 1. Politic. c. 8. A.

2 Paterfamilias maiorem curam debet habere circa homines, quibus præeſt q̄ circa reliqua, & circa liberos magis q̄ circa ſeruos. 1. Politicorum. c. 8. B.

3 Patriſfamilias præſentia multum confert ad rem familiarē augendā & cōſeruādā. 1. Oecon. c. 6. A. Quære Lybicus. Perſa.

4 Paterfamilias quomō conſeruare debeat rem familiarem, & eam augere, quædam præcepta traduntur. 1. Oeconom. cap. 6. per totum. Quære Domus pro familia. Familia. Res familiaris.

PATI. PATIENS.

1 Pati recipit magis & minus. Prædicamēt. cap. 9. A.

2 Pati recipit contrarietatem, ut calefieri, & frigefieri. Prædicament. c. 9. A.

3 quæ Patiuntur, & agunt mutuo, neceſſe eſt habere unam materiam ſubiectam. 1. de Gener. T. Comment. 43.

4 Pati aut agere proprie non poſſunt eſſe ſine tactu. 1. de Gener. T. Comment. 43.

5 Pati unūquodq; per poros, ingrediēte p illos ultio & pricipali agēti in ipm paſſum dixerunt quidam. 1. de Gener. T. Co. 56.

6 quæ Patiuntur a ſuis agentibus, non partim patiunt̄, partim non, ſed uniuerſaliter patiūtur, magis tamē & minus patiūtur, ſecundum q magis tale eſt in una parte q̄ in alia illud, quod patitur. 1. de Gener. T. Comment. 77.

7 Patiens & agens diuiſa debent eſſe, & nō continua, quia continuum unum impaſſibile eſt, 1. de Gener. T. Co. 78.

8 Patiens & agens debet eſſe in debita diſtātia. 1. de Gener. T. Co. 78.

9 Patitur, omne quod patitur ſecundum ſe totum, q ſi hoc non eſſet, magnitudo nō eſſet diuiſibilis, nec quodcunq; continuū. 1. de Gener. T. Co. 79.

10 Pati quodlibet a quolibet non poteſt, ſed determinatum a determinato, & inter q̄ ſit aliqua cōmunitas. 1. de Aīa. T. Co. 52.

11 Pati a ſimili ſimile, inconueniens eſt dicere. 1. de Anima. T. Co. 79.

12 in Patiente & diſpoſito ſunt actus actiuorū. 2. de Anima. T. Comment. 24.

13 Pati dicunt quidam ſimile a ſimili. 2. de Anima. T. Comment. 51.

14 Pati a ſimili & diſſimili uerum eſt, nā eſt diſſimile in principio, ſimile in fine. 2. de Anima. T. Co. 54.

15 quæ Patiuntur, ab eo quod eſt in actu, patiūtur. 2. de Anima. T. Co. 54.

16 Pati dupliciter dicitur. Vno modo, ut dicit amborum uel unius corruptionē, ut quando patitur frigidum a calido, uel econtrario. Alio modo pati eſt recipere, & eſt potius ſalus quam corruptio, ut doceri. 2. de Anima. T. Co. 57.

17 Patiendi & agendi potentia quodāmodo eſt una, quodāmodo non eſt una. 9. Metaphy. T. Com. 2. Quære Iniuria. 8. 10. 14. 16. 17. 18. 19. ✳.

PATRIA.

1 pro Patria pugnare optima auis eſt, hoc eſt, nil opus eſt augurio ei, qui pro patria pugnā capeſſit. 2. Rhetor. c. 21. E.

2 pro Patria non dubitat uir bonus mortē oppetere. 9. Ethic. c. 8. C. Quære Diues. 15. Miles. 1. Interficere. 2.

PATRIMONIVM. Quære Prodigus.

PAVCI POTENTES. Species ſecūda rerū publicarum lapſarum.

1 Paucorum potentiæ finis eſt diuitiæ. 1. Rhetor. c. 8. C. & . 4. Polit. c. 8. B. & . 5. Politicorum. cap. 10. D.

2 Paucorū potētia eſt reſpublica, ubi pauci cenſu potētes gubernāt. 1. Rhet. c. 8. A. B.

3 Paucorum potentium reſpublica dignitatem ciuilem dicit eſſe diuitias. 5. Ethicorum. cap. 3. A.

4 Paucorū potētia ſpecies eſt reipublicæ lapſæ & corruptæ, in q̄ pauci praui dominātur, & in quā ſolet mutari optimorum poteſtas. 8. Ethic. c. 10. A. B. & . 3. Polit. c. 5. B. & . 4. Polit. c. 2. A.

5 Paucorum potentia eſt reſpublica lapſa & corrupta, cum ad opulentorum cōmodum gubernatur. 3. Polit. c. 5. B.

6 Paucorum potentia ſecunda ſpecies rerū publicarum corruptarū eſt deterior ſtatu populari, non tamen adeo peſſima, ut tyrānis. 4. Polit. c. 2. B.

7 Paucorum potentia gubernabat antiquis temporibus illas ciuitates, q̄ excellebant equeſtri potentia, quia equitem eſſe nemo ſupportare poteſt, niſi diues ſit. 4. Politicorum. c. 3. A.

8 Paucorum potētum ſpecies quot & quales ſint, oſtenditur. 4. Politicorū. c. 5. A. & cap. 6. per totum.

9 Paucorum potentiæ cauſæ redduntur. 4. Politicorum. cap. 6. per totum.

10 de Paucorum potētia & populari habes. 4. Polit. c. 8. 9. per totum.

11 Paucorum potentia minus diuturna eſt q̄ popularis ſtatus. 4. Politicorum. c. 11. E.

12 Paucorum potentiæ leges quædam doloſæ ponuntur. 4. Politicorum. c. 13. A. B.

13 Paucorum potentia magis ſubiacet ſeditionibus, q̄ popularis ſtatus. 5. Polit. c. 1. F.

14 Paucorum potentiæ reſpublica putat ſe habere iuſtum & ſecundum proportionē æquale, ſed nō habet. 5. Polit. c. 1. A.

15 Paucorum potentium gubernatio, ſi concors ſit, non facile interit, quod exemplo Pharſali urbis oſtenditur. 5. Polit. c. 6. D.

16 Paucorum potentia quot modis, & quibus cauſis mutetur in aliam reipublicæ ſpeciem, oſtenditur. 5. Politicorum, cap. 6. per totum.

17 Paucorum potentiæ reſpublica duobus modis, qui ſunt manifeſtiſſimi, mutari in aliam ſpeciem ſolet. Primo, ſi populus iniuria afficitur. Secundo, ſi pauci opulenti honorantur magiſtratibus, & alii ſine honore prætermittuntur. 5. Polit. c. 6. A.

18 Paucorum potentia mutatur aliquando in bello, ut quādo militibus conductis aliquis præficitur, qui ſæpe tyrānidem inuadit. Aliquando uero in pace, ut quando propter diffidentiā, quam inter ſe habēt, militibus conductis tradūt cuſtodiam alicui, qui ſe in neutram partem inclinare uidetur, qui ſæpe fit utriuſq; partis dominus. 5. Politicorum. c. 6. E.

19 Paucorum potentia multa ex malis, quæ continet, ponunt̄. 5. Polit. c. 10. D.

20 Paucorum potentiæ gubernatio breuiſſime durare ſolet inter omnes gubernationes. 5. Polit. c. 12. A.

21 Paucorū potētiæ reſpublica, quomō cōſeruāda ſit, oſtēditur. 6. Polit. c. 6. p totum.

22 Paucorū potentia habet locum, ubi equitatui eſt apta regio. 6. Polit. c. 7. A.

PAVCVM.

1 Paucum ad aliud eſt.Prædicamēt.c.6.E. Quære Multum.

2 ad Pauca reſpicientes facile enunciant.1. de Gener.T.Comment.7.

PAVLATIM.

Paulatim quod repit,maxime cauendum eſt.5.Politicorum.c.8.A.

PAVPERTAS.PAVPER.

1 Pauperes iracundi eſſe ſolent.2.Rhetoricorum.cap.2.D.

2 Pauperis mores conſyderandi ſunt ex oppoſito ad mores diuitum . 2. Rhetoricorum.cap.17.A.

3 Pauper non poteſt eſſe magnificus, cum nō habeat ea,ex quibꝰ multos faciat ſumptus.4.Ethicorum.cap.2.C.

4 in Paupertate & reliquis calamitatibus unicum confugium putātur amici.8.Ethicorum.cap.1.A.

5 Pauperes ſeditiones & diſſidia pariunt in republica.2.Polit.c.4.D.

6 Pauper qui ſit ,nō poſſe magiſtratum recte gerere,dicebant Carthaginēſes.2.Politicorum.cap.9.C.

7 ex Pauperibus omnibus non poteſt conſtare ciuitas.3.Politic.c.8.C.

8 Pauperes nimium qui ſunt,fiunt occulte praui,& in rebus exiguis fraudatores. 4. Politicorum.cap.11.B.

9 Pauperes nimium deiecto animo ſunt & uiles.4.Politicorum.c.11.B.

10 Pauperes nimiū magiſtratum gerere neſciunt,ſed ad parendum ſunt apti.Vnde ex nimium pauperibus,& ex nimiū diuitibus nō fit bona reſpublica,quia ſunt ut domini & ſerui.4.Polit.c.11.C.

11 Pauper muliere utitur & filiis tanꝗ ſeruis,quia ſeruos nō habet.6.Politicorum. cap.8.G.

12 Paupertate utitur uir bonus laudabiliter.7.Politicorum.cap.13.C.Quære Diuitiæ.Diues.✳.

PAVSANIAS.Adoleſcens nobilis inter Macedones,qui Philippum Macedoniæ regē patrem Alexādri Magni interfecit.

Pauſanias Philippum interfecit, quia nō ulciſcebatur ſtupri contumeliam ſibi illatam ab Attalo.5.Polit.cap.10.E.

PASANIAS. Lacedæmoniorum rex.

1 Pauſanias rex tentauit tollere Ephoros.5. Politicorum.cap.1.C. Quære Ephorus.

2 Pauſaniam regem etiam in tantam dignitatem conſtitutum accuſant Lacedæmonii,ꝙ ſuæ ciuitati quæreret dominari. 7. Politicorum,cap.14.E.

PAVSON.Poeta,& alius pictor.

1 Pauſon deteriores ſcriptores imitatus eſt. in Poet.cap.1.D.

2 Pauſonis figuras nō debēt imitari pueri. 8.Politicorum.c.5.E.

PAX.

1 Pacis conditiones ſunt trophæa multo clariora ꝗ illa,quæ in præliis cōſtituūtur. 3.Rhetoricorum.c.16.E.

2 in Pace ut degamus, bellum gerimus.10. Ethicorum . cap. 7. B.&.7.Politicorum. cap.14.D.& cap.15.A.

3 Pax præferenda eſt bello.7.Politicorum. cap.14.D. Quære Augur.2.Bellum.✳. Iuſtus.2.

PAXON.Quære Actus.31.

PECCARE.PECCATVM.

1 Peccantis ætas non eſt conſyderanda.1. Rhetor.cap.10.D.

2 Peccare multis modis cōtingit,quia malum eſt infiniti, ut dicunt Pythagorici.2. Ethico.c.6.D.Quære Errare.

3 Peccatum non eſt in æternis.9.Metaphy. T.Co.19.Quære Error.Monſtrum.

PECTADES.

Pectades inſtrumentum muſicum reprobati ſunt ab antiquis.8.Polit.c.6.D.

PECTEN.Pubis inferioris ſedes.

Pecten oſſeus fortes arguit,pinguis & carnoſus molles.de Phyſiognom.

PECTVS.

1 Pectus eſt pars media inter ſuperiorem & inferiorem partem animalium perfectorum.Quæ pars in aliquibus magis,in aliquibꝰ minus diſtincta eſt. Aliqua tamē animalia ꝑportionale quiddam pectoris habent.de Iuuent.& Senect.c.1.E.

2 Pectus frequēter mouēt ſurſum & deorſum ſpirātia animalia.de Reſpirat.c.6.M

3 Pectus piloſum arguit inſtabiles,ſine pilo autem inuerecundos, pectus amplum & cōpactum fortes. de Phyſiognom.✳.

PECVNIA.

1 Pecuniarum comparandarū conſultatio, quomodo tractanda ſit, oſtenditur. Rhetoricorum.ad Alexand.c.2.M.

2 Pecuniis dandis aut accipiēdis,& dandis præcipue laudaẽ liberalis,qa liberalitas ē eſt mediocritas circa pecunias . 4. Ethicorum cap..1.A.

3 Pecunias illa oīa appellamꝰ,quorū æſtimatio nummo mēſuratur. 4.Ethic.c.1.A.

4 Pecuniarum datio eſt uſus earū. 4.Ethicorum.ca.1.B.

5 Pecunias qui anteponit honeſtis actibus, non eſt liberalis,4.Ethic,cap,1,C,



6 Pecuniæ & honor nulli ſimul tribuuntur in republica.8.Ethic.cap.14.A.

7 Pecunias illi magis diligūt, ꝗ acqſiuerūt, ꝗ qui ab aliis acceperunt.9.Ethic.c.7.C.

8 Pecuniarū acquirēdarū ars an ſit idē cū diſciplina rei familiaris,an ſit pars eiꝰ, an illi ſubminiſtret,dubitatur. Tādē dicitur, ꝙ non eſt idē cū diſciplina rei familiaris, ſed eſt pars eius.1.Polit.c.5.A.B.C.

9 Pecuniarum acquiſitio licet uideatur eſſe eadem cum acquiſitiua naturali, non tamen eſt,quia acquiſitiua naturalis eſt,pecuniarum uero uſus ab arte & experientia eſt introductus.1.Polit.c.6.A.

10 Pecuniarum acquirendarum duplex eſt modus,alter ex rebus naturalibus, qui eſt neceſſariꝰ ad uitam,& hic modus eſt laudabilis,alter ex nummularia,ubi pecuniæ ꝑpter ſeipſas acquiruntur, & hic modus eſt uituperabilis.1.Politic.cap.7.B.

11 Pecuniarum acquirēdarū quattuor ſunt partes, ſcilicet mercatura,fœneratio,mercenaria, & quarta,quæ eſt ex iis,quæ ex terra generantur. Quarum potiſſima eſt mercatura.1.Polit.cap.7.C.

12 Pecuniis magis indigent ciuitates ꝗ domus. Vnde in republica quidam acquirendis publicis pecuniis tantum intendunt.1.Polit.c.7.F.

13 Pecuniarum cupiditas in infinitū tendit. 7.Politicorum.cap.1.A.

14 Pecuniæ neceſſariæ ſunt ciuitati,& ad indigentiam propriam & ad bellum . 7.Politicorum.cap.8.B.

15 Pecunias quibus modis & dolis extorſerint tyranni quidam a ciuibus aut peregrinis,& duces ſuos milites quo aſtu ſtipēdiis priuauerint,& quo pacto præfecti pecunias corraſerint ex ꝓuinciis,habes libro,ꝗ Oeconomicarū publicarū inſcribitur,ꝑ totū.Quære Diuitiæ. Nummꝰ.✳.

PEDASIA.

In Pedaſia Cariæ regione mos fuit, ut capram ad ſacrificandum Ioui mitterent, & cum locus ille ſacrificiorum diſtet ab ea ciuitate ſeptuaginta fere ſtadia,ferunt, capram,quæ ad ſacrificandum mittebatur, a nemine oportere trahi, ſed ipſam ſua ſponte procedere,& toto itinere ſalire,& tripudiare,nec poſſe ab occurrentibus a uia deflecti, & ſi funi alligaretur, præire ductorem.de Admirand. Audit. 108.Quære Coruus.

PEDITATVS.

Peditatus inutilis bello eſt,niſi ordo,& diſciplina adſit.Vnde antiquitꝰ in equitatu belli robur erat, quoſq; ordo & diſciplina pœditatꝰ introductus fuit.4.Politicorum. cap.13.C.

PEIERARE.Quære Periurium.

PEIVS.

Peius & melius ubi ſunt,ſemper peius eſt poſterius natura meliore. 3.Metaphy.T. Co.11.Quære Deterius.Melius.

PECIACI.Quære Athenæ.17.

PELORIS.

Peloris ciuitas eſt Siciliæ, ꝗ alio nomine Adra dicitur.de Admirand.Audit.99.

PELOPONNESVS. Peninſula Europæ notiſſima.

in Peloponneſo flumina plurima abſorbentur a terræ uoraginibꝰ.1.Meteororū. cap.13.L.Quære Arcadia.1.✳.

PENA.Quære Pœna.

PENELOPE.Vlyſſis coniux poetis cantatiſſima.

Penelope mariti ſui Vlyſſis,cui fidem ſeruauit, calamitatibus clarior effecta eſt.2. Oeconom.cap.2.C.Quære Alceſtis.

PENESTIAE.

Peneſtiæ ſerui erant Theſſalorum. 2.Politicorum.cap.3.H.

PENITENTIA.Quære Pœnitentia.

PENSARE.Quære Libra.2.3.4.

PENTATHLIDAE.Quære Megacles

PENTATHLOS . Latine quinquertio dicitur.

Pentathlus eſt, qui omībus gymnicis certaminibus ualet.1 . Rhetor.c.5.H.Quære Quinquertio.✳.

PENTHILVS.Dux Papphiꝰ ſub Xerxe.Quære Smerdes.

PENVS.

Penoris inſtitutio non eſt inter exiliores adminiſtrationes rei familiaris connumeranda.1.Oeconom.cap.6.A.

PEONIA.Quære Pœonia.

PEPANSIS. Maturatio digeſtionis ſpecies.Quære Digeſtio.Maturatio.

PER ACCIDENS.Quære Accidens.

PERCVSSIO.

Percuſſio per delationem fit . 4. Meteor. T.Comment.46.

PERCVSSOR.In ludis gymnicis.

Percuſſor eſt,qui poteſt pulſando pellere.1.Rhetor.cap.5.H.

PEREGRINATIO.

Peregrinationes,quibus multarum gentium leges cognoſcuntur,utiles ſunt ad leges ferendas.1.Rhetor.cap.4.F.

PERFECTVM.

1 Perfectum & totum aut idē penitus ſunt,

aut proxima ſecundum naturam. 3.Phyſicorum.T.Comment.64.

2 Perfectũ nihil eſt, quod non habeat finẽ. 3.Phyſicorum.T.Comment.64.

3 Perfectũ, omne, & totum idem ſunt, differunt tantũ materia.1.de Cæl.T.Co.3.

4 Perfectum eſt, cui nihil deficit. 1.de Cæl. T.Comment.4.

5 Perfectum eſt prius natura imperfecto.1. de Cæl.T.Co.12.&.2.de.Cæl.T.Co.23.

6 Perfectum complementum & finem habet .1.de Cæl.T.Comment.12.

7 Perfectum eſt, cuius nihil eſt extra eorũ, quæ ipſius ſunt.2.de Cæl.T.Cõment.23. &.3.Phyſicorum.T.Comment. 63.&.10. Metaphyſicorum.T.Comment.13.

8 Perfectũ dicimꝰ illud, q̃d poteſt aliũ efficere, q̃le ipſum eſt.4.Meteor.T.Co.19.

9 Perfectũ eſt, cui nec addi quicq̃ nec auferri poteſt.2.Ethic.cap.6.B.

10 Perfectũ dicitur tribꝰ modis. Primo illud dicitur pfectũ, extra quod nõ eſt accipere aliquã eius particulã. Secũdo pfectũ dicitur ſecũdũ uirtutẽ nõ habẽs exceſſum ad genꝰ, ut pfectus medicus, pfectꝰ muſicus, cui in ſpecie ꝓpriæ uirtutis nihil deficit. Vnde & ad mala transfert, ut dicimꝰ calumniatorem & furem perfectũ. Tertio pfectũ dicitur, q̃d cõſecutũ eſt ſuum finẽ, quod etiã de prauis metaphorice dicimꝰ, ut perfecte aliquem periiſſe, cui nihil mali deficit.5.Metaphyſicorum.T.Co.21.

11 Perfectũ aliud dicit̃ ſimplicit̃, aliud dicit̃ pfectũ reſpectu alicuius, aut quia habet aliquid perfectũ.5.Metaphy.T.Co.21.

12 Perfectum prius eſt ſubſtantia q̃ imperfectum, licet generatione ſit poſterius. 13. Metaphyſicorum.cap.2.H.✳.

PERIANDER. Philoſophus unus e ſeptem Greciæ ſapientibus, & tyrannus Corinthiorum. Sunt tamẽ qui diuerſum putẽt philoſophũ a tyrãno. Et Periãder aliꝰ.

1 Periandri Corinthii teſtimonio uſi ſunt Tenedii aduerſus Sigiẽſes.1.Rhet.c.15.C.

2 Periander cum conſuleretur per nunciũ a Thraſibulo, nihil reſpõdit, ſed ſuperemi nentes ſpicas demetens ſegetem adæquauit, cuius cauſam cum nuncius non intelligeret, ac factũ Thraſibulo narraret, intellexit Thraſibulus, Periandrũ conſulere, ut tolleret ſupeminẽtes ciues. 3.Poli.c.9.C.

3 Periander tyrãnus pulſus fuit a populo Ambraciotarum.5.Polit.c.4.D.

4 Periander Corinthius multa conſtituit ad conſeruationem tyrãnidis, quæ ſucceſſione generis fit.5.Polit.c.11.B.

5 Periãder tyrãnus magis tyrãnice ſe geſſit q̃ pr̃ eiꝰ Cypſelus, ſed erat uir bello egregiꝰ.5.Polit.c.12.B. Quære Cypſelus.3.4.

PERICLES. Atheniẽſis uir clariſſimus.

1 Pericles dixit, ciuitatem iuuenibus carentem eſſe ſimilem anno, cui uer ablatũ eſt. 1.Rhetor.c.7.M.

2 Periclis filius ſegnis & ignauꝰ fuit.2.Rhetor.cap.15.A.

3 Pericles dixit. Samios ſimiles eſſe pueris panem accipientibus ſed plorantibus. Idẽ dixit. Bœotios ſimiles eſſe ilicibus, quæ inter ſe franguntur, & Bœotios inter ſe pugnantes dirumpi & frangi.3.Rhetor. cap.4.B. Quære Aegina.1.

4 Pericles prudens fuit & aptus ad rempublicam gubernandam, quia non ſolum bona ſibi ſed etiam toti reipublicæ perſpicere potuit.6.Ethic.cap.5.B.

5 Pericles inhibuit Areopagitarum iudicium, & ſalaria iudicibus indixit. 2. Politicorum.cap.10.B.

PERICVLVM.

1 a Periculis euadere tanto iucundius eſt, quanto propius periculo fuimus. 1.Rhetoricorum.cap.11.D.

2 Periculi meminiſſe, iucundum eſt ſeruato.1.Rhetoricorum.cap.11.D.

3 Periculum eſt appropinquatio rei timendæ. 2.Rhetoricorum.cap.5. A. Quære Expertus. Fortis.

PERIODVS. Interpretatur circuitus.

Periodus eſt cõpoſitio, quæ per ſeipſam principium habet & finem, magnitudinemq; mediocrem, hæc ſuauis ac dilucida eſt compoſitio. 3. Rhetoricorum. cap.9.B.✳.

PERIOECI. Id eſt Accolæ. Serui erãt Cretenſium, qui eorum agrum colebãt, ſicut Ilotæ Lacedæmoniorũ, q alio nomine Duliæ dicuntur. Quære Duliæ.

PERIPHRASIS. Quære Circumlocutio.

PERIPATETICI. Ariſtotelis Sectatores, ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, hoc eſt a deambulãdo dicti, ꝙ Ariſtoteles deambulãs doceret in Lyceo, uel ꝙ peripatũ hoc eſt deãbulatoriũ dicebatur pars illa gymnaſii, in qua Ariſtoteles docebat.

Peripatetici de uniuerſalibus probabilius aut magis logice tractauerunt. q̃ alii. Prædicabil. Præfat.B.

PERIPHLEGETON. Regio iuxta Cumas Italiæ. Quære Aornus.

PERIVRIVM. PEIERARE.

Periurium & ꝑierare quid ſit, habes.1. Rhetor.c.15.G. Quære Aqua.89. Palici.

PERMVTATIO. Quære Cõmutatio.

PERORATIO. Orationis rhetoricæ.

1 Peroratio quattuor cõſtat.3.Rhet.c.19.A.

2 Peroratio quibus conſtet, & quæ cõtinere debeat, oſtenditur.3.Rhet.c.19.ꝑ totũ.

3 Peroronis fini conueniunt uerba ſine cõiũctiõe. Vt dixi, audiſtis, habetis, iudicate. 3.Rhetor.c.19.B.

PERPETVVM.

1 in Perpetuis non differunt poſſe & eſſe. 3.Phyſic.T.Co.32.

2 Perpetuum nullum poteſt eſſe contra naturam.1.de Cæl.T.Co.15.

3 Perpetuũ eſſe, quod incœpit, impoſſibile eſt.1.de Cæl.T.Co.102.& ultra.

4 Perpetuorũ principia perpetua eſſe debẽt. 3.de Cæl.T.Co.61.

5 in Perpetuis & primis tot numero & eadẽ genere ſunt principia ſicut in corruptibilibus & generabilibus.2.de Gener.T.Cõment.51.

6 Perpetua non contingit aliter ſe habere. 2.de Gener.T.Co.51.

7 Perpetua & quæ ſemp ſunt, rationi conſonum eſt dicere, cauſam eſſe eorum, quæ generantur, quam id, quod non eſt, eſſe cauſam perpetuorũ.2.de Gener.T.Co.55.

8 Perpetua & immobilia ſi aliqua ſunt, nihil eſt in eis uiolentum aut præter naturam. 5.Metaphy.T.Cõ.6.

9 Perpetua aut nõ habẽt materiã, aut ſi habent, nõ eſt talis, qualis eſt materia corruptibiliũ, ſed ſolũ ſecũdũ potẽtiã ad motũ localem. 8.Metaphyſic.T.Co.12. Quære Aeternum. Neceſſariũ.✳

PERRHEBI. Populi in Epiro.

Perrhebi finitimi ſunt Theſſalis.2.Politicorum.cap.7.A.

PERSIS. Aſiæ maioris regio. PERSAE Perſidis populi. PERSICVS.A.VM.

1 in Perſide ignes erumpunt e terra cõtinui licet exigui. de Admirand. Audit.34.

2 apud Perſas patris imperium in filios tyrannicum eſt, quia utuntur filiis ſicut ſeruis.8.Ethicorum.cap.10.C.

3 Perſarum rex ſæpe contriuit Medos & Aſſyrios propter imperium priꝰ habitũ.3. Polit.cap.9.C.

4 Perſarum reges generis ſucceſſione conſtituebantur.5.Polit.c.11.B.

5 Perſarum reges ꝑ alios obeunt munia regalia.8.Polit.c.5.B.

6 Perſa rogatus quid equum maxime pinguefaceret, oculus, inquit, domini.1.Oeconomic.c.6.A. Quære Areopagitæ.6.✳.



7 Perſica diſpenſatio utilis eſt ad tuendam rem familiarem.1.Oeconom.c.6.A.

8 Perſica diſpenſatio eſt, ut paterfamilias omnia iubeat, & omnia ii ſpiciat.1.Oeconom.cap.6.A. Quære Perſicus ſinus.

PER SE. Vt diſtinguit̃ cõtra ꝑ accidẽs.

1 Per ſe quot modis dicitur, habes.1.Poſter. T.Comment.9.

2 Per ſe quod eſt, eligibilius eſt q̃ id, quod eſt per accidens.3.Topic.cap.1.C.

3 Per ſe quod eſt, prius eſt eo, quod eſt per accidens.11.Metaphy.c.7.F. Quære Locꝰ dialecticus.

PER SE NOTVM.

1 Per ſe notum uelle oſtẽdere, hominis eſt non potentis diſcernere per ſe nota a nõ per ſe notis.2.Phyſic.T.Co.6.

2 Per ſe nota uolens oſtendere, utitur ꝑ ſe notis ut non notis, ſicut ediuerſo cæcus utitur non ꝑ ſe notis ſibi quaſi notis.2. Phyſic.T.Co.6.

PERSICVS SINVS. Mare in Aſia maiori ab oceano meridionali influens.

Perſicus ſinus ex oceano influit terrã. de Mundo ad Alexandr.c.1.F.

PERSPECTIVA.

1 Perſpectiua ſubalternatur geometriæ.1. Poſter.T.Co.30.

2 Perſpectiua contrario ordine ſe habet q̃ geometria in ſua conſyderatione. 2. Phyſic.T.Co.20.

3 Perſpectiua magis accedit ad naturalem ſcientiam, quã mathematicæ.2.Phyſic.T. Comment.20.

4 Perſpectiua lineam conſyderat mathematicam, ſed non ut mathematicam, ſed ut phyſicam.2.Phyſi.T.Co.20.

PERSPICVVM. Quære Diaphanum.

PERSVASIO.

1 Perſuaſionis nerui & robur ſunt enthymemata.1.Rhetor.c.1.B.

2 Perſuaſionum aliæ ſunt ſine arte, aliæ artificioſæ.1.Rhetor.c.2.B.

3 Perſuaſionum, quæ oratione parãtur, tria ſunt genera, aut enim a moribus eius, qui dicit, aut a iudice, & auditore, aut a rebus ipſis, quæ demonſtrantur.1.Rhetor.cap. 2.B.C.D.

4 Perſuaſionem qui quærit a mathematico, ineptus eſt, ſicut qui demonſtrationem ab oratore.1.Ethic.c.3.B.

PERTICA.

Perticæ cur quanto ſunt longiores, tanto minus roboris habent, magiſq; flectuntur tollẽdo, hẽs. Mechanic.c.15.ꝑ totum.

PERTINAX. Vt dicit uitium

Pertinax non eſt continens,ſed habet aliquid ſimile continẽti, potius tamen eſt incontinens,nam pertinaces licet non facile dimoueantur a ſua ſententia,ſunt tamen indocti & ruſtici.7.Ethic.c.9.A.B.

PESSIMVM.PESSIMVS.

1 Peſſimus eſt,qui ad ſe uel ad amicos utit̃ prauitate.5.Ethicorum.cap.1.D.

2 Peſſimum eſt,quod eſt optimo contrariũ. 8.Ethicap.c.10.A. Quære Malus. Optimum.

PES.

Pedes neruoſi arguunt fortes, parui molles, unguicurui inuerecundos, recti laudabiles.de Phyſiognom.✳.

PES.Vt menſurat carmen.

Pedes qui ſint apti orationibus oratorum,& qui pedes aptiores aliis orationibꝰ & aliis,habes.3.Rhetor.c.8.B.

PETEREPRINCIPIVM.PETITIO PRINCIPII FALLACIA. PETERE CONTRARIVM.

1 Petere principium contingit quinq; modis. Aut re,aut uoce & re ſimul,aut q̃ndo aliquid debet probari particulariter,& petitur uniuerſaliter concedi, aut quando debet probari uniuerſale,& petitur particulare concedi,aut ſi quærat̃ diuiſio extra diuidentia & diuiſum,aut quando aliquid probari debeat,& petitur in ſuo conuertibili.8.Topic.cap.5.C.D.

2 Petere contrarium fit quinq; modis.Primo,quãdo oppoſita ſecundum affirmationem & negationem quæruntur.Secundo quando quæruntur contraria. Tertio, quando ſumitur uniuerſale, & petitur oppoſitum in particulari.Quarto,quãdo petitur contrarium concluſioni. Quinto, quando petũtur aliqua ſicut diſparata,ad quæ neceſſario ſequũtur contradictoria. 8.Topic.cap.5.E.

3 Petere principium in hoc differt ab eo, quod eſt petere contrarium,quia petere principium eſt reſpectu concluſionis,petere cõtrarium eſt reſpectu præmiſſarum. 8.Polit.c.5.F.

4 Petitio principii fallacia extra dictionem quomodo committatur,habes.1.Elench. cap.4.E.

5 Petitionis principii fallacia quomodo ſoluatur,habes.2.Elench.cap.5.E.

PHAENOMENA. Ideſt apparẽtia ea ſcilicet quæ in cælo uidentur aſtra,& cõſtellationes.Quære Aſtrologus.2.

PHAETON.Quære Eridanus.

PHALANGES. Inſtrumentum penſandi.



Phalanges,quibus carnes penſant̃,in quibus lanx tantum una dependet altrinſecus,nudus tantum ſcapus prominet,cur ingentia pondera librẽt,habes.Mechanic. cap.20.per totum.

PHALARIS. Tyrannus Agrigentinus crudelitate nobilis.

1 In Phalarim Steſichori apologus de equo & homine ponitur.2.Rhetor.c.20.B.

2 Phalaris crudeliſſimus tyrannus. 7.Ethicorum. cap. 5.A.C. &. 5. Politicorum. cap.10.B.

3 Phalaris ſua crudelitate feris cõparatur. 2.Magnor.Mor.cap.6.M.

PHALEAS.

1 Phaleas Carthaginenſium legiſlator primus ſtatuit, ut ciuium facultates eſſent æquales, quia ex inæqualitate facultatum ſeditiones oriuntur.2.Polit.c.5.A.

2 Phaleæ Carthaginenſis reſpublica quibus legibus conſtaret,& quid bene, quid non bene contineret,oſtenditur.2.Politi. cap.5.per totum.

PHANTASIA. PHANTASMA. PHANTASTICA POTENTIA.

1 Phantaſia motus quidam eſt. 8.Phyſicorum.T.Comment.26.

2 Phantaſia diuerſa eſt a ſenſu & ab intellectu.2.de Anima.T.Co.153.

3 Phantaſia nõ fit ſine ſenſu.2. de Anima. T.Comment.153.

4 Phantaſia non eſt eadem cum opinione, quia cum opinamur aliquid mali,perturbamur,aut ſi ſit aliud,quod lætum ſit,cõfidimus,& gaudemus.Phãtaſia uero quãdo utimur, ſimiliter nos habemus, ac ſi ſpectaremus illa in ſpeculo ſine perturbatione aut gaudio. 2. de Anima. T. Comment.154.

5 Phantaſia ſi eſt, in qua phantaſma aliquod in nobis fieri dicimus, una eſt illarum potentiarum,ſecũdum quam diſcernimus, aut uerum aut falſum dicimus.2. de Anima.T.Co.155.

6 Phantaſia ad ſenſum pertinet. 2.de Anima.T.Comment.155.

7 Phantaſia nõ eſt ſcientia,nec intellectus, quia ſcientia & intellectus ſemper ſunt uerorum, phantaſia quandoq; eſt uera, quandoq; falſa.2.de Anima. T. Comment.157.

8 Phantaſia non eſt ſenſus,nec ut ſenſus in potentia, nec ut in actu,quia dormiens phantaſiatur,non tamen ſentit ſenſu. 2. de Anima.T.Comment.156.



9 Phantaſia non eſt ſenſus,quia multis inſunt ſenſus,quibus phantaſia non ineſt, ut formicis apibus uermibus.2. de Anima.T.Cõment.156.

10 Phantaſia non eſt ſenſus,quia ſenſus ſemper ſunt ueri,phãtaſiæ autem plures ſunt falſæ.2.de Anima.T.Comment.156.

11 Phantaſia quando manifeſte operamur, non affirmamus,aliquid ſic eſſe, ſed dicimus,apparere nobis tale. Et ex hoc probatur,ꝙ non ſit ſenſus,quia ſenſus quando clare operatur circa ſua ſenſibilia non dicit,ꝙ apparet,ſed dicit aliquid eſſe tale. 2.de Anima.T.Comment.156.

12 Phãtaſia non eſt opinio,quia opinionem ſequitur aſſenſus,uel fides.Et cum nulla beſtia fidem aut aſſenſum habeat,& phãtaſiam multæ beſtiæ habeant, phantaſia non erit opinio.2.de Anima.T.Cõment.157.

13 Phantaſia nec eſt opinio cum ſenſu, nec opinio per ſenſum, nec cõpoſitio opinionis & ſenſus. 2.de Anima.T.Comment.158.

14 Phantaſia eſt eorum,quæ habẽt ſenſum. 2.de Anima.T.Co.160.

15 Phantaſia motus eſt a ſenſu in actu exiſtẽte.2.de Anima.T.Co.160.

16 ſecũdũ Phantaſiam multa agere aut pati poteſt ipſam habens. 2.de Anima.T. Comment.161.

17 Phantaſia quãdoq; uera,quãdoq; falſa eſt. Nã accidit falſam eſſe triplicit̃. Aut quia ſenſus decipitur circa proprium ſenſibile propter aliquam indiſpoſitionẽ, quod tamen rariſſime fit,aut quia ſenſus decipitur circa ſenſibilia per accidens,aut quia ſenſus decipit̃ circa ſenſibilia cõmunia, nam phantaſia errorem ſequitur ſenſus, quia ab eo exiſtente in actu mouetur. 2. de Anima.T.Comment.161.

18 Phantaſia a lumine nomen habet græce. 2.de Anima.T.Co.162.

19 Phantaſia quia cõſeruat diu ſpecies a ſenſibilibus acceptas,animalia multa per illas operantur, nam bruta quia intellectum non habent,phantaſiis reguntur. Homines etiam perturbatione mentis uel morbo uel ſomno phantaſiis aguntur. 2.de Anima.T.Comment.162.

20 Phantaſmata habent ſe ad intellectum,ut ſenſibilia ad ſenſum.3.de Anima.T. Cõment.30.

21 in Phantaſmatibꝰ ſpecies intelligit intellectiuum.3.de Anima.T.Co.32.

22 in Phantaſmatis ipſis inuenit intellectus practicus,quid fugiat,aut proſequatur,& ex illis & intellectibus ratiocinatur,& deliberat præſentia aut futura. 3.de Anima. T.Comment.33.34.



23 Phantaſma aliquod neceſſe eſt ſpeculari intelligentem. 3. de Anima. T.Comment.39.

24 Phantaſia alterum eſt ab affirmatione intellectus, quia in complexione intelligibilium eſt uerum uel falſum, quod non eſt in phantaſia. 3. de Anima. T.Comment.39.

25 Phantaſia aliquando recta eſt,aliquando non recta.3.de Anima.T.Co.51.

26 Phantaſtica,quæ p ſe quidẽ ab omnibus aliis differt,magnam dubitationẽ habet, cui iungenda ſit,an iraſcibili,an cõcupiſcibili,aut a qua ſeparanda,præſertim ſi aliquis ponat animæ partes ſeparatas. 3.de Anima.T.Comment.41.

27 Phantaſia ut intellectus quidam eſt principium cum appetitu motꝰ localis in animalibus. 3.de Anima.T.Co.48.& ultra.

28 Phãtaſias multa animalia ſequunt̃ in ſuis motibus, prætermiſſa ſcientia.3.de Anima.T.Comment.48.

29 Phantaſia tantum,& non intellectiuũ, aut ratio eſt in brutis. 3.de Anima.T.Comment.48.

30 Phantaſia non mouet ſine appetitu,quando mouet animalia motu locali ad proſequendum aut fugiendum aliquid.3. de Anima.T.Commẽt.49.50.& ultra.

31 ſine Phãtaſia non eſt appetitus.3. de Anima.T.Comment.56.

32 Phãtaſia omnis aut rationalis eſt, aut ſenſitiua.3.de Anima.T.Co.56.

33 Phantaſiam ſenſitiuam habent etiam irrationalia.3.de Anima.T.Co.57.

34 Phantaſiam deliberatiuam non habent niſi animalia rationalia. 3.de Anima. T. Comment.57.

35 ſine Phantaſmate non eſt intelligere.Nã ſicut in deſcribendis figuris gæometricis neceſſario deſcribimus alicuius quantitatis figuras,q̃uis gæometra non utatur determinata quantitate, ſic intelligens & ſi non intelligat quantitatem, proponit tamen ſibi quantum, licet non intelligat ut quantum.de Memo.&. Remi.cap.1.D.E

36 Phantaſma ſi conſyderetur ut res in ſe, phantaſma eſt, ſi uero ut ſignum, imago eſt,& tunc meminimus. Nam phantaſma eſt ipſius hic & nunc,quia eſt ſimilitudo ſingularis ſenſibilis. de Memo. & Remi.cap.1.M.

37 Phantaſma quando occurrit ut imaginabile, dubitamus, an ſit memoratio rei præteritæ, an alio modo ſecundum ſenſationem proueniat. de Memo. & Remi.cap.1.N.

38 Phantaſma aliquando occurrit ut imago & ſignum rei geſtæ, quæ tamen geſta non eſt, & tunc phantaſma accipitur ut factum, ſicut accidit iis, qui exceſſum mentis patiuntur. de Memor. & Remi.cap.1.N.

39 Phantaſiam ſingularium tantum habent bruta.7. Ethic.cap.3.E.

40 Phantaſiam maxime ſequuntur melãcholici.7.Ethic.cap.7.C.

41 Phantaſiis & memoriis uiuunt bruta.1. Metaphyſicorum.cap.1.B.

42 Phãtaſia nõ eſt ſenſus.4.Metaphyſicorũ. T.Comment.24.

PHARMACA. Id eſt uenena bona aut mala.

Pharmaca elixari dicuntur metaphorice. 4.Meteor.T.Comment.28.

PHARSALICA.Quære Equa.2.

PHARSALVS.Ciuitas Theſſaliæ

apud Pharſalum urbem paucorum potẽtia diu durauit, quia pauci debito modo & recte inter ſe agunt.5. Politicorum. cap.6.D.

PHASMA.Quære Impreſſio.1.

PHASIS. Fluuius in Colchide regione minoris Aſiæ.

Phaſis fluuius ex Caucaſo monte oritur. 1.Meteororum. cap.13. F. Quære Leucophillus.

PHEBOL.

Phebol inſula in Arabico ſinu eſt.de Mũdo.ad Alexandr.cap.1.F.

PHENA.Oſſifragia auis de genere aquilarum.

Phena generatur ex aliaetis, & generat miluos, qui potiſſimum nigris intincti ſunt maculis.de Admirand.Audit.55.

PHENEVS.Quære Orichalcum.

PHENICES.Quære Phœnices.

PHENICODA.Quære Phœnicoda.

PHENISSAE.Quære Phœniſſæ.

PHENOMENA.Quære Phœnomena.

PHERECYDES.Syrus tragicus poeta.

Pherecydes nõ omnia fabuloſe dixit.14. Metaphy.c.4.C.✳.

PHIDIAS. Statuarius celebratiſſimus.

1 Phidias ſtatuarius Palladis ſtatuam ſculpſit, & tanta tamq; admirabili arte ſuam ipſius effigiẽ clypeo illius impreſſit, ut nemo illã conuellere poſſet, niſi prius totũ ſimulachrũ ſolueret. de Admirã. Audit.4

2 Phidias lapidum ſculptor ſapiens.6.Ethicorum.cap.7.A.

PHIDITIA.

1 Phiditia, ideſt Lacedæmoniorum comeſſationes non recte conſtitutæ erant.2.Poli. cap.7.L.Quære Creta.9.11.

2 Phiditia Lacedæmoniorum prius appellabantur andria more Cretenſium. 2.Politicorum.cap.8.B. Quære Lacedæmonii.19.24.

PHIDON.

1 Phidon Corinthius antiquiſſimus inter legiſlatores fuit.2.Polit.c.4.G.

2 Phidon apud Argos factus eſt tyrannus. 5.Politicorum.cap.11.B.

PHILEGIDES. Poeta quidam.

Philegidis poemata ſine interpoſitiõe diuerſarum perſonarum & continua ſerie erant, & quod ſemel incipiebant, non interpollabant, donec abſoluerent. de Diuinati.per Somn.cap.1.O.Quære Melãcholicus.6.

PHILLIPPICI CAMPI.

Philippici campi in Macedonia ſunt. de Admirand.Audit.39.

PHILIPPVS.Comicus Poeta.

Philippus comicus ſtatuam Mineruæ a Dedalo factam mobilem dixit, quia argẽtum uiuum erat incluſum in ea.1.de Anima.T.Comment.44.

PHILIPPVS.Macedonum rex Magni Alexandri pater.

Philippus a Pauſania occiſus eſt, quia non ulſciſcebatur cõtumeliam ſibi factam ab Attalo.5.Politicorum.cap.10.E. Quære Pauſanias.

PHILOCRATES.

Philocrates cum interrogaretur, cur non ſe purgaret apud populum, reſpondit. Nondum eſt tempus, oſtendens tempore iram ſedari.2.Rhetor.c.3.D.

PHILOLAVS.Thebanus legiſlator.

1 Philolaus, qui fuit ex familia Bacchiadũ, leges dedit Thebanis, fuitq; Dioclis amicus, cum quo Thebas ſe cõtulit, atq; ibi ambo defuncti ſunt. Eorumq; ſepulchra etiam nunc ibi monſtantur, & ex ſepulchro etiam Philolai proſpectum eſſe in Corinthum, ex ſepulchro uero Dioclis non eſſe propter animum illius in Corinthum infenſum, ut fabulantur.2.Politicorum.cap.10.D.E.

2 Philolaus leges proletarias de prole ſcilicet procreanda tulit. 2. Politicorum. cap.10.D.



PHILOMYTHES.Id eſt amator fabularum.Quære Philoſophus.35.

PHILOSOPHI INNOMINATI. Id eſt quorũ nomina Ariſtoteles nõ recenſet in illis locis, quibus eorum opiniones recitat. Quorum cum multæ uariæq; ſint opiniones, quas paſſim citat Ariſtoteles, ut de uacuo, de infinito, de anima, in ſuis quæq; dictionibus etiam quærẽdæ ſunt.

1 Philoſophi quidam nomina mutabant in uerba.1.Phyſicorum. T. Co.20. Quære Lycophron.

2 Philoſophi quidam magnitudines indiuiſibiles poſuerunt.1.Phyſicor.T. Co.30.

3 Philoſophi naturaliter loquentes bipartiti ſunt.1.Phyſic.T.Co.32.

4 Philoſophi quidam unum ex quattuor elementis poſuerunt, ex quo omnia ſunt.1 Phyſic.T.Co.32.

5 Philoſophorum omnium ſententia cõmunis eſt.Ex nihilo nihil fit.1. Phyſic.T.Cõment.33. 34.

6 Philoſophi antiqui cur errauerunt circa principia rerum naturalium, oſtenditur.1 Phyſic.T.Co. 71.

7 Philoſophi antiqui generationẽ negabãt & corruptionẽ.1.Phyſic.T.Co.71.

8 Philoſophi de natura loquentes uidẽtur diſputaſſe & de figura ſolis & lunæ, & utrum terra ſit ſphærica, & mũdus, an nõ. 2.Phyſic.T. Co.17.

9 Philoſophi antiqui parũ tetigere de forma, ſed ſolum de materia tractarunt.2. Phyſic.T.Co.22.

10 Philoſophi antiqui fortunã & caſum non poſuere inter cauſas.2.Phyſicor.T.Comment.40.& deinceps.

11 Philoſophi quidam caſum, dixerunt, eſſe cauſam cæli & partium mundi, & reuolutionis mundi, & motus & ordinis uniuerſi.2.Phyſic.T. Co.44.

12 Philoſophi quidam plantas & animalia a natura eſſe dicunt, aut fieri a mente, cũ dicant cælum & diuiniora a caſu eſſe, qđ admiratione dignum eſt.2. Phyſicor.T. Comment.45.

13 Philoſophi ponentes aliam cauſam q̃ materiam, ut mentem aut litem & amicitiã, propter quas neceſſarium eſt in rebus, tãgunt tantum, & deinde ualere ſinunt.2. Phyſicorum.T.Co.75.

14 Philoſophi quidam motum diffinierunt, eſſe alteritatem, alii inæqualitatem, alii nõ ens.3.Phyſic.T.Co.12.

15 Philoſophi plurimi poſuerunt, infinitum eſſe immortale ingenitũ incorruptum & diuinũ.3.Phyſic.T.Co.30.

16 Philoſophi antiqui infinitum corpus poſuerunt.1.de Cæl.T.Comment.33.

17 Philoſophi omnes ante Ariſtotelem mũdum genitum eſſe dixerunt.1.de Cæl.T. Comment. 102.

18 Philoſophi quidã plures terras poſuerũt, & ideo pluries eclipſim pati lunam q̃ ſolem, quia uni lunæ plures terræ opponerentur, ſoli uero unica luna.2. de Cælo. T.Co.75.

19 Philoſophi quidam, terram tympanilis figuræ eſſe, dixerunt.2. de Cæl. T.Comment.76.

20 Philoſophi, qui ante Ariſtotelem de generatione tractarunt, & inter ſe diſcordes ſunt, & rationibus Ariſtotelis aduerſi.3. de Cæl.T.Co.2.

21 Philoſophi quidam omnino auferebant generationem & corruptionem, & generari & corrumpi erat illis ſecũdum apparentiam.3.de Cæl.T.Co.2.

22 Philoſophi quidam ingenerabilia ponentes quædam, recte dixerunt, ſed in eo ꝙ ponebant, omnia eſſe ſenſibilia tm̃, nõ recte dixerunt.3.de Cæl.T.Co.2.

23 Philoſophi quidã cũ tm̃ ſenſibilia cognouiſſent, inſenſibiliũ proprietates ad ſenſibilia accõmodabant.3.de Cæl.T. Co.2.

24 Philoſophi quidam generari omnia dicebant, & tamen aliqua, poſtq̃ generata fuerint, non corrumpi, aliqua uero corrumpi.3.de Cæl.T.Co.3.

25 Philoſophi, qui primo cœperunt philoſophari, omnia generari dicebant, eſſe tamẽ in continuo fluxu, & unum quiddam permanere.3.de Cæl.T. Co.3.

26 Philoſophi antiqui nihil dixerunt de graui & leui ſimpliciter, ſed de graui & leui in comparatione ad aliud.4.de Cæl.T. Comment.3.

27 Philoſophi quidam, unum tantum hemiſphærium, quod eſt ſupra nos, eſſe, dixerunt.4.de Cæl.T.Co.5.

28 Philoſophi quidam augmentationem dicebant fieri, adueniente ſimili.1.de Generat.T.Co.5.

29 Philoſophis fere omnibus generatio diuerſa uidetur ab alteratione.1.de Gene. T.Comment.5.

30 Philoſophi quidã generationẽ ſecũdum quid & ſimpliciter differre putabant ſecundum perfectionem & imperfectionẽ ſuarũ differentiarũ.1.de Gene.T.Co.18.

31 Philoſophi quidã generationẽ differre dicebãt ſecundũ magis ſenſibile aut min⁹,

quia magis ſenſibile magis ens dicebāt. 1.de Gener.T.Co.19.

32 Philoſophi quidam dicebāt,actiua & paſſiua debere eſſe omnino ſimilia,alias actionem non poſſe fieri.1.de Generat.T.Comment.46.& deinceps.

33 Philoſophi quidam ,mixtionem impoſſibilem eſſe,crediderunt.1.de Generatione T.Co.47.

34 Philoſophis facile eſt ditari ,ſi uelint, ſed non hoc eſſe illis curæ,dixit Thales,& re ipſa oſtendit.1.Polit.c.7.E.

35 Philoſophus Philomythes,id eſt amator fabularū,eſt,quia fabula ex admirādis cōſtat,& philoſophus circa admiranda uerſatur.1.Metaph.c.2.E.

36 Philoſophorum antiquorū opiniones adducit Ariſtoteles,quia aliqua principia & cauſas dicunt.1.Metaph.c.3.B.

37 Philoſophi antiqui generationem negabant,quia ſolam cauſam materialem cognoſcebant.1.Metaph.c.3.C.

38 Philoſophi antiqui dialecticam ignorauerunt.1.Metaph.T.Co.8.

39 Philoſophus perinde ſe habet,ut mathematicus,nam diuerſæ partes philoſophiæ uniuntur inter ſe ad unum,ſicut res,de quibus eſt philoſophia habent pro genere ens & unum.4.Metaph.T.Co.4.

40 Philoſophus differt a ſophiſta uitæ electione.4.Metaph.T.Co.5.✳.

PHILOSOPHIA.PHILOSOPHARI

1 Philoſophari licet melius ſit q̄ ditari,indigenti tamen melius eſt ditari q̄ philoſophari.3.Topic.c.2.F.

2 ad Philoſophiam utile eſt ſcire ſoluere & cognoſcere ſophiſticas orationes, quia p̱ hoc ſcimus diſtinguere dictionem uel orationem multiplicem, & identitatem & diuerſitatem rerum & nominum. Secundo utilis eſt,ut non fallatur aliquis apud ſe.Nam qui ab alio facile fallitur,apud ſe quoq; falletur ſæpe.1.Elench.c.2.A.

3 Philoſophia circa tria negotia uerſatur,ſcilicet circa immobile,circa mobile,ſed incorruptibile,& circa mobile & corruptibile.2.Phyſi.T.Co.71.

4 Philoſophiæ naturalis quo ordine inter ſe ſequantur,& præcedant libri, & quid cōplectatᷓ tota philoſophiæ naturalis traditio,oſtenditur.1.Meteor.c.1.per totum.

5 Philoſophia ſacra quædam res eſt,& plane diuina , præſertim contemplatiua. in Præfat.de Mundo. ad Alexand.A.

6 Philoſophia duce,animus per omnia fertur,& omnia nouit.in Præfat.de Mundo, ad Alexandr.A.

7 Philoſophiam uallū & foſſam legū appellauit Alcidamas.3.Rhetor.c.3.D.

8 Philoſophiæ ſtudium commendatur. in Præfat.Rhet.ad Alexand.E.

9 Philoſophiæ doctrina nullis pecuniis poteſt penſari præceptoribus a diſcipulis.9 Ethic. c.1.C.

10 Philoſophia habet in ſapientiæ contemplatione admirabiles tum puritate tū ſtabilitate uoluptates.10.Ethic.c.7.B.

11 Philoſophia opus eſt in ocio.7. Politico. cap.15.A.

12 Philoſophantes a principio facilia primo dubitauerunt,deinde maiora.1. Metaph. cap.2. D.

13 Philoſophari cœperunt philoſophi propter admirationem.1.Metaph.c.2.D.

14 Philoſophia in principio balbutiens fuit, & de principiis naturalibus inſufficiēter & obſcure tradidit.1.Metaph.T. Co.51.

15 Philoſophiam uocari ſcientiā ueritatis,recte ſe habet.2.Metaph.T.Co.3.

16 Philoſophiæ partes diſtinguuntur ſecundum diſtinctionem partium ſubſtantiæ. 4.Metaph.T.Co.4.

17 Philoſophiam primam neceſſe eſt eſſe,& aliam ſequentem,& ſic deinceps.4.Metaphyſic.T.Co.4.✳.

PHILOSOPHEMA.

Philoſophema eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus.8.Topic.c.4.H.

PHILOTECTES. Herculis ſocius.

1 Philotectes a Sybaritis colitᷓ, & apud eos Herculis ſagittas & arcum reliquit,& illic ſepultus eſt , cum Rhodiis auxilium ferret aduerſus Sybaritas eius loci incolas. de Admirand.Audit. 95.

2 Philotectes apud Theodecten poetam morſu ſerpentis a dolore uehementi uictus eſt.Quod non eſt mirum, ſed ignoſcendum potius.7.Ethic.c.7.C.

PHILOTIMVS. Ambitioſus. Quære Ambitioſus.

PHILOXENVS.

Philoxenus quomodo ſacrorum prætextu p̃cunias corraſerit,hēs.Oeco.Pub.M.

PHILOXENVS.Siculus quidam uoracite infamis:Et muſicus Philoxenus.

1 Philoxenus Erixius uoluptatibus deditus precatus eſt, ut longius ſibi collū q̄ gruis fieret.3.Ethic.c.10.D.

2 Philoxen9 aggreſſus facere dithyrambos in fabulis dorice non potuit, ſed a Dorica melodia in phrygiā tractus fuit,qđ oſtēdit , phrygiā melodiā dithyrābis cōuenire.8.Polit.cap.7.D.

PHYSICVS.PHYSICA.

1 Phyſici eſt ſcire qa eſt.1.Poſter.T.Co.30.

2 Phyſicus differt a mathematico.2.Phyſic. T.Co.16.& deinceps.

43 Pueri neſciunt quieſcere, ideo illis datur Archytæ organũ, ut occupati eo, ea, quæ domi ſunt, non frangant. 8. Politicorum. cop.6.A.
44 Pueri exercendi ſunt in Lydia harmonia, quia confert ad ornamentum & diſciplinam.8.Polit c.7.D.
45 Pueri quomodo exercendi ſunt in gymnaſtica, habes.8.Politicorum. capit.8. per totum.
46 Puero prior eſt uir ſpecie & ſubſtantia.9. Metaph.T.Co.15.✳.

PVGNA. PVGNARE.
In Pugna honeſtas & non feritas præferenda eſt.8.Politicorum.ca.4.B. Quære Bellum. Miles.✳.

PVGNATOR.
Pugnatorum genus aliud eſſe ab agricolis non modo in optima republica, quã inſtituit Ariſtoteles, ſed etiam apud Aegyptios & Cretenſes ex legibus Minois & Seſoſtris diſtinguebantur.7. Politicorum c.10.A. Quære Miles. Patria.1.

PVLCHRITVDO. PVLCHRVM.
1 Pulchrum non poteſt eſſe animal exiguum. in Poet.c.6.D.
2 Pulchrum multipliciter dicitur.1.Topic. cap.13. B.
3 Pulchritudo minꝰ eligibilis eſt ꝗ robur, quia robur eſt in ſiccis & humidis, ex quibus animal conſtitutum eſt, pulchritudo uero uidetur eſſe quædam membrorum cõmenſuratio ſeu proportio.3.Topic.c.1.E.
4 Pulchri ſunt aliqui natura, alii fucis & arte.1.Elencho.c.1.A.

5 Pulchritudo pars felicitatis eſt.1. Rheto. cap.5.B.

6 Pulchritudo in magno corpore conſiſtit. 4.Ethic.c.3.A.

7 Pulchrum & bonum differunt, quia bonum eſt in operatione,pulchrum uero etiam in immobilibus.13.Metaphyſicorũ. cap.3.D.

8 Pulchri ſpecies ſunt ordo, commenſuratio, & diffinitum.13. Metaphyſicorum.capit.3.D.✳.

PVLMO.

1 Pulmonis gratia uocalis arteria eſt.2. de Aia.T.Commen.89.

2 Pulmo animalium greſſibilium plus caloris habet q̃ cæterorum animalium .2. de Aia.T.Co. 89.

3. Pulmonem habẽtia omnia reſpirare manifeſtum eſt.de Reſpirat.c.1.B.& cap. 4. H.I.&.c.6.A.

4 Pulmonem fungoſum & exanguem habẽtia animalia minus indigent reſpiratione,& propterea longo temporis ſpatio ſine reſpiratione perſtant incolumia. de Reſpirat.c.1.B.

5 Pulmo fungoſus ſemel inflatus diutius durat,& lõgo tempore refrigerat.de Reſpiratione.c.1.C.

6 Pulmone carent piſces. de Reſpiratione. cap.1.F.

7 Pulmonem fungoſum habentia diu eſſe poſſunt ſine reſpiratione,quia parum caloris habent.de Reſp.c.4.F.G.

8 Pulmonem habent omnia, quæ animal pariunt.de Reſp.c.4 .L.

9 Pulmonem habent ouipara, lacerti,aues, corticata,teſtudines,ſerpentes. de Reſpirat.cap.4.L.

10 Pulmonem & branchias habere nullum animal uiſum eſt, quia pulmo ad refrigerationem,quæ ſpiritu fit,datus eſt animalibus,& brãchiæ ad refrigerationem,quæ ab aqua fit.de Reſp.c.4.N.

11 Pulmo ad refrigerationem, quæ ab ſpiritu fit,datus eſt.Vnde & nomen uidetur accepiſſe πνέυμωμ, id eſt pulmo propter πνέυματοσ id eſt ſpiritus receptionẽ De Reſp.c.4.N.

12 Pulmonem alia animalia tantum habẽt, quæ plus ſortita ſunt caloris. de Reſpir. cap.6.A.

13 Pulmonem habentia animalia ſanguine refertum,maioris magnitudinis ſunt. de Reſpirat.cap.6. A.

14 Pulmonem habet homo ſanguine refertiſſimum,& propterea erectiſſim⁹ animalium incedit.de Reſp.c.6. B.

15 Pulmo ſpongioſus ſiue fungoſus eſt, & fiſtulis plenus,& ideo reſpiram⁹ illo.de Reſpirat.c.6.G.

16 Pulmo pluſq̃ uiſcera alia ſanguine refertus eſt.de Reſp.c.6.G.

17 Pulmonem habentia ſanguine refertum frequenti reſpiratione egent.de Reſpirat. cap.6. H.I.

18 Pulmo colligatus eſt cordi.de Reſpirat. cap.6. L.

19 Pulmone quædam animalia carent,quæ cor habent,ut piſces .de Reſpiratione.capit. 6. I.

20 Pulmo quando moueri non poteſt aut ſenio aut alia cauſa,calor naturalis nõ refrigeratur,& marceſcit.de Vit. & Mort. c.1.C.& de Reſpirat.c.6.M.

21 Pulmo durus in quibuſdam morbis efficitur,quia attolli non poteſt,& fit creberrima reſpiratio,& tandem mors. de Vit. & Mort.c.1.D.

22 Pulmo ſimilis eſt follibus, qui in officinis ferrariis habentur.de Vit.& Mort. capit. 2. D .

23 Pulmonis figura parum a figura cordis diſtat.de Vit.& Mort.c.2. D.✳.

PVLSIO.Motus ſpecies ſeu pulſus.

1 Pulſio motus diffinitur. 7. Phyſicorum. T.Co. 10.

2 Pulſio eſt motus a mouente,qui fit attractu.4.Meteor.T.Co.4.6.

PVLSATIO CORDIS.

Pulſationem in animalibus facit tumefactio humoris,qui ſemper a nutrimẽto accedit ad cor,& ultimam tunicam cordis eleuat,& ſemper hoc fit,q̃diu animal uiuit.de Vit & Morte.capit.2. C . Quære Cor.

PVMILIO.Quære Nanus.✳.

PVNICEVS COLOR.

1 Puniceus color medius eſt inter album & nigrum.de *Sen.& Sen.* c.4.I.

2 Puniceus color fit ex cõmixtione luminoſi & tenebroſi.de Colorib.C.

PVNIRE.

Punimus acerbius negantes & contradicentes,mitius uero fatentes.2. Rhetoric. c.3.A. Quære Pœna.

PVNCTVM.

1 Punctum eſt ſubſtantia cum poſitione .1. Poſter.T.Co.42.

2 Punctum in linea idem eſt, ꝙ unitas in numero,quia utrumq; eſt principium.1. Topic.c.14.D.

3 Puncta conſyderat phyſicus ut terminos corporis,mathematicus autẽ non.2.Phyſic.T.Co.17.18.

4 Punctum nec finitum nec infinitum eſt. 3.Phyſic.T.Co .24.

5 Puncti non eſt locus.4. Phyſicorum. T. Comment. 47.

6 Punctum dicere eſſe uacuum, abſurdũ eſt,licet in puncto non ſit corpus tãgibile.4.Phyſic.T.Co .57.

7 Punctum non exceditur a linea, ſi linea ex punctis non componitur.4. Phyſico. T.Comment.71.

8 Punctum puncto,impoſſibile eſt, eſſe immediatum. 4 .Phyſicorum.T.Com.90.

9 Punctum continuat longitudinem,& diſtinguit,quia eſt unius partis finis & alterius principium.4.Phyſicorum.T.Comment. 106.

10 Punctum licet diſtinguat,& continuet lineam,ut ipſum nunc tempus,differenter tamen,quia punctum eſt res permanens, & bis accipi poteſt,nunc uero ſucceſſiuũ 4.Phyſic.T.Co.106.& ultra.

11 Punctum non eſt pars lineæ,ſed ſemper linea eſt lineæ pars.4.Phyſicorum.T.Cõment.107.

12 Punctum & unitas non ſunt idẽ.5.Phyſicorum.T.Comment.29. &.6.Phyſicor. T.Com.3.

13 Puncta non poſſunt continuari, quia nõ habent ultima,quæ ſint unum.5.Phyſico. T.Comment.39.

14 Puncta & alia indiuiſibilia non poſſunt continuum componere. 6. Phyſicorum. T.Comment. 2.

15 inter Puncta duo ſemper mediat linea.6 Phyſic.T.Comment.2.&.5. Phyſicor.T. Comment.29.

16 ex Punctis non componitur linea.6.Phyſic.T.Co.88.

17 Punctum & quodcunq; indiuiſibile moueri non poteſt .6.Phyſicorum.T.Comment. 89.

18 Pũctum ſi nullam habet grauitatem,nec lineæ,nec ſuperficies habent.3.de Cæl.T. Comment.8.

19 Punctum,impoſſibile eſt,ꝙ habeat grauitatem.3.de Cæl.T.Co.9.

20 Punctum ſi graue aut leue eſt, denſum erit aut rarum.3.de Cæl.T .Co.10.

21 Punctum diuidi non poteſt. 3.de Cælo. T.Comment.10.

22 Punctorũ aliud grauitatẽ habebit, aliud leuitatem,ſi corpus componitur ex ſuperficiebus.3.de Cæl.T.Co. 14.

23 Punctum eo modo ſe habet ad lineam, quo linea ad ſuperficiẽ.3.de Cæl.T. Cõment.14.

24 Puncta ſola eſſe, fieri poteſt,ſi corpus cõponatur ex ſuperficiebus,quia omne reſoluitur in id,ex quo componitur . 3. de Cæl.T.Co.14.

25 ex Punctis non fit quãtum .1. de Generat.T.Comment.8.

26 Puncta omnia ſi ſimul ponantur, nullam facient magnitudinem. 1. de Generatio. T.Comment.8.

27 Punctum puncto non poteſt eſſe contiguum.1.de Gener.T.Co.9.

28 Punctum in magnitudie ubiq; & undiq; eſt.1.de Gener.T.Co.9.

29 Punctum puncto non poteſt eſſe conſequens.1.de Gener.T.Co. 9.

30 Puncta nõ poſſunt poni materia augmẽtationis .1.de Generatione.T. Co.29.

31 Punctum unitas eſt poſitionem habens in continuo.1.de Aia.T.Co.68.

32 Punctum motum lineam facere, dixerũt quidam.1.de Aia.T.Co. 68.

33 Puncta ſeparari a corporibus nõ poſſũt, niſi dicamus ex punctis lineam conſtitui, & diuidi in puncta.1.de Anima.T.Comment.71.

34 Puncta infinita eſſe uidentur in qualibet magnitudine.1.de Aia.T .Co.71.

35 Puncta & ſimilia indiuiſibilia monſtrant intellectui ut priuationes.3.de Anima.T Comment.25.

36 Puncti non eſt generatio.10. Ethicorum. cap.4.B.

37 Puncta an ſubſtantiæ ſint, an nõ ſint, & an ſint principia rerum,diſputatur.3.Metaph.T.Co.17.

38 Punctum eſt omnino indiuiſibile poſitionem habens in continuo.5.Metaphyſico. T.Comment. 12.

39 Puncta & reliqui termini corporis uidentur quibuſdam magis eſſe ſubſtãtia,q̃ ipſum corpus.7.Metaphyſicorum.T.Comment.5.

40 Puncta ſunt abſq; hoc, ꝙ ipſa generent per ſe.8. Metaphyſicor.T. Co.14.

41 ex Punctis nihil poteſt componi.13. Metaph.c.2.H.

PVPILLA.Oculi. *Seu* pupulla

1 Pupilla humorem aqueum cõtinet. 2.de Anima.T.Comment.82.& de *Sen.& Sẽ ſat.*cap.2.G.

2 Pupillæ pellicula ſi ægrotat, uidere non poſſumus.2.de Aia.T. Co.83.

3 Pupilla ex aqua conſtat. 2.de Aia.T.Cõment.103.✳.Pupulla.

PVRPVREVS COLOR. PVRPVRA.

1 Purpureus color medius eſt inter album & nigrum. de Sen. & Sen. c. 4. I.

2 Purpureus color fit ex commixtione cãdidi & umbroſi. de Coloribus. C.

3 Purpuræ uenditores quomodo impoſturam faciunt, dum libra pẽſant. Quære Libra. 4. Color.

PVSILLITAS. Vitium.

1 Puſillitas eſt uitium oppoſitum magnificentiæ per defectum. 4. Ethicor. cap. 2. E

2 Puſillitas oppoſita magnificentiæ, licet ſit uitium, non tamen affert probrum, quia non eſt aliis detrimẽtoſa, nec nimium deformis. 4. Ethic. c. 2. E.

PVSILLANIMIS. PVSILLANIMITAS.

1 Puſillanimitas contraria eſt magnanimitati & magnificentiæ. 1. Rhetoricorum. capit. 9. B.

2 Puſillanimes inuidi ſunt, quia omnia eis magna uidentur. 2. Rhet. c. 10. B.

3 Puſillanimitas opponitur magnanimitati per defectum. 2. Ethicor. c. 7. B.

4 Puſillanimis eſt, qui ſe cẽſet dignum minoribus. 4. Ethic. c. 3. A.

5 Puſillanimis meretur quidẽ bona, illis tamen ſeipſum priuat, quibus dignꝰ eſt. 4. Ethicorum. c. 3. G.

6 Puſillanimes nõ ſunt ſtolidi, ſed pigri potius. 4. Ethic. c. 3. H.

7 Puſillanimitas magis opponitur magnanimitati q̃ lentitudo. 4. Ethic. c. 3. H.

PVTEI MVLCTA. Iudicium quoddã ſeu forũ iudiciale erat Athenis, quod dicebatur putei, in quo reorum, qui ſemel accuſati fuerant cædis inuoluntariæ iudicium agitabatur, & cædis uoluntariæ accuſabãtur. In quo iudicio reus illuc naui uehebatur, ex qua cauſam dicebat, ita tñ ut terram non attingeret, nec ponte aut anchoris ſiſteretur nauis.

Putei mulcta iudicium Athenis. 4. Politicorum. c. 16. A.

PVTEVS.

1 Putei magis uaporant Borea flante q̃ auſtro. 1. Meteor. c. 10. D.

2 Putei Pythopolis. Quære Pythopolis.

3 Puteorum aquæ manu factæ ſunt. 2. Meteor. c. 1. D.

4 Puteorum tollones, qui & grues ſeu ciconiæ dicũtur, cur ea figura maxime fiant, nam fabri materiæ plumbum imponunt augẽdi põderis gratia, quod quidem & plena & uacua ſitula ſemper eſt idem, habes. Mechanic. c. 28. per totum. ✳.

PVTREFACTIO. PVTREFACERE. PVTRIDVM.

1 Putrefactio eſt contrarium maxime commune generatiõi ſimplici, quia om̃is corruptio naturalis hac uia ſcilicet putrefactionis procedit. 4. Meteororum. T. Comment. 3.

2 Putrefactio particularis eſt, quando compoſitum ſecundum aliquam partem putreſit. 4. Meteor. T. Co. 4.

3 Putreſcunt omnia præter ignem, nã terra, & aer, & aqua, putreſcit, quia ſunt igni materia. 4. Meteor. T. Co. 5.

4 Putrefactiõis cauſa eſt propria frigiditas compoſiti cum humido, quia quod putreſcit, defectum caloris patitur & caliditatem extraneam. 4. Meteor. T. Co. 6.

5 Putrefactio ẽ corruptio proprii & naturalis caloris in unoquoq; humido exiſtentis ab extranea caliditate. 4. Meteo. T. Co. 6.

6 Putreſcentia omnia ſicciora ſunt, & tandẽ cinis & terra fiunt, quia exeũte calido, euaporat, & difflatur humiditas, & illud quod inducit humiditatem, iam non eſt. 4. Meteor. T. Comment. 7.

7 Putreſcunt omnia minus in frigoribus q̃ in æſtu, nam hyeme aer & aqua circumdantes parum caloris retinent, & ideo nullas uires habet calor, æſtate uero maiores uires habet. 4. Meteor. T. Co. 8.

8 Putreſcere non poſſunt concreta & cõgelata, quia plus frigoris in ſe habent, q̃ aer caloris, & ideo calor non tranſmutat, quia non euincit. 4. Meteor. T. Co. 9.

9 Putreſcere non poſſunt feruentia & calida, quia plus caloris in ſe retinẽt, q̃ aer circundans, ideo nullam permutationem facit calor. 4. Meteor. T. Co. 10.

10 Putreſcunt minus, quæ mouentur, & fluunt, q̃ quæ quieſcunt, quia circunſtantis caloris minor impreſſio fit. 4. Meteor. T. Comment. 11.

11 Putreſcunt minus maiora q̃ minora, quia maiorum maior eſt calor, & frigus, minorum uero minor. Vñ mare totum nunq̃ putreſcit, maris uero pars ſeparata cito putreſcit. 4. Meteor. T. Co. 12.

12 ex Putreſcentibus animalia generantur, quia calor naturalis, qui educitur, q̃ ſegregata ſunt, conſiſtere facit. 4. Meteor. T. Comment. 13. ✳. Putridum.



Q

QVADRANGVLVS.

Quadrangulus continet triãgulum. 2. de Aia. T. Co. 31.

QVADRATVM.

1 Quadratum qui appellat uirum bonum, metaphora utitur, & utrinq; perfectum dicit. 3. Rhetor. c. 11. A.

2 Quadratum altera parte longius ponebant Pythagorici, eſſe unum e ſuis decẽ prædicamentis. 1. Metaphyſicorum. capit. 5. C.

QVAERERE.

1 Quærentes ſimiliter de omnibus omnio increpandi ſunt. 2. de Cæl. T. Co. 34.

2 Quærere qui uult bene, debet ſibiipſi inſtantias facere. 2. de Cæl. T. Co. 80.

3 Quærere & conſultare differunt ſicut ſuperius & inferius, nam conſultare eſt qd̃dam quærere, ſed non econtrario. 6. Ethicorum. c. 9. A.

QVAESTOR. Magiſtratus, cuius multæ ſunt differẽtiæ. Hic de quæſtore urbano intelligit.

Quæſtores magiſtratꝰ ſunt, ad quos referuntur redditus publici, & conſeruantur apud eos, ut diſtribuantur in ſingulas oportunitates. 8. Polit. c. 8. B.

QVAESTIO. Vt opponitur reſponſioni.

1 Quæſtiones æquales numero ſunt iis, q̃ ſciuntur. 2. Poſter. T. Co. 1.

2 Quæſtiones ſcibilium tantum ſunt quattuor, ſi eſt, quia eſt, & propter quid eſt, & quid eſt. 2. Poſter. T. Co. 1.

3 Quæſtiones omnes eſſe medii probatur. 2. Poſter. T. Co. 1.

4 Quæſtio omnis cauſam quærit. 2. Poſte. T. Comment. 1.

5 Quæſtiones medii ſunt quid eſt, & propter quid eſt. 2. Poſter. T. Co. 1.

6 Quæſtio eſt demonſtratio uoluntatum, uel rerum, aut uerborum adinuicem, aut ad aliam diſſentientem uitam. Rhetor. ad Alexand. c. 4. A.

7 Quæſtio ex quibus conſtare debeat, oſtẽditur. Rhetoricorum. ad Alexandrum. cap. 4. per totum.

8 in Quæſtione quacunq; oportet aliquid eſſe notum & aliquid ignotum, quod interrogamus. 7. Metaphyſicorum. T. Co 60. Quære Cauſa. Interrogans.

QVAESTIO. Pro tormentis, quibꝰ ueritatem extorquent iudices a reis.

1 Quæſtio eſt unum ex illis quinq;, quæ faciunt fidem in iudiciali genere cauſarũ. 1. Rhetor. c. 15. A.

2 pro Quæſtionibus, aut contra quæſtiões quæ faciant, oſtenditur. 1. Rhetoricorum. cap. 15. I.

3 Quæſtiones uidentur fidem facere, quoniam cogunt. 5. Rhetor. c. 15. H. I.

4 Quæſtio eſt hominis conſcii inuita confeſſio. Rhetor. ad Alexand. c. 14. A.

5 Quæſtionibus quomodo uti debeamus, aut cum illas laudamus, & debere fieri dicimus, aut cum illas uituperamus, & improbamus, oſtenditur. Rhetor. ad Alexandrum. c. 14. per totum.

QVALITAS. QVALE.

1 Quale in omnibus fere dicitur denominatiue a qualitatibus, ut ab albedine, albus, a iuſtitia iuſtus. Prædicamentorum. cap. 8. H.

2 Qualia aliquando non dicuntur denominatiue, quia non ſunt impoſita nomina qualitatibus, ut a curſor & pugil. Aliquando licet nomen impoſitum ſit, non dicũtur denominatiue, ut a uirtute dicit̃ ſtudioſus, & non uirtuoſus. Prædicam. capit. 8. H.

3 Qualibus ineſt contrarietas, ut iuſto iniuſtum, non tamen omnibus, quia rubro & pallido & ſimilibus coloribus nihil eſt contrarium eorum, quæ ſunt qualitates. Prædicam. c. 8. H.

4 Quale quali contrarium eſt, & non aliquid aliorum. Prædicam. c. 8. I.

5 Qualia ſuſcipiunt magis & minus, non tamen omnia. Prædicamentorum. capit. 8. L.

6 Quale & aliquid unum & idem contingit eſſe. Prædicament. c. 8. L.

7 Qualitas eſt, ſecundum quam quale aliquid dicitur. Prædicam. c. 8. A.

8 Qualitas eſt de numero eorũ, quæ multipliciter dicuntur. Prædicamentorum. capit. 8. A.

9 Qualitatis prima ſpecies eſt habitus & diſpoſitio. Secunda ſpecies eſt, ſecũdum quam pugillatores, uel curſores, uel ſalubres, uel inſalubres dicimus, & ſimpliciter quæcunq; ſecundum potẽtiam uel impotentiam naturalem dicuntur. Tertia ſpecies ẽ paſſibilis qualitas, uel paſſio, ut dulcedo, amaritudo, calor, albedo, & ſimilia.

Prædicam.cap.8. A.C.

10 Qualitates paſſibiles dicuntur, non ꝙ id q̄d illas qualitates ſuſceperit, aliquid patiatur, ſed quia unaquæꝗ illarum effectiua eſt paſſionis ſecundum ſenſum, ut dulcedo efficit quandam paſſionem ſecũdũ guſtum, calor ſecundum tactum. Prædicament.c.8.D.

11 Qualitates ſunt, quæ diu durant, ut pallor ex ægritudine longa, nigredo ex æſtu nimio. Prædicam.c.8.F.

12 Qualitates in tertia ſpecie etiã dicũtur illæ paſſiones, quæ a natiuitate inſunt, & difficile mobiles ſunt, ut amentia, & mẽtis alienatio. Prædicam.c.8.G.

13 Qualitatis quarta ſpecies ē figura, & forma conſtans circa unumquodꝗ, ut rectitudo & curuitas circa triangulum, quadratum rotundum. Prædicamentorum. cap.8.G.

14 Qualitati ineſt contrarietas, ut iuſtitiæ iniuſtitia, albedini nigredo. Prædicamento. cap.8.H.

15 Qualitati contraria eſt qualitas, & nō aliquid aliorum prædicamentorum. Prædicament.c.8.I.

16 Qualitatis proprium eſt ſecundum eã ſimile aut diſſimile dici. Prædicamentor. cap. 8.L.

17 Qualitatum genera omnia fere ad aliq̄d ſunt. Species uero nō ſunt ad aliquid, ut ſcientia alicuius ſcibilis, grammatica non eſt alicuius grammatica. Prædicamento. cap.8.L.

18 Qualitas non eſt infinita, niſi per accidẽs, id eſt per quantitatem. 1. Phyſicorum. T. Comment.15.

19 Qualitas indiuiſibilis eſſe non poteſt. 1. Phyſic. T. Co.18.

20 Qualitas nec finita eſt, nec infinita. 3. Phyſic. T. Co.24.

21 ad Quale eſſe motum, oſtenditur. 5. Phyſicorum. T. Co.9.18. & .11. Metaphyſicorum.c.10.D.

22 ad Qualitatem qui eſt motus, dicitur alteratio. 5. Phyſic. T. Co.18.

23 Qualitas, & accidentia, ut ſanitas, & ægritudo ſubiecti permanentis in eadem diſpoſitione, ſi numero erit una in diuerſis temporibus, quæritur. 5. Phyſicorum. T. Co.37. & ultra.

24 Qualitas diuiditur per accidens ad diuiſionem motus. 6. Phyſicorum. T. Comment.37.

25 ſecundum Qualitates ſenſibiles alterantur, quæ alterantur. 7. Phyſic. T. Co.14.

26 Qualitatis in prima ſpecie non eſt alteratio, nec in quarta, licet non ſint per ſe. 7. Phyſic. T. Co.15.

27 Qualitates paſſibiles dupliciter poſſunt diuidi, aut ſecundum ſpeciem, aut ſecũdũ accidens. 3. de Cæl. T. Co.7.

28 Qualitates non eſſent, ſi ſubſtantia non eſſet. 1. de Gener. T. Co.11.12.

29 Qualitates non ſunt ſeparabiles a ſubſtãtia. 1. de Gener. T. Co.11.12.

30 Qualitates contrariæ ſenſibiles non omnes faciunt elementa, ſed qualitates cõtrariæ ſenſibiles ſecundum tactum. 2. de Generat. T. Co.7.

31 Qualitates contrariæ tangibiles ſunt calidum & frigidum, humidum & ſiccum, graue & leue, durum & molle, lubricum & aridum, groſſum & ſubtile. 2. de Gene. T. Comment.8.

32 Qualitates actiuæ ſunt calidum & frigidum, humidum uero & ſiccum ſunt paſſiuæ. 2. de Gener. T. Co.8.

33 Qualitates primæ contrariæ non reducũtur in alias, ſed omnes aliæ in ipſas. 2. de Gener. T. Co.15. & ultra.

34 Qualitates primas, neceſſe eſt, eſſe quattuor. 2. de Gener. T. Co.15.

35 Qualitates ſenſibiles cum ſint in corporibus, & omne corpus in infinitum diuidi poſſit, an illæ qualitates in infinitum diuidi poſſint, dubitatur, & in utramꝗ partẽ obiicitur. de Sen. & Senſ. c.6.A.B.

36 Qualitates ſenſibiles non ſunt diuiſibiles ſecundum ſpeciem in infinitum, quia oẽs huiuſmodi qualitates habent determinata extrema, ut in coloribus albũ & nigrũ, in ſaporibus dulce & amarum, in ſonis acutum & graue, &c. ergo & media ſunt determinata, & ſic ſecũdum ſpeciem nō ſunt diuiſibiles in infinitũ. de Sen. & Sen. cap.6.C.

37 Qualitates ſenſibiles licet ut q̃litates non ſint diuiſibiles in infinitas ſpecies, ſunt tamen diuiſibiles in partes infinitas per accidens, quæ diuiduntur ad diuiſionẽ continui. de Sen. & Sen.c. 6.D.

38 Qualitatum ſenſibilium partes quædam non ſentiũtur propter paruitatem ſuam, ſunt tamen ſenſibiles in potentia, ut milleſima pars millii, q̃uis uiſus applicetur, latet. Et dieſis in cantu latet propter ſui paruitatem, q̃uis totus cantus audiatur. de Sen. & Sen.c.6.D.

39 Qualitates licet ſeparabiles nō ſint a ſubiecto, rationes tamen diuerſas habent, ut alia ſit ratio albi, alia dulcis, licet idem ſubiectum ſit album & dulce. de Senſ. & Senſat.c.4. N.

40 Qualitates diuturniores non ſunt magis qualitates, q̃ minus diuturnæ, ut albedo unius diei, q̃ unius horæ. 1. Ethicorum. capit.6.C.

41 Quale pro quali ſit agendum aut patiendum, difficile eſt iudicare in moribus. 3. Ethicorum.c.1.C.

42 Qualis quiſꝗ eſt, talia dicit, atꝗ agit. 4. Ethicorum.c.7. B.

43 Quale dicit̃ quattuor modis. Primo, differentia ſubſtãtiæ, ut quale animal homo, quoniam bipes. Secundo modo dicitur, ut ĩmobilia & mathematica, ueluti numeri quales quidam ſunt, ut qui compoſiti. Tertio modo quæcunꝗ ſubſtantiarum, quæ mouentur paſſiones, ut caliditas frigiditas, albedo nigredo, grauitas & leuitas & ſimilia. Quarto modo ſecundum uirtutem & malitiam ſeu uitium, & omnino bonum & malum. 5. Metaphyſicorum. T. Comment. 19.

44 Quale ad duos modos principaliter reducitur, ſcilicet ad differentiam, & ad paſſiones, id eſt paſſibiles qualitates. 5. Metaphyſicorum. T. Co.19.

QVANDO.

ad Quando non eſſe motum, probatur. 5. Phyſicorum. T. Comment.9.18. &. 11. Metaphyſicor. c.10.D.

QVANTITAS. QVANTVM.

1 Quantitati nihil eſt contrarium. Prædicament.c.5.I.

2 Quantitas alia cõtinua, alia diſcreta. Prædicament.cap.6.A.

3 Quantitatum alia conſtat ex habentibus poſitionem in continuo, alia ex nō habẽtibus. Prædicament.cap.6.A.

4 Quantitas habens partes in continuo ē, in qua ſingulum eorum, quæ in illa ſunt, ſitum eſt, & habes, unde ſumas, & aſſignes, ubi unumquodꝗ ſitum eſt, & ad quã partem reliquarũ copulatur. Prædicamẽtorum.c.6.C.

5 Quantitas non ſuſcipit magis aut minꝰ, nam bicubitum non eſt magis, nec minus. Prædicam.c.6.I.

6 Quantitatis tã continuæ q̃ diſcretæ maxĩme proprium eſt, ꝙ ſit æqualis uel inæq̄lis. Prædicament.c.6.I.

7 Quantitatem habentia potius dicuntur æqualia, aut inæqualia, q̃ ſimilia, aut diſſimilia. Prædicament.c.6.E.

8 Quanta ꝑ ſe dicũtur uel illa, q̃ habẽt partes poſitionem habentes in cõtinuo, uel illa, quorum partes habent aliquem ordinem. Reliqua dicuntur quãta per accidens, ut albedo eſt quanta per accidens, hoc eſt per ſuperficiem, cui inhæret. Prædicament.c.6.E.

9 Quantitati infinitum congruit. 1. Phyſic. T. Comment. 15.

10 Quantitas indiuiſibilis non poteſt eſſe. 1 Phyſ. T. Co.18.

11 Quantitate ſola occupant corpora, licet ab aliis accidentibus quantitas ſepararet̃, quod non poteſt eſſe. 4. Phyſicorum. T. Comment.76.

12 ad Quantitatem eſt motus. 5. Phyſicorũ. T. Commen.9.18.&.11. Metaphyſicorum. cap.10.D.

13 ad Quantitatem qui eſt motus, dicitur augmentatio, & diminutio. 5. Phyſicorũ. T. Comment.18.

14 Quantitas diuiditur in multitudinem & magnitudinẽ. 5. Metaphy. T. Co.18.

15 Quantum dicitur, quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorũ utrũꝗ, aut ſingula unum aliquid, & hoc aliquid nata ſunt eſſe. 5. Metaphyſ. T. Co.18.

16 Quanta alia ſunt per ſe, ut linea, aut ſuperficies, aut corpus, alia per accidens, ut muſicum, & albedo. 5. Metaph. T. Co 18.

17 Quãtum per ſe duplex eſt, unum quod eſt accidens alicui quanto, aliud non ratione ſubiecti, in quo eſt, ſed ex eo diuiditur ad diuiſionem alicuius quantitatis, ut motus, & tempus ſunt quædam quanta, & continua, quia ea, quorum ſunt, ſũt diuiſibilia, & ipſa diuiduntur ad diuiſionem eorũ. 5. Metaph. T. Co.18.

18 Quãtum per ſe eſt duplex, quoddã eñ ſignatur per modum ſubſtantiæ & ſubiecti, ut linea, aliud uero per ſe pertinet ad genus quãtitatis, & ſignatur per modum habitus uel paſſionis talis ſubſtantiæ, puta lineæ. 5. Metaph. T. Co.18.

19 Quantũ ut quãtum eſt, cognoſcitur uno aut numero. 10. Metaphyſic. T. Co.2.

20 de Quantitate maxime proprie dicitur menſura, & a quãtitate deriuatur in alia. 10. Metaphyſicorũ. T. Co.2. Quære Magnitudo.✳.

QVATERNITAS.

a Quaternitate prima dixit Plato eſſe ſẽſum. 1. de Aia. T. Co.27. Quære Plato.

QVERCVS. Quære Viſibile. 17.

QVERERE. Quære Quærere.

QVERVLVS.

Querulus & facetus cõtrarii ſunt. 2. Rhetor, cap.13. D.

QVESTOR. Quære Quæſtor.
QVESTIO. Quære Quæſtio.
QVESTIO. Pro cruciatibus. Quære Quæſtio pro cruciatibus.
QVID.
Quid pro quo ſit agendum, difficile eſt iudicare.3.Ethic.c.1. C.
QVID EST.
1 Quid eſt in aliquib9 oportet præcognoſcere.1.Poſter.T.Co.2.
2 Quid eſt ſcire nõ poſſumus, abſq; hoc ꝙ ſciamus quia eſt.2.Poſte.T.Co.8.
3 Quid eſt quærere ſi non habeatur, quia eſt, nihil eſt quærere.2.Poſter. T. Co.8.
4 Quid eſt, eſt principium ſyllogiſmorum. 13.Metaph.c.4.B.
QVIDDITAS.
Quidditas eſt, quod dicitur unũquodq; per ſe.7.Metaphyſicor. T. Co.11. Quære Quod quid eſſe. Subſtantia.✳.
QVIES. QVIESCERE.
1 Quies motui contraria eſt ſimpliciter. Prædicament.c.13.B.
2 Quies & motus circa idem ſubiectum ſunt.3.Phyſic.T.Co.16.
3 Quies eſt immobilitas illius, quod aptũ natum eſt moueri.3.Phyſic.T.Co.16.
4 Quies menſuratur tempore per accidẽs, qa quies in tẽpore ẽ. 4.Phyſi.T.Co.118.
5 Quieſcens poteſt eſſe in numero motus. 4.Phyſic.T.Co. 118.
6 Quieſcit non omne immobile, ſed priuatum motu, quo aptum natum eſt moueri.4.Phyſic.T.Co.118.
7 Quies quæ ſit, quæ opponitur motui, habes.5.Phyſic.T.Co.20.54.59.60.
8 Quies opponitur motui priuatiue.5.Phyſicor.T.Co.53.&.8.Phyſicor.T.Co. 7.& 2.de Cæl.T.Co.18.
9 Quietes inter ſe opponuntur.5. Phyſico. T.Co.54.
10 Quies nõ omni motui opponitur.5.Phyſic.T.Co.54.
11 Quietes cõtrariæ opponuntur, ut quies, quæ eſt in ſanitate, & quies, quæ eſt in morbo.5.Phyſic.T. Co.54.
12 Quies nõ dicitur opponi mutationi, quæ eſt gñatio, aut corruptio, ſed illi mutationi opponiť nõ mutatio.5.Phyſi.T.Co.55
13 Quies extra naturam quomodo dicať, habes.5.Phyſic.T.Co.61.
14 Quies non poteſt fieri in nunc, nec in indiuiſibili aliquo.6.Phyſ.T. Co.30.32.
15 quod Quieſcit, habet ſe ſimiliter & nũc & prius & ſecundum ſe totum & ſecundum ſuas partes. Hinc quies eſſe non poteſt in indiuiſibilibus, quia carent partib9. 6.Phyſ. T.Co. 30.32.
16 Quieſcere dicuntur illa, quæ ſunt apta nata moueri.6.Phyſic.T.Co.30.
17 in Quiete non eſt accipere primum .6. Phyſic.T. Co.62.
18 Quieſcere ſemper om̃ia, dicere, eſt ſenſui non credere, & eſt intellectus infirmitas. 8.Phyſic.T.Co.22.25.
19 Quieſcunt omnia in propriis locis, & uiolẽter ex iis mouẽť.8.Phyſic. T.Co.24.
20 Quieſcere omnia ſemp, aut oĩa ſemp moueri, impoſſibile ẽ.8.Phyſ. T.Co.24.26.
21 Quieſcunt quædam non ſemper, ſed aliquando.8.Phyſ. T.Co.25.
22 Quieſcere ſeipſis poſſunt, quæcunq; mouent ſeipſa .8.Phyſicor. T.Co. 26.
23 Quieſcunt aut ſecundum naturam aut uiolenter omnia.8.Phyſ.T .Co. 26.
24 Quieſcunt omnia in loco illo, ad quẽ nõ uiolenter mouentur.1.de Cæl. T.Co.76.
25 Quieſcũt omnia, cum ad locũ ſuum peruenerint.1.de Cæl.T.Co.100.
26 Quies alia naturalis, alia uiolenta, ſicut & motus.2.de Cæl.T.Co.84.
27 Quies ſenſibile commune eſt.2. de Aĩa. T.Co.64.&.133.
28 Quietem priuatione motus ſentimus. 2. de Aĩa.T.Co.133.
29 Quies utilis eſt animalibus, quia moueri ſemp nõ poſſunt.de Som.& Vig.c.2.G.
30 in Quiete perfectior operatio aliquando eſt q̃ in motu, ut patet in operatiõe dei, qui immobilis operatur.7.Ethic.c.14.D.
31 Quies confert febricitãti.10.Ethic.c.9.E.
32 Quieſcens mens proficit, ſicut corpus exercitio.7.Polit.c.16.D.
33 Quieſcens cur minus admittit mouentem, q̃ ſi moueri iã incœperit, habes. Mechanic.c.31.per totum.
34 Quieſcẽs ponebãt Pythagorici, eẽ unũ e ſuis decẽ prædicamẽtis.1 .Metaphyſicorũ. cap.5. C.
35 Quies unius eſt, mot9 uero multitudinis. 4.Metaph.T.Co. 6.
36 Quieſcere omnia, qui dicunt, refelluntur. 4.Metaph.T.Co.29.
QVOD QVID ERAT ESSE. Seu quod quid eſt.
1 Quod qd eſt ipſius ſcientiã tm̃ poſſumus uenari p primã figurã.1.Poſteriorum .T. Comment.31.
2 Quod quid eſt ipſius ſcientia affirmatiua eſt .1. Poſteriorum . T . Co.31.
3 Quod quid eſt de eo cuius eſt non poſſe demonſtrari per ſyllogiſmum reduplicatiuum, oſtenditur.2.Poſter.T.Co.3.
4 Quod quid eſt principiũ eſt illius, cui9 eſt. 2.Poſter.T.Co.3.
5 Quod quid eſt prædicať de eo, cui9 eſt, in eo quod quid eſt.2.Poſter.T.Co.3.
6 Quod quid eſt non poſſe demonſtrari de eo, cuius eſt per ſyllogiſmum diuiſiuum, oſtenditur.2.Poſter.T.Co.4.
7 Quod quid eſt non poſſe demonſtrari de eo, cuius eſt per diffinitionem diffinitiõis, oſtenditur.2.Poſter.T.Co.5.
8 Quod quid eſt non poſſe demõſtrari per ſyllogiſmum demonſtratiuum, oſtẽditur. 2.Poſter.T.Co.6.
9 Quod quid eſt non poteſt demonſtrari per diffinitionem, nec per inductionem, nec per ſenſum.2.Poſter.T.Co.6.
10 Quod quid eſt ſcire de aliquo, præſuponit ſcire quia eſt.2.Poſter.T.Co.7.
11 Quod quid eſt hõ, & eſſe hominem, aliud eſt.2.Poſter.T.Co.7.
12 Quod quid eſt ſupponitur in demonſtrationibus, non autem demonſtratur.2.Poſter.T.Co.7.
13 Quod quid eſt demonſtratur per aliud quod quid eſt.2.Poſter.T.Co.8.
14 Quod quid eſt eo modo habemus, quo modo habem9 quia eſt.2.Poſter.T.Co.8.
15 Quod quid eſt quodãmodo demonſtrať, quodãmodo non.2.Poſter.T.Co.10.
16 Quod quid eſt ſcire idem eſt & propter quid eſt.2.Poſter.T.Co.12.
17 Quod quid eſt quomodo eſt inueſtigandum, habes.2.Poſter.T.Co.17.
18 Quod quid eſt conuertitur cum eo, cuius eſt.2.Poſter.T.Co.34.
19 Quod quid erat eſſe non contingit reduci ad aliam diffinitionem multiplicantẽ rationem.2.Metaphy.T.Co.10.
20 Quod quid eſt ſubſtantiã ſignificat.7.Metaphy.T.Co.2. Quære Aĩa.117. Cauſa.23
21 Quod quid erat eſſe ſubſtantiæ ſenſibilis quid ſit, oſtenditur rationibus logicis.7. Metaphy.T.Co.11.
22 Quod quid erat eſſe eſt id, quod dicitur unumquodq; per ſe.7.Metaphy.T.Co.11.
23 Quod quid erat eſſe non dicitur de ſubiecto, ut paſſio.7.Metaphy.T.Co.11.
24 Quod quid erat eſſe illorũ eſt, quorũcũq; ratio eſt diffinitio.7.Metaphy.T.Co.13.
25 Quod quid erat eſſe ſolius primo & maxime ſimpliciter eſſe diffinitionem, probatur.7.Metaphy.T.Co.13.& ultra.
26 Quod quid erat eſſe primo conuenit ſubſtantiæ, cæteris uero prædicamẽtis quodã modo.7.Metaphy.T.Co.14.15.
27 Quod quid erat eſſe multipliciter dicitur, nam primo de ſubſtantia, quodammodo de aliis prædicamentis.7. Metaphyſi.T. Comment.14.15.
28 Quod quid erat eſſe non uniuoce nec æquiuoce dicitur de ſubſtantia & accidẽte. Non uniuoce, inquam, quia non eſt eadẽ ratio, nõ æquiuoce, quia ad unũ.7.Metaphyſi.T.Comment.15.
29 Quod quid erat eſſe ſolius diffinitionem eſſe primo, probatur.7.Metaphyſi. T. Comment.16.
30 Quod quid erat eſſe dicitur eſſe unius cuiuſq; ſubſtantia.7.Metaphy.T.Co.20.
31 Quod quid erat eſſe non uidetur eſſe ſubſtantia eorum, quæ ſecundũ accidẽs prædicanť.7.Metaphy.T.Co.20.
32 Quod quid erat eſſe non eſt aliud ab eo cuius dſt.7.Metaphy.T.Co.20.
33 Quod quid erat eſſe non eſt ſeparatum ab eo, cuius eſt.7.Metaphy.T.Co.20.
34 Quod quid erat eſſe, & ipſum cuius eſt nõ ſunt idem in iis, quæ ſunt per accidẽs. 7.Metaphy.T.Co.21.
35 Quod qd erat eſſe ſi nõ eſt idẽ illi, cuius eſt, & ſi nõ differat quod qd erat eſſe ab eo cuius eſt in iis, q̃ ſunt per accidẽs, quæ in cõuenientia ſequãtur, oſtẽdiť.7.Metaphy. T.Comment.21.
36 Quod quid erat eſſe rei ſi aliud eſt ab eo, cuius eſt, erit proceſſus in infinitum.7. Metaphyſic.T.Co.21.
37 Quod quid erat eſſe rei non eſſe idem cũ eo cuius eſt in iis, q̃ ſunt per ſe, rationes ſophiſticæ, q̃ uidentur probare, refelluntur. 7.Metaphy.T.Co.21.
38 Quod quid erat eſſe ex quibus conſtituatur, oſtenditur.7.Meta.T.Co.33.& ultra.
39 Quod quid erat eſſe ſubſtantia eſt, & eius ratio eſt diffinitio.8.Metaphy.T.Co.2.



R

RADICATIO. Plantarũ morb9. Quære Plãta.48.49.51.52.
RADIX. In plantis.
Radix in arbore idem eſt ꝙ caput & os in homine. 2.de.Anima.T.Co.38.& de Lõgit.& Breuit.Vit.cap.3.D.✳.
RANA.
1 Ranæ ſpirant.de Reſpiratione.cap.4.L.
2 Ranæ pulmonem fungoſum habent, & ideo manere poſſũt diuti9 ſub aqs, qa pulmo exãguis nõ indiget frequẽti reſpiratio

ne,quæ tamen ſi multo tempore uiolenter ſub aquis contineātur,ſuffocantur. de Reſpirat.cap.1.B.C.

3 Ranæ prorſus mutæ ſunt in Cyrene & in Seripho. Si uero ranæ ſeriphiæ alio tranſferātur,uocales fiunt,nec amplius obmuteſcunt.de Admirand.Audit.61.✳.

RARITAS . RAREFACTIO . RARVM.

1 Rarum nō eſt in quarta ſpecie qualitatis, quia magis uidetur ſignificare quandam partium poſitionem,ꝙ quale quid.Prædicament.c.8.G.

2 Rarum eſt,cuius partes a ſe magis diſtant ꝙ denſi partes.Prædicament.c.8.H.

3 Rarum & denſum principia rerum aliqui poſuerunt.1.Phyſic.T.Co.32.

4 Rarefactionem & denſitatem ignorantes moueri omnia dicebāt, uno mobili moto. 4.Phyſic.T.Co.79.Quære Xuthus.

5 propter Raritatem & denſitatem quidam putabāt manifeſtum eſſe, uacuū eſſe corporibus mixtum.4.Phyſi.T.Co.79.

6 Rarum ſi id dicatur eſſe, quod multa uacua ſeparata habet,ex rationibus quibus probatur uacuum non eſſe, probabitur etiam, tale rarum non eſſe.4.Phyſic.T.Co.80.& ultra.

7 Rarefactione & condenſatione poſita, nō eſt neceſſe intumeſcere cælum, aut æqualem eſſe ſemper generationē corporum. 4.Phyſic.T.Co.83.

8 Rari eiuſdem & denſi eadem numero eſt materia,nec perdit aliquam partem in dēſo,nec acquirit in raro.4.Phy.T.Co.84.

9 Raritatem conſequitur leuitas,denſitatem grauitas.4.Phyſic.T.Co.85.86.

10 Raritatem conſequitur molle.4.Phyſic.T.Comment.85.86.

11 Raritas & denſitas eſt principium qualitatum omniū.8.Phyſic.T.Comment.55.

12 Raritas & denſitas ſunt congregatio & diſgregatio.8.Phyſic.T.Co.55.

13 Rarum leue eſt.3.de Cæl.T.Co.10.

14 Rarum idem eſt quod ſubtile.3.de Cæl.T.Comment.43.

15 Rarū & dēſum ponebāt quidā principia paſſionum in materia. 1.Metaphyſicorū. cap.4.E.Quære Denſum.

RATIO.RATIONALIS POTENTIA.RATIONALE.

1 Rōnales potētiæ ualēt ad oppoſita.2.Periher.c.3.H.&.6.Metaphy.T.Co.10.

2 Ratio aliqñ eſt falſa.2.Poſter.T.Co.27.

3 Rationalis proprium ad aliud eſt imperare concupiſcibili & iraſcibili,licet quandoqȝ ipſæ imperēt rationali,cū anima hominis fuerit flagitioſa.3.Topic.c.1.C.

4 Ratio eſt eorum,quæ ſemper aut frequēter fiunt.2.Phyſic.T.Co.55.

5 Ratio non eſt eorū,quæ a fortuna fiunt, quia extra ſemp & frequēter fiunt.2.Phyſicorum.T.Co.55.

6 Rationis opus eſt deliberare, utrum agat hoc uel illud.3.de Anima.T.Co.57.

7 Ratio quando mouet appetitum inferiorem,eſt naturalis motus, ſicut ſphæra ſuperior mouet inferiores. Quando uera ipſa ratio mouetur ab appetitu,& uincitur, eſt motus contra naturam. 3. de Anima T.Cōment.57.

8 Rationalia animalia ſolum habent phantaſiam deliberatiuam, quia utrum agant hoc uel illud,rationis opus eſt. 3.de Anima.T.Comment.57.

9 Ratio practica quædam eſt uniuerſalis, quædam particularis, & particularis eſt, quæ mouet,non uniuerſalis,aut ſi utraqȝ mouet,uniuerſalis magis mouet quieſcēs, particularis uero nō quieſcens.3.de Anima. T.Co.58.

10 Ratio ſpeculatiua & ſcientifica non mouet,ſed manet.3.de Anima.T.Co.58.

11 Ratione hominem non eſſe ſibi præſidio, turpe eſt,cū ſibi corpore præſidiū paret, quod minus hominis eſt.1.Rhetor.c.1.H.

12 Rationis ui qui iniuſte utitur,magna infert incommoda.1.Rhetoricorum.c.1.H. &.1.Polit.cap.2.C.

13 a Ratione recta proficiſci debent operationes,ex quibus uirtutes generantur.2. Ethicorum.cap.2.A.

14 Rationes ſemper ſunt efflagitādæ,ut materia poſtulat.2.Ethic.c.2.A.

15 Ratio & lex eſt, quæ dominari debet,& non homo.5.Ethic.c.6.B.

16 Ratio recta dictat medium,quod accipiēdum eſt in uirtute.6.Ethic.c.1.A.

17 Rationem rectam dicere eſſe,ſecundum quam medium eſt ſumendum,licet ſit uerum,eſt tamen nimis cōmune. 6.Ethicorum.cap.10.A.

18 Ratio oportet quod ſit uera , ad hoc ut electio bona ſit.6.Ethic.c.2.A.

19 Ratio recta debet dictare,& appetitus proſequi.6.Ethic.c.2.A.

20 Ratio recta, ꝙ conuenit cum appetitu recto,eſt practica.6.Ethic.c.2.A.

21 Ratio recta eſt ea,quæ eſt ſecundum prudentiam.6.Ethic.c.13.B.

22 Ratio in ſolo animæ intellectu gignit.1. Magnor.Mor.c.1.B.

23 Ratione recta agere eſt,cum pars animæ irrationalis non prohibuerit rationalem exercere ſuam actionē. Et de eadem re plura habes. 2.Magnor. Mor. cap.10.per totum.

24 per Rationes quæ fiunt, non habent eandem certitudinem,ſicut ea quæ per ſenſū. 7.Polit.cap.7.C.

25 Ratione & arte uiuunt homines.1. Metaphyſic.cap.1.B.

26 Rationem quærere illius, cuius non eſt, ridiculum eſt. 4. Metaphyſicorum. T. Comment.9.

27 Rationales potentiæ & ſi ualeant ad oppoſita,non tamen poſſunt illa ſimul facere.9.Metaphy.T.Co.10.

28 Rationalibus potentiis imperat electio,aut appetitus, quid potius debeant agere.9. Metaphy.T.Co.10.

29 Rationales potentiæ poſſunt non agere, etiam paſſo debite approximato.9.Metaphy.T.Co.10.

30 Rationales potentiæ factiuæ ſunt contrariorum.9.Metaphy.T.Co.10.

RATIONES.Quæ redduntur de rebus geſtis,iis,qui magiſtratum geſſerunt.

1 Rationes geſtorum repetere permiſit multitudini Solon.3.Polit.c.7.E.

2 Rationes qui repetat,magiſtratus neceſſarius eſt reipublicæ, & nil aliud agat.6.Polit.cap.8.F.

RECHAMVS.Quære Troclea.

RECEPTOR.

Receptores magiſtratus ſunt,ad quos publici ciuitatis redditus referuntur.6.Polit. cap.8.B.

RECREMENTVM . Quære Scoria.

RECTITVDO . RECTVM.

1 Recto ſeu regula ipm & obliquū cognoſcimus.1.de Anima.T.Co.85.

2 Rectitudo multipliciter dicitur.6.Ethic. cap.9.B.

3 Rectum ponebant Pythagorici unum e ſuis decem prædicamentis.1.Metaphyſic. cap.5.C.

REDARGVTIO.

1 Redargutio eſt unum ex iis finibus,quos intendit ſophiſta.1.Ethic.cap.3.A.

2 Redargutionis modi duo ſunt, unus in dictione,alius extra dictionem.1.Elench. cap.3.A.

3 Redargutio ſophiſtica non eſt ſimpliciter redargutio, ſed ad aliquem . 1. Elencho. cap.7.C.

4 Redargutiones tam ſophiſticæ ꝙ ueræ ſecūdum proportiones aut terminos ſpeciales infinitæ ſunt. 1.Elench.cap.8.per totū.

5 Redargutio eſt contradictio non æquiuoca ex quibuſdam . 2.Elench.cap.2.A . Quære Elenchus . Fallacia. Interrogans. Sophiſta.

REDVPLICATIO.

1 Reduplicatio addēda eſt maiori extremitati in ſyllogiſmo reduplicatiuo in prima figura.1.Prior.cap.38.A.

2 Reduplicatio debet eodem modo reduplicari in ſyllogiſmis uniuerſalibus,ſicut in particularibus.1.Prior . cap.38.A. Quære Propoſitio.Syllogiſmus.

REDVPLICATIVA PROPOSITIO.

Reduplicatiua.Quære Propoſitio.Reduplicatio.Syllogiſmus.

REFRACTIO . Quæ fit a corporibus læuigatis & terſis.

1 Refractionis opinionibus non erat aſſuetus Clidemus.2. Meteororum.cap.9.G. Quære Clidemus.

2 Refractiōes ab aqua magis nocte ꝙ interdiu uidentur,quia obſcurātur a ſolis claritate.2.Meteor.cap.9.H.

3 Refractio fit ab aere ſicut ab aqua, & ab omnibus ſuperficiem planam habentibus, ut a ſpeculis. 3.Meteororum.cap.2.E.&. cap.4.A.

4 Refractio aliquando fit propter debilitatem uiſus. Vnde quidam, qui Antipherō Oritanus appellabatur, propter debilitatē uiſus ubiqȝ ſuam imaginem cernebat, ita ut aer eſſet illi pro ſpeculo,nec poterat uiſu proximum aerem expellere.3.Meteor. cap.4.A.

5 propter Refractionem uiſus promontoria in mari uidentur reuulſa,& flante Vulturno,omnia uidentur maiora,ꝙ ſint,propter refractionem uiſus ab aere denſato. 3.Meteor.c.4.B.

6 Refractio maxime fit ab aqua , & ab ea præcipue,quæ fieri incipit aqua,ut in nubibus.3.Meteor.c.4.C.

7 Refractio non erat manifeſta Democrito. de Sen.& Sen.c.2.F.

REFRIGERATIO. Caloris naturalis.

1 Refrigerationis unus modus ſufficit cuicunqȝ animali.de Reſpirat.c.4.N.

2 Refrigeratione indiget animal, ut conſeruetur.de Reſpirat.c.4.N.

3 Refrigerationis cauſa reſpiratio eſt . de Reſpirat.c. 6.I. Quære Branchiæ. Nutrimentum.Pulmo.Reſpiratio.

REGIA POTESTAS.Quære Regnū. Rex.

REGIO.

1 Regio,in q̃ urbs cōdēda eſt,oportet ꝙ ſit ferax omnium , & non indigeat alterius, & poſſit alere habitatores ocioſos & uiuētes liberaliter & temperate. 7. Politicorū. cap.5.A.

2 Regiones calidas habitantes animoſitatē non habēt,abundant tamen ingenio & arte.Ecōtrario uero qui frigidas regiones incolunt,animo abundant , artis uero & ingenii parum habent.7.Politicorum.c.7.A.Quære Græci.8.

REGNVM.REGNARE.

1 Regnare cum dignitatem rerū excedat, celari non poteſt.3.Rheto.c.2.E.

2 Regno contraria eſt tyrānis, & ideo peſſima,quia optimo contraria.8.Ethicorum. cap.10.A.

3 Regnum eſt optima rerumpublicarum. 8.Ethic.c.10.A.

4 Regnum ſeu regia poteſtas eſt , quando unus gubernat ad utilitatem communem reſpiciens.3.Polit.c.5.A.

5 ex Regno labitur reſpublica in tyrānidē. 3.Polit.cap.5.B.

6 Regnorum quinq; ſpecies ſunt . Prima,in qua non habet rex omnium poteſtatem, ſed cum egreditur ad bellum , imperium habet omnium,q̃ ad bellum pertinent.Secunda regni ſpecies eſt , qualis eſt apud barbaros , ꝙ talem uim habeat, ut ſit proxima tyrannidi,licet ſit legitima & ſecundum morem patriæ , & ſucceſſione progeniei tales reges ſunt . Tertia regni ſpecies eſt , quales fuerunt olim reges in Græcia,quos uocabāt Aeſymnetas. Quæ poteſtas durabat aut per uitam aut ad definitum tempus.Quarta regni ſpecies eſt, quale erat heroicis temporibus ſponte ſe uni ſubiiciētes propter aliquam utilitatē. Quinta ſpecies regni eſt,quando unus habet poteſtatem omnium ad exemplar patriſſamilias. 3.Polit.cap.10.per totum. &.cap.11.A.

7 Regni ſpecies , ad quas aliæ reducuntur, duæ ſunt præcipue,altera,qua unus habet poteſtatem omnium ad exemplar patris familias,altera,ubi non omnium poteſtatem habet,ſed tantū cum in bellum progreditur habet poteſtatem omnium,q̃ ad bellum pertinent.3.Polit.cap.11.B.

8 Regnū diuturnius eſt, q̃ aliæ reſpublicæ, quia minus corrumpitur ab iis,quæ extra ſunt.5.Polit.c.10.M.

9 Regnum corrumpitur duobus modis,aut ſi ſeditio eſt inter eos , qui principes ſunt regni,aut ſi tyrannice contra leges gubernent.5.Polit.cap.10.M.

10 Regna illa,in quibus ſucceditur per gen⁹ ſoluuntur aliquando , quia ſuccedunt homines contemnendi.5.Polit.c.10.O.

11 Regna quibus rebus ſoluātur,oſtenditur. 5.Polit.cap.11.per totum.

12 Regnum maxime cōſeruatur per amicos. 5.Polit.c.11.C.Quære Rex.Tyrannis.Tyrannus.

REGVLA.

1 Regula rectum & obliquum cognoſcim⁹. 1.de Anima.T.Co.85.

2 Regula indefinita ē rei indefinitæ.5. Ethicorum.cap.10.B.Quære Leſbos.2.✳.

RELATIVA.RELATIVE OPPOSITA.

1 Relatiuorum ſi quis unum diffinite nouerit,cognoſcet & aliud diffinite. Prædicament.cap.7.L.

2 Relatiue oppoſita quomodo ſe conſequātur, habes.2.Topic.cap.3.H.

3 Relatiua quædam dicuntur ſecundum exceſſum & defectum, quædam ſecundū actiuum & paſſiuum,quædam ſecundum mobile & motiuum.3.Phyſic.T.Comē.3. Quære. Ad aliquid.Oppoſita.

RELIGIO.

Religionem qui curat princeps,in precio eſt.5.Polit.cap.11.I.

REMINISCENS . REMINISCENTIA.REMINISCI.

1 Reminiſcentia pollent, qui ueloces ingenio ſunt , & dociles.de Memo.& Remi. cap.1.A.

2 Reminiſcentia præcellunt multi, qui memoria non pollent . de Memo . & Remi. cap.1.A.

3 Reminiſcentē oportet quoddā principiū ſumere,cui reſpondeāt loci quidam , qui ſunt aut coniugata quædam , aut ſimilia, aut contraria . Nam ſic ex alio uenit in cognitionem alterius,ut ex lacte in candorem,ex candore in aerē,ex aere in humorem,ex humore in autumnum, ſi hoc eſt tempus,quod quærebatur . de Memo.& Remi.cap.2.H.

4 Reminiſcentia non eſt memoriæ reſumptio,nec diſciplinæ acceptio. de Memo. & Remi.cap.2.A.

5 Reminiſcentia eſt reſumptio ſciētiæ, quā prius tenebat, aut alicuius eorum,quorū habitum memoriam dicimus eſſe, & non quodlibet tale reſumere eſt reminiſci, ſed quando illa ſcientia ſeu habitus partim erat amiſſus , partim non , de Memo.&



6 Reminiſcentia memoriam ſequitur, & memoria reminiſcentiam . de Memo.& Remi.cap.2.C.

7 Reminiſcentiæ fiunt hoc modo. Nam ſicut aliqua ſe naturaliter conſequuntur, ſic in reminiſcentia contingit . Etenim ex aliquo uno motu animæ deuenimus in cognitionem ſecundi, & ex ſecundo in tertium,ſi illa ſe conſequantur naturaliter.Si uero non naturaliter, ſed ex conſuetudine, idem accidit frequenter, ſicut ſi ſe conſequerentur naturaliter.Et ex tali ordine memoria acquiritur,& ſic uenamur,quod conſequenter ſe habet,aut a ſimili,aut a contrario,aut a propinquo,donec perueniamus in id,quod quærimus. de Memo.& Remi.cap.2.D.

8 Reminiſcentia omnis optime & uelociſſime fit, habito principio, ex quo pēdet. de Memo.& Remi.cap.2.E.

9 Reminiſcentia corporalis paſſio eſt,id eſt quæ organo corporeo fit, quia in phantaſmate fit,& quia turbantur non potentes reminiſci,etiam ſi ipſi uelint non reminiſci,adhuc illa perturbatio nō ceſſat, ut in melancholicis.de Memo. & Remi. cap.2.Q.

10 Reminiſci differt ab eo,quod eſt bis diſcere aut inuenire,quia qui reminiſcitur, intus habet maius principium, q̃ ille, qui diſcit.de Memo.& Remi.cap.2.D.

11 Reminiſcimur aliquando etiam nō quærentes,quia aliqua recordatio motum alterum excipit,& ſequitur.Sed huiuſmodi reminiſcentia fere ſemper fit,aliis motib⁹ ſimilibus præcedentib⁹.de Memo.& Remi.cap.2.4.D.

12 Reminiſci in hoc differt ab eo, quod eſt iterum diſcere, quia quod reminiſcitur a ſeipſo moueri poteſt ad id, quod eſt poſt principium,diſcere uero deſyderat alium puta præceptorem . de Memo.& Remi.cap.2.Q.

13 Reminiſci aliquando poſſumus, & aliquando non poſſumus , pari adhibita diligentia,quia aliquando contingit, nullum principium manere, unde reminiſci poſſimus, & ſic non poſſumus reminiſci . Aliquando tamen manet aliquod principium , & animæ mouenti multa tandem occurrit illud , cui connexum eſt uel naturaliter uel ex conſuetudine, quod reminiſci uolumus . de Memo.& Remi.cap.2.Q.

14 Reminiſcimur eodē modo multo ante præteritorū & eorū,quæ paulo ante præterita ſunt.de Memo.& Remi.c.2.F.

15 Reminiſcimur aliquando eorum , quæ longo tempore geſta ſunt,& non eorum, quæ paulo ante geſta ſunt,quia contingit, aliquo motu facto in anima quaſi quodam principio, cui connexa ſunt illa,quæ longo ante tempore geſta ſunt, alia conſequi uelociſſime,eo ꝙ illa uel cōſuetudine uel naturaliter inter ſe connexa ſunt.de Memo.& Remi.cap.2.E.

16 Reminiſcimur facile eorum,quæ ordine quodam inter ſe connexa ſunt,ut mathematicorum theorematum . de Memo.& Remi.cap.2.G.

17 Reminiſcimur difficulter eorū,quæ praue,& ſine ordine diſpoſita ſunt. de Memo.& Remi.cap.2.G.

18 Reminiſcendi principium,quod ſumitur, aptiſſimum eſſe illud uidetur, quod ſit quaſi quoddam medium,id eſt quod habeat conuenientiam cum diuerſis . Vt lac eſt principium,quo reminiſcimur dulcis & candoris . de Memor. & Remi. cap.2.I.

19 Reminiſci cur poſſumus aliquorum per aliquod principium , & per illud non poſſumus quorundam aliorum reminiſci. Cauſa eſt, quia illud principiū ſic ducit ad aliqua naturaliter uel ex conſuetudine, quod non ad alia . Et conſuetudo eſt tanq̃ natura. de Memo . & Remi.cap.2.I.L.

20 in Reminiſcendo errare aliquando ſolemus. Nā ſicut in naturalibus contingit error,ſic etiam imo frequentius in conſuetis, quando non ſeruant bene conſequentia . Hinc fit, ut reminiſci uolētes alicuius nominis,reminiſcamur alterius ſimilitudinem habentis cum illo, ut Antiphontem pro Antipheronte,Pythagorā pro Protagora accipiamus,quaſi ſolœciſmum committentes . de Memo . & Remi.cap.2.L.

21 Reminiſci uolentem oportet cognoſcere tempus, ſiue illud ſit determinatum & certum, ſiue non. de Memo. & Remi.cap.2.M.

22 Reminiſci ſolus homo poteſt, & nullum aliud animal,quia reminiſci eſt ſyllogiſmus quidam , nam reminiſcens ſyllogiſſat, quod prius audiuit,aut uidit,aut aliquid tale paſſus fuit . Præterea reminiſci ipſum inquiſitio quædam eſt, quæ non ineſt niſi illis, quibus ineſt deliberatio,nam deliberare ſyllogiſm⁹ quidam eſt. de Memo.& Remi.c.2.P.Q.

23 Reminiſci qui non poſſunt, turbantur, quod arguit corporei organi eſſe reminiſcentiam.de Memo.& Remi.cap.2.Q.
24 Reminiſci deſiſtere uolētes aliquādo nō poſſunt, quia reminiſcens mouet organum corporeum,& non eſt in eius poteſtate, ut talis motus ilico ceſſet, ſicut qui lapidem proiicit,non eſt in illius poteſtate,ut quieſcat. de Memo.& Remi. cap.2.R.
25 in Reminiſcendo turbari maxime ſolēt illi,quibus multa humiditas eſt circa locum ſenſitiuū,quia nō facile quieſcit motus factus ſemel, quouſq; inueniat, quod quærit,ſicut illi,qui contentius cantarunt melodiam non ſedantur ilico, ſed ad idē inuiti rurſus mouentur.de Memo. & Remi.cap.2.R.
26 Reminiſci non bene ſolent,qui ſuperiora uaſta habent, quia multam grauitatem habēt in ſenſitiuo. de Memo. & Remi. cap.2.S.
27 Reminiſci male ſolent nani ſiue pumiliones.de Memo.& Remi.cap.2.S. Quære Memoria.✳.

REPENTE.

Repente importat tempus,quod ob paruitatem ſit imperceptibile.4.Phyſicorum. T.Comment.127.

REPASSIO. Seu REPASSVM.Id eſt Talio.

1 Repaſſio eſt iuſtum in cōmutationibus, non tamen ſecundum qualitatem, ſed ſecundum proportionalitatem.5.Ethicorū. cap.5.A.
2 Repaſſio quomodo ſit iuſta in commutationibus, oſtenditur.5.Ethic.cap.5.B.C.
3 Repaſſionem, quando ſcilicet talia quis patitur,qualia intulit,dicebant Pythagorici, eſſe iuſtum ſimpliciter.5.Ethicorum. cap.5.A.
4 Repaſſio nec pertinet ad iuſtitiam diſtributiuam, nec ad commutatiuam.5.Ethicorum. cap.5.A. Quære Iuſtum. Iniuſtum.Iuſtitia.

RES.

1 Res ab eo quod eſt,oratio dicitur uera, uel falſa.Prædicament.c.11.B.
2 Res eædem ſunt apud omnes.1.Perihermenias.cap.1.A.
3 Res ſicut ſe habent ad eſſe,ſic ſe debent habere orationes in ſignificando, ſi uere ſignificare debent. 1. Perihermenias. cap.8.F.
4 in Re nil mutatur propter noſtrum affirmare uel negare,1.Periherme.c.8.C.
5 Res quædam tales ſunt, quales uidentur, quædam uero non ſunt, quales uidentur.1.Elench.cap.1.A.
6 Rerum aliæ ſunt naturales, aliæ ab arte. 2.Phyſicorum.T.Comment.1.Quære Artificiale.Naturale.
7 Res non eſt commune uniuocū ad ſubſtantiam,quantitatem, qualitatem,& ubi. 3.Phyſicorum.T.Comment.4.
8 in Rebus non eſt uerum aut falſum, ſed in mente ſeu intellectu. 6.Metaphyſicorū.T.Co.8.Quære Ens.Vnum.✳.

RES FAMILIARIS.

1 Rei familiaris partes ſunt quattuor, ſcilicet dominica, nuptialis,paterna, & pecuniaria.1.Politicorum.cap.3.A.B.
2 Reifamiliaris inſtrumentum eſt poſſeſſio. 1.Politicorum.cap.3.C.
3 Rei familiaris diſciplina an ſit idem cum arte acquirendarum pecuniarum, an ut pars,an illi ſubminiſtret,dubitatur,tandē dicitur, ꝙ non eſt idem, ſed ꝙ eſt pars eius.1.Polit.c.3.A.B.C.
4 Rei familiaris diſciplinæ eſt uti acquiſitis per acquiſitiuam diſciplinam.1.Politicorū. cap.5.B.
5 Rei familiaris cura quomodo differat a nūmularia, oſtenditur.1.Politicorum.cap. 6.per totum.
6 Rei familiaris finis non eſt augere in infinitum diuitias.1.Polit.c.6.D.
7 Rei familiaris pars an ſit medicina,quæritur.Ad quod reſpōdetur, ꝙ quodāmodo eſt ſcilicet conſulendo medicum,ut familia conſeruetur ſana,quodāmmodo nō eſt ſcilicet ut ipſe paterfamilias conſyderet illam,aut ea utatur.1.Polit.c.7.A.
8 Res familiaris & reſpublica non ſolū differunt ſubiecto,ut domus & ciuitas,ſed etiā ꝙ in republica multi imperant,in re familiari unus, & ꝙ res familiaris prior eſt q̄ reſpublica generatione.1.Oecono.c.1.A.
9 Res familiaris prior eſt generatiōe q̄ reſpublica, quia domus pars eſt ciuitatis.1. Oeconom.cap.1.A.
SISYPHVS. Quem ſaxũ ingẽs in aduerſum montem ſemper pellere fabulantur poetæ.
Siſyphum ut uexat ſaxum, quod uoluit, ſic impudens eum, quem impudenter uexat.3.Rhetor.c.11.B.

SISTRVS.
Siſtrus herba eſt in flumine Scamandro, quæ ſiliquas ſimiles piſis gerit huiuſmodi granis plenas. Quæ quia intra ſiliquã crepitum reddũt, ſiſtrus a græcis dicitur. Hanc igitur ſi quis manu tenuerit, ferunt a nullo phãtaſmate aut dæmone terreri poſſe. de Admirãd.Audi.8.

SYTHONIS. Lacus in Syria.
Sythonis lacus diſtat a mari rubro mille ſtadiis.de Nilo.C.

SITIS.
Sitis cupiditas eſt frigidi & humidi. 2.de Aia.T.Comment.28. Quære Caprea.2. Sepa.✳.

SITVS. Vnum eſt e decẽ prædicamentis.
1 ad Situm nõ eſſe motum, probatur.5.Phyſicorum.T.Commẽt.9.& ultra.&.11. Metaphyſi.cap.10.E.
2 Situs differentiæ priores ponendæ ſunt, ſi poſteriores ponuntur. 2. de Cæl.T. Comment.7.
3 Situs omnes differẽtiæ in animalibus manifeſte apparent.2.de Cæl.T.Co.7.
4 Situs differentiæ aliquibus cõueniũt ſex, ſcilicet ante & retro, ſurſum & deorſum, dextrum & ſiniſtrum, aliquibus pauciores, aliquibus duæ tantum.2.de Cæl.T. Comment.7.
5 Situs principia tria ſunt. 2.de Cæl.T. Comment.8.
6 Situs differentias omnes perfectis corporibus, cõſentaneum eſt ineſſe.2.de Cæl. T.Co.8.
7 Situs differentiæ non omni corpori cõueniunt, ſed animatis & habentibus in ſe principium motus.2.de Cæl.T.Co.9.
8 Situs quoſdam ineſſe aliquibus dicimus non ſimpliciter, ſed reſpectu noſtro.2.de Cæl.T.Comment.10.
9 Situs differentiæ aut reſpectu noſtri dicuntur, aut ſimilitudine noſtra aut oppoſitione.2.de Cæl.T.Comment.10.
10 Situs differẽtiæ quædã figura & uirtute differunt, alii tantum figura. 2.de Cæl. T.Commẽt.11. Quære Ante. Deorſum. Dextrum. Retro. Siniſtrum. Surſum.

SMERDES.
Smerdes quia uerberibus cæſus eſt, & a muliere tractus, Penthilon interemit. 5.Polit.c.10.G.

SOBRIVS. Ebrio contrarius.
Sobrius nõ facile opprimi aut contemni poteſt. 5.Politic.cap.10.I.Quære Dionyſius.9.Ebrius.8.

SOCIETAS.
1 Societas ex diuerſis fit, ut ex medico & agricola, oportet tamen ut ad æqualitatẽ redigantur.5.Ethic.c.5.C.
2 in Societate omni iuſtum aliquid, & amicitia eſſe uidetur.8.Ethic.cap.9.A.
3 Societates omnes ſimiles ſunt partibus ſocietatis ciuilis, nam propter utilitatem aliquam homines ineunt ſocietatem.8. Ethic.cap.9.B.
4 Societas quælibet ſuam appetit utilitatẽ. 8.Ethic.c.9.B.
5 Societates quædam uoluptatis gratia cõſtare uidentur, ut eorũ, qui ſimul choros ducunt, & ſimilia.8.Ethic.c.9.B.
6 in Societate conſiſtit omnis amicitia.8. Ethicorum.c.12.B.
7 Societas omnis alicuius boni gratia eſt.1. Polit.c.1.A.Quære Amicitia.

SOCRATES. Philoſophus Athenienſis notiſſimus.
1 Socrates & ſapiens & iuſtus fuit.1.Rhetoricorum.c.2.M.
2 Socratis filius ſegnis & ignauus fuit.2. Rhetoricorum.cap.15.A.
3 Socrates dicebat, eos, qui magiſtratum ſorte eligerent, ita facere, ſicut qui nauis gubernatorem eligerent non peritiorem, ſed quem ſors dederit.2.Rhetor.c.20.B.
4 Socrates fortitudinem ſcientiam eſſe putauit.3.Ethic.c.4.B.
5 Socrates dicebat, omnes uirtutes morales eſſe prudentias, ſed in hoc nõ recte, nam licet non ſint ſine prudentia, non tamen ſunt prudentia.6.Ethic.c.13.B.
6 Socrates impoſſibile putabat, ut aliquis ſciens & recte exiſtimans incontinenter agat.7.Ethic.c.2.A.
7 Socrates de uirtutibus melius dixit q̃ Pythagoras, ſed non omnino recte de eis diſputauit, quia uirtutes ſcientias eſſe dicebat, quod fieri nullo modo poteſt.1.Magnor.Mor.cap.1.B.
8 Socrates dicebat, in noſtra poteſtate non eſſe ſitũ, bonos nos eſſe aut malos, quod refellitur, quia legiſlatores pro uitiis pœnas infligunt & pro uirtutibus laudem tribuunt. Nemo tamen uituperatur, aut laudatur propter ea, quæ in ſua poteſtate nõ ſunt.1.Magnor.Mor.c.9.B.
9 Socratis ratio & opinio de continenti exponitur.1.Magnor.Mor.c.14.A.
10 Socrates non recte dicebat, fortitudinem eſſe, quando conſuetudine tolerandi efficitur per experientiam ſciẽtia.1.Magnor. Mor.c.21.B.
11 Socrates non recte dicebat, uirtutem eſſe rationem.1.Magnor.Mor.c.35.G.
12 Socrates tollebat incontinẽtiam, ac negabat eam eſſe, dicens neminẽ facere mala ſcientem mala eſſe, quæ faceret.2.Magnor.Mor.cap.8.A.
13 Socrates uirtutes domini & ſerui, mariti & uxoris, uiri & pueri eaſdem eſſe putabat.1.Polit.c.8.D.E.
14 Socrates apud Platonẽ uxores & filios & facultates eſſe communes, dicebat oportere.2.Polit.c.1.per totum.
15 Socrates putabat ſignum eſſe ciuitatis perfecte unitæ, ſi omnes ſimul dicant meum & non meum, quod reprobatur. 2.Polit.c.2.A.B.C.
16 Socratis reipublicæ communitas facultatum refellitur, & quæ inconuenientia ex illa ſequantur, oſtenduntur. 2.Politicorũ. cap.3.per totum.
17 Socrates in ſecunda republica ſua apud Platonem mulieres etiam militare cenſuit.2.Polit.c.4.A.
18 Socratis ſecunda reſpublica quid contineat, & ſtatuat, & quæ inconuenientia ad

illā ſequantur, habes. 2. Polit. c. 4. ꝑ totū.

19 Socratis reipublicæ partes quæ ſint, habes. 4. Polit. c. 4. D. E.

20 Socratem quidam muſici merito reprehendunt, ꝙ improbauerit remiſſiores harmonias, quaſi uinolentas. 8. Politicorum. cap. 7. D.

21 Socrates de moribus tantum diſputauit, naturales uero quæſtiones non attigit. 1. Metaphyſicorum. T. Co. 5.

22 Socrates circa morales diſciplinas uacauit, & de eis uniuerſaliter diffinire primꝰ omniū quæſiuit. 13. Metaphy. c. 4. A.

23 Socratis temporibus nondū erat uis dialectica. 13. Metaphy. c. 4. B.

24 Socrati duo poſſunt iure tribui, ſcilicet inductiuæ orones, & diffinitio uniuerſalis. 13. Metaphyſicorum. c. 4. B.

25 Socrates non ponebat uniuerſalia ſeparata. 13. Metaphy. c. 4. B.

26 Socrates licet uniuerſales diffinitiones induxerit, non tamen a ſingularibus ſeparauit. 13. c. 9. I. ✳.

SODALES.

Sodales inter ſe iucundi ſunt, & eiſdem gaudent. 8. Ethic. c. 5. A. Quære Amicitia. Iuuenis. 20, 28, Societas.

SOL.

1 Sol & homo generant hominem. 2. Phyſicorum. T. Comment. 26.

2 Sol infixus eſt in ſphæra, cuius motu maxime calor excitatur. 2. de Cæl. T. Comment. 42.

3 Sol uidetur moueri motu circumgirationis, cum oritur, & occidit, nō quidem per ſe, ſed ob noſtri ſenſus remotionem. 2. de Cæl. T. Comment. 48.

4 Solis motu ſonum fieri, quidam putabāt. 2. de Cæl. T. Comment. 52.

5 Solis eclipſis oſtendit lunam eſſe ſphæricæ figuræ. 2. de Cæl. T. Co. 59.

6 Sol paucioribus motibus mouetur, q̃ alii planetæ, cum tamen deberet eſſe contrarium, quia illi proximiores ſunt ſupremæ ſphæræ, quæ unicum motum habet. 2. Cæl. T. Comment. 60.

7 Solis eclipſis pauciores fieri q̃ lunæ, propterea quidam dixerunt, quia uni lunæ opponuntur plures terræ, ſoli uero una tantum luna. 2. de Cæl. T. Co. 75.

8 Solis elongatio a terra facit apparere ſolem planum eſſe. 2. de Cæl. T. Co. 76.

9 Sol propter duo efficit maiorem calorē in inferioribus ſuo motu, & quia uelociſſime mouetur, & quia proximus eſt inferioribus. 1. Meteor. c. 4. F.

10 Sol non eſt calidus, licet maxime eſſe calidus uideatur, nam ſi calidus eſſet, non appareret nobis candidus, ſed igneus. 1. Meteor. cap. 4. F.

11 Sol ſemper mouetur in circulo Zodiaco. 1. Meteor. cap. 4. B.

12 Sol motu tardo moueri uidetur, quia longiſſime a nobis diſtat. 1. Meteor. c. 5. E.

13 Solis motus ſegregans exhalationem efficit, ut non fiant cometæ plures, aut ſæpe, & ut potius fiant extra tropicos q̃ intra. 1. Meteor. c. 8. E.

14 Solis magnitudinem maiorem eſſe terra, theorematibus aſtrologicis oſtenditur. 1. Meteor. cap. 8. C.

15 Solem neceſſe eſt, omnia ſydera fixa illuminare, quia conus ſiue cuſpis umbræ terræ non attingit ad ſydera propter maximā diſtantiam. 1. Meteor. cap. 8. C.

16 circa Solem non fit coma, quia citius cōcretio exhalationis ſecernitur, q̃ conſiſtere poſſit. 1. Meteor. cap. 8. H.

17 Solis motus in circulo zodiaco ſecundū maiorem propinquitatem uel longitudinem eſt cauſa efficiens generationis & corruptionis, nam eo recedente a nobis, fiunt corruptiones, & accedente ad nos, fiunt generationes, ut ſenſu etiam percipimus. 1. Meteor. cap. 9. A. & 2. Meteororū. cap. 2. C. & 2. de Generatione. T. Comment. 56. 57. 58.

18 Sole ad latera mutato, uaporum fluuius aſcendit, aut deſcendit. 1. Meteor. c. 9. C.

19 Sol eleuat dulciſſimum & ſubtiliſſimum aquæ, & tandem illud cōuertitur in aquā propter frigus aeris, ad quem eleuatur, & rurſus cadit. 2. Meteor. c. 2. C.

20 Solē nutriri humore eleuato, ſicut flāma humore paſcitur, & ꝓpterea mutare curſum, quia una pars non ſufficiat eius alimento, ridiculi quidam ex antiquis dixerunt. 2. Meteor. cap. 2. D.

21 Solem, dixit Heraclitus, iuuenē quotidie eſſe. 2. Meteor. c. 2. D.

22 Sol nunq̃ ſuſcipit alimentum a uaporibus, quos ex aq̃ haurit, ſicut nec ignis ab aquis, quas calefacit. 2. Meteor. c. 2. D.

23 Solem qui nutriri dicunt humore eleuato, inconuenienter locuti ſunt, quia nullam curam habuerunt de reliquis ſyderibus, quæ maxima & plurima ſunt. 2. Meteor. cap. 2. E.

24 Sole calefaciente terram humidam, & ea, quæ circa terram ſunt, quidam dixerunt, ortum eſſe aerem, & totum cælum incrementa ſuſcepiſſe. 2. Meteor. cap. 2. E.



25 Solem non poſſe ali humore eleuato, uel ex hoc probatur, ꝙ tantum delabi cernimus, quantum humoris eleuatum eſt, licet non quotannis & in quacunq; regione ſimiliter reddat. 2. Meteor. c. 2. F.

26 Sol latus in obliquo circulo, & accedens ad nos, trahit uaporem, & terram deſiccat, recedēte uero ſole a nobis, eleuati uapores infrigidantur, & tunc fiunt plures pluuiæ. 2. Meteor. cap. 4. B.

27 Sol & ceſſare facit, & commouet uentos, quia ſi exhalatio exigua eſt, diſſipatur a ſolis calore, & quando ſol præuenit exhalationem, anteq̃ fiat, exſiccat, ut ſi quis combuſtibile exiguum in multum ignē iaciat, exuritur, anteq̃ fumum faciat, & ſic uel a principio prohibet, uel conſumens ceſſare facit. 2. Meteor. cap. 5. A.

28 Solis motum ſequuntur uenti, quia ipſe exhalationes eleuat. Nam principium uentorum ſic mouetur, ut ſol. 2. Meteor. cap. 6. M.

29 Sol maior uidetur, cum oritur, aut occidit, q̃ in meridie, quia uaporibus tunc aer plenus eſt, & refrangitur uiſus, in meridie uero purior eſt aer. 3. Meteororum. cap. 4. B.

30 Sol per fumum aut caliginem uiſus puniceus apparet, quia ſplendida uel fulgida per nigrum uel in nigro uiſa, punicea ſunt. 3. Meteor. c. 4. E.

31 Solis color albus eſt. 3. Meteoror. c. 6. A.

32 Sol licet pedalis magnitudinis appareat, maior tamen eſt tota terra. 2. de Anima. T. Co. 159. & de Somniis. cap. 1. D.

33 Sol ſecundum ſe albus uidetur, per caliginem tamen & fumū puniceus apparet. de Sen. & Sen. cap. 3. G.

34 Solis imagines ſeu plures ſoles quando apparent, & quomodo fiant. Quære Parelii.

35 Sol poſt uenerem collocatur uerſus terrā, & lunæ immediatus eſt. de Mundo. ad Alexandr. cap. 1. C.

36 Sol ſemper mouebitur, nec eſt timendū, ꝙ ſtet, ut quidam phyſici timuerūt, quia nō fatigat in ſuo motu, eo ꝙ nō eſt circa potentiam contradictionis, ut ſit ei laborioſa continuatio. 9. Metaphyſicorum. T. Comment. 17.

37 Solis orbium multiplicitas & motus ſecundum Eudoxi opinionem ponitur. 12. Metaphy. T. Co. 45. 46. ✳.

SOLERTIA.

1 Solertia eſt ſubtilitas medii inueniēdi in imperceptibili tpe. 1. Poſter. T. Co. 45.

2 Solertia & bona cōſultatio diuerſa ſunt, quia ſolertia eſt quædam coniectatio, bona conſultatio uero non eſt coniectatio. 6. Ethic. cap. 9. A.

SOLIDVM.

Solidum ſuo motu maxime ſegregat. 1. Meteor. cap. 4. E. ✳.

SOLITARIVS.

1 Solitarius ſine prole non eſt omnino felix. 1. Ethic. cap. 8. E.

2 Solitarium facere felicem, abſurdum fortaſſe eſt. 9. Ethic. cap. 9. B.

3 Solitario difficilis eſt uita, quia non facile ſolitarius per ſeipſum ſemper operabitur. 9. Ethic. 9. C.

4 Solitariꝰ, qui ſine ciuitate eſt nō propter fortunā ſed propter naturā, aut nequam eſt, aut pluſq̃ homo. 1. Polit. c. 2. A.

SOLOECISMVS. Vitium orationis.

1 Solœciſmus eſt unus ex iis finibus, ad quos ſophiſta conatur perducere reſpondentem. 1. Elench. c. 3. A.

2 ad Solœciſmum quomodo poſſit reſpōdens duci ab interrogante, & in quibus conſiſtat, oſtenditur. 1. Elench. cap. 13. B. Quære Interrogans.

3 Solœciſmi fallacia quomō ſoluatur, oſtenditur. 2. Elench. c. 6. B. C. D.

SOLON. Salaminius Athenienſium legiſlator.

1 Solonis legibus quādiu uſi ſunt Athenienſes, felices fuerunt. 2. Rhetor. c. 23. I.

2 Solon finem uitæ expectādum eſſe, dixit, ut aliquis felix dicatur. 1. Ethic. c. 10. A.

3 Solon dixit, illos felices maxime eſſe, & pulcherrimas res agere & modeſte, q mediocria de bonis externis haberent. 10. Ethic. cap. 8. A.

4 Solon dixit, nullum eſſe finem diuitiarum acquirēdarum. 1. Polit. c. 1. D.

5 Solon lege impoſuit modum filiorum. 2. Polit. cap. 2. B.

6 Solon non ſolum leges tulit, & rempublicam gubernauit, ſed etiam cōſtituit rempublicam. 2. Polit. c. 10. A.

7 Solonem, quidam exiſtimant, fuiſſe præclarum legiſlatorem, & paucorum potentiam ſuſtuliſſe, & plebem ſeruitute liberaſſe. 2. Polit. c. 10. A.

8 Solon conſtituit Areopagitas, & popularē ſtatum. 2. Polit. c. 10. B.

9 Solon tradidit populo poteſtatem creandi magiſtratus. 2. Polit. c. 10. C.

10 Solon conſtituit magiſtratus omnes eligi ex nobilibꝰ & locupletibus. 2. Politicorū. cap. 10. C.

11 Solonis reſpublica quid contineat, oſtenditur.2.Politicorum.c.10.A.B.

12 Solon pmiſit plebi repetere rationes geſtorũ,& eligere magiſtratꝰ.3.Polit.c.7.E.

13 Solon mediocris ciuis fuit,ut eius carminibus apparet.4.Politicorũ.c.11.F.Quære Leophron.

SOLVERE DVBITATIONEM. SOLVTIO.

1 Solutio non omnis eſt erroris manifeſtatio.2.Elench.c.4.C.

2 Solutio dubitationis inuẽtio ueritatis eſt.7.Ethic.cap.2.D.

3 Solui aliquid non poteſt,ſi nodus ignoretur.3.Metaphy.T.Comment.1.

SOMNIVM.Inſomniũ, quod dormientes uident. SOMNIARE. Inſomnia uidere.

1 Somnium non eſt partis ſenſitiuæ, quia omnes ſenſus in ſomno ligati ſunt. de Somniis.cap.1.A.

2 Somnium nõ eſt partis intellectiuæ, quia non ſolum apprehendimus in ſomniis eſſentias rerum ut hominem & equum & cætera, ſed etiam diſpoſitiones ſenſibiles,quæ proprie ſunt obiecta ſenſuum. de Somniis.cap.1.B.

3 Somnium nõ eſt omne illud, quod dormientes uidemus,ſed aliquando aliquid intelligimꝰ,quod facile intelligere poteſt, qui experrectus ſomniũ repetere uoluerit.de Somniis.c.1.C.

4 Somnium non fit ommino ſine intellectu.de Somniis.c.1.C.

5 Somnium non fit omnino ſine ſenſu, nã eodem modo fallimur in ſomno circa ſenſibilia , ſicut in uigilia. de Somniis. cap.1.D.

6 Somnium paſſio eſt uirtutis phantaſticæ, quia nec eſt intellectus,nec ſenſus exterioris.de Somniis.c.1.D.E.F.

7 Somnium phantaſma quoddam eſt. de Somniis.cap.1.F.

8 Somnia terribilia & conturbata & monſtroſa apparent aliquando febricitãtibus & melãcholicis & ebriis,qa huiuſmodi paſſiones ſpũoſæ ſunt,& cõmotionẽ & pturbationem phantaſmatum & ſimulachrorum afferunt.de Somniis.c.3.D.

9 Somnia recta & ordinata fiunt, quando ſanguis purus in habentibus ſanguinem ſeparatus eſt ab impuro,& motus euaporationũ ſedatus eſt.de Somniis.cap.3.D.

10 Somnia ideo in ſomno apparent,qa ſenſus particulares ceſſant i ſomno,& faciliꝰ imprimunt ſimulachra,ceſſantibꝰ exteriribꝰ motibus.de Somniis.c.3.A.B.C.D.

11 Somnia ſic fiũt ut uertigines in flumine, quæ aliquando una aliam ſibi ſimilẽ efficit,aliquando diſſimilẽ, aliquando in alias figuras tranſeunt.de Somniis.c.3.C.

12 Somnia non apparent ilico poſt cibum ſumptum, nam multus motus euaporationum a cibo non permittit phãtaſmata & ſimulachra illa repræſentare ſe pura. Sicut uehementer commota aqua nõ repræſentat imagines & effigies puras, ſed diſtortas,ſi uero qeſcat, repſentat eas puras & expreſſas.de Somniis. c.3.C.D.

13 Somnia ſeu ſimulachra, quæ a ſingulis ſenſibus delata ſunt, ſenſus primus, quo ſomniamus, iudicat, ut quod a uiſu delatum eſt uidere,ab auditu audire,& cætera.de Somniis.c.3.E.

14 Somnia aliquando iudicantur, ut apparent, aliquando non, quia potentia ſuperior iudicat, non ut apparet,ſed ut ſunt. Hinc fit, ut dormientes aliquando iudicemus nos audire,aliquando iudicemus nos non audire.de Somniis.c.3.F.

15 Somnia & ſimulachra ſimilia ſunt nubibus in aere pendentibus,quæ modo in unam,modo in aliam figurã tranſeunt. de Somniis.c.3.G.

16 Somnia eſſe ſimulachra ſenſibilia,quæ in ſenſibus ſeruata ſunt, ex hoc patet , ꝙ expergefactus ſubito,uideatur ſibi uidere imagines illas,quia adhuc in ſenſibus uerſantur. Vnde pueri euigilantes aliquando expergefacti etiam in tenebroſis locis uidentur ſibi ſimulachra illa uidere, & præ timore occultant ſe intra ſtragula. de Sommiis.c.3.I.

17 Somnium ſeu uiſum ſeu phantaſma eſt illud,quod fit in ſomno & non aliter.Nã quæ uigilantibus apparent, ſomnia non ſunt.de Somniis.cap.3.L.

18 Somnium non eſt, quicquid in ſomno ſe repræſentat,nam latratus canum, quos reuera audimus dormientes, & lumen lucernæ,qnod uidemus, quando expergiſcimur , cognoſcimus nõ fuiſſe ſomnium, quod repræſentatum eſt in ſomno, ſed rem ueram.Vnde ad interrogata reſpondent aliquando dormientes, ſed non plene dormiunt. de Somniis. cap.3.L.M.

19 Somniare nunq̃ aliquos,ideo fit, quia illi tali natura conſtant, ꝙ multa euaporatio ſurſum aſcendit, & ſuo deſcenſu multos motus excitet,& tales non ſomniant, quia ſimulachra diſtorta & turbida non apparent propter multum motũ. de Somniis.c.3.M.



20 Somniare nunq̃ aliquos,rarum eſt,accidit tamen.de Somniis.c.3.N.

21 Somniãt aliqui per totam uitã, quia non tantã euaporationem habẽt,ut ſuo aſcenſu & deſcenſu perturbent ſimulachra . de Somniis.c.3.N.

22 Somniant aliqui ætate procedente , quia illa euaporatio multa,q̃ prius ſuo aſcenſu & deſcenſu ſimulachra perturbabat, ceſſat ætate aut aliqua alia mutatione , de Somniis.cap.3.N.

23 Somnia habere aliquam ſignificationem, omnes aut plurimi dicunt , & experientia cõprobatur.de Diuinati.per Somn.c.1.A.

24 Somnia ſi a deo immitterentur,ſapientibꝰ potius q̃ aliis quibuſcunq; immitterẽtur. de Diuinati.per Somn.c.1.B.

25 Somnia ſi a deo non immittuntur , nulla cauſa diuinationis ſufficiens aſſignari poteſt.de Diuinati.per Somn.c.1.B.

26 Somnia ægrotantis diligenter attendẽda eſſe,periti medici dicunt. de Diuinati. per Somn.c.1.D.

27 Somnia aut cauſæ ſunt,aut ſigna,aut fortuita,aut hæc omnia,aut duo ex iis.de Diuinati.per Somn.c.1.C.

28 Somnia cauſæ ſunt aliquando actionum nr̃arum.Nam ſicut ſæpe ſomniamus ea,q̃ uigilantes aut egimus , aut acturi ſumus, aut agere deſtinauimus,ſic ecõtrario ſomnia,quæ præceſſerunt impellũt nos aliqñ, & mouent,ut uigilantes agamꝰ,quæ ſomniauimus.Et hoc modo ſomnia ſunt cauſæ uel ſigna.de Diuinati.per Somn.c.1.E.

29 Somnia aliquando ſunt illarum rerum, quarum principium non eſt in noſtra poteſtate,puta quando ſomniamus bella naualia,& aliquãdo eueniũt huiuſmodi,quæ ſomniamus,non tamen ſomnium noſtrũ cauſa eſt,ſed ſicut de aliquo loquentibus accidit ipſum uenire , non tamen noſtrũ loqui aduentus illius cauſa fuit,ſic contingit euenire illa , q̃ procul a nobis ſunt,& ſomniamꝰ.de Diuinati. p Somn.c.1.F.C.

30 Somnia plurima falſa ſunt , quia fortuita ſunt,quia nec ſigna , nec cauſa ſunt earũ rerum,quæ fieri debent.de Diuinati.per Somn.cap.1.G.

31 Somnia non immittuntur a deo , alioqui bruta quædam non ſomniarẽt , nec ſtulti & degeneres homines . de Diuinati . per Somn.cap.1.G.

32 Somnia dæmonia dici poſſunt,non tamẽ diuina dici poſſunt , quia natura dæmonia eſt,nõ diuina.de Diuinati. per Somn. cap.1.G.

33 Somnia plurima non euadere uera , non eſt inconueniens . Nam multa ſunt ſigna & principia,quæ nullus effectus conſequitur,impediente alio motu fortiori.de Diuinati.per Somn.c.1.I.

34 Somnia,dicebat Democritus , fieri ſimulachris quibuſdam & de fluxibus corporis,& per ſenſum intrare,& futura enunciare.de Diuinati.per Somn.c.1.I.

35 Somniorum interpres optimus ille eſt, qui poteſt ſimilitudines & imagines phãtaſmatum proſpicere & diſcernere . de Diuinati.per Somn.c.1.O.

36 Somnia ſimilia ſunt ſimulachris & imaginibus,q̃ ſunt in aquis, in quibus ſi motus multus fiat, diſtortæ imagines apparent, ſi uero quieſcant,rectæ apparent.de Diuinati.per Somn.c.1.P.

37 Somniamus frequenter, quæ uel cgimus, uel acturi ſumus, uel agimus.de Diuinati.per Somn.c.1.E.

38 Somniamus aliquando uera de amicis, quia ſoliciti de illis ſumus . Nam ſicut de longinquo illos uigilantes agnoſcimus, ita eorum motus notiores ſunt nobis.de Diuinati.per Somn.c.1.N.

39 in Somniis maxime operatur anima uegetatiua.1.Ethic.c.13.C.

40 Somnia bonorum meliora ſunt,q̃ ſomnia prauorum.1.Ethic.c.13.D.✳.

SOMNVS.SOMNICVLOSVS.

1 Somnum qui diffinierunt, eſſe impotentiam quamcunq; ſenſuum , male diffinierunt.6.Topic.c.3.X.

2 Somnus ſimilis eſt habitui non exeunti in actum.2.de Anima.T.Co.5.

3 Somnus & uigilia cõmunia ſunt animalibus.de Sen. & Sen.c.1.B.& de Somn.& Vigil.cap.2.C.

4 Somnus & uigilia ad eãdem partem animalis pertinent , quia oppoſita priuatiue ſunt.Nam ſomnus priuatio quædam eſt uigiliæ , & priuatiue oppoſita circa idem ſuſceptibile fieri nata ſunt, & uigilantem eodem cognoſcimus , quo dormientem. Ergo ſomnus & uigilia in eadem parte fiunt.de Somn.& Vigil.c.1.B.C.

5 Somnus eſt totius coniuncti . de Somn.& Vigil.cap.1.D.

6 Somno carent omnia , q̃ animalia non ſunt, quia carent ſenſu . de Somn.& Vigil.cap.1.D.

7 Somnus propter exceſſum uigilandi contingit.de Somn.& Vigil.c.1.D.

8 Somnus nullus eſt, qui expergiſcibilis non ſi. de Somn. & Vigil. c.1.H.

9 Somnũ animalibus ineſſe omnibꝰ, ex hoc probatur, quia omne animal ſenſum habet, nam per habere ſenſum diffinitur, & ſomnus uinculum quoddã & immobilitas eſt ſenſus. de Somn. & Vigil. c.1.I.

10 Somnus aut uigilia non eſt in plantis, quia non habent ſenſum. de Somn. & Vigil. cap.1.I.

11 Somnus paſſio eſt ſenſus communis. de Somn. & Vigil. c.2.C.

12 Somnus non eſt quæcũq; ſenſuum uacatio, quia qui linquuntur animo, & amẽtes, & illi, quorum iuguli uenæ ualide compreſſæ fuerint, nil ſentiũt, nõ tamen dicũtur dormire, ſed ſomnus fit, quando ligatur ſenſus communis. de Somn. & Vigil. cap.2.E.&.c.3.B.

13 Somnus ideo omnibus ineſt animalibus, quia tactus omnibus animalibus ineſt. de Somn. & Vigil. c.2.C.

14 Somni cauſa finalis eſt ſalꝰ in animalibꝰ, quia quieſcunt in ſomno, cum operari ſẽper nõ poſſint. de Somn. & Vigil. c.2.G.

15 Somnus per metaphoram quies dicitur. de Somn. & Vigil. c.2.G.

16 Somni cauſa materialis eſt eadem in habẽtibus ſanguinem, & in non habẽtibus ſanguinẽ eſt aliquid ſanguini proportionale, & in habentibus ſanguinem eadem cauſa ſomni eſt, quæ eſt in hominibus. de Somn. & Vigil. c.2.H.

17 Somnus neceſſarius eſt animali cuiq;, nõ neceſſarius ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitiõe, quia ſi animal naturam ſuam ſeruare cupit, neceſſario quædã ei ineſſe oportet. de Somn. & Vigil. c.2.G.

18 Somnus eſt impotentia ſenſus, non quælibet, ſed quæ fit per euaporatiõem ciborũ. Quæ euaporatio attollitur, & refluit, & regreditur, ſicut Euripꝰ. Nã calor attollit, & poſtq̃ ſurſum latũ eſt omne, reciprocat, & deſcendit. de Somn. & Vigil. c.3.C.

19 Somnus fit maxime poſt ſumptum cibũ, quia tũc ſurſum effertur copioſus & corpulentus humor, qui cum conſtiterit in cerebro, aggrauat, & dormitare facit, ſed cũ deſcenderit, & calorẽ repulerit, tunc fit perfecte ſomnus, & dormit animal. de Somn. & Vigil. c.3.D.

20 Somnum fieri per aſcenſum uaporum ad cerebrũ, ſeptem ſignis probatur. Primo, quia cibi omnes, & potus euaporantes dormire faciunt, ut uinum, mandragora. Secũdo, quia labor colliquare facit, & colliquata euaporant. Hinc fit, ut ſomnũ inducat labor. Tertio, quia ægritudines quædam, q̃ a ſuperfluitate calida & humida fiunt, ſomnum inducunt propter multam euaporationẽ, ut lethargus. Quarto, quia pueri maxime dormiunt propter euaporationem multam ad cerebrum, quod oſtendit membrorum ſuperiorum magnitudo. Quinto, epileptici ſiue comitiali morbo laborantes inuaduntur a tali morbo, cum dormire incipiunt. Sexto, ꝙ pueris & nutricibus eorũ uinum prohibetur, quia multum euaporat. Et pueri ſex primis menſibus mouere non poſſunt collũ, atq; maxime dormiunt propter multã exhalationem. Septimo, grandia capita habentes maxime ſomniculoſi ſunt, quia multum euaporationis continent. Ecõtrario uero melancholici, quia parum euaporationis humidæ continent, parum dormiunt. de Somn. & Vigil. cap.3.D.E.F.G.

21 Somnus eſt conuentus caloris refugientis ad interiora, & generalis reciprocatio & antiperiſtaſis propter repulſionem caloris a uaporibꝰ deſcendentibus. de Somn. & Vigil. cap.3.H.

22 Somnus ideo refrigerat animalium calorem, quia eleuantur uapores ad cerebrum propter calorem, & cum cerebrum ſit frigidiſſimum omnium membrorum, refrigerat uapores illos, & deſcendentes propter grauitatem cordis calorem refrigerant. Sicut uapores calore ſolis eleuati in frigidam aeris regionem in aquam cõuertuntur, & deſcendunt, & terræ calorem temperant. Alias huius refrigerationis cauſas reddunt alii, quas Ariſtoteles commemorat. de Somn. & Vigil. cap.3.M.N.

23 Somnus tandiu durat in animali, quandiu ſanguis turbidus & impurus ſeparatur a tenui & puriſſimo, & deſcendit ad partes inferiores. de Somn. & Vigil. c.3.N.O.

24 in Somno ideo ſomnia ſeu inſomnia uidentur potiuſquam in uigilia, quia ceſſant ſenſus particulares, & in ſenſu communi facile imprimuntur ſimulachra, & illi oſtẽdũtur. At in uigilia a motibus exterioribus maioribus reprimuntur motus minores interiores, ut paruus ignis ingenti igni obfuſcari ſolet. de Somniis. cap.3.A.B.C.

25 in Somno motus parui magni eſſe uidentur, & exiguus ſonus magna creduntur eſſe tonitrua, & melle & dulcibus ſaporibus perfrui, parua pituita ſtillante, & ambulare per ignem, tenui calore in aliquibus partibus corporis exorto. de Diuinat. per Som. c.1.D.

26 Sõniculoſi ſunt, quibus corporis ſupiora maiora ſũt. de Phyſiog. D. Quære Nanus

27 Somnus ſecundum Euripidem ceſſare curas facit. 8. Polit. c.5.A.✳.

SONARE. SONVS.

1 Sonum fieri motu ſtellarum, quidam dixerunt. 2. de Cæl. T.Co.52.

2 Sonum ſtellarum non audiri a nobis, q̃dam dixerunt, quia nobis connaſcitur, & quia non eſt manifeſtus per ſuum contrarium ſilentium, ſicut ferri malleatoribꝰ accidit ꝓpt cõſuetudinẽ. 2. de Cæl. T.C.12

3 Sonus uehemens inanimatorum corporum moles deſtruit. 2. de Cæl. T. Co.53.

4 Sonum faciunt & plagam, quæcunq; per ſe feruntur. 2. de Cæl. T.Co.54.

5 Sonũ nõ faciũt, q̃cũq; aliis fortiter infixa feruntur. 2. de Cæl. T. Co.54.

6 Sonus nil confert ad alimentum animalis, niſi ꝑ accidens. 2. de Aĩa. T. Co.28.

7 Soni ſuſceptiuum ſono carere debet. 2. de Aĩa. T.Co.71.

8 Sonus non mouet immediate potẽtiã auditiuam, ſed medium eſt, quod illam mouet. 2. de Aĩa. T.Co.75.

9 Sonus ut audiatur, medium eſt aer. 2. de Anima. T. Co.76.

10 Sonus duplex eſt in actu & in potentia, quia aliquid dicimus ſonorum, cum actu ſonat, aliquid quia ſonare poteſt. 2. de Anima. T. Co. 77.

11 Sonare quædam non poſſunt nec in potentia quidem, ut lana, ſpongia, pili. 2. de Aĩa. T. Co. 77.

12 Sonus actu fit ſemper alicuius ad aliquid in aliquo, hoc eſt percutiẽs, percuſſum, & medium in quo percuſſio fit. 2. de Anĩa. T.Co.78.

13 Sonus non fit, quibuſcunq; percuſſis, ſed ſolidis & planis & læuibus. 2. de Anima. T. Co. 78.

14 Sonos plures ædunt concaua, quia aer repercutitur ſemper, & agitatus exire non poteſt. 2. de Aĩa. T. Co.78.

15 Sonare poſſunt plana & læuia. 2. de Aĩa. T.Co.78.

16 Sonus, impoſſibile eſt, ꝙ fiat uno corpore tantum. 2. de Anima. T.Co.78.

17 Sonus in aere & in aqua fit, q̃uis aer & aqua non ſit cauſa, ſed ſolidorũ corporũ inter ſe & ad aerem ictus. Quod tunc fit, qñ aer percuſſus non diffunditur, & cito percuſſus ſonat. Nã ad hoc ꝙ aer ſonum ædat, oportet, ꝙ motus uelox percutientis præueniat aeris diuiſionem. 2. de Aĩa. T.Co.79.

18 Soni cauſa eſt & percutiens & percuſſũ, ſed diuerſimode. 2. de Aĩa. T.Co.85.

19 Sonus eſt motus eius, quod moueri põt, quo modo ea mouentur, quæ reſiliunt a corporibus læuigatis, ſi aliquis percutiat. 2. de Anima. T.Co.85.

20 Sonum non efficiunt quæcunq; uerberata, ut ſi acus acum percutiat, ſed opus eſt ut id, quod uerberatur, planũ ſit, ut aer, & reſiliat cito, & concutiatur. 2. de Anĩa. T.Co. 85.

21 Sonorũ differẽtiæ cognoſcũtur ꝑ ſonũ in actu. Sicut eñi ſine lumine non uidentur colores, ſic nec ſine ſono acutum & graue. 2. de Anima. T.Co.86.

22 Sonus acutus & grauis per metaphoram dicitur ſumptam a tangibilibus. 2. de Anima. T.Co.86.

23 Sonus acutus eſt, qui multum mouet ſenſum in breui tempore. 2. de Anima. T. Comment.86.

24 Sonus grauis eſt, qui in multo tẽpore parum mouet ſenſum. 2. de Anima. T. Cõment. 86.

25 Sonus non nutrit. 3. de Anima. T.Comment.64.

26 Sonus priꝰ mouet medium q̃ ſenſum. de Sen. & Sen. c.6.F.G.

27 Sonus, qui longe fit, poſterior ictu peruenit. de Sen. & Sen. c.6. F.

28 Soni uehementes ſurdaſtros reddunt, q̃a excellens ſenſibile corrumpit ſenſum. de Somniis. c.2.D. Quære Harmonia. ✳.

SOPHISMA. Captioſum argumentum. SOPHISTA. SOPHISTICVS.

1 Sophiſma eſt ſyllogiſmus contentioſus. 8. Top. c.4.H. Quære Fallacia.

2 Sophiſticæ redargutiones uidentur redargutiones, ſed non ſunt, ſed ſunt captioſæ ratiocinationes. 1. Elench. c.1.A.

3 Sophiſta pecuniarum aucupator eſt a ſapientia apparente & non exiſtente. 1. Elẽchor. c.2.A.

4 Sophiſtica eſt apparens ſcientia & nõ exiſtens. 1. Elench. c.2.A.&.4. Metaphyſico. T.Comment.5.

5 Sophiſticæ diſputationes quærunt litigioſa. 1. Elench. c.2.A.

6 Sophiſtæ finis, ad quem perducere uult reſpondentem, quincuplex eſt, ſcilicet redargutio, falſum, inopinabile, ſolœciſmus, nugatio. 1. Elench. c.3.A.

7 Sophiſtica redargutio non eſt ſimpl'r redargutio, ſed ad aliquem. 1. Elench. c. 7. C

8 Sophiſta conſyderat communia apparẽter. 1. Elench. c. 10. A.

9 Sophiſticus ſyllogiſmus & tentatiuus in quibus differant, & cõueniant, oſtẽditur. 1 Elenchor. c. 10. p totũ. Quære Syllogiſmꝰ

10 Sophiſticas orationes cognoſcere, & eas ſcire ſoluere, utile eſt ad philoſophiã, quia per hoc ſcimus diſtinguere dictionẽ uel orationẽ multiplicem, & ſcimus identitatẽ & diuerſitatem rerum & nominũ, quod multum iuuat. Secundo utile eſt, ut non fallamur apud nos. Nam qui ab alio facile fallitur, & ipſe quoq; apud ſe falletur p ſæpe. Tertio utilis eſt ad gloriam, eo ꝙ circa omnia exercitatus eſſe uidebitur, & in nullo inexpertus. 2. Elench. c. 1. A.

11 Sophiſticas orationes qui contemnit ſoluere, ſuſpitionem dat, ſe, nõ ideo quia cõtemnat, ſed quia illas ſoluere neſciat, facere. 2. Elench. c. 1. A.

12 Sophiſticas orationes & per ſyllogiſmos ſoluere poſſe, & celeriter ſoluere non eſt idem. 2. Elench. c. 1. B.

13 Sophiſticas orationes docere ſoluere, nõ eſt ſuperfluum, etiã ſi prius docuerimus, quomodo fiant. 2. Elench. c. 1. B.

14 Sophiſticarum redargutionũ uera & recta ſolutio quomodo detur, habes. 2. Elẽchor. c. 3. per totum.

15 Sophiſtæ admirabilia quædã inferre uolunt redarguendo, ut uideantur acuti. 7. Ethic. c. 2. C.

16 Sophiſticis orationibus qui ligatur, cum manere quidem non uelit, quia concluſio nõ placet, pcedere aũt nõ põt, qa rationes ſoluere nequit. 7. Ethic. c. 2. C.

17 Sophiſtis nemo quicq̃ conferret pro iis, quæ ipſi illos docuerunt, niſi pacta mercede docerent. 9. Ethicorum. c. 1. B. Quære Protagoras. 2.

18 Sophiſtæ pollicentur ſe ſcientiam rerum ſcibilium tradere, nemo tamẽ illorum id agit. 10. Ethico. c. 9. F.

19 Sophiſtæ longe abſunt a tribuenda doctrina de republica gubernanda & ferendis legibus. 10. Ethic. c. 9. F.

20 Sophiſtæ induũt, & ſubeunt eandẽ figurã, quã philoſophus, quia de omnibus diſputant apparenter. 4. Metaph. T. Co. 5.

21 Sophiſta, & metaphyſicus, & dialecticꝰ differũt, qa ſophiſta apparenter diſputat de ente, metaphyſicus de ente reali, dialecticus de ente rationis. 4. Metaph. T. Comment. 5.

22 Sophiſta differt a philoſopho uitæ electione. 4. Metaph. T. Co. 5.

23 Sophiſtica ſola conſyderat ens per accidens. 11. Metaphy. c. 7. B.

24 Sophiſticam uerſari circa non ens, cum uerſetur circa ens per accidens, dixit Plato, & non male. 11. Metaph. c. 11. C. Quære Fallacia Interrogans.

SOPHOCLES. Poeta tragicus clariſſimus.

1 Sophocles cum cauſam Euctemonis ageret, atq; Euctemon ſe interemiſſet, Sophocles dixit. Non æſtimare ſe minoris cõtumeliam, quanti, qui paſſus eſt, æſtimauit. 1. Rhetor. c. 14. B.

2 apud Sophoclem in Philotecte perſuaſus Neoptolemus mentiri, non perſtitit propter honeſtum. 7. Ethic. c. 6. B.

3 Sophocles dixit, neceſſitatem eſſe quid ineuitabile. 5. Metaph. T. Co. 6.

SOPHRON. Poeta quidam.

Sophronis mimi. in Poet. c. 1. C.

SORDIDITAS. Vitiũ, a quo Sordidus.

1 Sordiditas eſt oppoſitũ uitiũ magnificẽtiæ per exceſſum. 4. Ethicor. c. 2. C. E.

2 Sordiditas licet ſit uitiũ, nõ tñ affert probrũ, quia non eſt aliis detrimẽtoſa, nec nimium deformis. 4. Ethic. c. 2. E.

3 Sordidus opponitur magnifico p exceſſum. 4. Ethic. c. 2. E. Quære Puſillitas.

SPACIVM. Quære Interuallũ.

SPARTIATAE. Qui & Spartani ſeu Lacedæmonii. Quære Lacedæmonii.

SPARTANI. Qui & Lacedæmonii. Quære Lacedæmonii.

SPASMVS. Neruorum contractio. Latinis conuulſio dicitur.

Spaſmi tantum roboris habent, ut etiam ſi multi conentur reprimere ægrotantiũ corporum motum, non poſſint. 2. Meteo. c. 2. H. ✳. Conuulſio.

SPECIES. De qua genus prædicatur, unum e quinq; uniuerſalibus.

1 Speciem cognoſcere quid ſit, neceſſariũ eſt ad doctrinam prædicamentorũ, & ad aſſignationẽ diffinitionũ, & ad demõſtrationẽ & diuiſionem. Prædicab. Præf. A.

2 Species differt a genere, quia ſpecies prædicatur de pluribus differẽtibus numero, genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Prædicab. c. 1. E.

3 Species per genus diffinitur, & ecõtrario. Prædicab. c. 2. A.

4 Species dicitur de forma ſeu lineamentis corporis cuiuſq;. Vnde dicitur. Species primũ digna eſt imperio. Alio mõ dicit̃ ſpecies de illa, quæ ponitur ſub aſſignato genere. Prædicab. c. 2. A.

5 Species eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere, & de qua genus prædicat̃ in eo qđ quid eſt. Prædicab. c. 2. C.

6 Species ſpecialiſſima eſt, quæ de pluribus differentibus numero prædicatur in eo quod quid. Prædicab. c. 2. B.

7 Species ſpecialiſſima non põt eẽ genus, aliæ uero ſpecies poſſunt. Prædicab. c. 2. B

8 Species ſpecialiſſima eſt, quæ cũ ſit ſpecies nõ poteſt eſſe genus, & non diuiditur in ſpecies, & prædicatur de pluribus differẽtibus numero in eo quod quid. Prædicabil. c. 2. F.

9 Spẽs ſpecialiſſima eſt, poſt quã nõ eſt alia ſpecies inferior. Prædicab. c. 2. B.

10 Spẽs ſpecialiſſimæ in numero quodã ſũt, non tamen infinito. Prædicabil. c. 2. F.

11 in Speciebus ſpecialiſſimis iubebat Plato deſcẽdentibus quieſcere, quia indiuidua ſunt infinita, de quibus non eſt ſcientia. Prædicab. c. 2. F.

12 Spẽs collectiua ẽ multorũ in unã naturã. Prædicab. c. 2. G.

13 Speciei participatione plura ſunt unum, ut homines plures unum ſunt. Prædicab. cap. 2. G.

14 Speciem conſtituit differentia generi adueniens. Prædicab. c. 3. B.

15 Speciei ad alia prædicabilia communitates ſeu conuenientiæ & differentiæ ponũtur. Prædicab. c. 6. per totum.

16 Species de quocũq; prædicatur, de eodẽ prædicabitur etiã genus, & generis genꝰ uſq; ad generaliſſimum. Prædicam. c. 2. I.

17 Species diuerſæ ſunt diuerſorum generũ & non ſubalternatim poſitorum. Prædicament. c. 3. A.

18 Species magis ſubſtantiæ ſunt q̃ genus, quia propinquiores ſunt primis ſubſtantiis. Prædicam. c. 5. C.

19 Specierum, quæ non ſunt genera, nil magis ſubſtãtia eſt una q̃ altera. Prædicamẽtorum. c. 5. D.

20 Spẽs ſic ſe habet ad genus, ſicut primæ ſubſtãtiæ ad ſecũdas. Prædicam. c. 5. D.

21 Species dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ, in quibus inſunt primæ. Prædicam. c. 2. A.

22 Species ſpecialiſſimæ duo debẽt habere. Primũ, ꝙ quodlibet eorũ prædicamentorũ, q̃ ingrediũt̃ diffinitionẽ, debet ſe habere in plus q̃ diffinitũ, nõ tamen debet eſſe extra genus diffiniti, ſed prædicari de eo eſſentialiter. Secundum, ꝙ talia prædicata ſint in tanta multitudine, ꝙ aggregatum ex iis conuertatur cum diffinito. 2. Poſterior. T. Co. 17.



23 Species facilius diffiniuntur q̃ genera, qa æquiuocationes magis latent in uniuerſalibus. 2. Poſter. T. Co. 22.

24 Species ſuſcipiunt & nomen & rationem ſui generis. 2. Topic. c. 2. A. B.

25 Species ſi aliquid aſſignat̃, uidẽdũ eſt, an inſit generi, & ſic eſt conſtruẽdũ uel deſtruendum problema. 2. Topic. c. 2. H.

26 Spẽi nõ inſunt, q̃ non inſunt generi, ſed non econtrario. 2. Topic. c. 2. I.

27 Species aliqua neceſſario prædicatur de aliquo, de quo genus prædicatur. 2. Topicor. c. 2. I.

28 Species debent participare rationem generis, genus uero non rationem ſpecierũ. 4. Topic. c. 1. C.

29 Spẽs ſi de aliquo prædicat̃, & genus de aliquo prædicabitur. 4. Top. c. 1. D.

30 de Specie quæ ponitur alicuiꝰ generis, ſi omnia genera illius generis non prædicãtur in eo quod quid, nõ eſt bñ aſſignatũ genus illiꝰ ſpẽi. 4. Topic. c. 2. A.

31 Speciei eiuſdem ſi plura ſunt genera, ſubalternata eſſe, neceſſe eſt. 4. Topicorum. cap. 2. B.

32 de Specie & de iis, quæ ſpeciẽ participãt, neceſſe eſt prædicari generum rationes. 4. Topic. c. 2. E.

33 Spẽm, q̃diu eſt, ſequuntur genus & differentia. 4. Top. c. 2. G.

34 Species ſi eſt ad aliqd, & genus eſt ad aliquid, non tamen ſi genus eſt ad aliquid, ſpecies eſt ad aliquid, ut diſciplina eſt ad aliquid, non tamen grammatica. 4. Top. cap. 4. D.

35 Species melior, ſi ponatur ſub peiori genere, male ponitur. 4. Topic. c. 4. C.

36 Species in quo eſt, & genus in illo, ut ſi albũ eſt in aliquo, in illo eſt color. 4. Topic. c. 5. B.

37 Spẽs nõ ſequitur ad genus, bñ tñ genus ad ſpeciem. 4. Topic. c. 5. B.

38 Species ſunt in genere. 4. Phyſic. T. Comment. 23.

39 Specie cõtraria ſunt, quæ plurimũ ſpecie diſtant. 2. Meteor. c. 6. B.

40 Specie diuerſa ſi comparentur inter ſe reſpectu generis, recipiunt magis & minus. 8. Ethic. c. 1. C.

41 Specie differentia, quorum aliud eſt primum, aliud ſecundum, aliud conſequens, aut nihil omnino habent commune, aut uix aliquid habent commune. 3. Politic. cap. 1. D.

42 Species una non poteſt fieri e plurib9 ſpeciebus.1.Metaph.T.Co.37.

43 Specie diuerſa dicuntur quinq; modis. Primo,quando aliqua ſunt in eodem genere,& non ſubalterna,ut ſcientia & albedo ſub qualitate.Secundo, quando ſunt ſub eodem genere, & diuiduntur contra ſeinuicem.Tertio,quando ſua ſubſtantia habet contrarietatẽ.Quarto,quando ſunt diuerſæ ſpecies ultimæ,id ẽ ſpecialiſſimæ. Quinto,quando aliqua accidẽtia ſunt in eodem ſubiecto,& tamen differunt adinuicem.Eadẽ uero ſpecie tot modis dicũt̃ per oppoſitũ ad ſupradicta.5.Metaph.T.inter.15.&.16.q nõ ſequitur ordinem cõmentariorum.

44 Speciei partes,quæ diffinitionẽ debẽt intrare,quæ ſint oſtenditur.7.Metaphy.T.Co.37.& ultra.

45 Speciei nomen dubium eſt apud aliquos, an ſignificet ſubſtãtiam compoſitam, an formam tantum.8.Metaph.T.Co.7.

46 Spẽi nomen ſi ſignificet aliqñ formã tm̃, aliqñ materiã & formã,nõ dicet̃ uniuoce de utriſq;,ſed ad unũ.8.Metap.T.Co.7.

47 Species rerum in quattuor ſunt ſimiles numeris.8.Metaph.T.Co.10.

48 Species indiuiſibilis eſt cognitione & ſciẽtia.10.Metaph.T.Co.1.

49 Specie differũt illa,quorũ genus eſt unũ.10.Metaph T.Co.12.

50 Specie differentia in eodem genere, neceſſe eſt,eſſe.10.Metaphyſicor.T.Co.24. Quære Genus.✳.

SPECIES SENSIBILIS.

1 Species recipit ſenſus ſine materia, ſicut cæra ſuſcipit annuli ſignũ ſine ferro aut auro,nã aurũ aut ferrũ ſuſcipit cæra,non ut aurum aut ferrum,ſed ut ſignum.2.de Aĩa.T.Co.121.124.138.

2 Species ſenſibilium derelinquuntur in ſenſibus ipſis,etiam ſenſibilibus abſentibus. Vnde ſi quis a loco lucido in opacum transferatur,non uidet,quia commotio,q̃ facta eſt in oculo a lucido,adhuc manet, & qui intuitus eſt aliquid lucidum, aut uiride,aut alteri9 coloris,alia, quæ uidet, ſimilis coloris ei apparent.de Somniis.c.2.C.D.

3 Species ſenſibilium mouent ſenſus,etiam abſentibus ſenſibilibus, ſicut proiecta mouentur ab aere moto,abſente illo, qui proiecit,nã ſpẽs ſenſibiles q̃dam ſenſibilia ſunt.de Somniis.c.2.D.Quære Auditus.Odoratus.Odor.Viſus.Viſibile.

SPECIES INTELLIGIBILIS.

1 Specierum receptiua eſt anima.2.de Aĩa.T.Comment.3.

2 Specierum locum,quidam dixerunt, eſſe animam,non tamen anima tota eſt loc9 ſpecierum,ſed tãtum animæ intellectiuæ pars,& non eſt locus in actu,ſed in potentia.3.de Anima.T.Co.6.Quære Anima.Intellectus. Intelligere.

SPECIOSVM.

Specioſum non poteſt eſſe animal,ſi multum eſt exiguum.in Poet.c.6.D. Quære Pulchrum.

SPECVLATIO.SPECVLATIVVS A.VM.

1 Speculatio ſapientis nõ indiget ſocietate.10.Ethic.c.7.C.Quære Felicitas.

2 Speculatiua uita tãto excellẽtior ẽ illa uita, q̃ eſt ꝭm totũ cõpoſitũ hoĩs,quanto excellentius eſt id,qđ eſt diuinũ in hoĩe ſcilicet mens ſeu intellectus.10.Ethi.c.7.D.

3 Speculationem non mõ nõ adiuuant exteriora bona,ſed impedimẽto fere ſunt ad ſpeculationem.10.Ethicor.c.8.B.

4 Speculatio optima eſt & maxime delectabilis.12.Metaphyſicorũ.T.Comment.39. Quære Actio.Factio.

SPECVLVM.

1 Specula ſi magna ſunt,apparet in eis & figura & color, ſi uero minuta,non apparet figura,ſed color,quia cum figura habeat magnitudinẽ,& minima ſpecula non habeant ſenſibilem diuiſionem,& neceſſe ſit in ſpeculis aliqd apparere,& figura ꝓpter ſpeculorũ exiguitatem non poſſit apparere, color tantum apparet.3. Meteor. cap.2.E.

2 Specula inficiuntur macula quadam ſanguinea,ſi inſpiciantur a patientibus menſtrua,eo ꝙ oculus infectus inficit proximum aerem,& aer proximus ſpeculum. Quod ſi ſpeculum ſit nouum,difficile deletur talis macula, quia nouum cum terſum ſit, in omnes partes facile diffunditur talis macula,& quia purum eſt,in ꝓfundum macula imprimi poteſt.Si uero fuerit uetus,facile deleri poteſt,quia non in profundum macula ſubſedit,eo ꝙ nõ tam terſum & purum ſit.de Somniis.c.2.E.F.G.

SPERARE.SPES.

1 Spes eſt futurorum.de Memor.& Remi. cap.1.B.& .1.Rhetor.c.11.C. & c.12.C. & 2.Rhetor.c.11.C.

2 Spes ubi nulla eſt,nihil poteſt eſſe timoris.2.Rhetor.c.5.E.

3 Sperantis bene eſt confidere.3.Ethicorũ. cap.7.C.

4 Spe qui fortes ſunt,quia multos uicerunt, non ſunt fortes ſimpliciter, quia periculo imminente, fugiunt.3.Ethicorum.cap.8. D.E.

SPEVSIPPVS.Philoſophus,qui Platoni ſucceſſit in ſchola.

1 Speuſippus ſecut9 eſt Pythagoricos in collocatione unius in ſerie prædicamentorũ.1. Ethic.cap.6.C.

2 Speuſippus dicebat,uoluptatem ſic aduerſari dolori,ſicut maius minori & æquali.7. Ethic.cap.13.A.

3 Speuſippus plures ſubſtantiarum ordines poſuit incipiens ab uno, quod ponebat principium cuiuſlibet ordinis. 7.Metaphy.T.Co.5.

4 Speuſippus dicebat,optimum & nobiliſſimum nõ inueniri in principio primo.12. Metaphy.T.Co.40.

SPHAZELIZIN.Id eſt radicum morbũ pati.SPHAZELISMVS.Id eſt radicatio Quære Planta.48.49.50.51.52.

SPHAERA.Globus. SPHAERICVS. A.VM.

1 Sphæra infinita eſſe non poteſt.1.de Cæl. T.Comment.39.

2 Sphæricæ figuræ cælũ eſſe, neceſſe eſt.2. de Cæl.T.Co.22.& ultra.

3 Sphærica figura eſt natura omnium prima.2.de Cæl.T.Co.22.

4 Sphærica figura eſt prima inter figuras planas & ſolidas.2.de Cæl.T.Co.22.

5 Sphæra eſt figura prima ſolidorum corporũ,qa unica ſuperficie cõtinetur,ſicut circul9 eſt prima planorũ.2.de.Cæl.T.Co.23.

6 Sphæram non diuidunt, qui corpora in ſuperficies diuidunt, quia unam tantũ ſuperficiem habet.2.de Cæl.T.Co.24.

7 Sphærarum cæleſtium motu ignitur,& caleſit aer.2.de Cæl.T.Co.42.

8 Sphæræ ſolis motu maxime caleſiunt inferiora.2.de Cæl.T.Co.42.

9 Sphærarum cæleſtium uelocitas debet reſpondere magnitudini.2.de Cæl.T.Comment.44.

10 Sphæræ cæleſtes ſi quieſcunt,& moueant̃ ſtellæ, q̃ inconuenientia ſequantur,habes. 2.de Cæl.T.Co.46.

11 Sphæræ cæleſtes quanto maiores ſunt,tanto celerius mouẽtur.2.de Cæl.T.Co.46.

12 Sphærico corpori duplex conuenit mot9 ſcilicet uolutationis & circumgirationis.2. de Cæl.T.Co.48.

13 Sphærica figura eſt maxime habilis ad eum motum, qui eſt in eodem loco.2.de Cæl.T.Co.51.

14 Sphærica corpora circulariter moueri poſſunt celerrime,& eundem locum occupare.2.de Cæl.T.Co.51.

15 Sphærica corpora maxime inepta ſunt ad motum, qui eſt anterius.2.de Cæl.T. Comment.51.

16 Sphærica corpora in nullo aſſimilãtur iis corporibus,q̃ habent motum in ſeipſis.2. de Cæl.T.Co.51.

17 Sphærica corpora non habent aliquid depreſſum aut eminens, ut rectilinea.2.de Cæl.T.Co.51.

18 Sphæra ſuprema ponitur eſſe ſimplex & celerrima.2.de Cæl.T.Co.58.

19 Sphæra minime eſt motiua progreſſiue, quia nullum habet inſtrumentum ad motum progreſſiuum.2.de Cæl.T.Co.56.

20 Sphæra ſuprema cæli unicum motum habet.2.de Cæl.T.Co.60.

21 Sphæra ſuprema innumerabiles habet ſtellas.2.de Cæl.T.Co.61.

22 Sphæram componi ex octo partibus pyramidalibus,dicunt Democritus & Leucippus.3.de Cæl.T.Co.40.

23 Sphæra maxime apta eſt motui circulari, quia minimum tangit.3.de Cæl.T.Comment.69.

24 Sphæra tota eſt angulus.3.de Cæl.T.Cõment.69.

25 Sphæra licet maxime ſit apta motui circulari,non tamen motui ignis.3.de Cæl.T. Comment.70.

26 Sphæræ partes locum ex loco mutant,toto manente in æquali loco.1.de Gener. T.Comment.25.

27 Sphæricam figuram omnium figurarum nobiliſſimã eſſe,dixit Democritus.1.de Anima.T.Co.30.

28 Sphæra ſuperior cæleſtis mouet inferiorẽ. 3.de Anima.T.Co.57.

29 Sphæra cæleſtis inferior tribus motibus mouetur.3.de Anima.T.Co.57.

30 Sphærarum aliarum motus perpetuus eſt, ſicut & primi mobilis.12.Metaphyſic.T. Comment.44.

31 Sphæræ cæleſtes ſecundum Eudoxũ & Calippum quadraginta & nouem ſunt. 12.Metaphyſicorum.T.Comment.47.

32 Sphærarum motrices ſubſtantiæ & immobiles tot numero ſunt, quot ſunt ſphæræ ipſæ.12.Metaphy.T.Co.48.

33 Sphærarum cæleſtium motus omnis ordinatur ad motum alicuius ſtellæ.12.Metaphyſi.T.Co.48.

34 In Sphæris cæleſtibus, impoſſibile eſt, eſſe

alias lationes præter illas, ex quibus accidit diuerſitas motus ſtellarum.12. Metaphyſicorũ.T.Comment.48. Quære Cælum Planeta.✳.

SPINVS.

1 Spinus lapis naſcitur in Bythinia Thraciæ, ubi metalla effodiuntur, quo ferunt ignem incendi.de Admir.Aud.32.

2 Spinus lapis etiã ſi conteratur, incendit, & ſi in puluerẽ redigatur, aqua aſperſus flammas emittit.de Admir. Aud.38.

SPIRATIO.

1 Spiratio ad cordis refrigerationẽ data ẽ animalibus a natura.de Sõ.& Vig.c.2.I.

2 Spirationis cauſa aĩalibus aliquibus uita aut nõ uita cõtingit.de Iuuẽt.& Senect. c.1.A. Quære Reſpiratio.✳.

SPIRITVS.

1 Spiritus eſt fluxus aeris in longitudinem continuus.4. Meteor.c.48.

2 Spiritus compreſſio auget robur conantibus in labore aliquo.7.Politic.ca.17.B. Quære Exhalatio.Reſpiratio.✳.

SPISSVM.Quære Denſum.

SPONTE.

Sponte facere eſt cognoſcentis & nõ coacti facere.1.Rhetoricor.cap.10.A.Quære Voluntarium.

SPONGIA.

Spongia nec in potentia nata eſt ſonare. 2.de Aĩa.T.Co.77.✳.

SPORADES. Inſulæ poſt Cycladas. Dictæ ſporades, quia ſparſim iaccant.

Sporades inter minores inſulas cõnumerantur.de Mund.ad Alex.c.1.E.

SPORADES STELLAE.Id ẽ ſparſæ. Quære Lacteus circulus.12.

SPVRIVS.

Spurios quædam reſpublicæ admittunt ad gubernationẽ.3.Polit.c.3.H.

SQVAMMA.

Squammæ piſcium exhalatione fumoſa conſtant.4.Meteor.T.Com.48. Quære Piſcis.2.Viſibile.17.✳.

STABELBIVS.Dux quidam.

Stabelbius quopacto milites fraudauerit ſuis ſtipendiis, habes.Oecon.Pub.B.

STANNVM.Metallum uulgo notum.

1 Stannum aqueum eſt, quia ſoluitur a calido.4.Meteor.T.Co.52.

2 Stannum odorabilius eſt aliquibus metallis, aliquibus uero eſt minus odorabile. de Sen.& Sen.c.5.D.

3 Stannum quod apud Celtas naſcitur, celerius liqueſcit, q̃ plumbum, & aliquãdo liqueſcit in aqua & maximo frigore. de Admirand. Aud.46.

STATIO.Eius quod prius mouebatur.

STARE.

1 omne quod Stat, id eſt tẽdit ad quietem, mouetur, quando ſtat.6.Phyſi.T.Co.67.

2 Statio, & omne quod ſtat, ſtat in tẽpore. 6.Phyſic.T.Co.68.

3 in Statione quid dicitur primum, oſtenditur.6.Phyſic.T.Co.70.

4 in Statione non eſt accipere primam partem.6.Phyſic.T.Co.71. Quære Motus. Quies.Quieſcere.

STATEVSIS.Indigeſtionis ſpecies, inttpretatur excaldatio.Quære Excaldatio.

STATVS.Propoſitionis & temporis.

1 Status ſi eſt in propoſitionibus affirmatiuis, eſt etiam in negatiuis.1.Poſterio.T. Comment.44.

2 Status ætatis eſt medium inter augmẽtum & diminutionem partis refrigeratiuæ.de Vit.& Mort.c.1.E.Quære Aetas. Finis.Quies.

STATVA.Qua donabãtur publice de republica bene meriti.

1 Statuæ in foro Athenienſi primo poſitæ ſunt Ariſtogitoni & Harmodio tyrannicidis.1.Rhetor.c.9.M.

2 Statuæ Cypſelidarũ.Quære Cypſelidæ.2 Dædalus.

STELLA. Pro planetis & iis, quæ ſunt in octaua ſphæra, & pro tranſcurrentibus in aere ignibus.

1 Stellas, qui dixerũt, eſſe igneas, ideo dixerunt, quia corpus cæleſte igneum dicũt. 2.de Cæl.T.Co.41.

2 a Stellis generatur lumen & calor, attrito aere & confricato a motione ſtellarum. 2.de Cæl.T.Co.42.

3 Stellæ non caleſiunt, aut igniuntur, quia feruntur in ſua ſphæra, & nõ in aere, ubi alia corpora mouentur, quæ caleſiunt.2. de Cæl.T.Co.42.

4 Stellæ nec igneæ ſunt, nec in igne feruntur.2.de Cæl.T.Co.42.

5 Stellæ traſferri uidentur, & totum cælũ. 2.de Cæl.T.Co.43.

6 Stellas & cælũ ſimul quieſcere, terra quieſcente, impoſſibile eſt, 2.de Cæl.T.Cõment.43.

7 Stellas non moueri niſi motu ſui orbis, pbatur.2.de Cæl.T.Co.43.& ultra.

8 Stellæ ſi per ſe moueantur, & non feranẽ cũ ſuis orbibus, ſequeretur, ꝙ nõ eadem eſt circulorũ & ſtellarũ uelocitas, quod ẽ irrationabile.Nam uidemus & ſtellam & circulũ ſuã ſimul finire lationẽ, 2.de Cæl. T.Comment.44.

9 Stellas moueri eadem uelocitate cum ſuis circulis, ſi ab illis non feruntur, non eſt rationi conſonũ.2.de Cæl.T.Co.44.

10 Stellæ ſi non ferũtur ab orbe, in quo ſunt, ſequeretur, ꝙ ſtella, quæ erat tardior, ſit uelocior, ſi transferatur in alium circulum maiorẽ, aut econtrario, & ſic non habebit motum proprium.2.de Cæl.T.Co.45.

11 Stellæ ſi mouentur, & orbes quieſcunt, q̃ ſequantur inconuenientia, oſtenditur.2. de Cæl.T.Co.46.& ultra.

12 Stellas infixas eſſe ſuis orbibus, & ab ipſis ferri, rationi conſonũ eſt, & nullum inconueniẽs ſequitur.2.de Cæ.T.Co.46.

13 Stellæ ſi per ſe mouerentur, mouerentur motu conuenienti corpori ſphærico, qui eſt aut uolutatio, aut circumgiratio.2.de Cæl.T.Co.48.

14 Stellæ ſphæricæ ſunt, ut antiqui dicunt, & conſonum eſt rationi.2.de Cæl.T. Comment.48.

15 Stellæ ſi mouerẽtur motu uolutationis, in eodem loco manerent, & locum non mutatur.2.de Cæl.T.Co.48.

16 Stellæ uidentur locum mutare, & omnes dicunt idem.2.de Cæl.T.Co.48.

17 Stellæ fixæ uidentur ſcintillare propter uiſus nr̃i infirmitatem.2.de Cæl.T.Co.48.

18 Stellæ fixæ maxime diſtant a nobis.2.de Cæl.T.Co.48.

19 Stellæ non mouentur motu uolutationis, quia uertuntur.2.de Cæl.T.Co.48.

20 Stellæ cum non moueantur motũ conuenienti corporibus ipſarum, non mouẽtur per ſe.2.de Cæl.T.Co.49.

21 Stellæ nullum inſtrumentum habent, quo moueantur per ſe, & ſi mouerẽtur per ſe, irrationabile eſſet dicere, ꝙ natura non dediſſet eis inſtrumenta, quæ tamen omnia abſtulit.2.de Cæl.T.Co.49.

22 Stellæ rationabiliter ſunt ſphæricæ, quia non mouentur per ſeipſas. 2. de Cæl.T. Comment.51.

23 Stellæ omnes ſunt ſphæricæ figuræ, quia luna eſt ſphæricæ figuræ, cum omnes ſint ejuſdem figuræ.2.de Cæl.T.Co.51.59.

24 Stellarum motu harmoniam fieri, aliqui dixerunt, ſed non ſic ſe habet ueritas. 2. de Cæl.T.Co.52.

25 Stellarum motu ſonum fieri, quidam putabant, quia erant corpora magna multa, & celerrime mota.2.de Cæl.T.C.52.

26 Sellarũ motu fit ſonus harmonicus propter celeritatẽ & ꝑportionẽ motus ſtellarum, ut quidã dicunt.2.de Cæ.T.Co.52

27 Stellarum motu fieri ſonum harmonicũ, qui dicunt, dicunt quidem alliciẽter & muſice, ſed impoſſibile eſt ita ſe habere.2.de Cæl.T.Co.52.& ultra.

28 Stellarum motu ſi ſonus fieret, paterentur hæc inferiora ab illo, cum alii minorũ corporum ſoni inanimatorum corporũ moles deſtruant, ut ſonus tonitrui lapides diſſipat.2.de Cæl.T.Co.53.

29 Stellas non facere ſonum, argumentum eſt, per ſe nõ moueri.2. de Cæl.T.Co.45.

30 Stellæ ſi per ſe mouerentur per aerem aut ignem, ſonum facerẽt uehementem, qui audiretur, & corrumperet corpora.2.de Cæl.T.Co.56.

31 Stellæ cum non faciant ſonum, nec mouẽtur motu animantis, nec uiolento.2.de Cæl.T.Co.56.

32 Stellæ ſi per ſe mouerentur, nihil permaneret in ſuo eſſe eorum, quæ hic ſunt. Ideoq; natura prouidit in hoc, ne haberẽt motũ per ſe.2.de Cæl.T.Co.56.

33 Stellarum ordinem & diſpoſitionem & interualla ſufficienter tradit aſtrologia.2.de Cæl.T.Co.57.

34 Stellarum motus tardiores aut ueloclores fiunt ex interuallis & diſtantia a terra & prima ſphæra ſuprema.2.de Cæl.T.Cõment.58.

35 Stellarum motus tanto ſunt ueloclores, quanto ſtellæ magis diſtant a ſuprema ſphæra, tardiores autem, quanto magis appꝛopinquãt ſupremæ ſphæræ.2. de Cæl. T.Comment.58.

36 Stellæ omnes ſphæricæ figuræ ſunt, quia cum non ſint natæ per ſe moueri, talem figuram debent habere, q̃ conueniat immobilibus progreſſiue.2.de Cæl.T.Cõment.58.

37 de Stellis tractare potius cenſendum eſt ueneratione dignum q̃ temerarium.2.de Cæl.T.Comment.60.

38 Stellarum accidentia q̃uis ſint remota a nobis, magis q̃ ipſa corpora diſtent, non eſt tamen irrationabile quærere de dubitationibus circa ipſas.2.de Cæl.T.Co.60.

39 Stellæ quare tot ſunt in ſupremo orbe, ut non poſſint numerari, in aliis autem non niſi una reperiatur, oſtenditur.2.de Cæl. T.Co.61.Quære Cælum.

40 Stellarum actiones ſunt tales, quales animalium & plantarum in multiplici operatione.2.de Cæl.T.Co.63.

41 Stellæ fixæ ſemper eiſdem locis oriuntur, & occidunt reſpectu noſtro, quod ſecus eſſet, ſi terra moueretur uel circa medium

uel in medio.2.de Cæl.T.Co.97.

42 Stellarum apparentiæ oſtẽdunt terræ par uitatẽ & rotũditatẽ.2.de Cæl.T.Co.110.

43 Stellæ aliquæ uidentur in Aegypto & Cypro,quæ non uidentur circa regionẽ ſeptentrionalem.2.de Cæl.T.Co.110.

44 Stellæ eiuſdem naturæ ſunt in corpore cæleſti,in quo feruntur.3.de Cæl.T.Cõment.41.

45 Stellas igneas eſſe,dixerunt quidam abſurde & pueriſi ſimplicitate.1.Meteoror.cap.3.D.

46 Stellas putare exiguas,quia ſic uidentur cernentibus,ſimplicis animi eſt.1.Meteo.cap.3.D.

47 Stellæ aliquæ licet moueantur uelociſſime,non tamen tantum calorem efficiũt in inferioribus,ſicut ſol,quia multũ a nobis diſtant.1.Meteor.c.4.F.

48 Stellæ tranſcurrentes fiunt,quãdo hypeccauma,id eſt ſuccenſio ſeu materia illa ſuccendi facilis incenditur ſecundum longitudinem & latitudinem multipliciter diſperſa.1.Meteor.c.4.B.

49 Stellæ tranſcurrentes eandem cauſam habent,ut fiant,quam dali,id eſt torres ſiue titiones,& æges,id eſt capræ,& flammæ ardentes,differunt tamen ſecundum magis & minus.1.Meteor.c.5.A.

50 Stellæ trãſcurrentes maxime feruntur in latus & in obliquum,quia motu duplici mouentur,uiolẽto deorſum,naturali surſum.1.Meteor.c.5.E.

51 Stellæ motu tardo uidentur nobis moueri,quia longiſſime a nobis diſtant.1.Meteor.c.5.E.

52 Stellæ erraticæ in circulo Zodiaco feruntur.1.Meteororum.capit.6.C.& capit.8.B.

53 Stellæ erraticæ ſæpe uidentur ſimul omes eleuatæ ſuper orizontem.1.Meteororum.cap.6.C.

54 Stellas erraticas quidam dixerunt,efficere cometam,ſed nec cometam eſſe ex erraticis,nec ex erraticarum coniunctione,probatur.1.Meteororum.capit.6.per totum.

55 Stellæ fixæ aliquando accipiunt comam,quod non modo Aegyptii tradunt,ſed & ipſe Ariſtoteles uidit ſtellã quandã in femore canis comatam.1.Meteororum.capit.6.D.

56 Stellas erraticas inter ſe & cum fixis conuenire, dicunt Aegyptii.1.Meteororum.cap.6.E.

57 Stellis erraticis & fixis etiam conuenientibus,non fiunt cometæ.1.Meteororum.cap.6.E.

58 Stellæ q̃uis maiores aliæ & aliæ minores appareant,ſingulæ tamen indiuiſibiles eẽ uidentur, & propterea ſi coniungerẽtur, non uiderentur maiorem facere magnitudinem.Nam indiuiſibile indiuiſibili additum non facit maius,ut ipſarum coniunctione fieret cometa.1.Meteororum.capit.6.E.

59 Stellæ erraticæ & fixæ q̃q̃ uidentur fieri cometæ,quia motu illarum exhalatio aliquando ſuccenditur,& crines uidẽtur circumpoſiti ſtellæ,ſicut halo lunæ,tamen in aere illi crines ſunt & non in ſtellis.1.Meteor.cap.7.C.

60 Stellas fixas magis diſtare a terra q̃ ſolẽ, oſtendunt aſtrologica theoremata.1.Meteoror.c.8.C.

61 Stellas fixas omnes,neceſſe eſt,a ſole illuminari,cum conus ſeu cuſpis umbræ terræ non pertingat ad illas propter maximam diſtantiam.1.Meteororum.capit.8.C.

62 Stellarum erraticarum motu exhalatiões maxime ſecernuntur, ut raro conſiſtere poſſint.2.Meteor.c.8.G.

63 Stellæ maiores apparent orientes atq; occidentes q̃ in medio cæli propter interpoſitos uapores,quibus refrãgitur uiſus.3.Meteor.c.4.B.

64 Stellis utuntur aſtrologi ut punctis.3.Meteor.T.Co.8.

65 Stellæ aliæ ſunt fixæ in octaua ſphæra, aliæ in aliis orbib9.Illæ motu octauæ ſphæræ ſemper feruntur æque diſtãtes, hæ uero tardius aut uelocius mouentur, prout ſui cuiq; ſunt orbes.de Mund.ad Alexan.capit.1.C.

66 Stellæ fixæ in octaua ſphæra ingẽti multitudine conſtant.de Mundo ad Alexan.cap.1.C.

67 Stellæ erraticæ ſeptem ſunt.de Mund.ad Alexand.c.1.C.

68 Stellarum natura perpetua ſubſtantia q̃dam eſt,& id,quod mouet perpetuũ eſt, & prius eo,quod mouetur.12.Metaphyſi.T.Comment.44.

69 ad Stellæ alicuius motum & lationem ordinantur omnes motus cæleſtium orbiũ.12.Metaphyſicorum.T.Com.44.Quære Luna.Planeta.Sol.✳.

STELLIO.Quære Galeotæ.

STENTOR.Vir fuit in exercitu græcorũ ad Troiã,qui tantam uocẽ ædebat, quantam quinquaginta homines ſimul.



Stentor uocaliſſimus fuit.7.Politicorum.cap.4.D.

STEREOMETRIA.

Stereometria,id eſt ſolidorũ mẽſura, ſeu ſcientia ſubalternat ſibi machinariam.1.Poſter.T.Co.30.

STESICHORVS.Poeta lyricus.

1 Steſichori apologum de equo & homine ad Himeræos contra Phalarim habes.2.Rhetor.c.20.B.

2 Steſichorus apud Locros dixit,non oportere contumeliatores eſſe,ne cicadæ humi canant.2.Rhetoricorum.capit.2.B.✳.

STIRPS.Quære Planta.✳.

STYX.Palus inferorum.

Stygem paludem poetæ dicebant eſſe, per quam dii iurabant, oſtendere uolẽtes per hoc,aquã eſſe ante deos, & eſſe principiũ omniũ.1.Metaph.c.3.D.

STOMACHVS. Quære Nutrimentum.26.

STRATIS.

Stratis comicus taxans Euripidem dicebat.Non infundas unguentum,quãdo lẽtem coquis.de Sen.& Sen.c.5.G.

STRYMON.Fluuius Thraciæ.

Strymon fluuius oritur ex Scõbro Græciæ monte.1.Meteor.ca.13.I.

STVDIOSVS.Pro bono & uirtute p̃dito.

1 Studioſus põt praua agere,nõ tñ eſt prauus,quia prauus non dr̃,qui põt,ſed ẽm electionem & appetitum.4.Topic.c.5.D

2 Studioſus omnia iudicat,ut ſunt in ſe, qa eſt uelut regula quædam.3.Ethicorum.cap.4.B.

3 Studioſi uita nõ erit iucũda, niſi opatiões eius iucũdæ ſint.7.Ethic.c.13.B.

4 Studioſi indigent aliquibus, circa quos & cum quibus ipſarum uirtutum moralium operationes exerceant.10.Ethic.c.7.B.Quære Bonus. Vir.

STVLTVS.

1 Stulti aliqñ diuinant,quia cũ uariis imaginibus & phantaſmatibus agitentur,cõtingit aliquando eos uerum dicere. Iuxta illud adagium.Si ſæpe iacias, aliũ alias iacies.de Diuinat.per Som.c.1.H.

2 Stulti & melancholici diuinant,quia mẽs eorum uacua a curis exterioribus maxie mouetur,& ſequitur phantaſmata.de Diuinat.per Som.c.1.M.Quære Auris.3.Diuinatio.Inſaniens.Melancholicus.Somnium.

STVPIDVS.

Stupidus ſeu attonitus eſt, q cũcta & cũctos ueritus in agẽdo & dicendo, expers eſt talis ſolertiæ.1.Mag.Mor.c.30.A.

STVPOR.

1 Stupor uidetur eſſe admiratio ſuperabũdans.4.Topicorum.cap.5.F.

2 Stupor opponitur uerecundiæ per exceſſum.2.Ethic.c.7.E.

SVADENS.SVASIO.

1 Suadens debet oſtẽdere,illa quæ ſuadet, eſſe iuſta,legitima,utilia, honeſta, iucũda, & facilia factu.Quod ſi id oſtendere non poſſit,oſtendat poſſibilia eſſe & neceſſaria.Rhetor.ad Alexand.cap.1.A.

2 Suaſio eſt exhortatio ad aliquid eligendũ aut faciendũm aut agendum. Rhetor.ad Alexandrum.c.1.A.Quære Perſuaſio.

SVAVE.

Suaue ſic ſe habet ad uoluptatem,ſicut utile ad bonum.4.Topicorum.c.4.A.

SVBCONTRARIAE Propoſitiones.

1 Subcontrarias enunciationes, contingit, ſimul eſſe ueras.1.Perihermenias.capit.15.A.

2 Subcontrariæ opponuntur ſecũdũ locutionem,nõ tñ ſecundũ ueritatẽ.2.Periher.c.15.Quære Contrariæ.Propoſitio.

SVBDITVS.

Subditi inſurgunt aduerſus eos,qui eis p̃ſunt aut propter metum,aut propter cõtumeliam,aut propter contemptũ,aut propter ablationem propriarum rerum.5.Polit.c.10.D.Quære Dñs.Rex.Seruus.

SVBIECTVM. De quo aliquid dicit̃, & cui aliquid ineſt.

1 de Subiecto aliqua dicuntur,ſed in nullo ſubiecto ſunt,ut hõ de ſubiecto aliquo dicitur,in ſubiecto nullo eſt.Prædica.c.2.B

2 in Subiecto aliq̃ ſunt, & de ſubiecto nullo dicuntur, ut quædam grammatica in ſubiecto aliquo eſt,de nullo uero dicitur.Prædicamentorum.cap.2.B.

3 in Subiecto aliqua ſunt,& de ſubiecto dicuntur,ut ſcientia in ſubiecto aliquo eſt, & de aliquo dicitur,puta de grammatica.Prædicament.c.2.B.

4 in Subiecto eſſe,dicit̃, ꝙ cum aliquid ſit in aliquo,non ut pars eius, impoſſibile ẽ eſſe ſine eo,in quo eſt.Prædicam.c.2.B.

5 in Subiecto nec aliqua ſunt,nec de ſubiecto aliqua dicuntur, ut quidam homo, quidam equus.Prædicam.c.2.C.

6 de Subiecto quæ dicuntur,neceſſe eſt,de eorum ſubiecto & nomen & rationẽ prædicari.Prædicam.c.5.B.

7 in Subiecto q̃ ſũt, in plurimis eorum nec

nomẽ, nec ratio prædicaẽ,in aliquibus tamen nihil prohibet,nomen prædicari, rationem uero prædicari, impoſſibile eſt. Prædicament.c.5.B.

8 de Subiecto dicuntur omnia illa,q̃ de prædicato dicuntur . Prædicament.cap.5.G.

9 Subiectis uariatis penes finitum & infinitum,ſumuntur duæ oppoſitiones & quattuor enunciationes , quando eſt ſecundũ adiacẽs prædicatur,& totidem oppoſitiones , quando eſt tertium adiacens prædicatur.2.Periherme.c.1.B.

10 de Subiecto infinito enunciationes differunt ab enunciationibus, q̃ ſunt de ſubiecto finito , quia non ſe habẽt ad illas quãtum ad conſequẽtias.2.Periherme.c.1.B.

11 Subiecti paſſiones & per ſe accidẽtia ſunt, q̃ oſtendit demonſtratio.1. Poſter.T.Cõment.22.

12 Subiecti alicuius proprium quando aſſignetur bene aut male,habes.5.Topic.per totum.Quære Proprium.

13 Subiectum prius eſt prædicato,& eius eſt principium.1.Phyſic.T.Co.52.

14 Subiectum ſupponitur in quacumq; factione.1.Phyſic.T.Co.60. & ultra.

15 Subiectum & quod fit, unum re eſt , duo ratione.1.Phyſic.T.Co.60.61.

16 Subiectum id eſt materia & forma ſunt cauſa per ſe rerum naturalium.1.Phyſic. T.Co.65.66.

17 Subiectum dicitur illud, quod eſt affirmatione monſtratum .5.Phyſic.T.Co.7.

18 Subiectum generationis quodammodo non eſt ens ſimpliciter, quia non eſt ens in actu,& quodãmodo eſt ens ſimpliciter, quia in potentia . 1. de Gener.T.Comment.11.12.

19 Subiectum aliud eſt a paſſione, q̃ de ſubiecto nata eſt dici.1.de Gener.T.Co.23.

20 Subiectum quanto eſt nobilius, tanto illiꝰ diſpoſitiones ſunt nobiliores.7.Politicorum.cap.1.C.

21 Subiectum eſt, de quo alia dicuntur , & ipſum de nullo dicitur.7.Metaphyſicorũ. T.Comment.7.

22 Subiectum primũ maxime uidetur ſubſtãtia eſſe.7.Metaphy.T.Co.7.

23 Subiectum quod eſt prima ſubſtantia, diuiditur in materiam formam & totum compoſitum.7.Metaphy.T.Co.7.

24 Subiectum eſt,quod affirmatione mõſtratur.11.Metaphy.c.10.B.

25 Subiectum unum contrariorum ſuſceptibile ponendum eſt , quod ab utroq; contrariorum differat.12.Metaphy.T.Co.7.

SVBSOLANVS. Ventus.

1 Subſolanus,qui & Apeliotes, flat ab ortu æquinoctiali.2.Meteor.c.6.H.

2 Subſolanus opponitur Zephyro.2.Meteor.cap.6.E.

SVBSTANTIA.

1 Subſtantia , q̃ proprie & principaliter & maxime dicitur,eſt illa, q̃ nec de ſubiecto aliquo dicitur, nec in ſubiecto aliquo eſt. Prædicament.c.5.A.

2 Subſtantiæ ſecundæ dicuntur ſpecies & genera, in quibus inſunt primæ ſubſtantiæ, quæ principaliter dicuntur ſubſtãtiæ. Prædicament.c.5.A.

3 Subſtantiis primis nõ exiſtentibꝰ , impoſſibile eſt,aliquid aliorum eſſe,quia alia omnia de eis prædicãtur, aut in eis ſunt.Prædicament.cap.5.C.

4 Subſtantiarum ſecundarum ſpecies ſunt magis ſubſtantiæ,quam genus , quia propinquiores ſunt primis ſubſtantiis.Prædicament.cap.5.C.

5 Subſtantiæ primæ euidentius aſſignãtur per ſpeciẽ q̃ per genus.Prædicamẽt.c.5.C.

6 Subſtantiæ primæ, quia ſubiiciuntur aliis omnibus, & omnia de illis prædicantur, uel in ipſis ſunt,dicuntur maxime ſubſtãtiæ.Prædicament.c.5.D.

7 Subſtantiarum primarum nulla magis ſubſtantia eſt q̃ alia. Prædicament.c.5.D.

8 Subſtantiarum tam primarum q̃ ſecũdarum cõmune eſt non eſſe in ſubiecto.Prædicament.cap.5.F.

9 Subſtãtiarũ partes nõ ſunt in aliquo,ut in ſubiecto,ſed ut in toto.Prædicamẽt.c.5.G

10 Subſtantiis ſecundis conuenit prædicari de primis ſubſtantiis,& de earum differẽtiis.Prædicament.c.5.G.

11 Subſtantia omnis uidetur hoc aliquid ſignificare.Quod in primis ſubſtãtiis indubitabile & uerũ eſt, in ſecũdis uero ſimiliter uidetur propter appellationis figuram. Prædicament.c.5.H.

12 Subſtantiæ ſecũdæ ſignificãt quale quid, non tamen quale quid ut accidens.Prædicament.c.5.H.

13 Subſtantiæ nihil eſt contrarium. Non tamen ſolius ſubſtantiæ eſt hæc proprietas, nam qualitati etiam nihil eſt contrarium. Prædicament.c.5 . H.&.14. Metaphyſicorum.cap.1.B.

14 Subſtantia non ſuſcipit magis & minus. Prædicament.c.5.I.

15 Subſtantiæ maxime propriũ uidetur eſſe, ꝙ cum ſit unum & idem numero,contrariorum eſſe ſuſceptiuũ.Prædicamẽt.c.5.L



16 Subſtantiarum ſecundarũ partes ut manꝰ & caput & cætera ideo non dicuntur ad aliquid , quia ſi ſcitur diffinitiue manus, nõ oportet ſcire cuiꝰ ſit manus,quod ſecꝰ eſſet,ſi eſſet ad aliqd.Prædicamẽt.c.7. M.

17 Subſtantiæ primæ,manifeſtũ eſt,ꝙ nõ dicũtur ad aliquid,quia quidã hõ non diciẽ alicuius quidã hõ,nec manus alicuius q̃dã manus.Prædicament.c.7.I.

18 Subſtãtiæ ſecũdæ plures non dicuntur ad aliquid,aliquæ tamẽ ſecundæ ſubſtãtiæ ad aliqd uidẽtur dici , ut caput alicuiꝰ caput manꝰ alicuius manus.Prædicamẽt.c.7.I.

19 Subſtantiæ manifeſtatio quædam eſt diffinitio.2.Poſter.T.Co.2.

20 Subſtantia a ſubſtantia non uidetur differre in eo,ꝙ eſt alicubi eſſe.6.Topic.c.3.T.

21 Subſtantia nõ eſt infinita, niſi per accidẽs. 1.Phyſic.T.Co.15.

22 Subſtantia de ſe non eſt quanta.1.Phyſi. T.Comment.15.

23 Subſtantia nulli eſt accidens.1.Phyſic.T. Comment.27.30.

24 Subſtantia diuiditur in plura.1.Phyſic.T. Comment.28.

25 Subſtantia unum quoddam genus eſt.1. Phyſic.T.Co.50.

26 Subſtantia nulli eſt contraria.1.Phyſic.T. Comment.52.

27 Subſtantia non eſt contraria ſubſtantiæ.1. Phyſic.T.Co.52.

28 Subſtãtia , aut ſubſtantiæ paſſiones uel operationes eſt,quicquid eſt eorum , quæ natura ſunt.3.de Cæl.T.Co.1.

29 Subſtantia ſi non eſt,nec aliquid aliorum prædicamẽtorũ eſt.1.de Gene.T.Co.11.

30 Subſtantiæ generatio eſt ex non ſubſtantia , ſi generatio ex non ente ſimpliciter ſit.1.de Gener.T.Co.11.

31 a Subſtantia non ſunt ſeparabiles qualitates.1.de Gener.T.Co.11.

32 Subſtantiæ ſolius eſt geñatio.1.de Gener. T.Comment.11.

33 Subſtantia magis dicitur,cuiꝰ differentiæ hoc aliquid magis ſignificant.1.de Gener. T.Comment.18.

34 Subſtantia minus dicitur,cuius differẽtiæ magis ſignificant priuationem.1.de Gener.T.Co.18.

35 Subſtantiarũ alia materia , alia forma,alia cõpoſitũ ex iis.2.de Aĩa.T.Co.2.24.

36 Subſtãtia de nullo ſubiecto prædicatur. de Longit.& Breuit Vit.c.1.F.

37 Subſtãtia eſt principalr̃ ens tanq̃ propago entiũ.1.Ethic.c.6.A.

38 Subſtãtia non poteſt eſſe ſeparata ab eo, cuius eſt ſubſtãtia.1.Metaphy.T.Co.33.

39 de Subſtantiis omnibus an ſit una ſcientia,an plures , diſputatur.3. Metaphyſic. T.Co.5.& ultra.

40 Subſtãtiæ nõ eſt demõſtratio.3.Metaphy. T.Co.6.&.6.Metaphy.T.Co.1.

41 Subſtantiæ omnes an ſint ſenſibiles , an ſint aliæ,q̃ non ſint ſenſibiles, an omniũ ſubſtantiarũ ſit unũ genus, diſputatur.3. Metaphy.T.Co.7.

42 Subſtantia eſt prima inter omnia entia.4. Metaphy.T.Comment.2.&.7. Metaphy. T.Comment.2.

43 Subſtantiæ partes quot ſunt,totidem ſunt partes primæ philoſophiæ.4. Metaphy. T.Comment.4.

44 Subſtantia dicitur quadrupliciter.Primo, ſecundum ꝙ ſubſtantiæ particulares dicũtur ſubſtantia,ut terra,& ignis,& aqua, & animalia,& dæmonia,& partes iſtorũ, & propterea hæc dicuntur ſubſtantiæ,qa non de ſubiecto dicũtur, ſed alia dicũtur de iis.Secundo dicũtur ſubſtãtiæ, q̃cunq; ſunt cauſa,ut tales ſint ſubſtãtiæ, ſicut aĩa eſt cauſa aĩalium.Tertio ſubſtantiæ dicũtur partes,q̃ ſunt in talibus diffiniẽtes,atq; hoc aliquid ſignificãtes,hoc tamẽ ſecũdũ opinionem quorundã.Quarto diciẽ ſubſtantia quod quid erat eſſe, cuius ratio eſt diffintio , & hæc ſubſtantia uidetur unius cuiuſq;.Qui tamen modi ad duos reduci poſſunt,ut dicatur ſubſtantia ipſum ſubiectum ultimũ , quod non ulterius de alio dicitur,& id, quod hoc aliquid ac ſeparabile eſt, & tale eſt ſpecies & forma uniuſcuiuſq;.5.Metaphy.T.Co.15.

45 Subſtantiæ differentia eſt quale.5.Metaphyſic.T.Co.19.

46 Subſtantia dicitur ens ratione ſuiipſius. 7.Metaphy.T.Co.2.

47 propter Subſtantiam ſunt accidentia.7. Metaphy.T.Co.3.

48 Subſtantia eſt,quod primo eſt ens & non ſecundum aliquid , ſed ſimpliciter ens.7. Metaphy.T.Co.4.

49 Subſtantiã eſſe inter omnia entia primã ratione cognitione & tempore,probatur. 7.Metaphy.T.Co.4.

50 Subſtantia eſt ſeparabilis ab accidentibus, accidentia uero non ſunt ſeparabilia a ſubſtantia.7.Metaphy.T.Co.4.

51 Subſtantia uidetur manifeſtiſſime ineſſe corporibus.Vnde animalia, & plantas & partes horum , & elementa & cælum, & ſydera ſubſtantias dicimus.7.Metaphy. T.Comment.5.

52 Subſtantiarũ plures ordines poſuit Speuſippus inchoans ab uno. Et ſubſtãtiæ cuiuſlibet principia aliud quidem numerũ, aliud magnitudinẽ. Deinde ponebat ſubſtantiam animæ,& hoc modo extendebat ſubſtantias.7.Metaph.T.Co.5.

53 Subſtantiarum tria genera poſuit Plato ſcilicet mathematica ſeparata,ideas,& corpora ſenſibilia. 7.Metaph.T.Co.5.

54 Subſtantia ad minus quattuor modis dicitẽ,ſcilicet,quod qd erat eẽ,& uniuerſale genus & horũ ſubiectũ.7.Metap.T.C.7.

55 Subſtantia uidetur eſſe maxime ſubiectũ primum.7. Metaph.T.Co.7.

56 Subſtantia prima dicitur de materia & forma,& de compoſito ex his.7. Metap. T.Co.7.44.

57 Subſtantiæ conuenit eſſe ſeparabilẽ,& eẽ hoc aliquid.7.Metaph.T.Co.8.

58 Subſtantias ſenſibiles eſſe,ab omnibus cõceditur.7.Metaph.T.Co.9.

59 Subſtantiæ ſenſibilis quod quid erat eẽ quid ſit,oſtenditur rationibus logicis.7. Metaph.T.Co.11.& ultra.

60 Subſtãtiæ ſoli9 primo & maxime & ſimpliciter eſſe diffinitionẽ,probatur.7. Metaphyſic.T.Co.13. & ultra.

61 Subſtantiæ primo cõuenit ipſum eſt,aliis uero quodãmodo.7.Metaph.T.Co.14.15

62 Subſtantiæ ſenſibilis partes,ex quibus ipſa componitur,quæ,& quot ſint, & quæ priores,& quæ poſteriores, oſtenditur.7. Metaph.T.Co.33.& ultra.

63 Subſtantia unum quid atq; hoc aliquid ſignificat.7.Metaph.T.Co.43.

64 in Subſtantia rei non eſt ordo.7. Metaphyſic.T.Co.43.

65 Subſtantia prima quæ propria cuiuſq; ẽ, nulli ineſt.7.Metaph.T.Co.45.

66 Subſtantia id eſſe dicitur, quod de ſubiecto non dicitur.7.Metaph.T.Co.46.

67 Subſtantia impoſſibile eſt,ꝙ ſit ex nõ ſubſtantiis,ſi tamen ex aliquibus.7.Metap. T.Co.47.

68 Subſtantiis impoſſibile eſt,ꝙ ſint priora accidentia,aut paſſiones.7. Metaphy. T.Co.47.

69 Subſtantia, impoſſibile eſt,ꝙ ſit ex duabus ſubſtãtiis,quæ ſint in ea actu.7.Metaphy.T.Co.49.

70 Subſtantia quodammodo eſt ex ſubſtantiis quodammodo ex non ſubſtantiis.7. Metaph.T.Co.50.

71 Subſtantiarum alia eſt ſicut forma,alia ſicut compoſitum ex materia & forma.7 Metaph. T.Co.53.



72 Subſtantiæ illæ ſunt corruptibiles, q̃ ſunt compoſitæ ex materia & forma,quia earum tantum eſt generatio.7. Metaph.T. Comment.53.

73 Subſtantiæ partes,ex quibus ipſa cõponitur,non eſſe actu ſubſtantias,ſed potentia,oſtenditur.7.Metaph.T. Co.56.

74 Subſtãtias ſeparatas etiam ſi non cognoſcamus,non tamen ideo illas eſſe, negare debemus.7.Metaph.T.Co.58.

75 Subſtãtia & quod quid erat eſſe eſt principiũ & cauſa.7.Metaph.T.Co.59.

76 de Subſtantiis ſimplicibus non eſt aliqua quæſtio,aut doctrina,ſed alius quidã modus.7.Metaph.T.Co.60.

77 Subſtantiæ ſenſibiles,ut elementa,animalia,plantæ,& partes earum, cælũ & aſtra ſubſtantias eſſe,conceditur ab omnibus. 8.Metaph.T.Co.1.

78 Subſtantia dupliciter dicitur, ſcilicet pro quidditate alicuius ſubſtantiæ naturalis. Alio mõ,ut dicimus gen9 magis eſſe ſubſtantiam q̃ ſpeciem, & uniuerſalia magis q̃ ſingularia.8.Metaph. T.Co.2.

79 Subſtantiæ ſenſibiles omnes habẽt materiam.8.Metaph.T.Co.3.

80 Subſtantiarũ earũ,quæ ſunt ſm rationẽ, aliæ ſunt ſeparabiles,aliæ nõ ſunt ſeparabiles.8. Metaph.T.Co.3.

81 Subſtantia,quæ diffiniri debet, oportet,ꝙ ſit compoſita,ſiue ſit intellectualis,ſiue ſit ſenſibilis.8.Metaph.T.Co.9.

82 Subſtantiæ rerũ in quattuor ſimiles ſunt numeris.8.Metaph.T.Co.10.

83 Subſtantia ſpecifica nõ ſuſcipit magis aut minus,ſicut nec numerus.8. Metaph. T. Comment.10.

84 ad Subſtantiæ prædicamentum referuntur omnia alia prædicamenta,nã ſecũdũ rationem communem ſubſtantiæ cætera dicuntur.9.Metaph.T.Co.1.

85 Subſtantiam rei,Pythagorici & Plato dixerunt,eſſe unum.10. Metaph.T.Co.2.

86 ad Subſtantiam non eſt motus.11.Metaphyſi.c.10. D.

87 Subſtantiæ principia & cauſas conſyderare metaphyſici eſt.12.Metaph.T. Co.1.& ultra.

88 Subſtantia prima eſt inter omnia entia. 12.Metaph.T. Co.2.

89 Subſtantiæ tres ſunt, una ſenſibilis, q̃ in duo genera diuiditur,ſcilicet in corruptibilia & in incorruptibilia,tertia immobilis.12.Metaph.T. Co.5.

90 Subſtantia ſenſibilis mutabilis eſt.12. Metaph.T. Co.6.



91 Subſtantiæ mutabilis tria ſunt principia ſcilicet materia forma & priuatio.12. Metaph.T.Co.12.

92 Subſtantiæ cuiuſlibet rei naturalis tria ſunt,ſcilicet materia forma & compoſitũ. 12.Metaph.T.Co.14.

93 Subſtantiam aliquam eſſe oportet æternam & incorruptibilem.12.Metaphy. T. Comment.29.

94 Subſtantiæ antecedunt omnia alia.12. Metaph.T.Co.29.

95 Subſtantias,quæ ſunt principia motus, ſine materia eſſe oportet.12.Metaphy.T. Comment.30.

96 Subſtantia quod prius eſt,ſubſtãtiam eſſe neceſſe eſt.12.Metaph. T.Co.44.

97 Subſtantiæ tot neceſſario ſunt natura perpetuæ & p ſe immobiles,quot ſunt ſphæræ planetarum.12.Metaph.T.Co.44

98 Subſtantiæ aliquæ ſeparatæ præter ſenſibiles ſi non ſunt,nec eſt ordo,nec generatio,nec cælum,neq; primum.12.Metaph. T.Co.56.

99 Subſtantias ſenſibiles,dixerunt Pythagorici,conſtare ex numeris,qui mathematicũ & nõ ſeparatum ponebãt.13.Metaph. cap.6.D.

100 Subſtantiam nõ cõſtare ex numeris oſtẽditur.13.Metaphyſicorum.c.7.per totum. & ultra.

101 Subſtantiæ nil eſſe contrarium, ratio ipſa teſtatur.14.Metaph.c.1.B.

102 Subſtantiarum cauſas nõ eſſe numeros, oſtenditur.14.Metaph.c.3. & ultra.

103 de Subſtantia ſenſibili tam corruptibili q̃ incorruptibili conſyderat phyſicus,quia utraq; eſt cũ motu.14.Metap.T.C.6.✳.

SVBSTANTIA.Pro facultatib9. Quære Diuitiæ.Facultates.Hereditas.

SVBTILE. SVBTILITAS.

1 Subtilitas eſt qualitas contraria groſſitiei ſecundum tactum.2.de Gener.T.Co.8.

2 Subtile eſt humidi effectus.2.de Gener. T.Co.10.

3 Subtile eſt repletiuum & paruarum partium,& totum tangit.2.de Generatiõe T.Co.10.

SVCCINVM.Quære Electrum.

SVCCVLA.Quæ porca Victruuio eſt, inſtrumentum, quod torcular cõplectiẽ. Succulæ graciliores cur facilius mouenẽ q̃ craſſiores ab æquali ui,habes. Mechanicor.c.12.A.

SVDARE.SVDOR.

1 Sudor ſalſus eſt.2.Meteor.c.1.B.

2 Sudor excernitur una cum ſupuacaneo humore.2.Meteor.c.3.H.✳.



SVFFICIENTIA. SVFFICIENS.

1 Sufficientius quod eſt,expetibilius eſt.2. Polit.c.1. E.

2 Sufficientia rerũ neceſſariarũ ad uitã ſtatuere,neceſſarium eſt ad bonã rempublicam,ſed quẽadmodũ id fiat,nõ facile eſt comprehendere.2.Polit.c. 7.A.

SVFFOCATIO. SVFFOCARE.

1 Suffocaẽ ſi aial ſpirans in aqua,uidemus bullas fieri.de Reſpir.c.1.G.H.

2 Suffocatio eſt,qñ animal moritur ob refrigerationis penuriam.de Reſpir.c.4.G Quære Piſcis.15.16. Reſpiratio.

SVI.

1 Seipſum nemo uult lædere.5.Ethicorum cap.6.B.

2 Seipſum maxime amare an aliquis debeat,dubitatur, & rationes in utrãq; ptem afferuntur, & tandẽ quomõ debeat fieri, determinatur.9.Ethic.c.8. per totum.

3 Seipſum amare uituperabile eſt,ſi quis tribuat ſibi in honoribus in diuitiis & uoluptatibus,pluſq̃ oportet.Qui uero ita ſe amat,ut iuſta,& honeſta & temperata ſibi uendicet & reliqua,quæ a uirtute proficiſcuntur,non eſt uituperabilis,ſed laudabilis.9.Ethic.c.8.B.C.

4 Seipſum cognoſcere difficillimum eſt, ut ſapientes quidam dixerunt.2. Magnor Mor.c.15. A.

SVLPHVR.

1 Sulphur a ſicca & calida exhalatione fit.3 Meteor.c.6. G.

2 Sulphuris odor corrumpit olfactum. 2. de Anima. T.Co.99.

3 Sulphuris odor quædam animalia necat. de Sen.& Sen.c.5.P.✳.

SVMMVM.

Summum quod eſt,ſemper omnibus expetibilius eſt.7.Polit.c.14. D.

SVMMVM BONVM. Quære Bonũ. Felicitas.

SVM.ES.FVI. Quære Eſt.Eſſe.

SVMPTVS.Quære Magnific9.5.6.7.

SVPERCILIVM.

Supercilia cõiuncta arguunt triſtem,nimis ſeparata fatuum.de Phyſiog.✳.

SVPERFLVITAS.

1 Superfluitas materialis ſequiẽ ad actionẽ & paſſionẽ.de Long.& Breuit. Vit.c.1.G

2 Superfluitas,quæ ex actione & paſſione materialium ſequitur,contrarii rationem habet.de Long.& Breuit. Vit.c.1.G.

3 Superfluitatem emittunt animalia perfecta per inferiorem partem.de Iuuent.&

Senect.c.1.E.Quære Excrementum.✳.

SVPERFICIES.

1 Superficies continuum quoddã eſt, nã poſſumus aliquẽ cõmunẽ terminũ accipe re ſcilicet lineam,ad quã partes illius co pulentur.Prædicam.c.6.A.

2 Superficies communis terminus eſt cor poris,quia ad illam partes corporis copu lantur.Prædicam.c.6.B.

3 Superficiei partes poſitionem habent in continuo.Prædicam.c.6.C.

4 Superficiei primo conuenit coloratum eſſe,& ex conſequenti corpori.3.Topic. cap.3.L.

5 Superficies conſyderat phyſicus ut termi nos corporis,mathematicus uero non.2 Phyſic.T.Co.18.

6 Superficies eſt diuiſibilis ſecundum duo ſcilicet longitudinem & latitudinem.1.de Cæl.T.Co.2.

7 in Superficies diuidens corpora, nõ diui dit totũ in partes,ſed in ea,q̃ differũt ſpe cie ab eo,quod diuiditur. 2.de Cæl. T. Comment.24.

8 ex Superficiebus fieri corpora omnia,q dam dixerunt.3.de Cæl.T.Co.3.

9 Supficies dicere cõponere corpus,eſt cõ tra mathematicas diſciplinas. 3. de Cæl. T.Comment.4.

10 Supficies cõponũt ex lineis, ſi corpa cõ ponũt ex ſupficiebus.3.de Cæl.T.Co.5.

11 Superficies duobus modis coniungi po teſt ſupficiei,aut ſecũdũ lõgitudine aut ſecundũ latitudinem. 3.de Cæl.T.Co.13.

12 Supficies ſi cõponãt corpus,erit tale cor pus,quod nec erit elementum,nec ex ele mentis.3.de Cæl.T.Co.13.

13 Superficies ſi componunt corpus, linea & punctũ grauitatem habent.3.de Cæl. T.Comment.14.

14 Supficies ſicut ſe habet ad corpus, ita li nea ad ſupficiem.3.de Cæl.T.Co.14.

15 Superficies quædam erunt graues, q̃dã leues,ſi corpora componantur ex eis.3. de Cæl.T.Co.14.

16 Supficies, dixit Plato, eſſe principia pri ma,ex quibus corpora fiant,& in quæ re ſoluantur,quod eſt abſurdũ.1.de Gener. T.Co.7.&.2.de Gener.T.Co.5.

17 ex Superficiebus ſi componeretur aliqd, nihil poſſet fieri niſi ſolida.1.de Gener. T.Comment.7.

18 Superficiem,impoſſibile eſt,eſſe materiã. 2.de Gener.T.Co.5.

19 Superficiem⁹ fieri linea mota, dixerũt qui dam.1.de Aia. T.Co.68.

20 Superficies an ſubſtantiæ ſint,an nõ, an principia rerum,an non, dubitatur.3.Me taph.T.Co.17.

21 Superficies eſt diuiſibile quid ſcđm duas dimenſiones.5.Metaph.T. Co.12.

22 Superficies & reliqui termini corporis uidenẽ quibuſdã magis eſſe ſubſtãtia q̃ ip ſum corpus.7.Metaph.T. Co.5.

23 Superficiei eſſe,non eſt eſſe coloratam.7. Metaph.T.Co.11.

24 ex Superficiebus nil poteſt componi. 13. Metaphyſico.c.2.C.Quære Indiuiſibile. Punctum.

SVPERIVS.

1 Superius nullũ participat quod eſt inferi us,bene tamen econtrario.4. Topic.c.2. C.Quære Participare.

2 Superius principalius eſt ſm naturam q̃ inferius.3.de Anima.T.Co. 57.

3 Superius & inferius omnia uiuentia ha bent.de Iuuent.& Senect.c.1.C.

4 Superius & inferius hominis erectum eſt ad ſupremum uniuerſi, plantarum uero ad centrum,brutorum uero ſuperius me diũ eſt inter ſuperius hominis & plãtarũ. de Iuuent.& Senect.c.1.D.

SVPPOSITIO.

1 Suppoſitio eſt,quæ utramuis partem cõ tradictionis aſſumit,id eſt ſignificans ali quid eſſe,uel non eſſe.1.Poſter.T.Co.5.

2 Suppoſitio in quo differt a dignitate,ha bes.1.Poſter.T.Co. 25.

3 Suppoſitio differt a quæſtione & petiti one,quia ſuppoſitio eſt demõſtrabilis nõ monſtrata,accepta tamen,petitio uero eſt indifferens diſcenti.Quæſtio uero eſt cõ traria diſcenti.1.Poſter.T.Co.25.

4 Suppoſitio aut eſt ſicut totum, id eſt uni uerſale,aut in parte,id eſt particulare .1. Poſter.T.Co.25.

SVRDVS.

1 Surdis natis ſapiẽtiores ſunt,qui cæci naſ cuntur.de Sen.& Sen.c.1.G.

2 Surdaſtros efficiunt uehementes ſoni,qa ſenſus læditur ab excellenti ſenſibili . de Somniis.c 2.D.✳.

SVRGERE.A ſomno.

Surgere ante lucem plurimũ prodeſt ad ſanitatẽ & ad curam rei familiaris & ad ſtudium philoſophiæ.1.Oecono. c. 6. D. Quære Exurgere.

SVRSVM.

1 Surſum & deorſum habet locus omnis. 4.Phyſi.T.Co.30.

2 Surſum aut deorſum fertur omne corp⁹ materiale.4.Phyſic.T. Co.30.

3 Surſum & deorſum manifeſta ſunt in ani malibus.2.de Cæl.T.Comment.7.

4 Surſum & deorſum plantæ habent tan tum .2.de Cæl.T.Co.7.12.

5 Surſum & deorſum quoddam principiũ ſunt.2.de Cæl.T.Comment.8.

6 Surſum & deorſum longitudinis ſunt.2. de Cæl.T.Comment.8.

7 Surſum & deorſum augmenti ſunt.2.de Cæl.T.Comment.8.

8 Surſum non inuenitur in omni corpore, ſed in corporibus habẽtibus principium motus in ſeipſis.2.de Cæl.T.Co.9.

9 Surſum & deorſum reperitur in aliqui bus corporibus comparatione ad nos.2. de Cæl.T.Comment.10.

10 Surſum & deorſum non minorem diffe rentiam habent,q̃ ante & retro,& dextrũ & ſiniſtrum.2.de Cæl.T.Co.10.

11 Surſum eſt prius dextro,ſicut longitudo latitudine.2.de Cæl.T.Co.12.

12 Surſum eſt principium longitudinis.2. de Cæl.T.Co.12.

13 Surſum eſt,unde eſt motus. 2.de Cæl. T.Comment.12.

14 Surſum habet quãdã uirtutẽ pricipii ad cæteras ſitus ſpecies.2.de Cæl.T.Co.12.

15 Surſum nobilius eſt deorſum.2.de Cæl. T.Comment.34.

16 Surſum & deorſum nõ poſſunt eſſe,ſi in finitum eſt.2.de Cæl.T.Co.89.

17 Surſum moueri dicimus,quæ a medio, deorſum uero,quæ ad medium mouen tur.4.de Cæl.T.Co.4.

18 Surſum & deorſum quidã non poſuerũt in mundo,quia totum eſt ſimilis figuræ. 4.de Cæl.T.Comment.4.

19 Surſum & deorſum non eſſe in mundo, abſurdum eſt dicere.4.de Cæl.T.Co.4.

20 Surſum in mundo dicimus extremum, quod ſecundum poſitionem eſt ſurſum & natura primum.4.de Cæl.T.Co.4.

21 Surſum & deorſum in mundo eſt, quia medium eſt.4.de Cæl.T.Co.5.

22 Surſum & deorſum non omnibus idem ſunt.2.de Anima.T.Co.38.

23 Surſum quod eſt,principalius eſt natura q̃ inferi⁹.3.de Aia.T.Co.57.Quære An te.Dextrum.Retro.Siniſtrum.

SVS.

Sues ununguli naſcunẽ in Emathia Ma cedoniæ.de Admirand.Audit.61.✳.

SVSAE. Ciuitas Perſidis Metropolis. Quære Alcimedes.

SVSPICIOSVS.

Suſpicioſus eſt,quia incredulus, incredu lus, uero, quia expertus. 2. Rhetorico rum.cap.13.A.

SVVS.A.VM.

Sua qui non curat,aliena ei non tuto tra duntur ex Theodecti lege.2.Rhetorico rum.cap.33.H.Quære Sui.

## T

TABELLIO.Quære Magiſtratus memo rialis.

TABERNARIA.

Tabernaria quædã Tarenti die uinum uenditans noctu de bacchabaẽ,a qua ta men clauis,qua tabernam occludebat ſur ripi nunq̃ potuit,etiam multis id curan tibus.de Admirand.Audit.31.

TACTVS. Vnus e quinq; ſenſibus,& pro corporum contactu.

1 Tactu diſcernuntur corpora,quæ tangũ tur.4.Phyſic.T.Co.48.

2 Tactum,quidam dicunt,non generari.1. de Cæl.T.Co.111.

3 Tactus unus ſemper eſt duorum. 1.de Gener.T.Comment.8.

4 ex Tactibus, impoſſibile eſt, magnitudi nem eſſe.1.de Gener.T.Co.8.

5 ſine Tactũ nõ põt eẽ mixtio, neq; actio, aut paſſio.1.de Gener.T.Co.43.

6 Tactus multipliciter dicitur.1.de Genera tione.T.Comment.44.

7 Tactus primo modo eſt habentium mu tuo determinatas magnitudines, & ad hunc tactum requiritur poſitio,& locus, & ꝙ ultima ſint ſimul. 1.de Generatio ne.T.Comment.44.

8 Tactum communem habent mathema tica corpora ſiue ſeparata ſint,ſiue non. 1.de Generatione.T.Co.44.

9 Tactus proprie eſt habentium magnitu dines diuerſas,& quorum ultima ſunt ſi mul & mutuo agunt, & patiuntur. Ad quem tactum requiritur,ꝙ ſint magnitu dines, poſitio, locus, & ꝙ ultima ſint ſi mul,& ꝙ mutuo in ſe agant. 1.de Gene ratione.T.Comment.44.45.

10 Tactus aliquando dicitur eorum,quorũ unum mouet,ita ut tangat,& non tanga tur.1.de Gener.T.Comment.45.

11 Tactus dicitur aliquãdo diuerſarũ magni tudinum, quarum ultima ſunt ſimul & unum,& unum mouet,& non mouetur. 1.de Generatione.T.Comment.46.

12 Tactu determinamꝰ molle & durũ, quia tactus eſt in temperamento & medietate duri & mollis. Excedens igitur illud temperamentum, durum dicitur, molle uero deficiens ab illo temperamento. 4. Meteororum. T. Comment. 30.

13 Tactus eſt primus omnium ſenſuum. 2. de Anima. T. Comment. 17.

14 Tactu prior eſt uiſus, & tactꝰ ſeparari nõ poteſt ab aliis ſenſibus. 2. de Anima. T. Comment. 17.

15 Tactum uidentur habere omnia animalia. 2. de Anima. T. Comment. 17. 27. & de Sen. & Sen. cap. 1. E.

16 Tactus inter omẽs ſenſus maxime neceſſarius eſt, & ideo quædam animalia cum aliis ſenſibus careant, hunc habent. 2. de Anima. T. Comment. 22.

17 Tactus ſenſus eſt, quo animalia alimentum cognoſcũt, nam tactus frigida & calida ſicca & humida cognoſcit, quibus omne animal nutritur. 2. de Anima. T. Cõment. 28.

18 Tactum habentia animalia appetitum habent. 2. de Anima. T. Co. 29.

19 ſine Tactu nõ eſt ſenſus aliquis aliorum, tactus uero ſine aliis ſenſibus eſſe poteſt. 2. de Anima. T. Comment. 31.

20 Tactus plures habet differentias, ut poſſit ſentire plura ſenſibilia ſpecie differentia, ut calidum frigidum, graue & leue, molle & durum. 2. de Anima. T. Co. 63.

21 Tactus certiſſimus ſenſuum eſt in homine. 2. de Anima. T. Comment. 94. & de Sen. & Sen. cap. 4. A.

22 Tactu diſcernuntur homines ingenioſi a non ingenioſis, nã duri carne inepti ſunt mente, molles uero apti. 2. de Anima. T. Comment. 94.

23 Tactus ſi non eſt unus ſenſus, ſed plures, neceſſe eſt, tangibilia nõ eſſe unius generis ſenſibilis. 2. de Anima. T. Co. 106.

24 Tactus, dubitatur, an ſit caro, uel aliquid proportionale carni in non habentibus carnem, an ſit caro medium, tactus uero inſtrumentum aliquod intus. 2. de Anima. T. Comment. 107.

25 in Tactu ſunt plures primæ contratietates, ut calidum frigidum, humidum & ſiccum, molle & durum, & alia ſimilia. Et ideo nõ uidentur eſſe unius generis omnia tangibilia, quia quæ ſunt unius generis, unam tantum contrarietatem primã habent. 2. de Anima. T. Co. 107.

26 Tactus ex hoc uidetur non eſſe caro, quæ tangitur primo, ſed eſſe tactũ aliqd intus, quia ſi quis pelliculam tenuem applicet carni, & ſuper illam tangibile ponatur, ſentitur, cũ tamen pellicula nullũ ſenſum habeat. Et q̃uis tacta carne, ſentiamꝰ tãgibilia, nõ tamẽ ſequitur, carnẽ eſſe organũ tactus. 2. de Anima. T. Co. 109.

27 Tactus ipſiꝰ medium connaturale eſt caro, ſicut ipſius uiſus aer lucidus, & auditꝰ aer tremulus. Differt tamen caro a mediis aliorum ſenſuum, quia alia media nõ ſunt connaturalia, hoc autem eſt connaturale, q̃a oportet corpora naturalia eſſe ſolida, & aer & aqua ſunt fluxibilia. 2. de Anima. T. Comment. 111.

28 Tactum alium eſſe a ſenſu guſtus, argumento linguæ colligitur, in qua tantum fit guſtus, nam ſi idem eſſet tactus & guſtus, quacunq; parte qua ſentimus, guſtaremus, quod tamen non fit. 2. de Anima. T. Comment. 112.

29 Tactus in hoc differt a uiſu & auditu & olfactu, quia tactus cõnaturali medio utitur puta carne, tres uero illi ſenſus medio extraneo ſcilicet aere. Secundo differt ab eiſdem tribus, ꝙ illi duplici immutatione ſentiant, ſcilicet immutatione medii, & immutatione ſenſus, tactus uero unica immutatione fit, qua mediũ ſimul & ſenſus immutantur, ſicut accidit clypeum & militẽ ſimul percuti. 2. de Aĩa. T. Co. 114. 115.

30 Tactus ſenſus intus eſt reconditus. 2. de Anima. T. Comment. 116.

31 Tactus medium caro eſt, quia tangibili ſuper eam poſito, ſentimus, quod non fieret ſi nõ eſſet medium ſecundum organũ tactus. 2. de Aĩa. T. Co. 116.

32 Tactus organum potẽtia eſt ad qualitates primas, & reducitur in actum a tangibili in actu tali. 2. de Anima. T. Co. 117.

33 Tactus tangibilium & intangibilium eſt. 2. de Anima. T. Comment. 120.

34 Tactui terra mixta eſt. 2. de Aĩa. T. Cõment. 130. & de Sen. & Sen. c. 2. N.

35 Tactus & tangibilis actus uterq; nomine caret. 2. de Anima. T. Comment. 140.

36 Tactum non omnia uiuentia habent. 3. de Anima. T. Comment. 60.

37 ſine Tactu nullum animaliũ poteſt eſſe. 3. de Anima. T. Comment. 60. 66.

38 Tactum impoſſibile eſt habere corpora ſimplicia. 3. de Anima. T. Co. 60. 62.

39 Tactus neceſſarius eſt animalibus, quia animal corpus animatum eſt, & omne corpus eſt tangibile, tangibile autem omne eſt ſenſibile tactu. 3. de Anima. T. Comment. 63.



40 Tactum niſi habeat animal, non poterit conuenientia accipere, aut inconueniẽtia fugere, & ſic ſine tactu peribit. Tangibiliũ etiam excellentiæ non ſolum ſenſum, ſed etiam animal corrumpunt. 3. de Anima. T. Comment. 65. 67.

41 Tactus ſenſorium iuxta cor eſt. de Sen. & Sen. capit. 2. N.

42 Tactus non tendit ad locum ſuperiorẽ. de Iuuent. & Senect. capit. 2. B.

43 in Tactu fundãtur alii ſenſus. de Iuuent. & Senect. capit. 2. D.

44 Tactum ad cor tendere, manifeſte uidemus. de Iuuent. & Senect. cap. 2. B.

45 Tactu quæ percipiuntur uoluptates, ſeruiles & belluinæ ſunt. 3. Ethic. capit. 10. C.

46 circa Tactum maxime uerſatur uoluptas. 3. Ethic. cap. 10. D.

47 Tactu non eſt intemperans aliquis in omnibus ſuis partibus, ſed circa quaſdã partes. 3. Ethicorum. capit. 10. D.

48 Tactus impurior eſt uiſu. 10. Ethicorum. capit. 5. C. Quære Tangere. ✳.

TAGVS. Hiſpaniæ fluuius, quem forte Theodorum appellat Ariſtoteles. Quære Theodorus.

TALE.

Tale magis eſt illud, propter quod aliud eſt tale. 1. Poſter. T. Co. 5. & 2. Metaphy. T. Co. 4. Quære Locus dialecticus.

TALIO. Quære Repaſſio.

TALPA.

1 Talpa oculos uidetur habere ſub pelle. 2. de Anima. T. Comment. 131.

2 Talpæ uident in Aetolia, & per agros uenantur locuſtas. de Admirãd. Audit. 27.

3 Talpæ nullæ prorſus inueniri poſſunt in Coronia Bœotiæ, & ſi qua forte illuc delata fuerit, ſtatim interit, reliqua tamen Bœotia talpas ubiq; generat, & alit. de Admirand. Audit. 121. ✳.

TANAIS. Fluuius diuidens Aſiam ab Europa ad ſeptentrionem.

1 Tanais in Mæotidem paludem influit, oritur autẽ Tanais ex Paropamiſo Aſiæ monte. 1. Meteor. capit. 13. F.

2 Tanais non ſemper fluxit, nam locus, unde oritur, aliquãdo fuit aridus. 1. Meteor. capit. 14. L.

3 Tanais ponitur a quibuſdã poſt anguſtã terram, quæ eſt ad mare Hyrcanum. de Mundo ad Alexandr. cap. 1. G.

TANGERE. TANGIBILE.

1 Tangi & finitum eſſe, non idem ſunt. 3. Phyſic. T. Comment. 74.

2 quod Tangitur ab aliquo, non oportet, quod tangat aliud. 3. Phyſic. T. Co. 74.

3 Tangens aliq̃d tãgit. 3. Phyſic. T. Co. 74.

4 Tangere accidit alicui finitorum. 3. Phyſic. T. Comment. 74.

5 Tangens aliquid, aut tãgit pars partem, aut totum totum, aut totum partem. 6. Phyſic. T. Comment. 2.

6 quæ Tangunt ſe, ſunt aut ſimpliciter grauia, aut leuia, aut media inter hæc, ut terra & aer. 1. de Gener. T. Comment. 44.

7 Tangere ſe illa ſunt nata, quorum diuiſis magnitudinibus ultima ſunt unum. 1. de Generatione. T. Comment. 44.

8 Tangibiles qualitates ſunt calidum & frigidum, ſiccum & humidũ, graue & leue, durum & molle, lubricum & aridum, aſperũ & læue, groſſum & ſubtile. 2. de Generatione. T. Comment. 8.

9 Tangibilium excellentiæ corrumpunt tactum. 2. de Anima. T. Comment. 120.

10 Tangibilia agunt in ea, quæ ſenſum nõ habent tactus. 2. de Anima. T. Co. 129.

11 Tangibiles q̃litates oẽs in quãtũ tangibiles, tactu ſentiunt. 2. de Aĩa. T. Co. 129.

12 Tangibilium excellentiæ non ſolum ſenſum, ſed etiam animal corrumpunt. 3. de Anima. T. Comment. 67. 68.

13 Tangentia differunt a connaſcentibus, quia in tactu nihil aliud eſt præter tactũ, in connaſcẽtibus uero eſt quoddam unũ in ambobus idem, propter id ꝙ ſe cõtingant, facit, ut connaſcantur, & unum ſint ſecundum continuationem & quantitatem, non ſecundum qualitatem. 5. Metaphyſicorum. T. Comment. 5.

14 Tangũtur illa, quorũ ultima ſunt ſimul. 11. Metaphy. cap. 11. A. Quære Tactus.

TAPROBANA. Inſula in mari Indico.

Taprobana inſula ultra Indos orbi terrarũ obuerſa eſt. de Mũdo. ad Alexã. c. 1. F.

TARDITAS. TARDVM. Vt opponitur ueloci.

1 Tardum tempore determinatur. 4. Phyſicorum. T. Comment. 96.

2 Tardum eſt, quod in multo tempore parum ſpacii tranſit. 4. Phyſic. T. Cõm. 96.

3 Tarditas non eſt ſpecies, nec differentia motus. 5. Phyſic. T. Comment. 44.

4 Tarditas non eſt grauitas. 5. Phyſicorum. T. Comment. 44. Quære Tempus.

TARDVS. Pro hebeti & rudi ingenio.

1 Tardiores ingenio ſunt & inepti, qui carne duri ſunt. 2. de Anima. T. Co. 94.

2 Tardi nimiũ & ſtupidi parũ ualent memoria, quia ꝑpter duritiẽ nõ poſſunt recipere imp̃ſſionẽ. de Memo. & Remi. c. 1. I.

TARENTVM. Ciuitas Italiæ in ſinu Tarẽtino. TARENTINI. Tarẽti ciues.

1 Tarentinorum ſacrificium quale ſit, oſtenditur. de Admirand. Audit. 94.

2 Tarentinos Hercules cæpit, & deinde regio illa Heraclea dicta eſt, quæ antea ab Ionicis poſſeſſa Pleion dicebatur, & deinde ipſis a Troianis deuictis Sigion uocitata eſt. de Admirand. Audit. 94.

3 Tarentinorum quædam ſacra habes. de Admirand. Audit. 94.

4 Tarenti multitudo piſcatorum eſt. 4. Politicorum. capit. 4. G.

5 Tarentinorum reſpublica ad popularem ſtatum mutata eſt, amiſſa magna nobilitatis parte in bello, quo ſuperati ſunt ab Iapygenſibus. 5. Politic. capit. 3. C.

6 in Tarentũ coloniã miſſi ſunt Partheniæ, quia deprehenſi ſunt res nouas moliri. 5. Politicorum. cap. 7. A. Quære Partheniæ.

7 Tarentini opes efficiũt cõmunes ad pauperum uſum. 6. Politic. cap. 5. D.

TARTARVS. Locus, ubi aquæ congregantur ſecundum Platonem.

1 in Tartaro qui ſunt, timent, cum tonat. 2. Poſt. T. Coment. 12.

2 Tartarum, dixit Plato in Phædone, eſſe principium & fontem omnium aquarũ. 2. Meteororum. capit. 2. L.

3 Tartarus ſecũdum Platonem quædã multitudo aquarum eſt. 2. Meteor. cap. 2. I.

4 Tartarum dixit Plato, propterea in ſingulos fluuios influere, ꝙ aſſidue, quod primum eſt atq; principium, fluctuet, nã nec fundamentum habet, nec firmamentum, ſed ſemper circa terram perpetua uolubilitate fertur. 2. Meteor. cap. 2. L.

5 in Tartarum relabi aquas omnes uel ea parte, qua fluxerunt uel alia, ſcripſit Plato. 2. Meteor. cap. 2. L.

TARTESSVS. Fluui⁹ in Hiſpania Bætica, qui & Bætis. Oritur ex Horoſpeda monte in ſaltu Tygenſi, nõ in Pyrene.

Tarteſſus fluuius ex Pyrene monte fluit, & extra Herculis colũnas in mare funditur. 1. Meteororum. capit. 13. G. Quære Phœnices. 2.

TAVRVS. Fuſilis ſtatua tauri.

Taurus traditur eſſe in Dianæ Orthoſiæ a monte Orthoſio dictæ templo ex auro conflatilis, qui, quoties fanum uenatores ingrediũtur, ſtatim quaſi immugit, & uiuentem effundit uocẽ. de Admirand. Audit. 26. Quære Orthoſius. ✳.

TELA. Quæ texitur.

Telæ iugo cui ſtamina obuoluũtur, clauſ uerſatorii cur maiores facilius mouentur ꝗ minores, habes. Mechanic. c. 12. per totũ.

TEMPERANTIA. TEMPERANS. TEMPERATVS.

1 Temperantia melior eſt fortitudine, quia temperantia ſemper eſt utilis, fortitudo aliquando. 3. Politicorum. cap. 2. E.

2 Temperatus fit abſtinens a uoluptatibus, & temperatus factus facile abſtinere poteſt a uoluptatibus. 2. Ethicorũ. cap. 2. C.

3 Tẽperatus eſt, qui abſtinet a uoluptatibus corporis, & hoc ipõ gaudet. 2. Ethi. c. 3. A.

4 Tẽperantia mediocritas eſt circa uoluptates. 2. Ethic. c. 7. A. &. 3. Ethic. c. 10. A.

5 Temperantia circa partes animæ irrationales uerſatur. 3. Ethic. cap. 10. A.

6 Temperantia quid ſit, & circa quæ uerſetur, & de illi oppoſitis uitiis habes. 3. Ethicorum. cap. 10. 11. 12. per totum.

7 Temperantia nõ eſt circa omnes uoluptates aut dolores, nam circa uoluptates animæ nõ eſt temperãtia. 3. Ethic. c. 10. A. B.

8 Temperans circa cupiditates mediocriter ſe habet, nec enim illis gaudet, quibus intemperans maxime delectatur, ſed moleſte fert, nec iis omnino, quibus delectari non debet, nec uehementer delectatur, ſed ſemper mediocriter delectatur. 3. Ethicorum. capit. 11. A.

9 Temperatia dicitur græcis σωφροσύνη, quaſi σώζει τὴν φρόνησιν id eſt cõſeruat prudentiam. 6. Ethicorum. capit. 5. B.

10 Temperantiam eſſe prudentiæ conſeruatricem, oſtenditur. 6. Ethic. capit. 6. B. C.

11 Temperans omnis continens eſt atq; cõſtans. 7. Ethic. capit. 1. B.

12 Temperantia non eſt in brutis niſi metaphorice. 7. Ethicorum. capit. 6. C.

13 Temperatus medius eſt inter intemperatum & inſenſibilem. 7. Ethicorũ. cap. 7. A.

14 Temperans & continens idem dicuntur propter ſimilitudinem, cum tamen non ſint idem, nam continens prauas concupiſcẽtias habet, quibus temperans caret. Rurſus cõtinens delectatur præter rationẽ, non tamen ducitur, tẽperans uero nõ delectaẽ præter rationẽ. 7. Ethic. c. 9. B.

15 Temperans uoluptates aliquas nõ fugit, ſed ſequitur. 7. Ethicorum. capit. 12. C.

16 Temperãtia eſt mediocritas inter intemperantiam & inſenſibilitatem. 1. Magnor. Mor. capit. 22. A.

17 Tẽperãtia uerſaẽ circa uoluptates guſtus & tactus. 1. Magnor. Mor. cap. 22. B.

18 Temperans & cõtinens differunt, quia tẽperans & ſi habeat malas cupiditates, reſiſtit



tamen eis, & moderatur illas ratione, continens uero nullas tales habet, & ideo omnis temperans eſt continens, ſed non ecõtrario. 2. Magnor. Mor. c. 6. O.

19 Temperantiam tollũt circa mulieres alienas, qui uxores cõmunes faciunt. 2. Politicorum. cap. 3. D. Quære Vxor.

20 Temperantia opus eſt in ocio & in negocio. 7. Polit. cap. 15. A.

TEMPLVM.

1 Templa qui ſpoliant, non dicuntur auari, ſed potius dicũtur tyranni, pniciosi, impii, & iniuſti. 4. Ethic. c. 1. H.

2 Templum Gratiarum in medio ciuitatis cõſtituebatur, ut retributio fieret, quia gratiæ proprium eſt retributio. 5. Ethicorum. cap. 5. B.

3 Templa urbis condenda ſunt, ubi locus purus ſit ab omni mercatu, nec debent illic eſſe opifices, nec agricolæ, aut alii ſimiles. Eritq; locus gratioſior, ſi gymnaſia ſeniorum ſint in eo conſtituta. 7. Polit. cap. 12. A. Quære Calliſtratus.

TEMPVS.

1 Tempus continuum quoddam eſt, quia poſſumus accipere aliquem communem terminum, ad quem partes temporis copulantur. Prædicament. c. 6. B.

2 Temporis partes non habent poſitionem in continuo, quia nihil temporis permanet, & quod non permanet, quomodo aliquam poſitionem habebit? Prædicament. cap. 6. C.

3 Tempus licet non conſtet ex partibus poſitionem habentibus in continuo, habet tamen quendam ordinem partium, eo quod aliquid ſit prius, aliqd poſterius. Prædicament. cap. 6. D.

4 Tempore quæ ſunt ſimul, dicuntur propriiſſime & ſimpliciter ſimul eſſe. Prædicament. c. 12. A.

5 Tempus phyſicæ cõſyderationis eſt, quia conſequitur motum. 3. Phyſic. T. Co. 2.

6 Tempus finitũ aut infinitũ eſſe, neceſſe eſt. 3. Phyſic. T. Co. 24.

7 Tempus principium quoddam habebit, ſi infinitum quodammodo non eſt. 3. Phyſicorum. T. Comment. 56.

8 Temporis infiniti quod accipitur, corrumpitur, licet nõ deficiat tempus. 3. Phyſicorum. T. Comment. 58.

9 Tempus non eſt infinitum actu, ſed fit ſemper. 3. Phyſic. T. Comment. 68.

10 Tẽpus infinitum eſt. 3. Phy. T. Co. 75.

11 Temporis continuitatem intellectus apprehendit. 3. Phyſic. T. Comment. 75.

12 Tẽporis cuiuſlibet ad quodlibet aliud tempus eſt proportio, ſi utrumq; eſt finitum. 4. Phyſic. T. Comment. 75.

13 Tempus non eſſe, rationes, quæ probant, ponũtur 4. Phyſic. T. Co. 87. & deinceps

14 Tempus non eſſe, aliqui probant ex eo, ꝙ conſtat ex iis, quæ non ſunt ſcilicet ex præterito & futuro, quorum alterum nõdum eſt, alterum præteritum eſt. 4. Phyſicorum. T. Comment. 88.

15 Tempus, qui dicunt, non eſſe, ex eo probant, ꝙ partes eius non ſunt actu, quia ipſum nunc non eſt pars temporis, quia tempus non componitur ex ipſis nunc. 4. Phyſicorum. T. Co. 89.

16 Tẽporis partes nullæ ſimul eſſe poſſunt, niſi altera contineatur in altera, ut dies in menſe, menſis in anno. 4. Phyſicorum. T. Comment. 90.

17 Tempore ſimul ſunt, quæ ſunt in eodẽ nunc. 4. Phyſic. T. Comment. 92.

18 Tempus quidam dicunt, eſſe motum cæli, quidam uero ipſum cælum. 4. Phyſicorum. T. Comment. 93.

19 Temporis pars tempus eſt. 4. Phyſicorum. T. Comment. 93.

20 Tempus ſi ſit circulatio cæli, ſequeretur, plura eſſe tempora ſimul, cum ſint plures cæli circulationes ſimul. 4. Phyſicorum. T. Comment. 94.

21 Tempus non eſt motus, quia motus uel eſt in ipſo, quod mutaẽ, uel ubi eſt ipſum, quod mutatur, tempus uero ubiq; & apud omnia eſt ſimiliter. 4. Phyſicorum. T. Comment. 95.

22 Tempus nec tardum, nec uelox eſt, ſed ipſum eſt, quo tardum uel uelox determinatur. 4. Phyſic. T. Co. 96.

23 Tempus non determinatur tempore, nec quantum quid eſt, nec quale. 4. Phyſicorum. T. Comment. 96.

24 Tempus non eſt ſine motu, ꝗuis motus non ſit tempus, nam quando non mutamur mente, aut non animaduertimus nos eſſe mutatos, non uidetur nobis ipſis fluxiſſe tempus. 4. Phyſicorum. T. Comment. 97. Quære Sardus.

25 Tempus & motum ſimul ſentimus. 4. Phyſic. T. Comment. 98.

26 Tps ſentim⁹, etiã ſi nullã in corpore mutationẽ patiamur, ſi tamẽ mot⁹ aliquis in anima fiat. 4. Phyſic. T. Comment. 98.

27 Tempus continuum eſt, quia motus continuus eſt. 4. Phyſic. T. Co. 105.

28 Tempus tantum uidetur ſemper fieri, quantus eſt motus. 4. Phyſic. T. Co. 99.

29 Tempus & motus ita ſe habent, ut alterũ ad alterum ſequatur ſemper. 4. Phyſicorum. T. Comment. 99. 113.
30 In Tempore eſt prius & poſterius, quia in magnitudine & motu eſt prius & poſterius. 4. Phyſic. T. Co. 99. 113.
31 Tempus tũc fieri dicimus, cũ prius & poſterius pcipimus. 4. Phyſic. T. Co. 100.
32 Tempus eſſe numerum motus, oſtenditur. 4. Phyſic. T. Co. 100.
33 Tempus determinatur ipſo nũc. 4. Phyſicorũ. T. Co. 100.
34 Tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſteri⁹. 4. Phyſic. T. Co. 101. 108. & 1. de Cæl. T. Comment. 99.
35 Tempus non eſt motus, ſed habet numerum motus. 4. Phyſic. T. Co. 101.
36 Tempus nõ eſt numerus numerans, ſed numeratus. 4. Phyſic. T. Co. 102.
37 Temporis partes aliæ ſunt, ſicut & motus partes. 4. Phyſic. T. Co. 103
38 Tempus ſequitur motum, ut motus magnitudinem. 4. Phyſic. T. Co. 104. 113.
39 Tempus non eſt, ſi nunc non eſt, & econtrario. 4. Phyſic. T. Co. 104.
40 Tempus numerus eſt loci mutationis. 4. Phyſicorum. T. Co. 105.
41 Tempus ipſo nunc continuatur, & diuiditur. 4. Phyſic. T. Co. 106.
42 Tempus numerat motum, nõ ut aliquid temporis accipiatur ut principium, & aliquid ut finis, ſed accipiendo duo ultima, id eſt duo nunc, quæ non ſunt partes temporis. 4. Phyſic. T. Co. 106.
43 Temporis minimum ſecũdum numerũ poteſt dari, non tamen ſecundum magnitudinem, quia ut continuũ non habet minimum, ut numer⁹ eſt, habet minimum. 4. Phyſic. T. Comment. 108.
44 Tempus breue & longum dicitur ut cõtinuum eſt, ut aũt numerus eſt, paucum aut multum dicitur. 4. Phyſicorum. T. Comment. 109.
45 Tempus nõ dicitur uelox aut tardum, quia numerus nullus eſt tardus aut uelox. 4. Phyſic. T. Co. 108. 109.
46 Tempus eſt in omnibus unum ſimul & ubiq;, nam omnia ſimul & ubiq; mẽſurat. ſed nõ eſt idem prius & poſteri⁹ temporis, nam prius tranſiit, poſterius nondum eſt. 4. Phyſic. T. Co. 110.
47 Tempus idem redit iterum atq; iterũ, ut autumn⁹, uer, hyems. 4. Phyſic. T. Co. 111.
48 Tempus motu menſuratur, & motus tẽpore, quia inuicem a ſeſe diffiniuntur. 4. Phyſic. T. Co. 112.
49 Tempus menſurat motum, & eius quod eſt moueri. 4. Phyſic. T. Co. 114.
50 Tempore menſurari motum, eſt ipſum motum in tempore eſſe, & eſſe ipſius. 4. Phyſic. T. Comment. 114.
51 Temporis aliquid eſſe, eſt menſurari a tẽpore. 4. Phyſic. T. Co. 114.
52 In Tempore aliqua eſſe, dupliciter dicit̃, aut quia ſimul ſunt cũ tẽpore, aut quia dicunt̃ ſic in tpe eſſe, ſicut dicũtur eſſe in numero. 4. Phyſic. T. Co. 115.
53 In Tempore eſſe, non eſt eſſe, quãdo tps eſt, ſic enim cælũ eſſet in milio, ſed eſſe in tpe, eſt contineri a tẽpore, ſicut ſub numero. 4. Phyſic. T. Co. 115. 116. 117.
54 Tẽpus ſemp eſſe debet mai⁹, q̃ ſit id, qđ eſt in tempore. 4. Phyſic. T. Co. 117. 120.
55 Tempus corruptionis magis eſt cauſa p ſe, quia cum ſit numer⁹ motus, motus id qđ eſt, diſtare facit. Vnde obliuiſci & conſeneſcere & corrũpi omnia dicimus tempore, & nõ ecõtrario. 4. Phyſi. T. Co. 117.
56 In Tempore non ſunt, quæ ſemp ſunt, id eſt æterna, quia nõ mẽſurantur tpe, ſignũ autem eſt, quod non patiuntur aliquid a tempore. 4. Phyſic. T. Co. 117.
57 Tempus quietis mẽſura eſt p accidens. 4. Phyſic. T. Co. 118. 119.
58 Tpe quæ mẽſurantur, nõ menſurãtur, ut talis uel talis ſubſtãtia eſt, ſed ut motum, aut quieſcens, & ſecũdum ꝙ motus ipſius eſt quantus. 4. Phyſic. T. Co. 119.
59 In Tempore nõ ſunt, quæ nec mouẽtur, nec quieſcunt. 4. Phyſic. T. Cõment. 119.
60 In Tempore non ſunt non entia, nec impoſſibilia. 4. Phyſic. T. Co. 120.
61 Tpe quæ menſurantur, eis contingit moueri, & quieſcere. 4. Phyſic. T. Co. 120.
62 In Tempore neceſſe eſt eſſe omnia, quæ generantur, & corrumpuntur. 4. Phyſicorum. T. Comment. 120.
63 Tempus excellit eſſe eorum, quæ ſunt tẽpore, & eorum ſubſtantiam mẽſurat. 4. Phyſic. T. Co. 117. 120.
64 Tẽpore quæ non continentur, nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt, quia temporis eſt præteritum præſens & futurũ, intra quorum aliquod continentur ea, quæ ſunt. 4. Phyſic. T. Co. 120.
65 Tps ſemp futurũ eſt, & nunq̃ deficiet, cũ ſit ſemp in principio. 4. Phyſi. T. Co. 124
66 Tempus ſemper erit, ſi motus ſemp erit. 4. Phyſic. T. Comment. 124.
67 Tps unũ eſt, ſi motus unus eſt, & aliũ eſt, ſi motus alius eſt, & idem eſt, ſi motus idem eſt. 4. Phyſic. T. Comment. 124.
68 Temporis quædam differentiæ ſignificãtur per quædam aduerbia, ut tunc, iam, olim, repente. 4. Phyſicorum. T. Co. 125. & ultra.
69 Tempus corruptionis cauſa per ſe, generationis p accidens. 4. Phyſic. T. Co. 128.
70 Tps eſſe rudiſſimũ, dixit Paron Pythagoricus, quia in eo obliuiſcuntur, melius dicens in hoc, q̃ qui ſapiẽtiſſimũ appellarunt. 4. Phyſic. T. Co. 128.
71 Tempus dicitur eſſe corruptionis cauſa per ſe, quia latet corrumpens, & tamẽ illa corruptio eſt in tpe, nã generationis cauſa ſemper apparet, corruptionis uero non ſemp. Ideo tpi attribuit̃, q̃uis accidat in tempore fieri. 4. Phyſic. T. Co. 128.
72 In Tempore fit omnis motus. 4. Phyſicorum. T. Comment. 129.
73 Tempus in cælo & in terra & in mari ponendum eſt, quia hæc mobilia ſunt, & tempus quædam paſſio eſt motus. 4. Phyſicorum. T. Comment. 130.
74 Tempus & motus ſimul ſunt ſecundum potentiam & ſecundum actum, ut actus actui, potentia potentiæ reſpõdeat. 4. Phyſicorum. T. Comment. 130.
75 Tempus, impoſſibile eſt, eſſe, ſi anima nõ eſt, cũ tps ſit numerus, & nihil præter animam & animæ intellectũ numerare poſſit. 4. Phyſic. T. Co. 131.
76 Tempus eſt prius & poſterius inquãtũ numerabilia ſunt. 4. Phyſic. T. Co. 131.
77 Tempus numerus eſt motus primi. 4. Phyſicorum. T. Co. 132. 133.
78 Tempus non cuiuſlibet motus eſt intrinſece, ſed primi mot⁹, alioqui ſequeretur, eſſe plura tempora ſimul. 4. Phyſicorum. T. Comment. 132.
79 Tẽpora duo, aut plura eſſe ſimul, impoſſibile eſt. 4. Phyſic. T. Co. 132.
80 Tempus tempore finito numeratur. 4. Phyſic. T. Comment. 133.
81 Tempus omne menſuratur motu. 4. Phyſicorum. T. Comment. 133.
82 Tempus, aliqui dixerunt, eſſe motum primæ ſphæræ. 4. Phyſic. T. Co. 133.
83 Tempus, quidam dixerũt, eſſe circulum, quia circulatione prima mẽſurat̃. 4. Phyſicorum. T. Comment. 133.
84 Tempus nõ poteſt cõponi ex indiuiſibilibus. 6. Phyſic. T. Co. 4. 10.
85 Temp⁹ ſi infinitum eſt, & magnitudo, & motus ſunt indiuiſibiles. 6. Phyſicorum. T. Comment. 18. & deinceps.
86 Tempus diuiditur ad diuiſionem mot⁹, ſimulq; diuidunt̃ motus mobile tps ſpacium, in quo ſit mot⁹. 2. Phyſi. T. Co. 37.
87 Tempus conſequitur magnitudinem & ipſum moueri & motũ in finitate uel in infinitate. 6. Phyſic. T. Comment. 39.
88 Tẽpore maiori maior magnitudo ptrãſitur, & ecõtrario. 6. Phyſic. T. Co. 60.
89 Tempus ſi finitum eſt, in illo magnitudo infinita tranſiri non poteſt, & ecõtrario. 6. Phyſic. T. Comment. 60.
90 Tempore nõ exiſtente, prius & poſterius eſſe non poſſunt. 8. Phyſic. T. Co. 10.
91 Tempus ſi ſemper eſt, motus perpetuus eſt. 8. Phyſic. T. Comment. 10.
92 Tempus ſolus Plato incœpiſſe dicit, alii ingenitũ eſſe dicunt. 8. Phyſic. T. Co. 10.
93 Tempus impoſſibile eſt, eſſe ſine nunc. 8. Phyſic. T. Comment. 11.
94 Tempus, impoſſibile eſt, quod diuidatur in indiuiſibilia. 8. Phyſic. T. Co. 69.
95 Temporis tantum minuitur, quãtum additur grauitatis graui reſpectu mot⁹ grauis. 1. de Cæl. T. Cõment. 51.
96 Tempus & graue habent proportionem, inquantum tempus menſurat motũ grauis. 1. de Cæl. T. Co. 51.
97 Temporis minoris eſt proportio ad tempus maius finitũ, ſed in minori ſemper. 1. de Cæl. T. Comment. 52.
98 Tempus unum minus alio dari poteſt, minimum uero non poteſt. 1. de Cæl. T. Comment. 52.
99 Tẽpus minimũ poni in quo moueatur infinitũ, eſt incõueniẽs. 1. de Cæl. T. Co. 53.
100 Tempus quantumcunq; ponatur, impoſſibile eſt infinitam grauitatem mouere in illo. 1. de Cæl. T. Co. 54.
101 Tempus non eſt, nec poteſt eſſe extra cælum. 1. de Cæl. T. Co. 99. 100.
102 Tempus determinatum eſſe, neceſſe eſt, in quo ſit, quod poſſibile eſt eſſe, aut nõ ſit, quod poſſibile eſt non eſſe. 1. de Cæl. T. Comment. 118.
103 Tempore infinito habens potentiam ad plura non eſt hoc in alio aut hoc in alio tempore, ſed ſimul illa plura habet. 1. de Cæl. T. Comment. 120.
104 Tempus infinitum habet cælũ in ſeipſo. 2. de Cæl. T. Co. 1.
105 Tempus auferri omnino poteſt, & remanere tantum nunc, ſi tempus componat̃ ex indiuiſibilibus. 3. de Cæl. T. Co. 15.
106 Tempora duo infinita eſſent, ſi compoſitio aut reſolutio elementorum eſſent infinitæ. 3. de Cæl. T. Comment. 52.
107 Tẽpus uniuſcuiuſq; generati, determinatũ eſt certa piodo. 2. de Gener. T. Co. 57.

108 Tempus numerus eſt alicuius continui motus, quia numerus circularis motꝰ. 2. de Generatione. T.Co.61.

109 Tempus totum æternum eſt, & non deficit. 1. Meteor. c.14.L.

110 Tempus ſemper intelligitur in cōpoſitione intellectus, ſi compoſitio eſt eorū, quæ erunt, uel fuerunt. 3. de Anima. T.Comment.22.

111 in Tēpore indiuiſibili intellectus diuiſibilia intelligit, quia non intelligit illa ut diuiſibilia, ſed ut indiuiſibilia actu. 3. de Anima. T.Cōment.23.

112 Tempus diuiſibile eſt, etiam indiuiſibile intelligēdo, quia cum intellectus aliquod diuiſibile intelligit ut indiuiſibile & totū ſimul, tunc tēpus eſt indiuiſibile. Quādo uero intellectꝰ intelligit diuiſibile ut diuiſibile, tunc tempus eſt diuiſibile. 3. de Anima. T.Co.23.24.

113 Tempus nō pcipiētia cōtrarios appetitꝰ habere non poſſunt. 3. de Aia. T.Co.53.

114 Tempus omne diuiſibile eſt. de Sen. & Sen. cap.2.G.

115 in Tempore, neceſſe eſt, ut ſit motus. de Sen. & Sen. cap.2.G.

116 Tempus omne eadem parte animæ cognoſcitur, qua magnitudo, & motus. de Memo. & Remi. c.1.E.

117 Tempus cognoſcere, neceſſarium eſt uolēti reminiſci. de Memo. & Remi. c.2.M.

118 ſine Tempore non contingit intelligere, quia phantaſma eſt ipſius hic & nunc, eo ꝙ eſt ſimilitudo ſingularis ſenſibilis. de Memo. & Remi. cap.1.E.

119 Tempus iram ſedat. 2. Rhetor. c.3.D.

120 Tempus eſt repertor omnium rerū, & adiutor bonus. 1. Ethic. c.7.E.

121 Temporis longitudo efficit experientiā. 6. Ethic. cap.8.B.

122 Tempus perpetuū eſt ſicut & motus. 12. Metaphy. T.Comment.29.

123 Tempus aut motꝰ eſt, aut paſſio motus. 12. Metaphy. T.Comment.29.

TENEBRAE.

1 Tenebræ in diaphano ſunt ſicut priuatio in materia, nā diaphanū eſt materia luminis, qđ eſt actus illiꝰ, cuius priuatio eſt tenebræ. 2. de Aia. T.Co.69.70. & de Sen. & Sen. c.3.B. & 10. Metaphy. T.Co.7.

2 Tenebras ponebant Pythagorici unum e ſuis decem prædicamentis. 1. Metaphy. c.5.C.

TENEDVS. Inſula in mari Aegeo e regione littoris Sigei. TENEDII. Tenedi inſulæ ciues.

1 Tenedii uſi ſunt teſtimonio Periādri Corinthii aduerſus Sigienſes. 1. Rhet. c.15.C.

2 in Tenedo portitores multi ſunt. 4. Politicorum. cap.4.G.

TENTATIVA DISPVTATIO.

1 Tentatiuæ diſputationes ſunt, quæ ex iis colligūt, quæ uident̄ reſpōdēti, & quæ neceſſariū eſt eū ſcire, qui ſimulat ſe habere ſcientiā. 1. Elench. c.2.B.

2 Tentatiua pars dialecticæ eſt. 1. Elench. cap.7.A.

3 Tentatiuam non eſſe alicuius determinati generis, ſed uerſari circa cōmunia, probatur. 1. Elench. c.11.A.

4 Tentatiua uti uidētur omnes illiterati. 1. Elench. c.11.B.

5 Tentatiuæ proprium eſt diſputare ex iis, quæ probabiliſſima ſunt. 2. Elencho. cap.8.A. Quære Interrogans.

TENTATIVVS SYLLOGISMVS.

Tentatiuꝰ ſyllogiſmꝰ & ſophiſticus cōparant̄, & oñdit̄, in quo cōueniāt, & differāt. 1. Elēch. c.10. ꝑ totū. Quære Syllogiſmus.

TENVS. Vrbs Theſſaliæ. Quære Serpens.

TERES. Quære Figura.29.

TERMINVS. Pro diffinitione. Quære Diffinitio.

TERMINVS. Pars propoſitionis.

1 Terminus eſt, in quem reſoluitur propoſitio. 1. Prior. cap.1.B.

2 Terminorum expoſitionem nihil abſoni aut inconueniētis ſequitur in ſyllogiſmis. 1. Priorum. c.39.C.

3 Termini non ſunt propoſitiones, quia nihil dicūt eſſe, aut nō eſſe. 1. Poſt. T.Co.25.

4 Terminos ſolū intelligere oportet. 1. Poſter. T.Comment.25.

5 Termini, in quibus conueniunt oēs ſciētiæ, finiti ſunt. 1. Poſter. T.Co.43

TERMINVS. Phyſice.

1 Terminꝰ eſt tantū eorū, quorū eſt terminus, ut equorū & lapidum, numerus uero multorū eſſe poteſt. 4. Phyſic. T.Co.107.

2 Terminus nō poteſt eſſe unꝰ alicuiꝰ diuiſibilis finiti. 4. Phyſic. T.Co.91.

3 Terminus eſt augmenti & magnitudinis eorū, q̃ natura cōſtāt. 2. de Aia. T.Co.41.

4 Terminus dicitur, quod eſt cuiuſq; rei ultimum, & ultra quod nihil accipi poteſt, & citra quod primum omnia collocātur. 5. Metaphy. T.Comment.22.

5 Terminus quadrupliciter dicitur. Primo, pro fine cuiſlibet magnitudinis, ſicut pūctū terminus lineæ. Secūdo, pro extremo actionis uel motus. Tertio pro illo, cuius cauſa aliqđ fit. Quarto, ꝑ termino cognitionis. 5. Metaphy. T.Co.22.

6 Terminus ſuꝑius eſt ad principium, q̃a omne principium eſt terminus, non tamē omnis terminus principium. 5. Metaphy. T.Comment.22.

TERMINABILIA.

1 Terminabilia facile diuiduntur in parua. 1. de Gener. T.Co.89.

2 Terminabile bene eſt humidum, ſi non ſit uiſcoſum. 1. de Gener. T.Co.89.

TERNARIVS. Numerus.

Ternarius eſt numerus impar utrobiq; primus, q̃ diffinitio probatur. 2. Poſter. T.Co.17. Quære Tres.

TERRA. TERREVS.A.VM.

1 Terra eſt ſubſtantia, q̃ maxime omnium corporum fertur ſecundum naturam in inferiorem locum. 5. Topic. c.2.F.

2 Terræ proprium & cuiuſlibet partis eius eſt ferri deorſum ſecundum naturam. 5. Topic. c.4.C. & 2. de Cæl. T.Co.92.

3 Terram nullus phyſicorum poſuit eſſe corpus infinitum, quia eius locus determinatus eſt manifeſtus. 3. Phyſic. T.Co.49.

4 Terra ſecundum Heſiodum facta eſt poſt Chaos tanq̃ receptaculum corporis. 4. Phyſic. T.Co.6.

5 Terræ locus continens eſt aqua. 4. Phyſi. T.Comment.46.

6 Terrea corpora ad medium mouētur. 1. de Cæl. T.Co.12.

7 Terra unius mūdi, ſi plures mūdi eſſent, moueretur ad terram alterius mundi uel ſecundum naturam uel uiolenter. 1. de Cæl. T.Co.77.

8 Terra in quocunq; mundo ponatur, eius naturæ & motus erit cum terra alterius mundi. 1. de Cæl. T.Co.78.

9 Terra mouebit̄ a medio, ſi plures mūdi ponantur. 1. de Cæl. T.Co.50.79.

10 Terræ locus determinatus eſt, in quem terra feratur. 1. de Cæl. T.Co.86.

11 Terra uelocius mouetur, quo magis appropinquat loco ſuo. 1. de Cæl. T.Co.88.

12 Terram in medio mundi eſſe & immobilem, ſupponitur. 2. de Cæl. T.Co.18.

13 Terra ſi eſt, & ignis eſt, quia contrariorū ſi alterum eſt in natura, & alterum eſſe, neceſſe eſt. 2. de Cæl. T.Co.18.19.

14 Terra tota non mouetur, quia non poteſt appropinquare optimo. 2. de Cæl. T.Co.66. Quære Optimum.1.

15 Terræ propinqua paucis motibus mouētur, quia nō poſſunt attingere ad optimū, ſed propꝫ accedunt. 2. de Cæl. T.Comment.66.

16 Terram apparere planam, facit magnitudo circuli ipſius, cum etiam in paruis circulis linea recta uidetur a lōge. 2. de Cæl. T.Comment.66.

17 Terram in medio poſuerunt, qui dixerunt, eſſe mundum finitum. 2. de Cæl. T.Comment.72.

18 Terram eſſe unum aſtrorum, dixerunt Pythagorici. 2. de Cæl. T.Co.72.

19 Terram moueri circa medium, & facere ſuo motu noctē & diem, dixerunt Pythagorici, qui in Italia habitabant. 2. de Cæl. T.Comment.72.

20 Terram aliam oppoſitam huic poſuerūt Pythagorici, quā uocabant antichthona. 2. de Cæl. T.Co.72.75.

21 Terram non eſſe in medio mundi, aliquibus uidetur non ex iis, quæ uidentur, ſed ex rationibus aliis ſumentes fidem. 2. de Cæl. T.Co.72.

22 Terram non eſſe in centro, ex hoc probāt Pythagorici, quia cum centrum ſit extremum, & extremum ſit nobiliſſimus locus, & terra ſit ignobilis, non conueniebat, ignobile corpus eſſe in loco nobiliſſimo. 2. de Cæl. T.Co.73.

23 Terræ quietem aut motum non omnes æqualiter poſuerunt. 2. de Cæl. T.Comment.75.

24 Terras plures quidam poſuerunt, q̃ circa medium feruntur, ſed non uideri eas a nobis, dicunt, propter obiectionem iſtius terræ. 2. de. Cæl. T.Co.75.

25 propter Terras plures, quas ponebant Pythagorici, dicebant fieri ſæpius eclipſes lunæ q̃ ſolis, cum terræ ſint plures, & luna una. 2. de Cæl. T.Co.75.

26 Terram eſſe in centro, ſi quæ rationes probant, quomodo ſoluūt eas Pythagorici, habes. 2. de Cæl. T.Co.75.

27 Terram, q̃uis ſit in centro mundi, moueri tamen circa polum mundi ꝑ uniuerſum extenſum, ſcriptum eſt in Timæo. 2. de Cæl. T.Co.75.

28 Terra quibuſdam ſphærica uidetur, quibuſdā uero tympanilis figuræ. 2. de Cæl. T.Comment.76.

29 Terram eſſe tympanilis figuræ, qui dicūt, probāt ꝑ hoc, ꝙ ſol occidens & oriens uidetur occultari ꝑ rectam lineam, & nō ꝑ curuam. 2. de Cæl. T.Co.76.

30 Terram, aliqui dicunt, eſſe tympanilis figuræ propter quietem. 2. de Cæl. T.Co.76.

31 Terræ partes ſi eleuentur, & dimittantur, deſcendunt, & tanto uelocius, quanto ma-

ſiores fuerint,& ſi terra auferatur,anteq̃ cadant,deſcendẽt deorſum, ſi nihil obſtiterit.2.de Cæl.T.Co.77.

32 Terram totam non deſcendere,mirũ eſt & philoſophica contẽplatione dignum,cũ tamen terræ partes deſcendãt.2.de Cæl.T.Comment.77.

33 Terram totam nõ moueri deorſum, rationes philoſophorum,quæ probant,non ſunt ſufficiẽtes,ſed magis abſurdæ,q̃ dubitatio ipſa.2.de Cæl.T.Co.78.

34 Terræ quietem quidã aſſignarunt ex eo, ꝙ ſit infinita terra ex parte inferiori,& infinite radicata, & hoc dixerunt, ne moleſtiam habeant quærẽtes cauſas quietis terræ.2.de Cæl.T.Co.78.

35 Terræ quietem eſſe ex cauſa infinitatis terræ,deriſit Empedocles. 2. de Cæl.T.Comment.78.

36 Terram manere ſuper aquam,ut lignũ & alia quædam,uetuſtiſſima ſententia eſt, quam Thaletem Mileſium dixiſſe,ferũt.2.de Cæl.T.Comment.78.&.1.Metaphyſicorum.c.3.C.

37 Terram manere ſuper aquam,improbatur.2.de Cæl.T.Co.78.& ultra.

38 Terra cum ſit grauior aqua, non poteſt manere ſuper eam.2.de Cæl.T.Co.79.

39 Terra ſi tota nata eſt manere ſuꝑ aquã, & quælibet pars eius ſimiliter,cuius contrarium uidemus.2.de Cæl.T.Co.70.

40 Terram quieſcere propter latitudinẽ ſuã, dixerũt Anaxagoras Anaximenes & Democritus.2.de Cæl.T.Co.81.

41 Terram non diuidere aerem,qui ſub illa eſt,ſed ſuperequitare, dixerũt Anaximenes Anaxagoras & Democritꝰ.2.de Cæl.T.Comment.81.

42 Terra ſi lata non eſt, ſed ſphærica, non quieſcet ſecundũ eos,qui dicunt,propter figuram eam quieſcere.2.de Cæl.T.Cõment.81.

43 Terra ſi ex eo quieſcit, quia figura lata comprimit aerem, melius dicetur illam quieſcere,ſi ſphærica ponatur,cum etiam ea figura poterit coarctare aerem . 2.de Cæl.T.Comment.82.

44 Terra ſi quieſcit in medio non naturaliter,ſed uiolenter, motus eius ad medium nõ eſt naturalis.2.de Cæl.T.Co.85.102.

45 Terra ſi in medio quieſcit, uiolenter ad medium acceſſit propter cæli circumgirationem,ut dicunt omnes, qui mũdum genitum ponunt.2.de Cæl.T.Co.88.

46 Terra ſi cæli uertigine uiolenter quieſcit, ceſſante ea,non uiolẽter feretur, nec hoc dicentes poſſunt aſſignare motum ipſiꝰ.2.de Cæl.T.Comment.86.

47 Terra ſi ab aere, qui eſt ſuꝑ eam, non prohibetur ſurſum tẽdere,ergo nec deorſum ꝓhibetur ab aere,qui eſt ſub ea,quia in eiuſdem rebus quãtum ad eoſdẽ effectus,neceſſe eſt,ponere eaſdem cauſas.2.de Cæl.T.Co.86.

48 Terra alicubi nata eſt naturaliter ferri,ſi ignis natus eſt alicubi naturaliter ferri.2.de.Cæl.T.Co.88.

49 Terram quieſcere in medio propter ſimilitudinem & habitudinem ad omnẽ partem cæli,dixit Anaximander.Nam quod in medio collocatum eſt,æque ad extrema ſe habet,& non magis fertur ad ſupera,q̃ ad infera,q̃ ad latera. 2.de Cæl.T.Comment.90.

50 Terra non ſolum uidetur quieſcere, ſed etiam ad medium ferri . 2. de Cæl.T.Comment.92.

51 Terram totam neceſſe eſt ferri,quo fertur naturaliter quælibet pars ipſius. 2.de Cæl.T.Comment.92.

52 Terram in medio quieſcere, dixit Anaximander,nec moueri ad alium locum, quia non eſt potior ratio,cur magis ad unam partem q̃ ad aliam moueatur . Vt de capillo dicunt,ꝙ non rumperetur,ſi æqualiter tendatur,& a uehementer eſuriente ſi cibi æque diſtent, quieſcere dicunt.2.de Cæl.T.Co.93.

53 Terra ſi moueretur circa mediũ, aut in medio,neceſſe eſſet duobus motibꝰ naturaliter moueri.2.de Cæl.T.Co.97.

54 Terra ſi pluribus motibꝰ moueretur,ſtellarum fixarũ mutationes & regreſſiones neceſſe eſſet fieri.2.de Cæl.T.Co.97.

55 Terræ centrum & centrum mundi accidit eſſe unum,& ideo corpora grauia ad centrũ terræ ferũtur ꝑ accidens,cũ per ſe moueãtur tantum ad centrũ mũdi. 2.de Cæl.T.Co.100.&.4.de Cæl.T.Co.33.

56 Terram in medio mundi,& immobilem eſſe,neceſſe eſt.2.de Cæl.T.Co.101.

57 Terra quieſcit in medio mundi,quia grauia ſuapte natura feruntur ad centũ mũdi.2.de Cæl.T.Co.102.

58 Terram in medio eſſe collocatam, probãt etiam ea,q̃ a mathematicis dicta ſunt circa aſtrologiã.2.de Cæl.T.Co.103.

59 Terram figuræ eſſe ſphæricæ,neceſſe eſt, quia unaquæq; partium eius ad mediũ habet grauitatem . 2.de Cæl.T.Co.104.

60 Terra ſic dicitur ſphæricæ figuræ,ſicut ſi aliquando fuiſſet generata de nouo, concurrentibus eius partibus ad centrũ.2.de Cæl.T.Co.104.

61 Terræ partes concurriſſe ad medium ꝑ uiolentiam uertiginis cæli, dixerunt antiqui.2.de Cæl.T.Co.104.

62 Terræ partes ſiue uiolenter ad medium ferantur,ſiue naturaliter,ſemꝑ facient figurã ſphæricã.2.de Cæl.T.Co.104.105.

63 Terræ ſi ex altero hemiſphærio adderet̃ quãtitas tanta,q̃ eſſet ſufficiẽs implere terræ partes, eo uſq; moueret̃, quoad cẽtrũ mundi & terræ eſſent in eodẽ loco.2.de Cæl.T.Co.106.

64 Terram,ſiue genita ſit, ſiue non , neceſſe eſt habere figuram ſphæricam.2.de Cæl.T.Comment.108.

65 Terra aut ſphærica eſt , aut nata eſt fieri ſphærica.2.de Cæl.T.Co.108.

66 Terra ſi non eſſet rotunda , lunæ eclipſis non haberet tales deciſiones.2.de Cæl.T.Co.109.

67 Terræ obiectu luna deficit.2.de Cæl.T.Comment.109.

68 Terræ rotũditas cauſa eſt talis figuræ lunæ,quãdo eclipſat̃.2.de Cæl.T.Co.109.

69 Terram non ſolum eſſe rotundã,ſed etiã non magnæ quantitatis,probatur diuerſitate apparentiæ ſtellarũ.2.de Cæl.T.Co.11.Quære Aegyptus.2.Stella.43.

70 Terrã eſſe non magnæ quantitatis , ex hoc arguunt quidã,ꝙ dicunt littora , quæ ſunt circa columnas Herculeas, proxima eſſe littoribus Indiæ , & mare Indicum,& id, quod eſt circa columnas , unum eſſe.2.de Cæl.T.Co.111.

71 Terram quadraginta millium ſtadiorum eſſe,dicunt mathematici, qui eius quantitatem conantur metiri.2.de Cæl.T.Cõment.112.

72 Terram comparatione ad magnitudinẽ ſtellarũ magnã non eſſe , tradunt mathematici.2.de Cæl.T.Co.112.

73 Terræ figuram cubicam tribuere Platonici propter quietẽ.2.de Cæl.T.Co.71.

74 Terræ ſi attribuitur figura cubica , quia quieſcit,ſphæram uel pyramidẽ illi debẽt tribuere ad motum, cum dicant Platonici eas figuras maxime conuenire motui.3.de Cæl.T.Co.71.

75 Terra grauiſſima eſt , quia omnibus ſubſtat.4.de Cæl.T.Co.27.

76 Terra nullam leuitatem habet . 4 . de Cæl.T.Co.32.39.

77 Terra ad ſimiles angulos fertur deorſum.4.de Cæl.T.Co.33.

78 Terra non aſcendit ꝑ ſubtractionem corporis applicati, quia non habet unam ſuꝑficiem cum eo.4.de Cæl.T.Co.39.

79 Terra minꝰ diuiſibilis eſt q̃ aqua, & ideo minus terminabilis.4.de Cæl.T.Co.45.

80 Terram eſſe non ens,& ignẽ eſſe ens,quo modo intelligẽdũ ſit , habes.1.de Gener.T.Co.18.

81 Terrã,dixit Parmenides , eſſe non ens,& ignem dixit ens.1.de Gener.T.Co.18.

82 Terra frigida eſt & ſicca.2.de Gener.T.Comment.16.

83 Terra deorſum fertur , & ad medium.2.de Gener.T.Co.22.

84 Terra ſyncerius elemẽtum eſt , & minus admixtũ q̃ aqua aut aer,qa extrema elemẽta ſynceriora ſũt q̃ media.2.de Gener.T.Comment.22.

85 Terra magis eſt ſicca,q̃ frigida.2.de Gener.T.Co.23.

86 Terra quomodo generatur ex aliis elementis,& ex quibus facilius , & ex quibus difficilius ,oſtenditur.2.de Gener.T.Co.25.& ultra.

87 Terra in omnibus mixtis eſt, & maxime in iis,quæ in proprio terræ loco quieſcũt.2.de Gener.T.Co.49.

88 Terra ſine aqua diſſipatur,nec poteſt cõſiſtere.2.de Gener.T.Co.49.

89 Terram cõparatam ad orbes cæleſtes exiguam eſſe,uel ꝑne nullã , manifeſtũ eſt.1.Meteor.c.3.B.E.&.c.14.F.

90 Terram minorem eſſe , q̃ ſtellæ quædam ſint,ex aſtrologicis theorematibus manifeſtum eſt.1.Meteor.c.3.B.

91 Terra manet ſecundũ ſpẽm & quantitatẽ, non tamẽ ſecundũ partes , nam aliquid terræ eleuatur ꝑ euaporationem, & iterum deſcendit.1.Meteor.c.3.P.

92 Terra quia maxime diſtat a motu cæli,eſt grauiſſima & frigidiſſima.1.Meteo.c.4.D.

93 Terræ a ſole factæ exhalatio altera eſt uaporoſa magis , altera ſpũoſa magis,ex humido terræ uapoſa & humida , ex ſiccitate terræ ſpũoſa ſiue fumida.Prior propter grauitatem ſubeſt , poſterior propter calorem ſuꝑeminet.1.Meteor.c.4.A.

94 Terræ magnitudinem minorem eſſe q̃ ſolis,aſtrologicis theorematibus oſtenditur.1.Meteor.c.5.C.

95 circa Terram exhalationẽ eſſe ſiccam & calidam,quæ continua ſit aeri, ſupponit̃. Qua circumducta a motu cæli & ignita, cometæ fiunt , & aliæ impreſſiones.1.Meteor.cap.7.A.

96 Terræ umbra , q̃ nox dicitur,non ꝑtingit ad ſtellas fixas.1.Meteor.c.8.C.

97 Terræ partes propter paruitatem ſæpe ſuꝑnatant in aqua.1.Meteor.c.12.B.

98 Terræ interiora calidiora ſunt hyeme, æſtate frigidiora propter antiperiſtaſim, id eſt circumobſiſtentiam calidi æſtate, hyeme frigidi.1.Meteor.c.12.E.

99 Terram habere hiatus & uoragines,maniſeſtãt flumina multa & magna abſorpta in illis uoraginibus.1.Meteor.c.13.N.

100 Terra montoſa cum plena fuerit aquis, nec fluxum in mare habeat, excauatur, & deorſum flumina abſorbentur.1.Meteor.c.13.N. Quære Flumen.Arcadia.

101 Terræ non ſemper quædã loca ſunt aquoſa,& alia arida,ſed quædã nũc ſunt arida, quæ aliquando erunt aquoſa,& ecõtrario. Cuius cauſa eſt motꝰ ſolis ſecundũ acceſſum & receſſum. Nam ſicut animalia & plantæ habẽt ſuam iuuẽtutẽ & ſenectutẽ, in qua florent, & in qua ueteraſcunt, ſic & terra. Eſt tamẽ differentia, ꝙ animalia & plãtæ ſecundum ſe tota iuueneſcũt, aut ſeneſcunt, terra uero ſecũdum partes. Non tamen hoc fit inordinate,ſed ſecundum certum ordinem & ꝑiodum.1.Meteor.cap.14.A.B.C.D.

102 Terræ mutationes propterea a nobis nõ ſentiuntur, quia fiunt longiſſimis temporibus reſpectu breuitatis humanæ uitæ,& ꝑeunt omnes gentes,anteq̃ ab initio ad finem memoria teneri queãt hm̃oi mutatiões. Migrãt enim gentes ab illis locis, quibus propter hm̃oi mutationem non eſt congruens regio, ut alere illos poſſit.1.Meteor.c.14.D.E.

103 Terram & mare,antiqui,qui circa theologica uerſati ſunt, potiſſimam uniuerſi partem eſſe,dixerunt.2.Meteor.c.1.A.

104 Terræ ſudorem, quidam dixerunt, eſſe mare,qa ſudor ſalſus eſt.2.Meteor.c.1.B.

105 Terra ad ſeptentrionem altior eſt, quod oſtendunt maria fluentia ex illis partibꝰ ad alia maria profundiora.Illud etiam ſignum eſt, ꝙ ſit alta,quia antiqui meteorologi,id eſt ſublimium rerum ſtudioſi crediderunt, ſolem nõ ferri ſub terra, ſed circa terram illã, quia ad ſeptentrionẽ alta ſunt loca. 2. Meteor.c.1.G.Quære Mare.13.

106 Terra,& iis,quæ circa ea ſunt,cum humida eſſent, calefactis a ſole,aerẽ ortum eſſe, quidam dixerunt.2.Meteor.c.2.E.

107 Terra multũ ignis & caliditatis cõtinet, 2.Meteor.c.2.B.

108 Terra habitabilis,quam nos nõ incolimꝰ, q̃ eſt inter tropicum capricorni & circulum antarcticum, proportiõe reſpõdet in omnibus huic,quam nos incolimus,& maxime in uentorum ratione, ita ut ſuos habeant aquilones,& reliquos uentos,qui tamen propter longiſſimam diſtantiam ad nos non ꝑueniunt.2.Meteor.c.2.L.

109 Terram aliquando combuſtã,& ideo mare redditũ ſalſum, quidam dixerunt,ꝙ licet abſurdum in ſe ſit,tamen ex tali terra ſalſedo maris ꝓuenit.2.Meteor.c.3.M.

110 Terra uarias ſpẽs colorum & ſaporum trahit,ut aluminis & calcis & cæterorũ,dũ magis aut minus ab igni patitur.2.Meteor.cap.3.Z.

111 Terræ duæ zonæ ſiue ſegmenta habitantur,quarum altera eſt inter tropicum æſtiuum & circulum poli zodiaci, qui eſt ad polum arcticum.Altera uero eſt inter tropicum hyemalẽ & circulũ zodiaci, qui eſt ad polũ antarcticũ.2.Meteor.c.5.G.H.L.

112 Terræ diuiſio in zonas ſeu ſegmẽta quinꝗ, quarũ q̃ ſunt habitabiles,quæ inhabitabiles,& propter quas cauſas, ponitur.2.Meteor.cap.5.G.uſq; in finem capitis.

113 Terra non habitatur ultra tropicum æſtiuum,nam prius occurrunt inhabitata loca,q̃ ꝑmutetur umbra corporũ ad meridiem.2.Meteor.c.5.H.

114 Terræ partes ſub polis arctico & antarctico inhabitabiles ſunt propter frigus.2.Meteor.c.5.H.

115 Terræ habitabiles duas zonas ſeu ſegmẽta circulares quidam depingebant,ſed ridicule,cum non ſint circularis ſed tympanilis figuræ.2.Meteor.c.5.I.

116 Terræ habitabilis noſtræ ſpacium longitudinis,quod eſt a columnis Herculeis ad Indorum oram,habet ſe in magnitudine ad ſpacium latitudinis,quod eſt ab Aethiopia uſq; ad Mæotidem ſicut quinꝗ ad tria.2.Meteor.c.5.I.

117 Terra noſtra habitabilis non poteſt omnis coniungi propter maria interpoſita. 2.Meteor.c.5.I.

118 Terra,q̃ eſt ad Herculeas columnas, non poteſt coniungi terræ Indorum propter mare medium.2.Meteor.c.5.I.

119 Terrã fũgoſam & ſpõgioſam dixit Anaxagoras,ſuꝑiores tamen partes illius pluuiis coaleſcere.2.Meteor.c.7.B.

120 Terræ partẽ,quã habitamus,ſurſum eſſe, dixit Anaxagoras,aliam uero deorſum.2.Meteor.c.7.B.

121 ad Terrã grauia ſiue in noſtro hemiſphærio ſiue in alio feruntur, & leuia ſurſum, cuius contrarium dicere ſtultum eſt.2.Meteor.cap.7.B.

122 Terræ rotunditas ex hoc colligitur,ꝙ nobis mutantibus locũ, ſemper alius & alius orizon fit.2.Meteor.c.7.B.

123 Terram dicere propter magnitudinem ſuſpenſam in medio aeris librari,abſurdũ eſt.2.Meteor.c.7.B.

124 Terra ſicca ſua natura,cum humiditatẽ a pluuia concipit,calore ſolis & ignis,qui intra ipſam eſt,multam exhalationem procreat,quã aliquando foras emittit, aliquãdo intus recondit, aliquando in utrumꝗ partitur.2.Meteor.c.8.B.

125 ſub Terra ſonos effici,qui imitantur mugitus,quod aliqui pro portento accipiũt, naturale eſt,atq; ab exhalationibus incluſis uel ꝑcuſſis uel ꝑcutientibus fit.2.Meteor.cap.8.R.

126 ſub Terra ab exhalatione ſicca fiunt foſſilia,& lapides,metallica uero & ductilia & fuſilia ab exhalatione uaporoſa fiunt. 3.Metaph.c.6.F.G.H.

127 Terra putreſcit, quia eſt materia igni.4.Meteor.T.Com.5.

128 ſine Terra nullum terminatorum corporum eſt,quia omnia terminantur humido & ſicco.4.Meteor.T.Co.19.

129 Terræ propriiſſime attribuitur ſiccum.4 Meteor.T.Co.29.

130 in Terra & in aqua tantum animalia reꝑiuntur,quia hæc materia corporũ animalium ſunt.4.Meteor.T.Co.29.

131 Terrea ſunt illa omnia, a quibus humor omnis difflatus eſt,ut fictile electrum.4.Meteor.T.Co.30.

132 Terra conſtant corpora ſicca, quia terra maxime paſſiua eſt.4.Meteor.T.Co.30.

133 Terra ignis multa copia liqueſcit.4.Meteor.T.Co.49.

134 Terræ quæ plus habent q̃ aquæ coagulantur ab igne.4.Meteor.T.Comment.40. & ultra.

135 Terrã nullus dixit animã eſſe,niſi qui animam ex omnibus elementis componunt, & ideo ſola terra iudice caret.1.de Anima. T.Com.32.

136 Terra aut nullius ſenſus eſt, aut maxime tactui miſcetur.3.de Aia.T.Co.130.

137 Terræ ineſſe ſaporem, oſtẽdunt arborum fructus.de Sen.& Sen.c.4.D.

138 Terreſtria animalia uitæ longioris non ſunt q̃ aquea.de Longitud.& Breuit.Vit. cap.2.A.

139 Terreæ magis ſunt plantæ, q̃ ex aliis elementis.de Reſpir.c.6.C. Quære Planta.

140 Terra natura eſt alba, multicolor tñ uidetur propter tincturam.de Colorib.A.

141 Terra inter tropicos habitabilis eſt. de Nilo. F.

142 Terra diuiditur in cõtinentem & inſulas, nec ſatis compertum eſt,una plane inſula ſit mari Atlantico cincta, frequẽs tamen hominũ ſermo eſt,multas inſulas eſſe maiores cõtinente in quo habitamus,de Mũdo ad Alexand.c. 1.C.

143 Terra,quæ incolitur,ſi ad mare oceanum comparetur,exigua eſt,ſicut inſulæ ad cõtinentem comparatæ.de Mund.ad Alexãdrum.c.1.E.

144 Terra immobilis manet.de Mund.ad Alexand.cap.1.E.

145 Terra mundi in medio ſita eſt,q̃ & hoſpitiũ,& cuiuſꝗ generis animaliũ matrem ſe præbet.de Mund.ad Alexand.c.1.A.

146 Terræ quædam ſemper ignem eructant. de Mund.ad Alexand.cap.3.A. Quære Aethna.1.2.Pſitacena.

147 Terra nr̃a habitabilis, quã cõtinentẽ dicimus,quadraginta millia ſtadiorũ in latũ, in longũ uero ſeptuaginta millia ſtadiorũ cõtinet.de Mund.ad Alexand.c.1.F.

148 Terra habitabilis diuiditur in Europam Aſiã & Aphricã.de Mũd.ad Alexan.c.1.F

149 Terra montes ſuſtinet excelſos, & uario ſtirpiũ & colorũ aſpectu prædita eſt. Syluis etiam abundat,flumina & fontes continet.de Mund.ad Alexand.c.1.D.

150 Terram ſurdam appellat mortuos Homerus.2.Rhetor.c.3.E.

151 Terra nutriuntur,quæ naſcuntur ab ea.7 Polit.cap.16.

152 Terra ſuggerit alimentum hominibus ut mater.1.Oecon.c.2.A.

153 Terram tanq̃ cauſam materialẽ ponebãt quidam, qui plura principia ponebant.1. Metaph.c.3. H.

154 Terrã dixit Heſiodus factam poſt chaos.1 Metaph.c.4.A.&.T.Co.14.

155 Terram & aquam & aerem poſuit Empedocles ut materiam, ignem uero cauſam efficientem.1.Metaph.c.4.D.

156 Terram nullus antiquorum poſuit principium materiale propter magnitudinem partium ipſius.1.Metaph.T.Co.14.

157 Terram omnia eſſe,quidam opinantur.1. Metaph.T.Co.14.

158 Terram eſſe primã inter omnia corpora, dixit Heſiodus.1.Metaph. T.Co. 14.✳

TERRAEMOTVS.

1 Terræmotus traditio cõiuncta eſt iis,quæ de uentis traduntur, quia cauſa terræmotus ſequitur ad cauſam generationis uentorum,2.Meteor.c.7.A.

2 de Terræmotu tres ſententiæ & a tribus Democrito ſcilicet & Anaximene & Anaxagora traditæ ſunt ante Ariſtotelem.2. Meteororum.cap.7.A.

3 Terræmotum, dixit Anaxagoras, fieri, aere alterius hemiſphærii nato ferri ſurſum & incidente in cauernas terræ, cum non permittatẽ exilire, quia pars ſuperior terræ compacta ſit propter pluuias,aerẽ mouere terram,& ſic fieri terræmotum. 2.Meteor.cap.7.B.

4 Terræmotum fieri aere ſubeũte terram, ex hoc colligitur falſum eſſe,ꝙ non tota tremit,ſed partes quædam, quædam uero non, nec omni tempore, ſed certo. 2.Meteororum.cap.7.B.

5 Terræmotum,dixit Democritus Abderites,fieri,eo ꝙ terra aqua plena ſit,& multam etiam aquam pluuialem ſuſcipere, & cum capi cauernis non poſſit,tranſiens autem aqua in alias cauernas quatere terram,& terræmotum ſic fieri. 2.Meteororum.capit.7.C.

6 Terræmotũ fieri,cum ingentia terræ fragmenta,quæ ab ipſa diuulſa ſunt,inciderint,dixit Anaximenes. Et propterea dixit, terræmotũ fieri in temporibus ſiccis, & iterum in pluuioſis,quia ſiccitatibus rũpitur terra,& ea humefacta,recidunt fragmenta illa.2.Meteor.capit.7.D.

7 Terræmotũ fieri non poſſe,ut Anaximenes dixit,ꝓbaẽ,ꝙ oporteret,apparere terrã ſubuerſam multis locis,quod nõ uidetẽ, & qa hæc affectio quibuſdã in locis ſæpe ſit,quæ ab aliis locis non differunt tali exceſſu.Imo ſi uerum eſſet,quod Anaximenes ait,oporteret ſemper pauciores terræmotus expectare,& tandem ceſſare,eo ꝙ tantum terræ deciderit.2.Meteor.c.7.D.

8 Terræmotus cauſa exhalatio eſt intra terrã cõtenta.Nã terra ſua natura ſicca multum humiditatis habet a pluuia,& calefacta a ſole & ab igne, qui intra ipſam eſt, multitudo ſpirituũ & exhalationũ fit,quas aliquãdo foras emittit,aliquãdo intus cõtinet,aliquãdo partitur intus & foras,quæ exhalatio contenta exitum petens concutit terrã.2.Meteororum.cap.8.A.B.

9 Terræmotus cauſa nec aqua eſt,nec terra calens,ſed exhalatio.2.Meteor.c.8.B.

10 Terræmotus quando fit,aer ſerenus eſt, quia exhalatio continua exiſtens ut plurimum ſequi ſolet motum initii.2.Meteororum.capit.8.C.

11 Terræmotũ poſſe fieri, etiã flantibus uẽtis,qui etiam ſunt exhalatio,non eſt incõueniens,ſed ſemper fiunt,flãtibus uentis, minores terræmotus,quia eorũ cauſa ac principium diuiſum eſt.2.Meteor.c.8.B.

12 Terræmotus plures & maiores fiunt nocte q̃ die,quia recollectis exhalationibus nocte intra terram, uehementius concutiunt.2.Meteor.capit.8.D.

13 Terræmotus,qui die fiũt,ualidiores ſunt in meridie,quia tunc ſol maxime ualidus eſt,& declinat exhalationem in terram,& diluculo etiam magis fiunt,quia uenti tũc incipiunt flare.2.Meteor.cap.7.E.

14 Terræmotus tunc maxime fit ualidiſſimus,cum exhalatio intus ut Euripus mouetur ſcilicet motu reciproco.2.Meteororum.cap.8.E.

15 Terræmotus maxime frequentes fiũt circa ea loca, ubi mare fluidum eſt, & terra ſpongioſa,& ſubterraneis cauernis abundat,ut in Achaia,Sicilia,Eubœa & Helleſponto.2.Meteor.cap.8.E.

16 Terræmotus maxime fiunt uere & autũno, quia hæc tempora maxime flatuoſa ſunt.2.Meteororum.cap.8.F.

17 Terræmotus nõ fiunt niſi raro in æſtate & hyeme, quia æſtas ſicca eſt,& hyems gelida,quorum utrumq; aeris immobilitatem præſtat.2.Meteor.cap.8.F.

18 Terræmotum fieri propter incluſam exhalationem intra terrã,ex eo colligitur, ꝙ ſicut in corpore noſtro flatus ſeu ſpiritus incluſi ſunt cauſa tremorum & pulſuum,ſic exhalatio terræ incluſa cauſa eſt aliquando tremoris terræ,aliquando pulſus.2.Meteor.capit.8.H.

19 Terræmotum ab exhalatione & ſpiritu incluſo intra terram fieri,argumento eſt, non ceſſaſſe terræmotum aliquando,quouſq; ſpiritus ille eruptione facta, in locũ terræ ſublimiorem exierit ecnephiæ modo,ſicut apud Heracleam Ponti,& apud Hieram inſulam unam ex Aeoliis accidit.2.Meteor.cap.8.L.

20 Terræmotum aliquãdo præcedit ſol obſcurus ſine nube, quia exhalatio calida, quæ aerem diſgregabat,pellitur ad interiora,& aer denſior factus obſcurat ſolẽ. 2.Meteor.capit.8.N.

21 Terræmotum aliquãdo præcedit frigus, quia exhalatio,quæ calefaciebat aerem,intra terram continetur.2.Meteor.ca.8.N.

22 Terræmotum aliquando præcedit ſerenitas,quia exhalationes,quæ aerem obſcurabant,reconduntur intra terram. 2.Meteororum.capit.8.N.

23 Terræmotum præcedit aliquando aut interdum aut paulo poſt occaſum ſolis tenuis linea nubis apparens in lõgum porrecta,quia ſpiritus langueſcit,eo ꝙ trãſſeratur ſub terrã, quia ſicut in mari fluct⁹, qui frangũtur in littore ſunt craſſi & obliqui ualde,ſi multus fuerit uẽtus mouens, ſi uero exiguus uẽtus,tenues & recti ſunt fluctus, ſic accidit in aere, ut ſi ſpiritus multi ſunt,aer uarias figuras & multas refert, ſi uero pauci, tenues & exiguas.2. Meteor.cap.8.O.

24 Terræmotus aliquando fiunt circa eclipſim lunæ, quia calor, quem lumen lunæ præbet,ſubtrahitur, & a frigore intus repellitur exhalatio ſicca,& ſic fit tærremotus.2.Meteor.cap.8.O.

25 in Terræmotu,qui fit per ſuccuſſionẽ,ita ut terra ſæpe eleuetur, & deprimatur,ſolet multitudo lapidũ ut in cortynis ebulire,& egeri ſolent,ſicut factum eſt in Sypilo,& in cãpo q Phlegræ⁹ dicitur, & in Liguſtica regione.2.Meteor.c.8.R.

26 Terræmotus rariores fiũt in inſulis, quæ ꝑcul a littore maris ſunt,q̃ in iis,quæ ꝓximæ ſunt littoribus, quia copia maris refrigerat exhalationem,& ſuo pondere obſtat,ut non concutiantur,& mare magnũ locum occupat,& ab hoc,& non ad hoc exhalationes ueniunt.Inſulæ uero terræ proximæ ſunt pars continentis,& ſua paruitate nullas habent uires,quæ uero ſunt in medio mari nequaq̃ moueri ſine toto mari poſſunt.2.Meteor.c.8.R.

27 Terræmotum non timens inſanus & ſtupidus eſt.3.Ethic.c.7.B.

TERRIBILE.

1 Terribilia quæ ſint,habes.2.Rhetoricor. cap.5.E.F.G.

2 Terribilia quæ ſunt,omnes timẽt.3.Ethicorum.cap.6.A.

3 Terribile nõ eſt idẽ oĩbus.3.Ethic.c.7.A.

4 Terribile eſt id, quod hominis facultatem ſuperat, & omnibus ſanæ mẽtis eſt formidabile.3.Ethic.c.7.A.

TESTATA.Animalia teſta intecta.

1 Teſtata animalia dormiunt,licet nõdum ſenſu cognitum ſit,ſuaderi tamen poteſt ea ratione,qua alia animalia dormire dicimus.de Somn.& Vigil.c.1.H.

2 Teſtata animalia rubri maris quantitate maxima ſunt,quia humiditas calida uitæ & augmenti cauſa eſt.de Longit.& Breuit.Vit.cap.2.G.✳.

TESTIMONIVM.TESTIS.

1 Teſtimonium eſt rei cognitæ uoluntaria confeſſio.Rhetor.ad Alexand.c.13.A.

2 Teſtimoniis quomodo utendum ſit,oſtẽditur.Rhetoricorum.ad Alexand. cap.13. per totum.

3 Teſtes ſunt unum ex iis quinq;,quæ fidẽ faciunt in iudiciali genere cauſarũ.1.Rhetoricorum.c.15.A.

4 Teſtes alii ueteres ſunt,ut poetæ,aut ſapiẽtis alicuius teſtimonium,aut iunioris,quibus quando utendum ſit ad ſuadendum & diſſuadendum aut accuſandum aut defendendum,habes.1.Rhetor.c.15.D.E.F. Quære Homerus.15.

5 Teſtis ille fide digniſſimus eſt,qui corrũpi non poteſt.1.Rhetor.c.15.E.

6 Teſtis probus uel unus ſatiſfacit. 2.Rhetoricorum.cap.20.D.

7 Teſtis ubiq; utilis eſt ad fidem faciẽdam. 2.Rhetor.cap.20.

8 Teſtibus quomodo utendum ſit oſtenditur.Rhetor.ad Alexãdr.c.13.p.totũ.

9 Teſtium falſorum mulctas poſuit prim⁹ Charondas legiſlator Cataninenſium. 2. Politicorum.cap.10.D.

TESTVDO. Animal uulgo notum teſtatum amphibium.

1 Teſtudines, exempto & detracto corde, uiuunt,& mouẽtur longo tempore, quia habẽt multa uitæ principia,licet nõ actu, quia eorum natura non bene compoſita eſt. de Iuuent.& Senect.c.1.H.& de Vit. & Mort.cap.1.C.

2 Teſtudines pulmonem habent fungoſum, & ideo manere ſub aquis diutius poſſunt,quia pulmo exanguis non indiget frequenti reſpiratione. Quæ tamen ſi diutius detineantur ſub aquis,ſuffocantur,& intereunt,quia non admittũt aquã more piſcium, pulmo tamen fungoſus ſemel inflatus diutius durat,& longo tẽpe refrigerat.de Reſpirat. cap.1.C.&.c.4.L.

3 Teſtudines ſpirãt, & maxime terraſtres. de Reſpirat.cap.4.L.✳.

TETANVS.Morbus.

Tetani fiunt a motione ſpirituum retentorum in corporibus animalium, atq; aliquando tantam uim habet ſpiritus incluſus,ut etiam ſi multi conẽtur ægrotãtium corporibus motum comprimere,non ualent.2.Meteororum.cap.8.I.

TETRAGONVS.Quattuor angulorum corpus.

1 Tetragonus implet locum in planis.2.de Cæl.T.Comment.66.

2 Tetragoniſmum qui dicit eſſe inuentionẽ mediæ lineæ, dicit cauſam.2.de Anima.T.Comment.12.

TETRAMETRVM. Genus carminis
a quattuor pedibus dictum, cuius plures
ſunt ſpecies.

1 Tetrametro ſucceſſit iambicum, quia iã
bicum ſimilimum eſt orationi ſolutæ.3.
Rhetor.cap.1.E.

2 Tetrametra oſtendunt Trochæum aptũ
eſſe tripudiis.3.Rhetor.c.8.B.

TEVMESSVS.Quære Antimachus.

THALES. Philoſophus Mileſius unus
e ſeptem ſapientibus Græciæ.

1 Thales dixit,terram manere ſuper aquã,
ut lignum,& quædam alia.2.de Cæl.T.
Comment.78.&.1.Metaphy.c.3.C.

2 Thales animam dixit,eſſe quoddam mo
uens. Vnde lapidem magnetem animã
habere dixit,quia mouet ferrum.1.de Ani
ma.T.Comment.32.

3 Thales fortaſſe omnia diis plena dixit,
quia animam,quidam dixerunt, permix
tam in toto uniuerſo. 1. de Anima. T.
Comment.86.

4 Thales dixit ꝑpterea Nilũ creſcere æſta
te, quia eteſiæ,quæ flãt a ſeptentrione in
oſtia Nili,fluuiũ retro agunt.de Nilo.A.

5 Thales licet rerum difficilium & admira
bilium & diuinarum cognitionem habe
ret,tamen quia rerum humanarum igna
rus erat,habitus fuit ſapiens,ſed non pru
dens, quia bona humana non quærebat.
6.Ethicorum.cap.7.B.

6 Thales dixit,facile eſſe philoſophis ditari,
ſi uellẽt,ſed hoc non eſſe illis curæ,quod
opere ipſo oſtẽdit.Nã præuidens oliuarũ
futuram ubertatẽ per aſtrologiã,collectis
paucis pecuniis, hyeme adhuc uigente,
multum olearum emit in Mileto & Chio
paruo admodum precio,& arras dedit,
multis poſtea ſubito ſimul quærentibus
uendidit,quanti uoluit,& magnam uim
pecuniarum collegit,quo facto oſtendit
ſe pauperem non neceſſitate ſed uolunta
te eſſe.1.Polit.cap.7.D.

7 Thales primus philoſophus ſpeculatiuæ
ſciẽtiæ aquam dixit eſſe principium ma
teriale omnium.1.Metaphy.c.3.C.

8 Thales ideo aquam omnium principiũ
eſſe dixit,quia nutrimẽtum omnium hu
midum eſt, & ex hoc fieri atq; uiuere ip
ſum calidum,& ſemen omnium humidũ
eſt.1.Metaphyſicorum.c.3.C.

THAOS.

Thaos Aegyptiorũ rex Chabriæ conſilio
grandem pecuniam collegit ad bellum.
Oeconom.Publi.L.

THASIA.

Thaſia inſula in mari Tyrrheno abunda
bat ære,deinde ferrum protulit.de Admi
rand.Audit.18.Quære Delphius.

THEBAE.Vrbs in Aegypto.

Thebæ antiquitus erat Aegyptus tota,
cuius tantum in Aegypto meminit Ho
merus.Memphis enim nondum erat,aut
ſi erat, erat admodum exigua. 1. Me
teor.ca.4.E.

THEBAE.Vrbs ĩ Bœotia.Vnde THE
BANI.Iſtius urbis ciues.

1 Thebis qui præerant,philoſophi erant,&
ciuitas erat in felicitate. 2.Rhet.c.23.H.
Quære Aeneia.

2 Thebanis leges dedit Philolaus. 2.Po
liticorum.cap.10.C.

3 apud Thebanos lex erat,ut nemo habi
lis eſſet ad honores reipublicæ ſuſcipien
dos,niſi qui per annos decem deſtitiſſet
a mercatura.3.Polit.c.3.H.

4 Thebanorum popularis ſtatus interiit
ſeditionibus.5.Polit.c.3.D.

5 apud Thebanos nemo ad magiſtratum
aſſumitur,niſi qui certũ tempus deſtite
rint a ſordidis opificiis. 6.Polit.c.7.B.✳.

THELECLEVS.Mileſius legiſlator.

Thelecle̅i Mileſii reſpublica oſtẽditur.4.
Phyſicorum.cap.14.B.

THEMISTOCLES. Dux Athenien
ſium clariſſimus.

Themiſtocles oraculum de muro ligneo
interpretatus eſt,eſſe utendum nauali pu
gna, & confugiendum eſſe ad naues.1.
Rhetoricorum.cap.15.D.

THEODECTES.& alius THEODE
CTES.Poeta.

1 Theodectæ lex.2.Rhetor.c.23.H.

2 Theodectæ dictũ de tributorum penſio
ne.2.Rhetor.cap.23.H.

3 apd̃ Theodectẽ poetã Philotectes dolore
ex morſu ſerpẽtis ſupatur.7.Ethic.c.7.C

4 Theodectes Helenã dixit ex diis utraq;
ſtirpe prognatã eſſe.1.Polit.c.4.B.

THEODORVS.Actor quidam tragœ
diarum.

1 Theodori uox ei9 ipſius qui dicebat, eſſe
uidebatur,aliorum uero hiſtrionum ficta
uidebatur.3.Rhetor.cap.2.B.

2 Theodor9 tragœdiarum actor nulli unq̃
cõcedere uoluit, ut ageret anteq̃ ipſe,ne
illi gratia præriperetur apd̃ ſpectatores.
7.Politicorum.cap.17.D.

THEODORVS.Rhetor Byzantius.

Theodorus auxit artis rhetoricæ princi
pia poſt Tiſiam & Thraſymachum. 2.
Elenchorum.cap.9.B.



THEODORVS.Hiſpaniæ fluuius, for
te Tagus.

Theodorus Iberiæ fluuius arenas aureas
uehit.de Admir.Aud.43.Quære Tagus.

THEAGENES.

Theagenes ꝑ inſidias præſidium ꝑtẽs,
tyrannidem occupauit Megaris.1. Rhet.
cap.2.M.

THEOGNIS.Poeta Siculus.

1 Theognis dixit,uirtutis quandam exerci
tationem fieri ex conuictu bonorum. 9.
Ethic.c.9.C.

2 Theognis dixit. Si uerba ſufficerent ad
reddẽdũ homines bonos,multã & magnã
mercedẽ reportarẽt.10.Ethicor.c.9.A.

THEOLOGI. Poetæ uetuſtiſſimi dice
bantur apud Ethnicos.

Theologi ex nocte omnia generata eſſe
dicunt.12.Metaph.T.Co.30.Quære Cæ
lum.119.Deus.73.

THEOMACLIVS.Rhetor quidam.

Theomaclius de pronunciatione commi
ſerationis aliquid tradit.3.Rhet.c.3.D.

THEOPOMPVS.Lacedæmoniorũ rex

Theopompus minuit regiam poteſtatẽ
apud Lacedæmonios, addẽs Ephoros, li
cet tpe illam auxerit.5. Polit.c.11.A.

THERA.Vrbs Cariæ eſt,& inſula Atti
cæ adiacens, & una ex Cycladibus in
Aegeo.

In Thera magiſtratus diuidebantur nobi
libus tm̃.4.Polit.c.4.B.

THESSALI.Populi Theſſaliæ regionis
in Europa.

Theſſali dũ cũ finitimis Achæis Perrhe
bis & Magneſiis bellũ gerũt, illorũ Pene
ſtiæ aduerſus illos inſurrexerunt.2. Poli
ticor.cap.7.A.Quære Peneſtiæ. Othrys.
Scotuſſæ.Serpens.4.✳.

THYSIAS. Rhetor Siculus antiquiſ
ſimus.

Thyſias primus auxit artis rhetoricæ pri
cipia.2.Elenchor.c.9. B. Quære Corax.

THORAX. Pectus. Quære Pectus.✳

THRACES. Populi Thraciæ regionis
in Europa.

apud Thraces maxime honoratur poten
tia bellica.7.Polit.c.2.C. Quære Amphi
polis.Cyclops.1.

THRASCIAS.Ventus.

1 Thraſcias inter Caurum & Aparctiam ſi
ue Aquilonem flat, & contrarium uentũ
non habet,niſi quatenus uentus modicus
ab illius oppoſito flat,quem appellãt phœ
niciam incolæ regionis.2.Meteororum.
cap.6.F.

2 Thraſcias unus eſt e principaliſſimis uen
tis flantibus a ſeptentrionibus.2. Meteo.
cap.6.G.

3 Thraſcias unus e uentis eſt,qui ceſſare fa
ciunt alios, quia cum de propinquo ſpi
ret,uehemẽs eſt,& alios repellit,& eſt ma
xime ſerenus, quia repellit ſuo impetu a
nobis nubes.Si uero fuerit magis frigid9
q̃ uehemens,non eſt ſerenus, quia prius
congelat nubes q̃ repellat.2.Meteororum
cap.6.L.

4 Thraſcias grandinoſus eſt. 2.Meteor. ca
pit. 6. M.

THRASYBVLVS. Qui triginta uiros
a Lacedæmoniis reipublicæ Athenienſiũ
ſubactæ præpoſitos occidit.

1 Thraſybul9 triginta ſuſtulit.2.Rhetoric.
cap.24.C.

2 Thraſybulo conſilium datum eſt a Periã
dro,ut ſupereminentes tolleret.5. Polit.c.
10.D.Quære Periander.2.

3 Thraſybulus menſe decimo excidit a ty
rannide.5.Polit.c.12.C.

THRASYMACHVS. Rhetor Chalce
donius.

Thraſimachus poſt Tiſiam auxit artis
rhetoricæ principia.2.Elench.c.9. B.

THRASYMACHVS.

Thraſymach9 popularem ſtatum euertit
apud Cumas.5.Polit.c.5. B.

THRASIPPVS.

Thraſippus tabula oñdit,tibialẽ muſicã
in uſu fuiſſe ẽt apd̃ ĩgenuos.8.Pol.c.6. D

THRYBON.

Thrybon laudat Lacedæmoniorum legũ
latorem,quia propter exercitationem eo
rum ad pericula multorũ dominationẽ
ſibi comparauerunt.7.Polit.c.14. E.

THVNNVS. Piſcis. Quære Phœni
ces.3.✳.

THVRIVM.Oppidum in ſinu Taren
tino in Italia ubi prius Sybaris erat.

1 apud Thurium ciuitatem Italiæ gemini
amnes labuntur ſcilicet Sybaris & Chra
tis,qui ex Sybari biberunt,fuſci, qui uero
ex Chrati,flaui & pulchricomi reddũtur.
de Admirand.Aud.20.

2 Thurii reſpublica mutata eſt.7. Polit.c.
2.D. E.

THVS.

1 Thus naturam æris & ligni cõtinet,quia
inflammatur ut lignum, liqueſcit ut æs.
4.Meteor.T.Co.48.

2 Thus terreum eſt,& refrigeratiõe coagu
latur.4.Meteor.T.Co.50. Quære Anti
ſthenes.2.

THVSCI. Populi Italiæ,qui Thuſciam regionem incolunt. Quære Tyrrheni.
TIANA.Vrbs.
Tiana metropolis eſt Cappadociæ. de Admirand.Aud.1.Quære Aqua.90.
TIBIA.TIBIALIS MVSICA.
1 Tibialis muſica etiam apud ingenuos in uſu fuit,ut Thraſippus tabula oſtendit.8. Polit.c.6. D.
2 Tibialis muſica poti⁹ ad animoſitatē bellicam concitat auditores,ꝙ ad mores, & ideo reiicienda, quia etiam rationem impedit. Vnde Mineruam fingunt antiqui, deformitate oris offenſam tibiā abieciſſe, quia tibiarum uſus nihil confert ad mentem & ſcientiam,quæ Mineruæ eſt attributa.8.Polit.c.6. D.
3 Tibiam reiecit Socrates.8. Polit.c.7.C.
TIGILLVS. A tigno.
Tigillos cur baiulans ſcapulis difficilius plus multo in auerſum ſtantes ꝙ æque ad medium libratos,quanquam pari pondere, habes. Mechanicorum. cap. 26. per totum.
TIGRIS. Fluuius Aſſyriam inundans. Quære Modan.✳.
TIMAEVS.Locrus Pythagoricus philoſophus,cuius nomine Plato Timæum dialogum ſcripſit.Quære Demarat⁹.Plato
TIMENS.TIMERE. TIMIDITAS. TIMOR. TIMIDVS. TIMENDVM.
1 Timentes pallidi efficiuntur.Prædicamē. cap.8.D.
2 Timētes facile decipi circa ſenſus ſolent, nam aliquo exiguo motu facto,adeſſe qđ timēt,credūt.de Somn.& Vigil.c.2.I.
3 Timere & iraſci ſimul, impoſſibile eſt.2. Rhetor.c.3.B.
4 quem Timet,nullus amat.2. Rhetorico. cap.4.E.
5 Timemus non cuncta mala,ſed quæ magnos dolores & corruptiones adducunt, & illa,quæ non longe abſunt, ſed impendent.2.Rhetoric.c.5.A.
6 Timentur,qui conſcii ſunt quippiam perperam factum ab iis,qui fecerunt.2.Rhetor.c.5.B.
7 Timet nihil,qui nihil ſperat,pro quo timeat.2.Rhetor.c.5.E.
8 Timere qui poſſunt, & quos, & qbus de cauſis,oſtendit.2.Rhetoricorum.c.5.AB. C.D.E
9 Timemus ea,quæ terribilia ſunt.3.Ethic. cap.6. A.
10 Timemus omnia mala.3.Ethic.c.6.A.
11 Timere aliqua mala,ut infamiam,laudabile eſt.3.Ethicorum.capit.5.A. Quære Timidus.✳.
12 Timendum eſt, quod habet ingentes uires corrumpendi & nocendi.2. Rhetor. c.5.A.Quære Cauendum.
13 Timidi ſunt,qui pilos molles habent, qđ ſignum ab omnibus animalibus ſumitur. de Phyſiog.
14 Timor eſt fortitudini contrarius.1.Rhet. cap.9.B.
15 Timor eſt perturbatio aut dolor ex magnitudine futuri mali corruptiui,aut dolorem inferentis.2. Rhetoricorum. capit. 5. A.
16 Timiditas eſt ſufferre atq; perpeti ignominioſa & turpia.2.Rhetor.c.6.C.
17 Timor frigiditas quædam eſt. 2. Rhetor. cap.13.B.
18 Timidus aliquis fit omnia formidans, & nihil audens aggredi.2.Ethicorum.capit. 2. B.
19 Timidus eſt, qui dolet aggredi pericula. 2.Ethic.c.3. A.
20 Timiditas opponitur fortitudini per defectum.2.Ethic.c.7.A.
21 Timidus eſt,qui timendo quidem exuperat,confidendo autem deficit.2. Ethicor. cap.7.A.
22 Timidus eſt,qui timet ea,ꝙ non oportet, & ut non oportet.3.Ethicor.c.7.C.
23 Timore quæ fiunt iuſta aut iniuſta,nō dicuntur talia per ſe,ſed per accidens.5. Ethic.cap.8. B.
24 Timiditas opponitur magis fortitudini ꝙ audacia.1.Magnor.Mor.c.9.A.
25 Timoris duplex eſt ſpecies, una cū reuerentia & pudore, qua utuntur ad patres filii modeſti,altera cū inimicitia & odio, ſicut ſerui ad dominos.2.Oeconomicor. cap.2.D.
26 Timorem abſq; uerecundia non laudauit Homerus.2.Oeconom.c. 3. A. Quære Metus.
TIMOCRATIA.Cenſu poteſtas.Quære Cenſu poteſtas.
TIMOCRATICI.Cenſu potētes.Quære Cenſu potentes.
TIMOPHANES.Mytileneus ciuis.
1 Timophanis defuncti filias cum *Doxandrus* quidam ſuis filiis dari in cōiuges nō impetraſſet,Athenieſibus,quibus erat hoſpes,pſuaſit bellū ſuſcipere aduerſus Mytileneos.5.Polit.c.4.B.
2 Timophanes præfectus militibus tyrannidem inuaſit Corinthi.5.Polit.c.6.D.



TIMOTHEVS.
Timotheus aduerſus Olynthios bellū gerens, & circa Corcyram quemō pecunias collegerit,habes.Oeco.Pub.E.
TIMOTHEVS.Muſic⁹ inſignis,ex Mileto,qui antiquam muſicæ aſperitatem in molliorem redegit.
Timotheus muſicus multum augmēti attulit muſicæ,qui tamen nunꝙ tantus fuiſſet,niſi Phrynis muſicus prius fuiſſet.Quiꝙuis modicum attulit arti muſicæ, illud tamen multum profuit,ut tantus eſſet Timotheus.2.Metaphyſic. T.Co.2.Quære Inuentor. 7.
TYPHO. Ventus in uertigine circumuolutus.
1 Typho fit,quoties ſpiritus ſeu exhalatio depulſa a nube alteri nubi obuiat,& reluctatur,quemadmodum fieri ſolet,cum in ianuis uel uiis ex amplo in anguſtum locum coarctatur uentus.3. Meteor.c.1.C.
2 Typho differt ab ecnephia, qa ecnephia, id eſt procella in rectum deorſum truditur,typho uero in uertiginem.3. Meteor. cap.1.C.
3 Typho appellatur,ſi nullo colore tinctus eſt.3.Meteor.c.1.C.
4 Typho non fit,quando boreæ infeſtant, qa typhonis cauſa exhalatio calida & ſicca eſt.3.Meteor.c.1.D.
5 Typho efficitur,cū procella ex nube excuti nō poteſt, & ſecum nubem trahit in terram.3.Meteor.c.1.D.
TYRANNIS. TYRANNVS.
1 Tyrannidis finis eſt ſuiipſius cuſtodia & conſeruatio.1.Rhetor.c.8.C.
2 Tyranni prodigi non ſunt.Non enim dādo in tātam rerum copiam perueniſſent. 4.Ethic.c.1.E.
3 Tyrānus ad ſuam utilitatem dominatur. 5.Ethic.c.6.B.
4 Tyranno non ſufficit pro præmio honor & gloria.5.Ethic.c.6.B.
5 Tyrannis contraria eſt regno,& ideo peſſima,quia optimo contraria,nam ex regno fit tranſitus in tyrannidem.8. Ethicor. cap.10.A.
6 Tyrannis prauitas eſt eius principatus,in quo unus eſt princeps.8. Ethicorum. capit.10.A.
7 Tyrannis deterrima eſt inter ſpecies rerū publicarum corruptarum.8. Ethicorum. cap.10.A.
8 Tyrannidis effigiem habet imperium paternum in filios apud Perſas.8.Ethicorū. cap.10. C.
9 Tyrannus ex prauo rege fit.8.Ethicorū. cap.10.A.
10 Tyrannus ſuum tantum commodum curat,& non eorum,quibus præeſt.8. Ethicorum. cap.10.A.& .4.Politicor.c.10.B.
11 apud Tyrānos iucundi ſunt,qui in ludis & oblectamentis ſunt dextri.10. Ethicor. cap.6.A.
12 Tyranni armis cuſtodiūtur ab extraneis mercede conductis.3.Politic.c.10. C.&.5 Polit.c.10.D.
13 Tyrannicam ſeruitutem nullus liber ſpōte ſuffert.4.Polit.c.10. B.
14 Tyrannorū antiquorum multi ex popularibus hominibus fiebant.5.Politicorum. cap.5.C.
15 Tyranni ut plurimū facti ſunt ex ductoribus populorum.5. Polit.c.10.A.
16 Tyranni obiectum eſt illud,quod placet, ſicut regis,qđ eſt honeſtū.5.Politicorum. c.10.C.
17 Tyranni quidā,aduerſus quos inſurrexerunt ſubditi aut propter metum,aut propter contumeliam aut ꝑpter cōtemptum aut propter gloriam,aut honorem,aut diuitias,referuntur.5.Polit.c.10. per totum.
18 Tyrannum qui adoriuntur,cōſtituere debent,non ſibi uiuendum, niſi rem confecerint.5.Polit.c.10.L.
19 Tyrannum inuadere uolentes propoſitū Dionis habere debent. Qui cū aduerſus Dionyſium proficiſceretur,dixit,ſatis ſibi fore,ſi uel parum terræ illius inuaſiſſet,ut pulcherrimum exiſtimaret mori.5. Polit. cap.10. L.
20 Tyranni maxime pereunt odio aut contemptu.5.Polit.c.10.N.
21 Tyrannus ſubdit ſibi etiam nolentes.5. Polit.c.10.O.
22 Tyrannus bellum concitare ſtudet,ut ciues negociis occupentur,& detineātur indigentia ducis.5.Polit.c.11.C.
23 Tyranni eſt amicis maxime diffidere,qa ipſi poſſunt maxime illum ſubuertere. 5. Polit.c.11. C.
24 Tyranni in ædificia quædam multam pecuniam conſumebant,ut plebis ociū tolleretur,& paupertas induceretur.5. Politicorum.cap.11.C. Quære Olympus. Pyramides.
25 Tyranni prauos amicos habent,quia adulatoribus gaudent.5. Politicorum. capit. 11. D.
26 Tyranni bonos & honeſtos oderunt tanꝙ euerſores ſuæ poteſtatis.5.Politicorum cap.11.E.

27 Tyranni nihil omnino omittunt prauitatis, dummodo ſuam tyrannidem tueant. 5. Polit. c. 11. E.

28 Tyrãnus, qui deos colit, & religionem curat, in maiori precio eſt apud populum. 5 Polit. c. 11. I.

29 Tyranni tria efficiunt maxime. Primum, ut animos ciuium minuant, ut pauca ſapiant. Secundum, ut ciues inter ſe diffidẽtes reddat. Tertium, ut eos impotẽtes reddat. 7. Polit. c. 11. E.

30 Tyranni quidam quomodo pecunias extorſerint a ſuis ciuitatibus, & ſuos ciues & milites quibus dolis expilauerint, habes. Oeconomicarum Publicarum. per totum.

TYRIA. Quære Aes. 2.

TYRRHENI. Populi Tyrrheniæ in Italia.

Tyrrheni ſiue Ethruſci commercium & fœdera circa res importandas & pacta habebant cum Carthaginenſibus, & ſcripturas circa mutuam bellandi ſocietatem, tanquam ſi unius ciuitatis eſſẽt. 3. Politic. cap. 6. B.

TYRRHENVM MARE. Quod alluit Italiã ab occaſu, q̃d etiã inferũ dicitur.

1 Tyrrhenum mare profundiſſimum eſt inter omnia maria mediterranea. 2. Meteororum. c. 9. G.

2 in Tyrrhenum mare fluit Siculum. 2. Meteor. c. 1. G. Quære Thaſia

TYRTEVS.

Tyrteus poeta in carmine, quod inſcribitur Eunomia, id eſt bona lex, oſtendit Lacedæmoniis in bello Meſſenẽſi accidiſſe, ut alii nimium pauperes, alii nimium diuites eſſent. 5. Polit. c. 7. B.

TITANIA.

in Titania ſaxum eſt, qui ignem emittit, ſed ignis non uidetur, at ſi quis oleum ſuperinfundat, ignis conſpicitur, de Admir. Audit. 35.

TMOLVS. Mons in Lydia. Quære Lapis. 2.

TOLLO. Inſtrumẽtum ad aquam hauriendam.

Tollones puteorum. Quære Puteus. 4.

TONARE. TONITRV.

1 Tonitru eſt extinctio ignis in nube. 2. Poſter. T. Co. 8.

2 Tonitru ſonꝰ quidam eſt nubium. 2. Poſter. T. Co. 8.

3 cũ Tonat ſtrepitus ſonuſqꝫ fit, quo timẽt ii, qui ſunt in Tartaro, ut Pythagorici dicunt. 2. Poſter. T. Co. 12.

4 Tonitru ſonus lapides diſſipat. 2. de Cælo. T. Co. 53.

5 Tonitru fit, exhalatione calida intra nubes incluſa. Quæ exhalatio cum feratur cum impetu, impacta & illiſa nubi ictum facit, cuiꝰ ſonitꝰ tonitru eſt. 2. Mete. c. 9. C

6 Tonitruum uarii ſonitus & multiformes fiunt propter inæqualitatem nubiũ & cauernarum, quæ ſunt intermediæ, qua deficit continuitas denſitatis. 2. Meteororũ. cap. 9. C.

7 Tonitru prius fit q̃ fulguratio, ſed anticipat uiſus auditum, & ideo poſteriꝰ apparet. 2. Meteor. c. 9. B.

8 Tonitru, dixerunt Empedocles & Anaxagoras, eſſe extinctionem fulguris. 2. Meteor. c. 9. E.

9 Tonitru proportionabiliter ſe habet in nubibꝰ, ſicut uentus ſup terrã, terræmotꝰ intra terram. 2. Meteor. c. 9. I.

10 Tonitru fit, cum exhalatio tenuis excutitur. 3. Meteor. c. 1. A.

11 Tonitrua ſindunt, & diſſipant ſolida non ſono, ſed ſpiritu. 3. Meteor. c. 1. H.

12 Tonitrua & fulmina non timens, non eſt fortis, ſed furens potius. 1. Magnor. Mor. cap. 1. A. ✳.

TOPICA. Doctrina. TOPICORVM LIBRI.

1 Topicorum librorum propoſitum eſt inuenire methodum ſiue compendiariã diſciplinam, per quam poſſimus ſyllogiſſare de omni problemate propoſito ex probabilibus, aut ſi nos ſuſtineamus diſputationem, nihil dicamus repugnans. 1. Topicorum. c. 1. A.

2 Topica diſciplina figuraliter & nõ demõſtratiue nec exacte tradit omnia, quæ in illa traduntur. 1. Topicorum. c. 1. C.

3 Topica diſciplina utilis eſt ad exercitationes, ad colloquia & diſciplinas, quæ ſunt ſecundum philoſophiam. 1. Top. c. 2. A.

4 Topica diſciplina utilis eſt ad exercitationem, quia habentes methodum facile de propoſito argumentari poterimus. 1. Topicorum. c. 2. A.

5 Topica diſciplina utilis eſt ad colloquia, eo ꝙ multorum annumerãtes opiniones non ex extraneis ſed ex propriis doctrinæ ſermocinabimur tranſmutantes quicquid nõ bene uidẽtur nobis dicere. 1. Topic. cap. 2. A.

6 Topica diſciplina utilis eſt ad diſciplinas, q̃ ſunt ſecundũ philoſophiã, ꝙ potẽtes ad utraqꝫ dubitare facile in ſingulis intuebimur uerũ & falſum. 1. Top. c. 2. A. Quære Locus dialecticus.

TORAX. Quære Thorax. Pectus.

TORMENTA. Quibus ueritatem extorquent iudices a reis. Quære Quæſtio. ✳.

TOTVM.

1 Totum in partibus ſuis eſt. Prædicabiliũ. capit. 2. L. & . 4. Phyſicorum. T. Comment. 23.

2 Totum non eſt alterius, ſed in aliis. Prædicab. c. 2. L.

3 Totum ſecundũ ſenſum notius eſt. 1. Phyſic. T. Co. 4.

4 Totum quoddam indiſtincte ſignificat. 1. Phyſic. T. Co. 5.

5 Totum ſi ſit ſuæ partes, an nõ, dubitatur. 1. Phyſic. T. Co. 5.

6 Totius & partis unus eſt locus naturalis, ut glebæ & totiꝰ terræ. 3. Phyſi. T. Co. 48 & . 4. de Cæl. T. Co. 22.

7 Totum eſt, cuius nihil eſt extra. 3. Phyſic. T. Co. 63.

8 Totum & perfectũ aut idem penitus ſũt, aut proximam naturam habent. 3. Phyſicor. T. Co. 64.

9 Toti & uniuerſo non copulatur infinitũ, ut linũ lino, ſicut eſt in prouerbio. 3. Phyſic. T. Co. 64.

10 Totum quia habet quãdam ſimilitudinẽ cũ infinito, quidã tanq̃ dignitatẽ aſſumpſerunt, ſcilicet totum & infinitum coniũgi. 3. Phyſic. T. Co. 65.

11 Totum & infinitum non eſt ſecũdum ſe, ſed ſecundum aliud. 3. Phyſic. T. Co. 65.

12 Totum nõ eſt præter ſuas partes. 4. Phyſic. T. Co. 23.

13 Totum & perfectum & omne idem ſunt. 1. de Cæl. T. Co. 3.

14 Totum & perfectũ & omne differunt materia tantum. 1. de Cæl. T. Co. 3.

15 Totius & partis eadem eſt ratio. 1. de Cælo. T. Co. 19.

16 Totum poſterius eſt ſuis partibus. de Lineis indiuiſib. c. 1. B.

17 Totum, neceſſarium eſt, ꝙ ſit prius natura ſuis partibus. 1. Polit. c. 2. B.

18 Totum non ſuperatur a ſua parte naturaliter. 3. Polit. c. 12. E.

19 Totum non eſt puſillum, ſed ex puſillis. 1 Polit. c. 8. A.

20 Totius partes non omnia illa ſunt, ſine quibus totum illud eſſe non poteſt. 7. Polit. cap. 8. A.

21 Totum quadrupliciter dicitur. Primo, cuius nulla pars eorum abeſt, ex quibus totum natura dicitur. Secundo, quod continet illa cõtenta, ut illa unũ ſint. Tertio, ut continuũ & finitũ. Quarto, cũ quãtũ habeat principiũ & medium & ultimũ, quorũcunqꝫ poſitio non facit differentiã, omne dicitur, quæ autẽ ambo facere contingit, dicitur totum & omne. 5. Metaphyſic. T. Comment. 31.

22 Totum & omne quomõ differant, oſtenditur. 5. Metaph. T. Co. 31.

23 Totum an poſterius ſit ſuis partibus, dubitatur, & ſoluitur. 7. Metaphyſicorum. T Comment. 33.

24 Totum eſt poſterius ſuis ptibus ſecundũ formã ſaltem aliquibus, prius uero ptibus ſecundum materiam, & ſic quodãmodo ẽ prius ſuis partibus, quodãmodo non. 7. Metaph. T. Co. 35.

25 Totum eſt aliquid præter partes, ex quibus conſtat. 8. Metaph. T. Co. 15.

TOXICVM. Venenum, quo toxeumata, id eſt ſagittæ & tela tinguntur. Alii a taxo arbore toxica dicta arbitrantur.

Toxicũ gallicũ quod a Gallis conficitur, celeriter corpora tabefacit, & ſagittæ uenatorum eo inficiuntur, ut facilius intereant feræ, non enim euadere poſſunt illis ſagittis uulneratæ. Si uero aliquis uulneratus eſt, carnẽ uulneratam gladio abſcindunt, ne uirus diffundatur per totum corpus. de Admirand. Audit. 76.

TRACTVS. Motus.

1 Tractus motus quid ſit, oſtenditur. 7. Phyſic. T. Co. 10.

2 in Tractu motu trahens mouetur uelociori motu eo, quod trahitur. 7. Phyſicor. T. Co. 10. Quære Motus. ✳.

TRAGOEDIA. Poema.

Tragœdias ipſi poetæ pronũciabãt, & nõ inductæ perſonæ. 3. Rhetoricor. c. 1. B. ✳. Quære Tragicum.

TRAHIBILIA.

1 Trahibilia ſunt, quorum ſuperficies ad latus tranſferri poteſt. 4. Meteor. T. Comment. 47.

2 Trahi eſt ſuperficiem continuam porrigi uerſus illum, qui mouet. 4. Meteor. T. Cõment. 97.

TRANQVILLITAS.

Tranquillitas eſt maris planicies. 8. Metaphyſic. T. Co. 6.

TRANSFERRE. TRANSLATIO. Quære Metaphora.

TRANSMVTATIO.

in Tranſmutatione quacunqꝫ eſt aliquid, quod tranſmutatur, ſcilicet materia, & a quo tranſmutatur ſcilicet ab agente,

& in quod transmutatur ſcilicet in ſpeciē. 12.Metaph.T. Co.12.

TREMOR. Cordis.

Tremor cordis morbus ex eo prouenit, ꝙ cor refrigeratur a materia ſuperflua & tabifica,& cordis calor cōtrahitur,& motum facit.de Vit.& Mort.c.2.A.

TRES.TRIA.

1 Tria habent rationem,ut ſint omnia,& ꝑfectum & totum.1.de Cæl.T.Co.2.

2 Tribus ſcilicet principio medio & fine omnia determinantur ſecundum Pythagoricos.1.de Cæl.T.Co.2.

3 de Tribus omne dicitur, ſicut de duobꝰ ambo ex cōmuni appellatione.1.de Cæl. T.Co.2.

4 Tribus ſacrificabant gentes.1.de Cæl.T. Co.2.Quære Trinitas.

TREZENII. Quære Trœzenii.

TRIANGVLVS.

1 Trianguli iſoçhelis anguli, qui ad baſim ſunt,æquales ſunt.1.Prior.c.24. B.

2 Triāgulum neceſſe eſt habere tres angulos æquales duobus rectis.2.Phyſicorum T.Co.89.

3 Trianguli gradati & æquilateri eadem ē figuræ ratio, quia triangulus eſt quilibet eorum,gradatus tamen & æquilaterus diuerſa ſunt.4.Phyſicorum.T. Co.134.

4 Triāgulo dualitatem tribuunt,qui numeros figuris adaptant.2. de Cæl. T. Comment.25.

5 Triangulus implet locum in planis.3.de Cæl.T.Co.66.

6 Triangulus continetur in quadrangulo. 2.de Anima.T.Co.31.✳.

TRIBALLI.Populi Thraciæ.

apud Triballos patres immolabant filios 2.Topic.c.4.E.

TRIGONVS.Quære Triangulus.

TRIGONA.

Trigona inſtrumenta muſica reprobata ſunt ab antiquis. 8. Politicorum. c.6. D

TRINITAS.Pro ternario numero.

1 Trinitas principiorum naturalium Platonicorum,non eſt eadem trinitati principiorum Ariſtotelis.1.Phyſicor.T.Co.80.

2 a Trinitate,id eſt a ternario primo numero dixit Plato,eſſe opinionē.1. de Aīa.T. Co.27. Quære Ternarius.

TRIOPION. Quære Creta.7.

TRIPTOLEMVS. Qui primꝰ in Attica frumenti uſum inueniſſe fertur.

Triptolemi mater Deiiopeia. Quære Athenienſes.3.

TRIPVDIVM.Quære Trochæus.

TRIPVS.Quære Vulcanus.

TRISTARI.TRISTITIA.

1 Triſtari eſt operari mediante ſenſitiua ad bonum aut malum,inquantum talia.3.de Anima.T.Co.29.

2 Triſtari ipſum conſequitur fuga.3. de Anima.T.Co.29.

3 Triſtitia uidetur ineſſe animalibus,quibꝰ ineſt ſenſus tactus.3.de Aīa.T. Co.59.

4 Triſtitia communis eſt omnibus animalibus.de Sen.& Sen.c.1.A.D.

5 Triſtitia cōmunis eſt animæ & corporis. de Sen.& Sen.c.1.D.✳.

TRITICVM.

Triticum primum natū eſt in Sicilia circa Aethnam montem. de Admirand. Audit.72.✳.

TROCHAEVS.Pes metricus.

Trochæum aptū eſſe tripudiis oſtendūt tetrametra.3.Rheto.c.8.B.

TROCHLEA.Inſtrumentum circulare ad onera attollenda.

Trochleas duas cur ſi quis edolauerit, ac ſimul geminis eas de truncis ſibiinuicem reſpondentibus e regione conformatas ductario circumdederit fune,qui quidem ab altero dependeat rechamo alligatus,alteri uero adhæreat, applicetur ue, qua locus eſt trochaliis orbiculis,tūc ſi quis trahat rudentis caput prehendens,q̄ maxīa pondera ſubducere ſoleant, tametſi uis q̄ trahit,exigua ſit,habes.Mechanic.cap.17 per totum.

TROEZENII. Ciues Sybaris a Trœzeniis oriundi, & pro Trœzeniis ciuibus.

1 Trœzenii cum ſimul incolerent Sybarim cū Achæis,expulſi ſunt ab Achæis,q maiori numero creuerant.5.Polit.c.3.F.

2 Trœzeniis oraculum datū eſt, perire multas puellas propter immaturitatem fructuum,id eſt propter nuptiarum accelerationem.7.Polit.c.16.B.

TROIANI.A Troia,in qua Ilium.

Troianorū ſenes ut ſe habuerunt ad Helenam,ſic nos decet erga uoluptatem habere.2.Ethic.c.9.C.Quære Priamus.

TVBERCVLVM.Quære Panus.

TVLANTINI.Quære Pix.2.

TVNC.

Tunc dicitur de tempore determinato per aliquod prius nunc,ſiue propinquum ſiue remotum.4.Phyſic.T.Co.123.

TVRBO.Corpus ſeu figura,quæ Rhōbos græcis dicitur.

in Turbine ſeu rhombo delineando cur



dum utraq; extremitas binos ſimul peragit motus,neutrū ex huiuſmodi punctis rectā æquabileq; percurrit, imo q̄ multiplicato maior eſt,eam ſemper alterū abſoluit.Mechanic.c.23.per totum.

TVRPE.

Turpia q̄ ſunt,& pudenda, & ex quibus, & apud quos,habes.2.Rhetor.c.2.per totum. Quære Honeſtum. Loqui.2.

TVRRIS.

Turres interponēdæ ſunt in muris per oportuna loca.7.Polit.c.12.A.

V

VACVVM.

1 Vacuū phyſicæ cōſyderationis eſt.3.Phyſi. T.Comment.2.

2 Vacuum ſi eſt extra cælum,& corpus infinitū eſſe neceſſe eſt.3. Phyſic.T.Co.32.

3 Vacuum qui eſſe affirmāt,locum aſſerunt eſſe.4.Phyſic.T.Co.6.

4 Vacuum qui ponūt,dicunt aliquem locū eſſe ſine corpore,& corpora ſenſibilia eſſe in loco.4.Phyſic.T.Co.6.

5 Vacuum ſi eſt, quid eſt,& quomodo eſt, phyſici eſt conſyderare ſicut de loco.4. Phyſic.T.Co.50.

6 Vacuum quidam ponūt ut uas & locū, quod quando habet aliquam molem, plenum eſt,quando caret illa mole,eſt uacuum.4.Phyſi.T.Co.50.

7 Vacuum, Anaxagoras, & quidam alii,nō eſſe,conabātur oſtendere, ex eo ꝙ omnia aere plena erāt,& non oſtendebāt rationibus uacuum tollentibus.4.Phyſicorum. T.Comment.51.

8 Vacuum ponentes opinabantur eſſe locum,in quo nullum corpus ſenſibile ſit. 4.Phyſi.T.Co.51.

9 Vacuum poſuerunt Democritꝰ & Leucippus inter corpora,ut diſtinguat ea, ut nō ſint continua.4.Phyſi.T.Co.52.

10 Vacuum eſſe,quidam dicūt, quia eſt motus localis,& ſecundum hos nō eſſet motus localis,niſi in uacuo, ne daretur penetratio corporum.4. Phyſicorum.T.Comment.53.

11 Vacuum eſſe, quidam probare nituntur ex hoc,ꝙ quando condenſantur, & cōprimuntur corpora, minorem locū occupāt,quod non fieret, niſi uacuum aliquod intrarēt.4.Phyſi.T.Co.55.

12 Vacuum eſſe, quidam ex augmentatione conant̄ ꝓbare,nā nō fieret augmentatio,ſi uacuū nō eſſet, qa magnitudo,q̄ acquiritur per augmentationem,in uacuo recipitur, ut dicunt.4.Phyſicorū.T.Co.55.

13 Vacuum eſſe immixtum corporibus, ex hoc quidam aſſerebant, ꝙ uas cineribus plenum tantum aquæ capiat,quantum uacuum,quod non eſſet, ſi uacuum nō eſſet cineribus admixtum, in quo reciperetur aqua.4.Phyſi.T.Co.56.

14 Vacuum eſſe, dixerunt Pythagorici, & ingredi cælum, quaſi cælum reſpirando uacuum ipſum traheret.4.Phyſicorū.T. Comment.56.

15 Vacuum naturas diſtinguere,& eſſe quādam eorum ſeparationem, conſequenter dixerunt Pythagorici.4. Phyſicorum.T. Comment.56.

16 Vacuum quidam diffinierunt eſſe,in quo nihil ſit.4.Phyſic.T.Co.57.

17 Vacuum quidam diffinierunt, ꝙ ſit illud, in quo nullum graue,aut leue eſt.4.Phyſicorum.T.Co.58.

18 Vacuum quidam diffinierunt, in quo nō ſit hoc aliquid, nec ſubſtantia aliqua corporea.4.Phyſi.T.Co.59.

19 Vacuum,quidam dixerunt, eſſe materiā, ſed uacuum ipſi ſeparatum ponunt, cum materia non ſit a corporibus ſeparabilis. 4.Phyſi.T.Co.59.

20 Vacuum ſeparatum non eſt in ratione rerum.4.Phyſi.T.Co.60.& ultra.

21 Vacuum eſt locus non repletus corpore. 4.Phyſi.T.Co.60.

22 Vacuum ponētes, ut ſit motus, refellunt̄. 4.Phyſi.T.Co.62.

23 Vacuum non debet miſceri corporibus propter condenſationem, cum condenſatio fieri poſſit corporibus ſubtilioribus extruſis.4.Phyſic.T.Co.63.

24 Vacuum non eſſe ponendum propter augmētationem,oſtenditur.4. Phyſicorum. T.Comment.63.

25 Vacuum ponentes propter experimentū cinerum, ſeipſos impediunt.4.Phyſi.T. Comment.63.

26 Vacuum ſeparatum non eſt ponendum. 4.Phyſic.T.Co.64.

27 Vacuum non eſt cauſa motus localis. 4. Phyſic.T.Co.64.

28 Vacuum nullius motus cauſa eſt.4.Phy

ſic.T.Co.64.

29 Vacuum ſeparatum priuatum corpore ſi ponatur, corpus quod in ipſo ponetur, ad nullam partẽ mouebitur, nec ad omnem, nec ad aliquam.4.Phyſic.T.Co.65.

30 Vacuum ſi eſt, motus non eſt, & non ecõtrario.4.Phyſic.T.Co.66.

31 in Vacuo non poteſt aſſignari ad quam partem corpus moueatur, cum uacuum ſit quid indifferens.4.Phy.T.Co.66.

32 Vacuum ſi ponatur, tollitur motus omnis & naturalis & uiolentus, quia uacuum nullam differentiam habet, ad quam corpora phyſica moueantur in ipſo.4.Phyſic.T.Comment.67.

33 Vacuum non ens & priuatio quædam dicitur.4.Phyſi.T.Co.67.

34 Vacuum ſi ponatur, cum ſit non ens & priuatio, non differunt in eo ſurſum & deorſum.4.Phyſic.T.Co.67.

35 Vacui & infiniti ſitus differentiæ differũt, quia uacui non differunt ſurſum & deorſum, infiniti uero non eſt ſurſum nec deorſum.4.Phyſi.T.Co.67.

36 per Vacuum nõ poſſunt moueri proiecta, quia mouentur uel propter antiperiſtaſim uel ab aere pulſo.4.Phyſi.T.Co.68.

37 in Vacuo non poteſt aſſignari cauſa, propter quid quieſcit, quod mouetur, cum non uideatur maior ratio in una q̃ in alia parte.4.Phyſic.T.Co.69.

38 per Vacuum mota aut in infinitum mouebuntur, aut ſemper quieſcẽt, aut ad omnem partem ferentur.4.Phyſicorum.T.Comment.69.

39 Vacuum ideo aliqui ponunt ad motum, quia cedit mobili, ſed ex hoc ſequeretur, ipſum mobile in omnem partem in infinitum ferri.4.Phyſi.T.Co.70.

40 Vacui ad plenum nulla eſt proportio, ſicut nihili ad numerum.4.Phyſi.T.Co.71.& deinceps.

41 per Vacuum ſi ſit motus, nullam proportionem poteſt habere ad motum, qui ſit per plenum.4.Phyſi.T.Co.72.

42 per Vacuum ſi ſit motus, æquali uelocitate mouebuntur grauia & leuia.4.Phyſic.T.Co.74.

43 Vacuum ponentibus, ut fiat motus, contrarium accidit, nam per uacuum nullo modo poteſt fieri motus ſiue ex parte medii ſiue ex parte mobilis.4.Phyſicorũ.T.Comment.75.

44 Vacuum eſſe quid uanum & inane uidebitur, ſi per ſe conſyderetur.4.Phyſic.T.Comment.76.



45 Vacuum ut quid ſeparatum non eſt, quia penetratio dimenſionũ ſequeretur.4.Phyſi.T.Co.76.

46 Vacui non poteſt extrudi tantum aut cedere, quantum alterius corporis ſubintrat, aut immittitur, quia uacuum non eſt corpus.4.Phyſi.T.Co.76.

47 Vacuum ſeparatũ, impoſſibile eſt, ꝙ poſſit eſſe cum alio ſimul corpore, non magis q̃ duo alia corpora ſimul.4.Phyſic.T.Comment.76.

48 Vacuum ſeparatum ſi eſſet, non eſſet corpus corpore altero exterius circundante, cuius tamen contrarium ſemper uidemꝰ.4.Phyſic.T.Co.77.

49 Vacuum ſeparatũ nunquã apparet intra mundum, nam quod uacuum nobis apparet, aere plenum eſt.4.Phyſi.T.Co.78.

50 Vacuum non eſſe immixtum corporibꝰ, probatur.4.Phyſic.T.Co.79.

51 Vacuũ eſſe immixtum corporibus, manifeſtum eſſe, credebant aliqui propter rarũ & denſum, quia eorum partes ſubintrãt mutuo.4.Phyſic.T.Co.79.

52 Vacua plura ſeparata dicebant habere rarum, quod eſt impoſſibile.4.Phyſic.T.Comment.80.

53 Vacuum ſeparatum non poteſt eſſe, quia tunc omnis motus eſſet ſurſum, cum omnia ſint rara per tale uacuum, & per cõſequens leuia.4.Phyſic.T.Co.81.

54 Vacuum ſi moueret, aut moueretᷓ, ſequeretur, uacui eſſe uacuũ.4.Phyſi.T.Co.81.

55 Vacuum dicentes cauſam eſſe motus ſurſum, non poſſunt aſſignare cauſam motꝰ deorſum.4.Phyſi.T.Co.82.

56 Vacuum ſi cauſa eſt motꝰ ſurſum, ipſum uacuum celerrime ſurſum ferretur, quod eſt impoſſibile, cum uacuum moueri non poſſit.4.Phyſi.T.Co.82.

57 Vacuum qui ponunt, aut motum nõ eſſe dicunt, aut ſi motus eſt, cælum ſurſum a ſuo loco ferretur, moto quolibet corpore, & æqualis eſt ſemper generatio.4.Phyſi.T.Comment.83.

58 Vacuũ ſeparatum neceſſe eſt eſſe, ſi omne corpus generatur.3.de Cæl.T.Co.29

59 Vacuũ ſeparatum, neceſſe eſt, eſſe, ſi corpꝰ generatur ex corpore tantũ in potentia.3.de Cæl.T.Co.29.

60 Vacuum generatum facit, qui ex nõ corpore corpus generari dicit.3.de Cæl.T.Comment.54.

61 per Vacuum determinantes leue & graue refelluntur, & quæ inconueniẽtia ſequãᷓ, oſtenditur.4.de Cæl.T.Co.12.& ultra.



62 Vacui plus aut minꝰ ineſſe graui & leui, quidã determinarũt.4.de Cæl.T.Co.13.

63 Vacuum, qui dixerũt, non eſſe, ut Anaxagoras, & Empedocles, nihil de graui aut leui determinarunt.4.de Cæl.T.Co.15.

64 Vacuo quidam locum aſſignant, quaſi ſecundum eos ipſum uacuum non ſit locus.4.de Cæl.T.Comment.18.

65 Vacuum non eſſe, dicebant Parmenides & Meliſſus, & ideo nec multa entia eſſe, cum non eſſet uacuum, quod illa ſepararet, nec motum eſſe, quia nihil moueri dicebant, niſi in uacuo.1.de Genera.T.Comment.57.58.

66 Vacuũ eſſe, dixit Leucippus, & ideo motum eſſe, ꝙ ſi uacuum non eſt, motum eſſe nõ poſſe, dixit.1.de Gener.T.Co.60.

67 Vacuum, dixit Leucippus, eſſe priuationem, quia plenum poſuit ens, uacuum uero aliquid entis ſcilicet priuationem.1.de Gener.T.Comment.90.

68 per Vacuum fieri melius uiſionem, dixit Democritus, ſic ut ſi formica eſſet in cælo, a nobis uideri poſſit, ſi uacuum eſſet ſpaciũ, quod eſt inter cælũ & terrã. Quod eſſe falſum, ex hoc probatᷓ, ꝙ color nõ eſt, a quo patitur potẽtia uiſiua, ſed a medio diaphano in actu, ita ut ſi uacuũ eſſet ſpacium, non modo uidere exacte, ſed nec omnino uidere aliquid poſſemus.2.de Anima.T.Co.74.

69 Vacuum & plenum poſuerunt principia rerum Democritus & Leucippus.1.Metaphyſicorum.cap.4.E.

70 Vacuum, quod poſuerũt unum ex principiis Democritus & Leucippus, dicunt, eſſe non ens.1.Metaphy.c.4.E.

VALITVDINARIVS.

Valitudinarius & imbecillo corpore nõ eſt felix.1.Rhetor.c.5.H. Quære Aegrotans. Herodicus. Infirmus.

VANVM.

Vanum eſt id, quod cũ ſit alicuiꝰ gratia, non eſt factum illius gratia.2.Phyſic.T.Co.62. Quære Caſus. Fortuna.

VAPOR. Vt diſtinguitur contra exhalationem.

1 Vapor eſt aquæ diſgregatio.1.Meteororum.cap.4.B.

2 Vaporis natura humida eſt & calida.1.Meteor.c.4.D.

3 Vapor eſt potentia uelut aqua.1.Meteororum.cap.4.D.

4 Vapor eſt exhalatio, quæ ex aqua ortum habet.1.Meteor.cap.9.B.

5 Vaporis fluuiꝰ ſequitur ſolis curſum. Nã



ſicut ſol mouetur ad latera ſcilicet tropicũ æſtiuum & hyemalem, ſic & fluuius uaporum ſurſum & deorſum, ita ut ſole prope exiſtẽte, aſcendat ſurſum, elongato, deſcẽdat, & propterea antiqui ſub ænigmate fortaſſis nomine Oceani, qui circa terram fluat, hunc uaporis circulũ intellexerũt.1.Meteor.cap.9.C.

6 Vapor eleuatus calore ſolis, ſi minutatim deſcẽdit, appellatur pſecades, id eſt ſtillæ, ſi uero per maiores partes, appellatur pluuia ſeu imber.1.Meteor.c.9.C.

7 Vapor calidior eſt q̃ aqua, quia calorem adhuc ſubleuantẽ habet.1.Meteor.c.10.B.

8 Vapor difficilius conglaciatur q̃ aqua, quia conſtat ipſum eſſe calidiorem.1.Meteor.cap.10.B.

9 Vapor quando congelatur, fit pruina.1.Meteor.cap.11.B.

10 Vapor exhalatio humida eſt, non tamẽ ſine ſiccitate, ſed appellatur humida ab exceſſu humiditatis ſuper ſiccitatẽ.2.Meteor.cap.4.A.

11 Vapor principium eſt pluuiæ.2.Meteor.cap.4.B.

12 Vapor ab exhalatione ſicca ſpecie differt, & ideo effectus differentis ſcilicet pluuiæ eſt cauſa, cum ſicca exhalatio uentorum cauſa ſit.2.Meteor.c.4.B.

13 Vapor humidus & frigidꝰ eſt.2.Meteor.cap.4.C.

14 Vapor cauſa eſt omnium fuſiliũ, ductiliũ, & metallicorũ, & ferri, auri, æris. Nam uaporoſa exhalatione in lapidibus præcipue incluſa, propter illorum ſiccitatem uapor in unũ cõprimitur, & cogitur, & metallica formantur.3.Meteor.c.6.G.

15 Vapor eſt ſegregatio a calido uſtiuo in aerem & ſpiritum ex humido madefactiuo.4.Meteor.T.Co.48.

16 Vapor eſt humiditas quædam. de Sen.& Sen.cap.5.D.✳.

VATICINARI. Quære Oraculum. Diuinatio.

VECTIS. Inſtrumentum illud longum, quo mouemus pondera.

1 Vectis in arte machinaria maximi momẽti eſt, cum eo maxima põdera moueamꝰ, etiam ipſius uectis pondere addito, quod mirum uideri poteſt. Mechanic.c.1.B.

2 ad Vectim referuntur illa omnia, q̃ accidunt in machinalibus artificioſiſq; cunctis motionibus. Mechanic.c.1.D.

3 Vectis q̃ ſunt, omnia referuntur ad librã, ſicut q̃ libræ ſunt, omnia referuntur ad circulum in machinariis motionibus. Mecha

nic.cap.1.2.D.

4 Vecte ideo paruæ uires ingentia pondera mouēt, quia uectis ipſe fungitur uice libræ in partes inæquales diuiſæ, & ipſum uectis fultum librameti uicem habet, & qua parte mouens pondus mouet, habet maiorē quaſi libræ ſcapum, & quia magis diſtat a centro ſcapi pars, quam moués mouet, ideo uelocius, & propterea magis mouet, licet uires exiguæ ſint. Quod demonſtratur. Mechanic.c.3.per totum.

VEGETABILE. VEGETATIVA. Anima.

1 Vegetabilia omnia uidentur uiuere, quia habent in ſeipſis talem potentiam & principium, quo ſuſcipiunt augmentum & decremētum ſecundum contraria loca, quia non ſolum ſurſum, ſed etiam deorſum augentur, & uiuūt, quouſq; accipere poſſunt alimentum.2.de Anima.T.Co.14.

2 Vegetatiuum ſeparari poteſt ab intellectiuo & ſenſitiuo & loco motiuo, iſta uero a uegetatiuo ſeparari non poſſunt.2.de Anima.T.Co.15.

3 Vegetatiuum dicimus illam partem, cui9 plantæ ſunt participes.2. de Anima.T. Comment.17.

4 Vegetatiuum ſolum ineſt plantis.2. de Anima.T.Co.27.

5 Vegetatiua plantis & omnibus uiuentib9 ineſt.3.de Anima.T.Co.41.

6 Vegetatiuam nec rationabilē nec irrationabilem aliquis facile ponere poteſt.3.de Anima.T.Co.41.

7 Vegetatiua non mouet animalia motu locali, quia quicquid mouetur, mouetur ut appetens, aut fugiens aliquid, quod non eſt ſine phantaſia aut appetitu, quibus caret uegetatiua, nam alias plātæ motu progreſſiuo mouerentur, & natura dediſſet eis organa ad talem motum.3.de Anima. T.Comment.44.45.

8 Vegetatiuam neceſſe eſt habere omne uiuens a generatione uſq; ad corruptionē, quia omne generatum neceſſe eſt habere augmentum & decrementum, quod non poteſt fieri ſine alimento.3.de Anima.T. Comment.59.

9 Vegetabilis principium in ea parte eſt, q̄ eſt media inter ſuperiorem & inferiorem. de Iuuent.& Seneſt.c.1.F.

10 Vegetatiuum in quibuſdā animalibus & in plantis actu unum eſt, plura tamen potentia, quia diuiſa uiuunt. de Iuuent.& Seneſt c.1.G.Quære Anima.✳.Planta.

VELLE.

11 Vult nullus niſi id, quod uult, bonum eſſe putauerit.1.Rhetor.c.10.C.

12 quod Volūt omnes, efficiunt ſi poſſunt. 5.Polit.c.10.H.Quære Voluntas.

VELOCITAS. VELOX. VELOCIVS. In motu.

1 Velocius illud mouetur, quod prius uenit ad id, ad quod mouetur, modo ſit idem ſpacium, uniformiſq; motus.3.Phyſic.T. Comment.129.

2 Velox eſt, quod in paruo tempore per multum ſpacium mouetur.4. Phyſic.T. Comment.96.

3 Velocitas non eſt ſpecies nec differentia motus.5.Phyſic.T.Co.44.

4 Velocitas non eſt leuitas.5.Phyſicorum. T.Comment.44.

5 Velocius eſt, quod plus mouetur in æquali tempore & in minori, ut quidam diffinierunt.6.Phyſi.T.Co.11.

6 Velox eſt robuſtus quidam.1. Rhetor. cap.5.H.

7 Velocitatis & grauitatis eadē eſt menſura cum menſura longitudinis latitudinis & profunditatis ſit.10. Metaphy. T. Co.3. Quære Grauis. Grauitas. Motus.

VELOX. Ingenio.

Veloces ſeu præceleres & præuolantes parum ualent memoria, quia humidiores ſunt, q̄ conueniat, & non poſſunt retinere impreſſionem.de Memo.& Remi.c.1.I.

VELVM. Nauis.

Velo eodem ac uēto pari nauis ideo celeri9 mouetur, quo antemnæ ſubductæ fuerint alti9, quia malus fungitur uice uectis, & ſtatamē preſſionis, & longius eſt fulcrū uectis a mouente. Mechanic.c.5.per totū. Quære Mare.47.Nauis.Nauta.1.✳.

VENA.

1 Venæ iuguli quibus ualide compreſſæ fuerint, ſenſum amittunt.de Somn. & Vigil.cap.2.F.

2 Venarum principium eſt cor, quod manifeſte patet in anatomiis, cum mortuorum corpora ſecātur.de Somn.& Vigil.c.3.A.

3 Venas manifeſtas habentes ſomniculoſi non ſunt, niſi aliquam paſſionem contrariam habeāt.de Somn.& Vigil.c.3.G.

4 Vena maior & aorta ſubminiſtrāt ſanguinem duobus extremis uentriculis cordis. de Somn.& Vigil.c.3.O.

5 Venæ locus ſanguinis ſunt. de Somn.& Vigil.cap.3.A.

6 Venæ pulſant, quia omnes ex corde oriūtur, & cor ſemper pulſat, de Vit. & Mor. cap.1.C.

7 Venarum principium eſt cor, quia eſt ſanguinis principium, & uenæ propter ſanguinem ſunt, nam ſunt uas & conceptaculum ſanguinis. de Reſpirat.c.4.B.

8 Venæ non tendunt ad cor, ſed ex corde incipiunt. de Reſpirat.c.4.B.✳.

VENABILE. Quod uenādo capi poteſt.

VENATIO.

1 Venatio iucunda ſtatim eſt.1.Rhetorico. cap.11.F.

2 Venatione quidam ſibi parant uictum, qua uti oportet contra beſtias.1. Polit.capit.5.C.E.

3 Venabile eſt omne animal, quod ſit natura ferum & eſui aptum.7.Politico.c.2.D Quære Caprea.1. Taurus.

VENDENDVM. VENDITIO.

1 Vendendis & emendis rebus magiſtratus aliquis præfici debet, cuius officium ſit intendere circa contractus & honeſtatem. 6.Polit.c.8.A.

2 Vēditio & emptio neceſſaria fere eſt cūctis ciuitatibus.6.Politicor.c.8.A. Quære Nūmus. Emere.

VENENVM.

Venenum naſcitur in Circeo Italiæ monte, quo ſi quis fuerit perfuſus, aut guſtauerit aliquid, repente defluūt omes pili corporis illius, & membra ſenſim reſoluunt, & ipſe miſerabili cede interit. Quod uenenum cum Aulus quidam Picentinus uoluiſſet Cleomeni Spartano tradere potui, deprehenſus a Tarentinis publico iudicio pœnas perſoluit. de Admirād. Aud. 68. Quære Toxicum.✳.

VENIA.

1 Veniam in aliquibus dare bonū & æquū eſt.6.Ethic.c.11.A.

2 Venia eſt ſentētia iudicatiua æqui & boni.6.Ethic.c.11.A.Quære Ignorare.5.Ignoſcere.

VENVS. Poetica dea & p planeta. VENEREVS. A. VM. Pro uenereo actu.

1 Veneris ſtatuam mobilem argento uiuo in ea incluſo Dedalus fecit, ut Philippus Comicus dixit.1. de Anima. T. Comment.44.

2 Veneris ſtella poſt Mercuriū collocat̄ uerſus terram. de Mundo ad Alexā.c.1.C.

3 Venereorum actuum nō ſolū pudet, ſed etiam uerborum.2.Rhetor.c.6.G.

4 Venerea magis ſectantur iuuenes inter omnes cupiditates, & in iis incontinentes ſunt.2.Rhetor.c.12.A.

5 Venereæ paſſiones non ſolum permutant corpus, ſed etiam ad inſaniam & furorem aliquos adigunt.7.Ethic.c.3.C.

6 Venus præpoſtera & infanda libido partim ſolet accidere ex complexionis malitia, partim ex conſuetudine.7. Ethic.c.2. B.Quære Celtæ.2.

7 Venus dolos nectit. Vnde & Homerus Veneri cingulum tribuit, cui etiam fraudem ineſſe dicit, oſtendens per hoc, ꝙ cupiditas dolis & inſidiis agat.7.Ethicorū. cap.6. B.

8 in Venerea proni ſunt, qui bellicoſi & militares ſunt.2.Polit.c.7.C.

9 Venerem Marti coniunctam qui primo fabulatus eſt, rationabiliter feciſſe uidet̄, nam bellicoſi in uenerem proni ſunt.2. Polit.c.7.C.

10 Venereus uſus intempeſtiuus nō permittit marium corpora creſcere, & puellas reddit libidinoſiores.7.Politicor. c.16.B. Quære Mulier.Semen.Vir.✳.

VENTER.

1 Venter ſuperior ſi fuerit ſicc9, inferior uēter ſæpe humet, & econtrario.2. Meteor. cap.4.H.

2 Venter uacuus calidus eſt.de Som.& Vigil.cap.3.A.

3 Ventre non poteſt attrahi aer in aliquo genere animalium.de Reſp.c.1.F.

4 Venter piloſus garrulos arguit, ſine pilo uero inuerecundos.de Phyſiog. E.

5 Ventrem habet omne animal.4. Polit.c. 4.C.✳.

VENTVS. VENTOSVS.

1 Venti generantur in locis terræ ſtagnantibus, & non in ſuprema aeris regione, qa illa ſemper mouetur circulariter propter propinquitatem motus cæli.1.Meteor. capit.4.E.

2 Venti altiſſimos montes non excedunt.1 Meteor.c.4. E.

3 de Vētis quæ tradita ſunt ab antiquis ante Ariſtotelem, talia ſunt, q̄ uel cōtemptiſſimus quiſq; dicere poſſit.1.Meteororum cap.13.A.

4 Ventum, quidam dixerūt, eſſe aerem motum & fluitantem.1.Meteor.c.13.A.&.2. Meteor.c.4.C.

5 Ventos omnes unum eſſe, quidam dixerunt, quia aer unus eſt, differre tamen ſecundū loca, unde flant, tanq̄ ſi quis dicat, flumina omnia eſſe unum flumen.1.Meteor.c.13.H.

6 Venti naturā cōſyderantibus neceſſe eſt conſyderare, quid ſit, quomodo fiat, & unde ſit principiū motus.1.Meteor.c.13.B.

7 Ventos pictores pingūt ex ſeipſis emittē

ſtes flatus initium.1.Meteor.c.13.B.

8 Ventorum omnium principium & natura eſt exhalatio ſicca.2.Mete.c.4.B.

9 Venti & pluuiæ nõ eſt eadem natura,ut quidam dixerunt,ſed diuerſæ,quia uapor & exhalatio ſicca,ex quibus fiunt,diuerſa ſpecie ſunt.2.Meteor.c.4.B.

10 Venti ſic dicẽdi ſunt ab aliquo principio prodire,ſicuti flumina dicuntur ex determinatis fontibus manare.Nam ſicut non dicimus flumina quãcunq; ingẽtem multitudinem aquarum motam,ſed ſi fluat ex fontibus,ſic non dicimus uentos quẽcunq; aerem motũ, ſed a certo principio procedentem exhalationẽ.2.Mete.c.4.C

11 Ventoſiores ſunt alii anni aliis,& aliæ regiones aliis,& eadem regio alio tempore q̃ alio,quia exhalatio ſicca,quæ eſt principium & natura uentorum,aliquando maior,aliquãdo minor eleuatur a ſole.2.Meteor.c.4.D.

12 Venti ceſſant,ſuperueniente pluuia, quia contraria ſunt,& alterum in alterum mutari contingit.2.Meteor.c.4.E.

13 Venti plures fiũt a meridie & ſeptẽtriõe, quia ſol latus circa hæc loca multas eleuat exhalationes,quas propter debilitatis uirtutẽ nõ poteſt cõſumere,cũ ad illa loca non accedat.2. Meteor.c. 4.F.

14 Venti motus initiũ ſumũt deſuper,& nõ ſubtus aut intra.Cuius ſignum eſt, ꝙ nubes aut uapores ſuſpenſi in aere mouẽt a uento,anteq̃ ad nos uentus perueniat. 2.Meteor.c.4.G.

15 Vẽtorũ materia & ortus ab inferiori ẽ,licet motus a ſupiori fit.2.Meteor.c. 4. G.

16 Ventorum exhalatio recta aſcendit a terra,ſed in latus deflectitur a corporibus, q̃ a nobis procul ſunt in circuitu motis. 2. Meteor.c.4.G.

17 Venti ex multarum exhalationum cõcurſu fiunt.Quod ex eo probatur,ꝙ principio tenues ſunt, proceſſu uero maiores & ualidiores,ſicut flumina augentur curſu maiore.2.Meteor.c.4.G.H.

18 Venti duabus de cauſis mox ceſſant, aut quia exhalatio extinguiť frigore,ut cũ ualidũ gelu cooriť,aut quia calore & æſtu elangueſcit.2.Meteor.c.4.B.

19 Venti maxime ceſſant circa orionis ortũ uſq; ad eteſias & prodromos,id eſt anniuerſarios & præcurſorios uentos.2.Meteor.c.5.B.

20 Ventos ſol ceſſare facit aut præueniendo exhalationem,ne fiant,deſiccata terra,aut conſumendo factam exhalationem,ſi exigua eſt.2.Meteor.c.5.A.

21 Venti eteſiæ ſeptentrionales.2.Meteor.c.5.C.D.Quære Eteſiæ.

22 Venti eteſiæ auſtrales.2.Meteor.c. 5. D. Quære Eteſiæ.

23 Venti leuconoti.2.Meteor.c.5.D.Quære Leuconoti.

24 Venti ornithiæ.2.Meteor.c.5.D . Quære Ornithiæ.

25 Ventorum ſitus, nomina,numer⁹, & qui aliis opponũtur,& qui ſimul flare poſſint, & qui non,& de eorũ paſſionibus, habes. 2.Meteor.c.6.per totum.

26 Venti illi contrarii ſunt mutuo , qui opponuntur ſecũdum diametrum.2.Meteor.cap.6.C.

27 Venti contrarii ſunt,Auſter Boreæ, Subſolanus Zephyro,Thraſcias Pheniciæ,Corus Vulturno,Africus Ceciæ,Meſæ contrarius uentus non eſt.2.Meteororum.capit.6.D.E.

28 Venti plures flant a ſeptentrione q̃ a meridie,quia noſtra habitabilis ſubiiciť ſeptẽtrioni,& qa multa nix & aqua eſt,unde oriať amplior exhalatio.2. Meteo.c.6.G

29 Venti ſeptentrionales principaliſſimi ſũt, Boreas,Aparctias.Thraſcias & Meſes. 2. Meteor.c.6.G.

30 Venti a meridie flãtes præcipui ſunt,Auſter,Itagenes,& Lybs ſiue Aphricus . 2. Meteor.c.6. H.

31 Venti ab oriente flantes præcipui ſunt, Apeliotes,id eſt Subſolanus,& Eurus .2. Meteor.c.6.H.

32 Venti calidiores ſunt, qui flant ab oriẽte q̃ ii,qui flant ab occidente,quia maiori tẽpore ſunt ſub ſole,q̃ qui flant ab occidente,occidẽtales uero cito deſerit ſol.2. Meteor.c.6.H.

33 Ventos oppoſitos p diametrũ,impoſſibile eſt,flare ſimul,alter eñ altero oppſſus ceſſabit.2.Meteor.c.6.I.

34 Venti non per diametrũ oppoſiti ſimul flare poſſunt.2.Meteor.c.6.I.

35 Vẽti cõtrarii contrariis tporibus flare ſolent,ut Cæcias circa æquinoctiũ uernũ, Aphricus circa autũnale æquinoctiũ, Zephyrus circa ſolſtitium æſtiuum,circa ſolſtitiũ hyemale Vulturnus.2.Meteor.c.6.I

36 ex Vẽtis,qui alios uẽtos ceſſare faciũt,maxie ſunt Aparctias,Thraſcias & Argeſtes ſiue Cor⁹,quia e ppinquo ueniunt, & uehementes ſunt.2.Meteor.c. 6.L.

37 Venti maxime ſereni ſunt, Aparctias.Argeſtes ſiue Corus,& Thraſcias,quia uehementes, utpote qui de propinquo ſpirãt,



nubes repellunt,& ſerenitatem inducunt, ſi uero ſint magis frigidi,q̃ uehementes, ſereni non ſunt,quia prius congelant nubes q̃ eas repellant . 2. Meteororum . capit.6. L.

38 Ventorum uiciſſitudines & mutationes ſequuntur ſolis mutationem,nam principium uẽtorum ſic mouetur,ut ſol.2.Meteor.c.6.M.

39 Venti humidi ſunt Aphricus & Cæcias. 2.Meteor.c.6.M.

40 Venti ſicci ſunt Corus & Vulturnus ſeu Subſolanus.2.Meteor.c.6. M.

41 Venti niuales ſunt Meſes & Aparctias.2 Meteor.c.6.M.

42 Venti grandines efficientes ſunt Aparctias,Thraſcias & Corus.2.Meteor.c.6. M.

43 Venti calidi & æſtuoſi ſũt,Auſter,Zephyrus,& Eur⁹ ſeu Vulturn⁹.2.Mete.c.6.M

44 Venti,qui nubibus cælũ condenſant, ſũt, Cæcias ualde,Aphric⁹ uero minus.2.Meteor.cap.6.M.

45 Venti,qui in alios uẽtos mutari ſolẽt,qui ſint,habes.2.Meteor.c.6.M.

46 Vẽtos ſub terrã ſpirare argumẽto eẽ põt, ꝙ in Aeoliis inſulis cũ flaturus eſt auſter, prius q̃ cœperit,denunciat, nam loca illa, ex quibus flammarum eructationes fiũt, reſonant.2.Meteor.c.8.I.

47 Venti præcedunt lunæ eclipſim,nam ſi eclipſis futura eſt media nocte, præcedunt uenti in principio noctis,ſi uero diluculo fieri eclipſis debeat,media nocte fiunt uẽti.2.Meteor.c.8.O.

48 Ventus hauſtus ſitim capellarũ ſedat in Cephalenia inſula.de Admirand.Aud.13.

49 Ventos appellamus, qui in aere flant. de Mund.ad Alexand.c.2.C.

50 Venti Apogei ſunt,qui ex humida terra ſpirant.de Mund.ad Alexand.c.2.C.

51 Venti,qui e ſinibus flant,Encolpii dicuntur.de Mund.ad Alexand.c.2.C.

52 Vẽtorũ uariæ ſpẽs ſunt,Cæcias Vulturnus,Aqlo,Subſolanus,Fauonius, Zephyrus,Caurus,Thraſcias, Auſter,Aphricus, Libonotus.de Mund.ad Alexan.c.2. D.

53 Venti duo tñ ſunt ſcilicet auſtrales & boreales,reliqui uero uenti exceſſus ſunt horũ,ut quidã dicere ſolẽt.4.Polit.c.3. C.

54 Venti,qui flant ab ortu ſolis , ſalubriores ſunt,& poſt hos illi,qui flant a ſeptentrione.7.Polit.c.11.A.

55 Ventis maxime utimur,& ideo uidendũ eſt ei,qui urbem condit,ad quos uẽtos cõuerſa ſit ciuitas.7.Polit.c.11.B.

VER.



1 Vere magis grandinat q̃ æſtate.1.Meteo. cap.12.F.

2 Vere ſentitur aer humidus.1. Meteoror. cap.12.F.

3 Vere maxime fiũt terræmotus, quia uer flatuoſum eſt.2.Meteor.c.8.F.

4 Ver nec dies unus,nec una hirundo facit.1.Ethic.c.7.E.✳.

VERAX.Vt dicit uirtutem.

Verax medius inter arrogantem & diſſimulatorem dicit unumquodq; eſſe tale tam uita q̃ uerbis,nec maiora, nec minora confitetur,etiam quæ ſibi inſunt.2. Ethic.c.7.C.&.4.Ethic.c.7.B.

VERBVM. Pro parte orationis & pro ſermone.

1 Verba ſimilia ſunt ei intellectui,qui eſt ſine compoſitione uel diuiſione .1. Periher. cap.1.B.

2 Verbum eſt,quod ſignificat tempus,cui⁹ nulla pars ſeparata ſignificat, & eſt ſemp eorũ,quæ de altero prædicantur,nota . 1. Perihermenias.capit.3.A.& in Poet . capit.7.D.

3 Verba infinita,ut non ægrotat, non ſanatur,tam dicũtur de eo,quod eſt,q̃ de eo, quod non eſt.1.Periher.c.3.A.

4 Verba aliorum temporũ q̃ præſentis nõ ſũt uerba,ſed caſus uerbi,ut ſanabat.Differunt tñ a uerbo,ꝙ uerbum præſens tẽpus ſignificat,caſus uero uerbi id,quod ẽ circũcirca.1.Periher.c.3 .A.

5 Verba ſecundũ ſe dicta noïa ſunt, & ſignificant aliquid,quia qui dicit , conſtituit intellectũ,& qui audit, quieſcit, nondũ tñ ſignificat,ſi eſt,uel non eſt. 1. Perihermen. cap.3.A.

6 ex Verbo uel uerbi caſu eſt omnis oratio enũciatiua.1.Periher.c.4.B.

7 Verbo uel uerbo infinito & nomine uel nomine infinito cõſtat omnis enũciatio, quia enunciat aliquid de aliquo.2. Perih. cap.1.A.

8 ſine Verbo nulla eſt affirmatio uel negatio.2.Periher.c.1.A.

9 Verba conſignificant tempus.2. Periher. cap.1.A.

10 p Verba adiectiua multiplicantur propoſitiones,ſicut p uerba ſubſtãtiua, prædicato uariato penes finitum & infinitum. 2. Periher.c.2.C.

11 Verba tranſpoſita idem ſignificant,ut homo eſt albus,& eſt homo albus,alioq uniuſ affirmationis eſſent multæ negationes 2.Periher.c.2.E.

12 Verba ſi ſufficerẽt ad reddendos homi-

nes bonos, multam & magnam mercedē reportarēt, ut dixit Theognis. 10. Ethic. cap.9.A.

13 Verbis non poteſt fieri, aut non facile ſit, ut aliquis abſtineat a diu conſuetis.10. Ethic.cap.9.A.

14 Verba non habēt effectum ad perſuadendum bonos mores, niſi prius bonis moribus animus ſit cultus, ut terra quæ ſemen ſuſceptura eſt.10.Ethic.c.9.A.

15 Verborum obſcœnitas exterminãda eſt a ciuitate, quia ex licētia turpiter loquēdi ſequitur facere turpiter.7.Politicorum. cap.17.C.

VERECVNDIA.VERECVNDVS.

1 Verecundia eſt dolor quidam ac perturbatio ex malis aut præſentibus aut præteritis aut futuris, quæ infamiam inferant.2. Rhetor.cap.6.A.

2 Verecundia circa q̄ ſit, & in quibus, & ex quibus, oſtenditur.2.Rhetor.c.6.per totũ.

3 Verecundia in oculis eſt, ut in prouerbio dicitur.2.Rhetor.c.6.E.

4 Verecundia uirtus nõ eſt, laudatur tamē, etiam ipſe uerecundus. Verecundiæ uero opponitur ſtupor per exceſſum, impudentia per defectum.2.Ethic.c.7.E.&.1. Magnor.Mor.c.30.A.

5 Verecundos homines laudamus, non tamen ſenes, quia ſenes nihil agere cenſemꝰ, unde uerecundentur.2.Ethic.c.7.E.&.4. Ethic.cap.9.A.

6 Verecundia magis eſt paſſio, & affectio, q̄ habitus, aut uirtus.4.Ethic.c.9.A.

7 Verecundia non omni ætati congruit, ſed iuuenili accõmodatur.4.Ethic.c.9.A.

8 Verecundia data eſt adoleſcētiæ, quia cũ adoleſcētes paſſionibus ducantur, & propterea multum peccent, a uerecundia prohibentur.4.Ethic.c.9.A.

9 Verecundia cũ ſit de rebus improbis, nõ conuenit uiro probo.4.Ethic.c.9.B.

10 Verecũdia bonum eſt ex ſuppoſitione, ut ſcilicet uerecũdetur, ſi malum egerit.4. Ethic.cap.9.B.

11 Verecundantes rubeſcunt, quod oſtendit corporis potiꝰ paſſionē eſſe.4.Ethi.c.9.A.

12 propter Verecundiam mutatur aliquãdo ciuitas, etiam ſine ſeditione.5.Polit.c.3.E.

13 abſq; Verecũdia nõ laudauit Homerus uirtutem, aut amorem.2.Oecono.c.3.A.✳.

VERGILIAE.Quære Pleiades.

VERITAS.VERVM.VERISIMILE. VERISSIMVM.

1 Veritas nõ eſt eorũ, q̄ incomplexe dicuntur.Prædicament.c.4.A.

2 Verum uel falſum eſt circa compoſitionē uel diuiſionē intellectꝰ.1.Periher.c.1.B.

3 ex Veris nõ ſequit̄ falſum.1.Prior.c.2.A.

4 Verum omne, oportet, ꝙ ipſum ſibiipſi manifeſtum ſit omnino.1.Prior.c.33.A.

5 Verum eſt omne, quod ſcitur, nam quod non eſt, non ſcitur.1.Poſter.T.Co.5.

6 Verum ex nõ ueris ſequi poteſt.1.Poſter. T.Comment.17.

7 Verum ſemper ſequitur ex ueris.1.Poſter. T.Comment.17.

8 Verum aliud eſt ſimpliciter, aliud ex ſuppoſitione.1.de Cæl.T.Co.119.

9 Verum conſiſtere in apparentia, ut quicquid uideatur alicui, ſit uerum, ita ut uni uideat̄ uerũ, quod alteri falſum, & utrũq; dicebant, quia ſic apparet, & quia contraria q̄ apparent ſenſibus, ſunt infinita, ideo introduxerunt infinitas figuras.1.de Gener.T.Comment.5.

10 Veritatem ad omnē plurimũ confert animæ cognitio.1.de Anima.T.Co.2.

11 ad Veritatem nati ſunt homines, & ut plurimũ ueritatē cõſequũt̄.1.Rhetor.c.1.H.

12 Veri & uerisſimilis cõſyderatio ad eãdem artem pertinet.1.Rhetor.c.1.E.

13 Verum ſecundũ naturam melius ſyllogiſmo colligit̄, & credibiliꝰ eſt.1.Rheto.c.1.I.

14 Veritas amicis eſt præferēda.1.Ethicorũ. cap.6.A.

15 Vero omnia q̄ cõpetunt, conſona ſunt, a falſo aut cito diſcrepat uerũ.1.Ethic.c.8.A.

16 Veritas eſt mediocritas circa uerum, cui opponitur arrogantia per exceſſum, diſſimulatio per defectum.2.Ethic.c.7.D.

17 Verum eſt probum per ſe & laudabile.4. Ethic.c.7.B.

18 Verũ qui dicit, ubi etiã nihil reffert, multo magis dicet, ubi reffert.4.Ethic.c.7.B.

19 Veritatis principia tria ſunt in anima, ſcilicet ſenſus, intellectus, & appetitus.6.Ethicorum.cap.2.A.

20 Veritas rationis ueræ conueniens cum appetitu recto eſt bonum intellectꝰ practici.6.Ethic.c.2.A.

21 Veritas eſt opus utriuſq; partis intellectiuæ, ſcilicet practicæ & ſpeculatiuæ.6.Ethi. cap.2.B.

22 Verum aut falſum eſt bonum uel malum intellectus ſpeculatiui & non practici.6. Ethic.cap.2.A.

23 Veri ſermones non modo ſunt utiles ad ſciendum, ſed etiam ad uiuendum.10. Ethic.cap.1.B.

24 Veritatis ſpeculatio partim difficilis eſt, partim facilis. Difficilis, inq̄, quia nullꝰ perfectã cognitionē ueritatis habuit, facilis, quia nemo eſt, qui non aſſequatur aliquid ipſius ueritatis. Vnde ſinguli per ſe nihil aut parum dicunt, omnium tamen ſententiæ congeſtæ aliquam magnitudinē emergere facient.2.Metaphy.T.Co.1.

25 in Veritatis cognitione ſic nos habemus, ut in prouerbio dicitur. In foribus quis delinquet? uel, In tota fera quis delinquet? Vt per hoc ſignificetur ueritatis aliquam portionem quēlibet attingere, totum tamen ueritatis nullum aſſequi.2. Metaphy.T. Comment.1.

26 Veritatis cognoſcēdæ difficultas ex duobꝰ prouenit, aut ex parte rei cognoſcibilis aut ex parte intellectus cognoſcentis.2.Metaphy.T.Co.1.

27 Veritas eſt finis theoriæ, id eſt ſpeculatiuæ ſeu contemplatiuæ ſcientiæ.2.Metaphy. T.Comment.3.

28 Verum neſcimus ſine cauſa.2.Metaphy. T.Comment.3.

29 Veriſſimum eſt, quod eſt cauſa poſterioribus, ut uera ſint.2.Metaphy.T.Co.4.

30 Veri ſcientia non niſi per cauſam habetur. 2.Metaphy.T.Co.4.

31 ad Veritatem ſic unumquodq; ſe habet, ſicut ad eſſe.2.Metaphy.T.Co.4.

32 Veriſſima eſſe principia ſemper exiſtentium, neceſſe eſt.2.Metaphy.T.Co.4.

33 Veritatis ſcientiam uocari philoſophiam, recte ſe habet.2.Metaphy.T.Co.4.

34 Veritatem ille melius iudicabit, qui oppoſitas rationes tanq̄ aduerſarios audit.3. Metaphy.T.Co.1.

35 Verum illud eſſe, quod uidetur, etiam ſi contradictorium alterius uideatur alicui, dixit Protagoras.4.Metaphy.T.Co.15.

36 Veritatem magis curabit ſcire, qui magis ignorat.4.Metaphy.T.Co.18.

37 Verum aut nullum eſſe, aut nobis eſſe ignotum, dixit Democritus.4.Metaphy.T. Comment.21.

38 Veritatem quærere, ſi ſupponamꝰ omnia uera eſſe, q̄ apparent, etiam ſi contradictoria ſint, eſt q̄ſi proſequamur uolucres, ut eſt in prouerbio.4.Metaphy.T.Co.21.

39 Verum non eſt omne, id quod apparet. 4.Metaphy.T.Co.24.

40 Verum eſt, aut dicere quod eſt, eſſe, aut dicere, quod non eſt, nõ eſſe.4.Metaphy. T.Comment.27.

41 Verum nullum eſſe, qui dixerunt, refelluntur.4.Metaphy.T.Co.28.& ultra.

42 Verum aut falſum non eſt in rebus, ſed in intellectu.6.Metaphy.T.Co.8.

43 Veritas, aut falſitas ex exiſtētia rei, nõ ex nr̃a cognitione eſt.9.Metaphy.T.Co.21.

44 Verum aut falſum dicitur ſecũdum actũ. 9.Metaphy.T.Co.21.

45 Verum aut falſum in rebꝰ nihil aliud eſt, q̄ cõponi & diuidi. Vnde qui cõponit diuiſa, aut diuidit compoſita, fallitur.9.Metaphy.T.Co.21.

46 Verum & falſum quomodo ſit in ſimplicibus, oſtēditur.9.Metaphy.T.Co.22.

VERMIS.

1 Vermes generãtur ex putreſcētibus, quia calor naturalis, qui educitur, cõſtare facit, q̄ ſegregata ſunt.4.Meteor.T.Co.13.

2 Vermes non generãtur in digeſtione, ſed in excrementis, q̄ putreſcunt in aluo inferiore, & deinde ſurſum aſcendunt.4.Meteor.T.Co.28.

3 Vermes phantaſia carent.2.deAnima.T. Comment.156.✳.

VERSVTIA.

Verſutia eſt, quãdo finis eſt malus, aut propoſitum, ſicut habilitas, quando finis aut propoſitum eſt bonum.6.Ethic.c.12.C.

VESPERTILIO.Auis nocturna uulgo nota.

Veſpertiliorum oculi ſicut ſe habent ad lumen diei, ſic ſe habet intellectꝰ noſter ad manifeſta naturæ.2.Metaphy.T.Co.1.✳.

VESTA.Dea fabuloſa.

Veſtã ridere aut cõminari quid dicatur, habes.2.Meteor.c.9.B.

VESTIS.

17 Aquilarum plura ſunt genera. Vnum, quod Pygargus ab albicante cauda dicitur,ac ſi albicillam nomines. Gaudet planis & lucis & oppidis, hinnularia a quibuſdam cognominatur,montes & ſyluas ſuis freta uiribus petit. Reliqua genera raro plana & lucos adeunt. Alterum genus magnitudine ſecundum & uiribus Planca aut Clauca nomine,cognomine anataria & morphna, id eſt næuia a macula pennæ, cuiꝰ Homerus etiã in Priami exitu meminit. Tertium genus nigricans colore, unde nomen accepit μελαιναετόσ id eſt pulla & fuluia, uiribus omnium præſtantiſſima,colit mõtes,& ſyluas,leporaria cognominatur, alit ſuos fœtus, atq; educit, pernix,cõcinna, polita, apta,intrepida, ſtrenua, liberalis, nõ inuida,modeſta etiam,nec petulans, quippe quæ non clangat,non lippiat, aut murmuret. Quartum genus percnopterus ab alarum notis appellatur,capite albicante, maior ſupradictis breuioribus alis, cauda longiore, uulturis ſpeciem refert,ſubaquila & montana ciconia nominatur. Incolit lucos degener, nec uitiis cæterarum caret,bonorum aliarũ expers,quippe quæ a coruo fugetur,uerberetur,& capiatur.Grauis eſt uictu,iners, exanimata fert corpora,famelica ſemper & querula clamitat, & clangit. Quintum genus haliaetus,id eſt marina aquila,ceruice magna craſſa,alis curuãtibus, cauda lata. Moratur in littoribus,cum id quod ceperit,ferre nequeat,in gurgite demergitur.Sextum genus gneſium,id eſt uerũ & germanum, quod ueri & incorrupti ſit ortus, nec promiſcua & adulterina.9.de Hiſtor.cap.32.B.

18 Aquilis ſeneſcentibus roſtrum ſuperius adeo excreſcit,incuruaturq;, ut fame intereant. Cui rei data eſt fabula, ut hoc ita accidat aquilæ, quoniam cum olim homo eſſet,hoſpiti iniuriam intulerit.9. de Hiſtor.cap.32.C.

19 Aquilæ uenantur locis a ſuo nido remotis, nec rapta protinus ferunt, ſed cum corripuerint, & ſuſtulerint, deponunt, expertæq; pondus requieſcunt. Leporem etiam non ſtatim rapiunt, ſed ſpectant, dum prodeat in plana, nec protinus de alto ruunt, ſed paulatim deſcendunt, quæ ideo faciunt, ut tutiores ab inſidiis ſint,Confidunt locis æditioribus, quia difficulter a terra tolluntur. Volant ſublimes,ut q̃ maxime procul aſpiciant. Quapropter ſolam omnium auiũ aquilam diuinam eſſe, perhibent. Venantur lepores, hinnulos,uulpes, & reliqua,quæ uincere ualent. Viuunt tempore longo,quod diuturnitate nidi declaratur.9.de Hiſt.cap.32.C.

20 Aquilæ condunt, & conſeruant, quicquid ſuperfuerit cibi pullis ſuis. Si quẽ nidum ſuum uiolantem offenderint,uerberant ſuis alis, & unguibus lacerant. Nidulantur locis planis, ſed celſis, non tantum arduis & præcipitibus ſaxis, ſed etiam arboribus. Alunt ſuos pullos,donec poteſtas uolandi fiat, tunc a nido eos expellunt, deinde tota regione,quã parentes incolunt, exterminãt, tenent enim ſingula aquilarum paria longum tractum. Vnde fit, ut nullo pacto uicinos habere patiantur. 9 de Hiſtor. cap.32.C.

21 Aquila eiicit ſuos pullos, adhuc cum parentis cura egeant, nec uolandi adeptos facultatē, quod propter inuidiam facere creditur. Inuida enim eſt, & famelica, nec copioſa uenationis, magnum tamen quod nanciſcitur, cum uenatur. Inuidet igitur ſuis pullis edaciuſculis, & ob eam rem unguibus ſecat. Pulli etiam ipſi inter ſe pugnare de ſede ac paſtu incipiunt, itaq; a parente deiiciuntur, & pulſantur, deiecti uociferantur, periclitanturq;, ſed Oſſifraga recipit eos benigne, & alit, donec adoleſcāt. 9.de Hiſtor. cap.34.A.

22 Aquila haliaetus clariſſima oculorum acie ualet, pullos adhuc implumes cogit aduerſus ſolem intueri, percutitq; eum, qui recuſat, & uertit ad ſolem, tunc illū occidit, cuius oculi prius lachrymauerint, reliquum educat. Viuit auium marinarum uenatu, aggreditur ſingulas. Cum emergentem obſeruauerit, refugit auis, & metu perculſa rurſus ſe in gurgitat, ut in diuerſa prolapſa emergat, ſed haliaetus acie oculorum ualens ſedulo aduolat, donec aut ſtrangulet in humore, aut per ſumma corripiat. Vniuerſas nunq̄ inuadit, frequentes enim & reſpergentes ſuis alis repellunt. 9.de Hiſtor.cap.34.A.

23 Aquila Pygargus. Quære Pygargus.✳.

AQVILA.Piſcis.

Aquila inter chartilaginea numeratur.5.de Hiſtor.cap.5.A.

AQVILO. Ventus flans a ſeptentrione.

1 Aquilone flante, oues mares generant, & tanta illius eſt uis, ut uel ea, quæ non niſi fœminas pariant, maſculos parere faciat.6.de Hiſtor.c.19.A.

2 Aquilonis mutatione mutat ſua cubilia herinaceus.9.de Hiſt.cap.6.B.

3 Aquilonis flatibus ſpirantibus, magis generantur mares q̄ fœminæ. Nec ſolum ſi ſpirent aquilones, ſed etiam ſi ad aquilonem ſpectent, dum coeunt pecora, ad mares gignendos iuuat, ut paſtores dicunt.4.de Gener.c.2.A.

4 Aquilone flante, cur tranſlucidius eſt mare, q̄ flāte auſtro, habes.9.Problemat. Sect.23.

5 Aquilones cur eteſii, id eſt anniuerſarii ſiant, habes.2.Problemat.Sect.26.

6 Aquilo nocte exorſus cur die tertia ceſſat, habes.9. &. 15. Problematum. Sectio.26.

7 Aquilones cur frequentius nobis, q̄ auſtri flant, habes.1. Problemat. Sect.26.

8 Aquilo cur magnus incipit, & paruus deſiſtit, oſtenditur. 41. Problematum. Sectio.26.

9 Aquilo cur ceſſat, incipiente auſtro flare, habes.43.Prob.Sectio.26.

10 Aquilo cur ſæpiſſime ſpirat, oſtenditur. 37.Prob.Sect.26.

11 Aquilonibus flantibus, cur auidiores cibi ſumus, oſtenditur. 45.Problematum. Sectio.26.

12 Aquilo cur cito ſpirat poſt auſtrum, habes.46.Prob.Sect.26.

13 Aquilo nobis cur frigidus eſt, oſtenditur. 31.Problemat.Sectio.26.

14 Aquilo cur in Helleſponto pluuius eſt, habes.58.Prob.Sectio.26.

15 Aquilo cur pluuius eſt Cyrene, habes. 58.Prob.Sect.26.

16 Aquilo interdiu cur ſpirat ingenuus, nocte deſiſtit, oſtenditur.62.Problematum. Sectio.26.

17 Aquilonis flaturi indicium eſt, cū arachneæ multæ per aerem feruntur.63.Problematum.Sectio.26.

18 Aquilo cur locis frigidis uehemens ſpirat, & ut proxime nubilus, ſic tranſuerſum liquidus fertur atq; illuſtris, græce eſt ἔξω δὲ αἴθριοι, hoc eſt, extra autē ſereni, habes.64.Problematum. Sect.26. Quære Herinaceus.5.✳.

ARABIA.Regio Aſiæ maioris. Quære Camelus.2.14.Cynnamus.Hyæna.Lacertus animal.3.Mus.14.✳.

ARACHOTAE. Populi Arachoſiæ regionis in Aſia maiori.

apud Arachotas gignitur equiceruus, & boues etiam ſylueſtres, qui tantum diſferunt ab urbanis, quantum ſues ſylueſtres ab urbanis.2.de Hiſtor.c.1.F.

ARANEA. ARANEVS. Inſecta notiſſima.

1 Aranei uenatu muſcarum uiuunt. 1.de Hiſtor.cap.1.G.

2 Aranei cibo ſui generis ueſcuntur.1.de Hiſtor.cap.1.G.

3 Aranearum coitus quomodo peragatur, habes.5.de Hiſtor.cap.8.G.

4 Aranei pellunt, & occiduntur a ſua prole.5.de Hiſtor.cap.27.A.

5 Aranei quomodo coeant, & pariant, & quo loco, habes.5.de Hiſtoria.ca.29. per totum.

6 Aranei pratenſes in terra pariunt, & quomodo pariant, habes.5.de Hiſtor. cap.27.per totum.

7 Araneus & ſtellio pugnant. 9.de Hiſt. cap.1.D.

8 Araneorum plura ſunt genera, & quomodo inter ſe differant, & quomodo uenentur beſtiolas, & telas a principio texant & efficiant, ſi uiolatæ ſint a beſtiolis, & q; fila telæ non ex intraneis ſuis emittant, ut Democritus dicit, ſed extrinſecus de ſuo corpore uelut corticem, & plura alia habes. 9.de Hiſt. cap.39.per totum.

9 Araneorū fœtum genus eſſe uermis, oſtēditur.3.de Generat.c.9.A.✳.

ARBOR.

1 Arbores quid uice excrementorū emittant, habes.2.de Part.c.10.A.

2 Arbores unde feraces aut ſteriles ſint, & tabeſcant, habes. 1. de Generatione.capit.18.O.

3 Arbores cum admodum copioſe tulerint, exareſcunt, niſi corpori alimentum remanſerit. 3. de Generatione.c.1.D.

4 Arbores redduntur odoratæ, in quas arcus cæleſtis decubuit. 3. Problematū. Sectio.12.

5 Arboris lachryma. Quære Apes. 20. Cicada.6.Planta. In qua dictione inuenies quicquid ad hanc pertinet.

ARCADIA.Regio mediterranea in Peloponneſo.

Arcadia paludoſa eſt, q̄uis ſit excelſa, quia nullos exitus habet in mare aquarum confluentium.60.Proble. Sect.26. Quære Merula auis.4.✳.

ARCHANVS.Piſcis.

1 Archanus piſcis capitones maxime corripit.8.de Hiſtor.cap.2.F.

2 Archanus hyeme laborat. 8. de Hiſtor. cap.19.B.

ARCHELAVS.

Archelaus Macedoniæ rex maiorem in modum ſibi confidebat, & ſperabat atra bili laborans.1.Problemat.Sect.30.✳ Quære Decamnichus.

ARCHYTAS. Philoſophus Tarentinus.

Archytas, moueri omnia proportione, ſentit.9.Problemat.Sect.16.✳.

ARCTOS. Id eſt urſa piſcis. Quære Vrſa piſcis.

ARCTVRVS. Conſtellatio ſeptentrionalis.

Arcturi ortus quomodo ſolet morbos aut tollere aut intendere aut remittere, aut committere, habes. 3. Problematum. Sectio. 1. Quære Thunnus.16.Vireo.1.

ARCVS CAELESTIS.

Arcus cæleſtis cur odoratas reddit arbores, in quas incubuerit, habes.3 Problematum. Sectio. 12. Quære Mel. 2.✳.Iris.

ARDEOLA. Auis, quæ Græce Erodios dicitur.

1 Ardeola petit lacus & fluuios, unde cibum quærat.8.de Hiſt.cap.3.D.

2 Ardeolæ inimicus eſt Pipo.9.de Hiſtor. cap.1.D

3 Ardeola & aquila pugnant.9.de Hiſtor. cap.1.D.

4 Ardeolarum genera tria ſunt, Pella, Alba, & Stellaris. 9. de Hiſtoria. c. 1.E.& cap.18.per totum.

5 Ardeola & cornix amicæ ſunt.9.de Hiſt. cap.1.F.

6 Ardeola cādida colore pulchro eſt. Coit, nidulatur, & parit probe. Paſcitur paludibus lacu pratis & campis.9.de Hiſtor. cap.18.A.

7 Ardeola parum aptum habet uropygiū. de Communi.animal.greſſu.c.3.E.

8 Ardeolæ uolant protendendo pedes, & ad uolatum dirigendum crurum utuntur miniſterio. de Communi. animal. greſſu. cap. 3. E. Quære Alba Ardeola.

ARENA.

Arenam cur exiguam aut nullam facit lacus, mare uero & fluuius multam, habes.33.Problemat.Sect.23.

ARGATILIS.Auis.

Argatilis riparia auis nidum intexit filis lineis in ſpeciem pilæ, aditu arcto.9. de Hiſt.cap.13.A.

ARGILLA.Terræ ſpecies.

Argilla admota cur uibices diſcutit, habes.6.Prob.Sectio.9.

ARGINVSSA. Inſula iuxta Leſbum. Quære Alcibiades.

ARIES.Animal notiſſimum.

1 Arietes primum uetuſtiores fœminas ineunt, nouellas minus perſequuntur.5. de Hiſtor.cap.14.E.

2 Arietes tempore coitus eferantur. 6.de Hiſtor.cap.18.A.

3 Aries talis coloris fœtus generat, qualis fuerit uenarum ſub lingua poſitarum color, candidos, ſi uenæ ſunt candidæ, nigros, ſi nigræ, uarios, ſi uariæ.6.de Hiſtoria.cap.19.A.

4 Arietes coeunt maturius, ſi aquam ſalſiuſculam biberint.6.de Hiſtoria.c.19.A.
5 Arietes in Aphrica ſtatim corrigeri generantur, & non ſolum mares, ut Homerus ait, ſed etiam fœminæ.8.de Hiſtor.cap.28.B.
6 Arietes in Ponto per prouinciam Scythicam nulla unq̃ cornua habent.8. de Hiſtoria.cap.28.B.
7 Arieti petulco, græce eſt ὅτι κυρίττοντι aſſimilantur nonnulli deformes per cõuitium.4.de Generatione.c.3.H.
8 Arietum pelles recenter detractæ cur ſi uibicibus aut uulneribus uerberũ admoueantur, ouis ſuper confractis, prohibent ulcera conſiſtere, oſtenditur.1.Problematum.Sectio.9.
ARISTA.Piſcis.
1 Ariſta piſcis, quæ & atherina, quando pariat, habes.6. de Hiſtoria. capit.17.B.
2 Ariſta atterens aluum arenæ parit.6.de Hiſtor.cap.17.C.
ARISTOTELES. Quære Planta.2. Problema.✳.
ARISTVLA.Piſcis.
Ariſtulæ gregatiles ſunt.9.de Hiſtoria.cap.2.A.
ARMA.Quibus ſe tuentur animalia naturaliter.
1 Arma naturalia quorundam animalium, ut calcaria, cornua, dentes, & cætera id genus in nonnullis fœminæ omnino nõ habent, aut non talia habent, qualia mares.4.de Hiſt.cap.11.C.
2 Arma quædam naturalia data ſunt animalibus quibuſdam, ut ungues, dentes, cornua.3. de Part.cap.1.B.& cap.2. per totum. Quære Aculeus.4.
3 Arma nulli fœminæ ad pugnam tribuuntur.3.de Generatione. cap.10.B. Quære Cerua.7.✳.
ARMENTVM.
Armenta magis laborant pruina ſollicitata q̃ niue.8. de Hiſtoria. capit.7.A. Quære Bos. Equus. Vacca. & cætera quæ armenta ſunt.
AROMA. Odorata quædam.
Aromata cinere ſuffita cur acrius olẽt, q̃ ſi igni ſuffiantur, oſtenditur.7.&.11. Problematum.Sect.12.
ARS.
1 Ars eſt ratio operis faciendi a materia ſeparata.1.de Part.cap.1.E.
2 Ars in artificioſis eſt principium.1.de Part.cap.1.Q.
3 Ars in iis quæ ſponte fieri nequeunt, prior eſt artificio.1.de Part.c.1.D.
4 Arte quæ fiunt, eadem ſponte fieri poſſunt nonnulla, & quæ ſint, habes.1. de Part.cap.1.G.
5 Ars eſt principium & forma eius, quod efficit, ſed in alio.2.de Gener.c.1.L.✳. Quære Admirari.
ARSINEVM.
Arſineum ſiue reticulum eſt uenter ſecundus in animalibus ruminantibus.3. de Part.cap.14.B. Quære Reticulũ. Ruminans.8.
ARTANAE AQVAE. *Sunt qui Ardania legant, quæ & Oechalia Theſſaliæ urbs, græce tamen eſt* ἐν ἀρτάνει Artanæ aquæ cur licet feruidæ ſint, tamẽ potui idoneæ ſunt, habes.16.Problematum.Sectio.24.
ARTERIA. Qua ſpirant, & uocem ædunt animalia.
1 Arteria accipiendi & reddendi tantummodo ſpiritus officio fungitur.1.de Hiſtoria.cap.16.C.
2 Arteria nominatum eſt, quantum colli ipſius chartilagineum priorem obtinens ſitum uocem & halitum tranſmittit.1.de Hiſtoria.cap.12.A.
3 Arteria gulæ comes iungitur in omnib9, quæ illam habere naturæ placuit.1. de Hiſtor.cap.16.B.
4 Arteriam habent omnia animalia, quæ habent pulmonem.1. de Hiſtoria.cap.16.A.
5 Arteria conſtat natura chartilaginis, & ſanguinis perq̃ exigui compos eſt, & uenulis complexa tenuibus, & quod ad ſuperiora, id eſt habitum pertinet, eregione poſita eſt foraminibus narium, quæ in oris partem pateſcunt. Vnde fit, ut quoties inter bibendum humor retrahitur, effluat ex ore per nares. Iungitur uero arteria linguæ poſtremæ, quæ lingua nominata eſt, quæ per uenas arteriæ foramen, quod ad os ſpectat, operiat.1.de Hiſtoria.cap.16.C.
6 Arteria altero ſui extremo cum lingua coniungitur, altero ad pulmonis intercapedinem deſcendit, tum in utramq; partem pulmonis finditur. Eſt namq; pulmo bipartitus.1.de Hiſt.c.16.C.
7 Arteria quoties inflatur, ſpiritus ſubit caua pulmonis.1.de Hiſt.c.16.C.
8 Arteriæ iungitur cor obeſis chartilagineis fibroſiſq; uinculis, & qua annectitur, cauum eſt.1.de Hiſtor.c.16.C.
9 Arteria dum inflatur, an ſpiritus ſubeat cor, minus manifeſtum eſt in nonnullis ſcilicet minutis animalibus, at in grandioribus ſpiritum ſubire cor, dum arteria inflatur, apertum eſt.1. de Hiſtoria.cap.16.C.
10 Arteria nil aliud q̃ ſpiritum pati uidetur, uel ſiccum, uel humidum, ſed ubi in eam tale quid deerrauerit, tamdiu torquetur, dum excutiat, quod delapſum eſt.1.de Hiſtoria.cap.16.D.
11 Arteriam habent omnia, quæ aerem recipiunt.2.de Hiſtoria.cap.15.A.
12 Arteria eſt omnibus quadrupedibus uiuiparis eodem ſitu, quo homini.2.de Hiſtoria.capit.15.A.
13 Arteria tendit omnibus ad pulmonem.2.de Hiſtoria.cap.17.B.
14 Arteria ſpirationis cauſa data eſt omnibus animalibus, per eam enim trahunt, & reddunt ſpiritum animalia.3.de Part.cap.3.A.
15 Arteria chartilaginoſa eſt, non ſolum ſpirandi gratia, ſed etiam uocis, nam quod ſonare debet, læue atq; ſolidum eſſe oportet.3.de Part.cap.3.D.
16 Arteria ante gulam poſita eſt, quamq̃ aliquando impedimento eſt, cum cibus ingeritur, ſi quid enim in arteriam inciderit, tuſſiones & ſtrangulationes fiunt. Vnde non ſunt audiendi, qui dicunt, potũ per arteriam meare, cum nullus meatus de pulmone ad uentrem pertineat. Vt uero arteria non infeſtetur a cibo aut potu, cum poſita ante ſit, ligula illi impoſita prohibet, quæ arteriam operiat.3.de Part.cap.3.B.✳.
ARTICVLVS. Digitorum.
1 Articulus ſeu nodus eſt, qua ſe inflectunt digiti.1.de Hiſtor.c.15.A.
2 Articulis qui indit9 eſt humor, cur tenax eſt, habes.24.Problemate. Sectio.1. Quære Nodus.
ARTIFEX.
1 Artifices illuſtres omnes melãcholico habitu fuerunt.1.Problemat.Sect.30.
2 Artifex præcurrit opificium. de Communi.animal.motu.cap.2.C. Quære Expertus.✳.
ARVNCVS.Quære Capra.16.
ARVNDO.Quære Harundo.
ARVS.Herba.
Arum herbam guſtat urſus, cum primũ egreditur latibulum, ut laxetur eius inteſtinum.8.de Hiſt.c.17.A.
ASCALAPHVS.Auis.
Aſcalaphus appẽdices habet.2.de Hiſtoria.cap.17.G.
ASCARIS. Quæ & tipula. Quære Tipula.
ASCENDENS.
Aſcendentes cur genibus laboramus, deſcẽdẽtes femorib9, habes.19.Prob.Sect.5.
ASELVS.
1 Aſelus piſcis latet æſtate.8.de Hiſt.c.15.B
2 Aſeli quomodo uenentur alios piſces, habes.8.de Hiſtor.cap.37.A.
ASIA. Tertia orbis terreni pars. Quære Fera.2.Panthera.4.✳.
ASILVS Vermis piſces infeſtans. Quære Gladius.2.Piſcis.40.41.
ASILVS. Inſectum armentis infeſtum.
1 Aſili prouenìunt ex culicibus paluſtribus.1.de Hiſtoria cap.1.D.
2 Aſilus aculeum in aluo gerit.1.de Hiſtoria.c.5.C.
3 Aſili tergora quadrupedũ penetrant promuſcide.4.de Hiſtor.c.4.C.
4 Aſilus quidam oritur ſub pinna thũnorũ ſpecie ſcorpionis, magnitudine aranei.5. de Hiſtoria.cap.31.B.
5 Aſili unde gignantur, & ubi magna illorum copia, habes.5.de Hiſt.c.19.C.
6 Aſili ſanguine ueſcunt.8.de Hiſt.c.11.A.
7 Aſilus lingua adacta cutem hominum ſecat.1.de Part.cap.17.D.✳.
ASILVS.Auis.
Aſilus uermiculos petit.8.de Hiſt.c.3.A.
ASINA.ASINVS.
1 Aſino deeſſe fel, notatum eſt.2.de Hiſtoria.cap.15.B.
2 Aſinorum ſanguis craſſiſſim9 eſt, & nigerrimus.3.de Hiſt.c.19.A.
3 Aſini Epiri exigui ſunt, cum reliquas quadrupedes magnas ferat Epirus.3.de Hiſt.cap.21.A.&.8.de Hiſtor.cap.28.B.
4 Aſinæ lac poſt lac cameli & equæ eſt tenuiſſimum.3.de Hiſt.c.20.B.
5 Aſellam anniculam uentrẽ geſſiſſe aiunt, ita ut q̃d pepererat, educari atq; pfici potuerit.5.de Hiſtoria.c.14.D.
6 Aſinus tam mas q̃ fœmina quo tempore coeat, habes.5.de Hiſtor.cap.14.D.& 6.de Hiſtor.c.23.A.C.
7 Aſinus non ſolum pediculis caret, ſed etiã rediuis.5.de Hiſt.c.31.B.
8 Aſina continuo parere poteſt.6.de Hiſtoria.cap.23.A.
9 Aſinæ tenuem magis urinam reddunt q̃ mares.6.de Hiſt.cap.14.E.
10 Aſina quomodo pariat, oſtenditur.6.de Hiſtoria.cap.23.A.

11 Aſinus ocyus implet equam,ꝙ equus.6.de Hiſtor.cap.22.A.
12 Aſinus ſi equam ex equo grauidam inierit, corrumpitur fœtus. 6. de Hiſtoria. cap.22.D. & cap.23.A.&. 2.de Generatione.cap.6.D.
13 Aſinus tam mas ꝙ fœmina coire incipit triceſimo menſe,ſed iam aſina annicula concepit,& prolem educauit.2.de Hiſtoria.cap.23.A.
14 Aſinus dentes priores triceſimo menſe ſuæ ætatis emittit, tertios etiam & quartos eodem menſe. Quartos uero dentes gnomones uocāt a iudicanda ætate. 6.de Hiſtoria.cap.23.A.
15 Aſina reiicit ſemen a coitu,niſi interpelletur, quapropter ſtatim poſt coitum uerberant, & inſectantur. Parit duodecimo menſe,& ſingulatim procreat prolem, ea enim natura eſt,ut unum pariat,ꝙuis nõ nunꝗ gemellos. 6.de Hiſtoria.c.23.A.
16 Aſini genituram non corrumpit equus.6. de Hiſtoria.cap.23.A. &. 2. de Generatione.cap.6.D.
17 Aſinis uita eſt amplior annis triginta, & fœmina mare uiuacior eſt.6.de Hiſtoria.cap.23.A.
18 Aſinus ſi iniat equam, aut equus aſinam, magis fiunt aborſus.6.de Hiſtoria. cap.23.B.
19 Aſinum non admittit equa, niſi aſinus equam ſuxerit. 6.de Hiſtoria.cap.23.B. Quære Hippothela.
20 Aſinus herba & fruge ueſcitur,ſed maxime potu pingueſcit, & quominus potum aſpernatur, hoc appetentior pabuli eſt, abſtinentiam potus, uel quatriduo poteſt tolerare. 8. de Hiſtoria. cap.8.A.
21 Aſini uno morbo laborant,quem melida uocāt.In capite oritur, facit ut per nares multa pituita & ruffa effluat,quæ ſi ad pulmonem deſcendit,moriūtur, ſed ſi in capite eſt, non infert interitum.8.de Hiſtoria.cap.25.per totum.
22 Aſinus frigoris impatiens maxime eſt, quare Scythia, & Pontus aſinis caret. 8. de Hiſtoria. cap.25. A.&. 2. de Generatione.cap.6.D.
23 Aſini parui ſunt i Epiro,Illyrica,& Thracia.In Scythia uero & Gallia nulli ꝑpter frigus.8.de Hiſtoria. cap.28.C. &.2.de Generatione.cap.6.A.
24 Aſino prælium eſt cū Salo aui,tum quia aſinus ſua ulcera atterat ſpinetis, tum quia ruditu aſini aborſum facit, tum quia metu uocis aſini pulli Sali cadant in terram, quapropter aduolans Salus aſini ulcera roſtro excauat. 9. de Hiſtoria.cap.1.D.
25 Aſino hoſtis eſt lupus,quia cum carne ueſcatur lupus, aſinos inuadit. 6.de Hiſtoria.cap.1.D.
26 Aſini narem ſubit Colota,nec ſinit illum comedere.9.de Hiſtoria.cap.1.E.
27 Aſino aduerſarius eſt coruus,quippe qui aduolans feriat, & eius oculos laceret.9. de Hiſtoria.cap.1.E.
28 Aſinus & Spinus inimici ſunt,quia aſinus uepres tenellas, quibus ſpinus ueſcitur, paſcit.9.de Hiſtoria.cap.1.F.
29 Aſinus cor magnum habet proportione corporis.3.de Part.cap.4.G.
30 Aſinus felle omnino caret. 4. de Part. cap.2.A.
31 Aſinus frigidus eſt,& frigoris impatientia laborat, & ſemen frigidum habet, ideo ſi equam ſuperuenerit, quam equus inierit,peruertit initum equi propter frigiditatem ſeminis,equus uero non peruertit initum aſini,quia ſemen illius calidum eſt.2.de Generatione.cap.5.D.
32 Aſina fert uterum annum. 2.de Generatione.cap.6.D.
33 Aſina conceptus incõtinens eſt.2.de Generatione.cap.6.D.
34 Aſinus facile labitur ad ſterilitatem. 2.de Generatione.cap.6.E.
35 Aſinis pili e cicatricibus cur ſe promere poſſunt, oſtenditur. 29. &.31.Problemat.Sectio.10.✳.

ASINVS INDICVS. Qui & unicornis dicitur.

1 Aſinus indic9 & unicornis eſt & ſolipes. 2.de Hiſtoria.cap.1.A.
2 Aſinus indicus inter omnia ſolipeda talum habet.2.de Hiſtoria.cap.1.G.
3 Aſinus indicus unico cornu armatur in medio capitis fixo.3.de Part..c.2.B.

ASYRITIS.Quære Ouis.3.

ASIO.Auis nocturna.

1 Aſio carniuorus eſt. 8. de Hiſtor.cap.3.A.
2 Aſio minor ꝗ noctua eſt.8.de Hiſt.c.3.A
3 Aſiones aliqui omnibus anni temporibus apparent,& ideo perennes & ſempaſiones dicūtur compoſito uocabulo. Qui non ſunt idonei eſui propter uitium carnis, alii tamen autumno apparent, nec plus uno aut altero die immorātur,qui eſui idonei ſunt, & ꝙ uox iis deeſt, illis non deeſt.De generatione eorum nihil exploratum habetur,niſi ꝙ fauoniis flantibus,apparēt.9.de Hiſtoria.cap.28.Quære Otus.Vlula.

ASPHODELVS.Herba quæ & albucū ſeu haſtula regia latine dicitur.
ex Aſphodelo accipiunt apes, unde cerā cōficiant.9.de Hiſtoria.cap.40.M.

ASPIS.Animal uenenoſum.

1 Aſpis in Aphrica gignit in agro, in quo laſſer ſerpens,cuius ictui nullum remediū eſt.8.de Hiſtoria.cap.19.A.
2 Aſpis hoſtis eſt Ichneumoni,& Ichneumon pugnaturus contra aſpidem prius ſocios uocat,ꝗ egrediatur, deinde madefacto corpore in terra ſe uolutat, & limo obducto,ſe loricat,& ſic aſpidem aggreditur.9.de Hiſtoria. cap.6.A.Quære Ichneumon.✳.

ASSVESCERE.
Aſſueſcere eſt crebro & ſæpe idem facere. 14.Problemat.Sectio.21.

ASSVM.Vt opponitur elixo.
Aſſa aliqua cur ſint aptiora cibo ꝗ elixa, habes.14.Problemat.Sect.21.✳.

ASTROLOGVS.
Aſtrologi primo ea,quæ apparent,oſtendunt, deinde cauſam eorum reddunt.1. de Part.cap.1.B.✳.

ATHENAE. ATHENIENSES. Ciues Athenarum urbis in Attica.
Athenis corui defecerunt, quando apud Pharſala Mediæ hoſpites perierunt.8.de Hiſt.c.31.A.Quære Terrix.3.✳.Aeneia.
Atticus.a um.

ATHLETA.Interpretatur pugil.

1 Athletæ ægrotant nimio cibi uſu. 4.de Generatione.cap.3.F.
2 Athletæ aut nullo morbo premūtur, aut morbo preſſi uita decedunt,quia non niſi magna cauſa ægrotant.28. Problemate. Sect.1.✳. Quære Pancratiaſtes.

ATHERINA.Interpretat̃ ariſta.Quære Ariſta.

ATHOS.Mons in Macedonia.
ſuper Athon cur nulli fiunt uēti propter illius celſitudinē,habes.38.Prob.Sect.26. Quære Locuſta cruſtatū.9.Sus.30.

ATLAS. Quem cælū ſuſtinere & mouere fabulantur poetæ.
Atlantem pedibus innitentē terræ mouere cælos ſuper polos, fabuloſum eſt. de Communi.animal.Mot.cap.1.E.✳.

ATRA BILIS. Quæ græce & uulgo Melācholia dicit̃.Quære Archelaus.Bilis.

ATRAMENTVM. Humor niger quē mollia intra ſe continent.

1 Atramentū molliū quo cōtineat̃,& effundat̃,& quæ mollia plus atramenti habeāt, quæ minus,habes.4.de Hiſtor.cap.1.D.
2 Atramētū effūdūt mollia metu pculſa.4. de Hiſt.c.1.D.Quære Mollia.12.24.25.
3 Atramētū quæ aīalia habeāt,& ubi, & ꝗ cauſa,habes.4.de.Part.c.5.B.C.

ATRICAPILLA. Auis quæ & ficedula dicitur.

1 Atricapilla & ficedula uicibus commutātur,fit enim ficedula, ineunte autumno, ab autumno protinus atricapilla,nec inter eas diſcrimē aliquod eſt,niſi coloris & uocis,auis aūt eadē eſt.9.de Hiſt.c.49.C.
2 Atricapilla plurima oua parit & numero ſemper impari,ut aiunt.Nidificat in arboribus,& uermiculis alitur.Acumine ſummæ linguæ caret.7.de Hiſt.c.15.A.

ATTAGENA.Auis cibo optima.
Attagena puluere ſe uolutat. 9.de Hiſtoria.cap.49.C.

ATTENDO.Quæ pars nerui appellatur.Quære Neruus.3.

ATTICA.Regio littoralis in Græcia.
Attica cur fructus oēs dulciſſimos fert, Thymum uero acerrimū, oſtendit.20. Prob.Sect.20.Quære Helleſpontias.

AVARVS.Quære Pecunia.✳.

AVDACIA.AVDENTIOR.

1 Audacia unde ſit,habes. de Communi. animal.Mot.cap.2.D.
2 Audentiores ſunt, quibus cor minus eſt, aut mediocre.3.de Part.cap.4.I.✳.

AVDIRE.AVDITVS.

1 Audiēdi ſenſum quæ obtinēt,aliis inſunt auriculæ,aliis deſunt, meatuſq; tantum patēt audiendi.1.de Hiſtoria.cap.11.A.
2 Audit9 eſt a latere,& in eodem orbe,quo oculi.1.de Hiſtoria.cap.15.D.
3 Auditus ſenſorium determinatum locū habet, nam auriculæ aliquibus pendent, aliquibus foramina ſunt aurium. 4.de Hiſtoria.cap.8.B.
4 Auditus pluribus eſt in capite. 2. de Part. cap.10.B.
5 Auditus ſenſorium aeris eſt. 2.de Part. cap.10.C.
6 Audimus nō ſolum per directum,uerum etiam undiq;.2.de Part.cap.10.D.
7 Audire acuti9 dupliciter dicitur, aut quia longius, aut quia exactius. 5.de Generatione.cap.1.H.
8 Audiendi eadem eſt ratio quæ & olfaciendi,& quomodo id fit, habes. 5.de Generatione.cap.2.A.
9 Audiendi meatus aeris eſt. 5. de Generatione,capit.2.A.

10 Audientes aliquos ſonos, cur inhorreſcimus, ut quando ſerra exacuitur, aut pumex ſecatur, habes. 3. Problemate. Sect.7.
11 Auditus ſenſus cur maxime lædi poteſt a natiuitate, oſtenditur. 1. Problemat. Sect.11.
12 Audimus melius nocte q̃ die .5.Problemate. Sectio.11.
13 Audimus cur magis ſtrepitũ extrinſecũ intus, q̃ intrinſecum foris, habes. 37.Problemat.Sect.11.
14 Audimus cur melius ſpiritum retinẽtes, q̃ cum reddimus, habes. 41.&. 48.Problem.Sect.11. Quære Mugilis.1.✳.
AVGERE.
Augeri aliquid eſt neceſſitatis ratio.2.de Generatione.cap.1.R.✳.
AVGVR. Qui ex auium uolatu aut uoce futura prædicit.
Augures ex pugna aut concordia auiũ inter ſe colligunt ſua diffidia aut cõfidia, & pacem ſtatuunt confidio, bellum diffidio.9.de Hiſtoria.c.1.C. Quære Sternutamentum.1.✳.
AVGVSTVS. Menſis. Quære Scombrus.2.Coturnix.5.
AVIS.
1 Aues quædam depedes ſunt, non quia nullos habeant pedes, ſed ꝙ exiguos, unde apedes uocatæ ſunt. 1.de Hiſt. c.1.F. Quære Cypſellus.
2 Aues marinæ aliæ ſunt ſaxatiles, aliæ pelagiæ, aliæ littorales.1.de Hiſt.c.1.H.
3 Aues appellamus pennas habentes. 1.de Hiſtoria.cap.5.C.
4 Auium natura, & quibus cum terreſtribus conueniant, explicatur. 2.de Hiſtori.cap.13.per totum.
5 Auibus omnibus caput ineſt & collum & dorſum, & quod pectori proportionetur, crura etiã bina hominis mõ, ſed quæ in auerſum flectãtur eodẽ ritu, quo quadrupedes faciũt.2.de Hiſt.cap.12.A.
6 Aues carẽt manibus pedibuſq; priorib⁹. 2.de Hiſtoria.cap.12.A.
7 Aues peculiariter inter cætera animalia alas poſſident, & clunem femori ſimilẽ longiorem, uentreq; medio tenus porrectum cohæſione perpetua, ita ut ipſum diuulſum femur eſſe uideatur, femur tñ ipſum parte alia tibiæ coniunctum eſt.2. de Hiſt.cap.12.A.
8 Auibus illis femora maxima ſunt, quæ habent ungues aduncos, & pectus robuſtius, q̃ cæteræ aues. 2. de Hiſtoria.capit.12.A.
9 Auibus omnibus eſt copia unguiũ, multifidæ etiam quodammodo omnes ſunt, quippe cum pars maxima digitata ſit. Nã omnibus auibus, quæ ſe offerunt, quaterni digiti dati ſunt, terni in priori parte, ſinguli in poſteriori maxima ex parte pro calce.2.de Hiſtor.cap.12.A.
10 Auibus paucis dati ſunt bini digiti utrinq;, ut Iyngi.2.de Hiſtor.c.12.A.
11 Aues os proprium poſſident, non enim labra, non dentes, ſed roſtrum habent. Auriculis etiam carent & naribus, meatusq; odorandi in roſtro habent, audiẽdi in capite.2.de Hiſtor.cap.12.B.
12 Aues non pilis, nõ ſquamma, non cortice, ſed pennis teguntur. 2.de Hiſtoria. cap.12.B.
13 Auibus bini oculi ſunt, ſed ſine ciliis, grauiores membrana palpebra inferiore cõniuent, nictantur omnes ab angulo oculi obeunte membrana, quæ uero noctuæ ſpeciẽ gerunt, conniuent etiam palpebra ſuperiore.2.de Hiſtor. cap.12.B.
14 Aues ligulam ſeu epiglottida non habẽt, ſed arteriam ipſam modo contrahunt, modo laxant, & ita efficitur, ne quid in pulmonem decidat. 2.de Hiſtoria. capit.12.C.
15 Auium pennæ omnes caule conſtant. 2.de Hiſtoria.cap.12.B.
16 Auium cauda non eſt talis, qualis quadrupedum, ſed pennis condita. Breuis eſt cauda palmipedibus & longipedibus, longior uero illis, quæ econtrario conſtãt, uel quæ contractis ad uentrem pedibus uolant.2.de Hiſtor.cap.12.C.
17 Auibus omnibus lingua eſt, ſed uaria, nam aliis longa, aliis breuis, aliis lata, aliis anguſta.2.de Hiſtoria.cap.12.C.
18 Auium quædã genera, & præcipue quibus latior eſt lingua, proferre poſſunt literas poſt hominem. 2. de Hiſtoria. capit.12.C.&.2.de Part.c.17.A.
19 Aues, quæ aduncos ungues habent, non habẽt calcar, ſed illæ quæ ineptiores ſunt ad uolandum, nam unguicurues uolaces ſunt.2.de Hiſtoria.cap.12.C.
20 Aues quædam criſtam gerunt eminentia quadam plumarum ſtructam, ſolus gallinaceus peculiarem criſtam ſortitus eſt, ut nec caro ſit, nec a natura carnis omnino aliena.2.de Hiſtor.cap.12.C.
21 Auium magna pars tam exiguum lienẽ habẽt, ut propemodum ſenſum effugiat. 2.de Hiſtoria.cap.15.B.
22 Auibus aliquando fel annexum eſt iecori, aliquãdo ſemotius ab eo.2.de Hiſtor. capit.15.C.
23 Aues & inter ſe differũt, & a cæteris animalibus in interiorib⁹.2. de Hiſt.c.17.F.
24 Auium ingluuies quid ſit, & qualis, oſtẽditur. 2.de Hiſtoria. c.17.F.G. Quære Ingluuies.
25 Auibus quibus ſint appendices, & ubi, habes.2.de Hiſt.c.17.G.
26 Auibus omnibus dati ſunt teſtes, non qui foris dependeant, ſed qui lumbis adhæreant.3.de Hiſtoria.cap.1.A.&.9.de Hiſt. cap.49.50.A.
27 Auium roſtra longiora redduntur ſenectute.3.de Hiſtor.cap.11.D.
28 Auium pennæ non mutantur ætate, præterq̃ gruis, cuius pennæ nigreſcunt in ſenecta. Temporibus tamen quoties frigora grauiora urgent, mutãtur. 3.de Hiſtoria.cap.12.A.
29 Auium color uiciſſitudine temporũ mutatur, ita ut uix agnoſcatur, niſi eius rei peritus ſit. Aquarum etiam diuerſarum uſu colorem mutant. 3. de Hiſtoria. cap.12.A.
30 Aues lacte & mammis carent.3.de Hiſtoria.cap.2.B.
31 Auibus quibuſdam ut gallis & coturnicibus tantum maribus datus eſt cantus. 4.de Hiſtor.c.9.D.
32 Auium generi foramina tantum odorãdi ſunt in roſtro, non autem nares. 4. de Hiſtoria.c.8.A.&.2.de Part.c.16.C.
33 Aues uocem emittere poſſunt, & illæ melius loquutionem formant, quibus lingua latior eſt, illæ uero garrulæ & canoræ magis, quæ minores ſunt. 4. de Hiſtoria.cap.9.C.
34 Aues aliæ ante pugnam ædunt uocem, qua prouocant hoſtem, ut perdices, aliæ in pugna, ut coturnices, aliæ cum uicerunt, ut gallinaceus.4.de Hiſt.c.9.C.
35 Auium quædam canoræ ſunt tã mares q̃ fœminæ.4.de Hiſtoria.c.9.D.
36 Auium quædam non imitantur uocem parentum, ſi caruerint educatione parẽtum, & moribus, & aliarum auium cantu inſueuerint.4. de Hiſtor.c.9.D.
37 Aues uento concipiunt oua, quæ ſubuẽtanea appellantur. 5.de Hiſtor. cap.1.B. Quære Ouum.7.19.20.21.22.40.
38 Aues nõ poſſunt procreare ultra ouum, niſi maris opera fiat.5.de Hiſtor.c.1.B.
39 Aues intus ſuos teſtes continent. 5.de Hiſtoria.cap.5.B.
40 Aues ut plurimum uere coeunt, & ineũte æſtate.5.de Hiſtor.c.8.B.
41 Aues quoties pariunt, & quibus anni tẽporibus, oſtenditur.5.de Hiſt.c.13.p totũ.
42 Aues nonnullæ pauciora oua ædunt. 5.de Hiſtor.cap.14.A.
43 Aues illæ celerius excludunt, quæ æſtate incubant.6.de Hiſt.c.2.C.
44 Aues omnes licet oua pariant, non tamẽ coitus & partus idem tempus eſt omnibus.6.de Hiſt.c.1.A.
45 Aues maxima ex parte pariunt uerno tẽpore.6.de Hiſtor.c.1.A.
46 Aues aliæ aliis fœcundius pariunt, aut quia crebrius, aut quia numeroſius. 6.de Hiſtor.cap.1.B.
47 Aues quibus ungues ſunt adunci, parcius generant, excepto Tinnũculo.6.de Hiſtor.cap.1.B.
48 Aues om̃es in nidis pariũt, niſi illæ, quæ minus uolant, ut perdices, quæ pariunt in denſo frutice.6.de Hiſt.cap.1.B.
49 Auium omnium ouum bicolor eſt, luteum interius, album exterius habens.6. de Hiſt.cap.2.A.
50 Auium ſemen genitale album eſt. 6.de Hiſtoria.cap.2.B.
51 Aues coitu inhorreſcũt, & ſe excutiunt, ſæpe etiam feſtuca aliqua ſe luſtrãt, quod idem, & ædito ouo, faciunt interdum.6. de Hiſtor.cap.2.D.
52 Auium mares cõplures oua frangunt.6. de Hiſtor.cap.4.A.
53 Aues omnes cum parere incipiunt, fere ſemper oua continẽt, quamq̃ in nõnullis nõ facile uideri poſſunt ob exilitatem. 6. de Hiſtor.cap.4.A.
54 Aues anniculæ magna ex parte nequeũt generare.6.de Hiſtor.cap.4.A.
55 Aues carniuoræ non plus q̃ ſemel in anno pariunt.6.de Hiſtor.c.5.A.
56 Aues magnæ tricenis dieb⁹ incubãt, mediocres uicenis.6.de Hiſtor.c.6.A.
57 Aues quibus numeroſus eſt partus, pullũ unum ſæpe e nido expellunt.6.de Hiſtoria.cap.6.A.
58 Aues omnes fere aduncorum unguium pullos nido pellunt, cum primum prouolandi facultas fuerit, percutienteſq; cogũt diſcedere. Quod maxima ex parte cæteræ aues faciunt præter cornicem, quæ pullos ſuos uolantes paſcens comitatur. 6.de Hiſtor.cap.6.A.
59 Aues aquaticæ iuxta paludes & in locis herbam habentibus nidũ conſtruunt. Quod fit, ut occupatæ negocio incubã-

di poſſint ſumere cibum . 6.de Hiſtor. cap.8.A.
60 Auium magna pars incubat,uiciſſim fœminæ mare ſuccedente. Aliqui tamen mares tantiſper incubandi munus ſubeunt, dum fœminæ intermiſſo incubitu, cibum quærunt.6.de Hiſt.cap.8.A.
61 Aues quædam ſylueſtres mares fugiunt, cum parere uolunt,quia mares earũ oua frangãt.6.de Hiſt.c.9.A.
62 Aues niſi pariant,laborant morbo, atq; intereunt.6.de Hiſt.cap.2.D.
63 Aues ungues aduncos habentes omnes carniuoræ ſunt, nec frugem deuorare queunt, etiam ſi in os indideris. 8. de Hiſtoria.cap.3.A.
64 Aues palmipedes uictum quærunt ex aqua.8.de Hiſtor.cap.3.C.
65 Aues omnes potu exiguo cõtentæ ſunt. Aduncis uero unguibus quæ ſunt,omnino non bibunt, præterq̃ pauciſſimæ, idq; raro.8.de Hiſtoria. c.3.D.&.c.18.A. Quære Aquila.7.
66 Aues ungues aduncos habentes aggrediuntur alias aues & cætera, quæ ſuperare poſſunt,ſed non ſui generis. 8.de Hiſtoria.cap.3.D.
67 Auium uictus qualis ſit, & quæ carniuoræ, quæ frugiuoræ,quæ ſint omniuoræ,quæ ex quo loco petant cibum, habes.8.de Hiſt.c.3.per totum.
68 Aues ſorbitu bibunt,& quæ collum porrectius intermittũt, caputq; reſupinant, habes.8.de Hiſt.c.6.A.
69 Aues imbecilliores hyeme campos petũt, ut tepore gaudeant, æſtate montes repetunt,ut refrigerentur. 8. de Hiſtoria. cap.12.B.
70 Aues plures hyeme occultanẽ.8.de.Hiſtoria.cap.19.B.
71 Aues melius ualent per ſqualores,& conducunt ſqualores ad earum partum.8. de Hiſtor.cap.18.A.
72 Aues aduncis unguibus parum aut nil bibunt. Quod neſciuit Herodotus, cũ aquilam præſidem augurii bibentem facit in narratione obſidionis Nini. 8. de Hiſtor.cap.18.A.
73 Auium rex qui dicitur, priuatas inimicitias gerit cum noctua. 9.de Hiſtoria. cap.1.D.
74 Aues,quæ inter ſe gerunt inimicitias & amicitias,quæ ſint, habes. 8.de Hiſtoria.cap.1.per totum. Quære in ſingularum dictionibus.
75 Aues ſi uulnus in pugna acceperint,cunilam herbam ſuperimponunt plagæ. 9. de Hiſt.c.6.B.Quære Cunila.
76 Aues quas ceperit muſtela, iugulat, & prudenter illas capit. 9. de Hiſtoria. cap.6.B.
77 Aues agreſtes quibus locis nidulentur, habes.8.de Hiſt.cap.11.per totum.
78 Aues multæ fidipedes iuxta aquas uiuũt. 9.de Hiſt.cap.12.A.
79 Aues palmipedes omnes uiuunt iuxta fluuios & lacus & maria. 9.de Hiſtoria.cap.12. A.
80 Aues tunc maximas & plurimas uoces emittunt,cũ coeunt.9.de Hiſt. ca.49.C.
81 Aues quædam aqua,quædam ſe puluere uolutant,quædã nec puluere nec balneo utuntur.9.de Hiſt.c.49.C.
82 Aues quæ non altiuolæ,ſed propinquæ terræ uolãt,ſunt pulueratrices,id eſt quæ ſe puluere uolutant,quæ uero rectungues ſunt,lotrices ſunt, adũcarum maior pars nec lotrices, nec pulueratrices ſunt. 9.de Hiſt.cap.4.9.C.
83 Aues licet oſſa habeant, fragilia tamen ſunt.2.de Part.cap.9.C.
84 Aues non habẽt aures,ſed meatus auditorios tantum,quia materia,unde fiant aures,carẽt.2.de Part.cap.12.A.
85 Aues cilium non habent,excepta Struthione Aphricana.2.de Part.cap.14.A.
86 Aues lingua utuntur ad ſui ſenſus mutuam interpretationẽ. 2.de Part.c.17.A.
87 Auium roſtra differunt inter ſe. 3.de Part.cap.1.D.
88 Aues roſtrum habent pro maxillis,& arctum eſt propter capitis paruitatẽ, oſſeũ autem,quia commode cibum capiant,& illo armentur.2.de Part.cap.16.C.
89 Aues pulmonem fungoſum habent, & ideo diutius manere ſub aquis poſſunt. 3.de Part.cap.6.B.
90 Aues quædam liene carent,quæ uentriculum feruentiorem habent. 3. de Par. cap.7.C.
91 Aues renes non habent, uidentur tamen habere quandam carniculam latiuſculam ſpeciem renum oſtendentem. 3.de Part. cap.9.A.&.2.de Hiſtoria.cap.16.A.
92 Auium iecur ſimile eſt uiuiparorum iecori,puro enim & ſanguineo colore exhilaratur,quia corpora auiũ euaporari optime poſſunt,& ideo minus excrementi uitioſi habent.3.de Part.cap.12.A.
93 Aues non habent dentes,aut aliquid proportionale, quo cibos conficiant. 3. de Part.cap.14.B.
94 Auium humor in plumas conuertitur. 4. de Part.cap.1.A.
95 Auium partes omnes exteriores explicantur.4.de Part.cap.12.per totum.
96 Aues omnes pennatæ ſunt,idq; propriũ habent ad alia genera animalium, pennas tamen multiplici differentia continent.4.de Part.c.12.A.
97 Aues roſtrum naturæ ſingularis præ cæteris gerunt.4.de Part.c.12.A.
98 Auibus datur collum cruribus proportionatum.4.de Part.c.12.B.
99 Auibus quibus ſunt adunci ungues,collum datum eſt breuius. 4. de Part. cap.12.B.
100 Aues palmipedes longius collum habent proportione crurum. 4. de Part. cap.12.B.
101 Aues collo quaſi arundine piſcatoria,roſtro uero uelut linea & hamo utuntur. 4.de Part.cap.12.B.
102 Auium crura bina ſunt, ut in homine, ſed intro flectuntur, ut quadrupedum ſuffragines.4. de Part.c.12.C.
103 Auibus pendent alæ pro brachiis & prioribus pedibus . Sunt autem alæ membrum peculiare auibus. 4.de Part. cap.12.C.
104 Auium pectus acutum & carnoſum eſt, acutum ut melius uolent,findunt enim aerem uelocius , carnoſum, ut non ſit imbecillum.Nam acutum ſi non ſit bene opertum, imbecillum eſt. 4.de Part. cap.12.C.
105 Auium uenter ſubiacet pectori ad oſtiũ uſq; excrementi, & ſuffraginẽ trudens, ut in quadrupedibus & homine. 4.de Part.cap.12.D.
106 Aues umbilicum habent,ſed iam adultis deliteſcit,incertuſq; eſt. 4. de Part. cap.12.D.
107 Auium aliæ uolaces ſunt, quæ ſcilicet aut carniuoræ ſunt, aut tutari ſe uolatu debent, aliæ graues, quæ ſcilicet fruge ueſcuntur,aut natant,& apud aquas immorantur.4.de Part.c.12.D.
108 Aues uncis unguibus difficulter ambulant, nec in ſaxis conſiſtunt.4.de Part. cap.12.E.
109 Aues calcaribus armatæ ad pedeſtre certamen eis utuntur,nec ulla auis, quæ ungues aduncos habeat, calcar habet, officit enim uolatui auis. 4. de Part. cap.12.F.
110 Auium pedes multiplici differentia conſtant,& cur pedis tanta ſit diuerſitas,habes. 4.de Part.c.12.F.G.
111 Aues ſi collo longo & craſſo ſint,uolant eo porrecto,ſi tenui,curuato feruntur.4. de Part.cap.12.F.
112 Aues omnes clunes habent. 4.de Part. cap.12.F.
113 Auium digiti quales ſint, habes. 4.de Part.cap.12.G.
114 Auibus omnibus teſtes eſſe, certũ eſt, ſed adhærent intus lumbis. 4.de Part. cap.12.G.
115 Auium partes exteriores explicantur ꝑ ſingulas.4.de Part.c.12.G.
116 Auium magnitudinem minimam eſſe, propè dixerim, neceſſe eſt,corporis nãq; molem ſublimem ferri, nõ facile eſt.4. de Part.cap.14.A.
117 Aues perfectũ ouum ædunt cruſta intectum,niſi morbo lædantur, omnia autem auium oua bicolora ſunt.3.de Generatione.c.1.A.
118 Aues quæ pariant oua ſubuentanea ſeu zephyrina, & quã ob cauſam, explicatur. 3.de Generatione.cap.1.B.C.
119 Aues uncungues, nec ſalaces ſunt, nec multiparæ. 3. de Generatione. cap.1.B.C.
120 Auium oua fragiliora ſunt,q̃ quadrupedum.3.de Gener.cap.2.C.
121 Auibus nulla menſtrua prodeunt. 3.de Generatione.c.1.E.F.
122 Auium & piſcium differentia in generãdo ,cum utraq; ex ouis fiant, ponitur.3. de Generatione.c.3.B.
123 Aues quædam ſine coitu oua concipiũt, quanq̃ pauca & raro.3.de Generatione. cap.5.B.
124 Aues paluſtres humidiores & frigidiores ſunt,& ideo plus lutei habent oua.3. de Generatione.cap.1.I.
125 Aues uolaces non gignunt oua ſubuentanea.3.de Gener.cap.1.F.
126 Aues paruæ ſalaces ſunt & perfœcundæ. 3.de Generat.c.1.B.
127 Auis nulla eſt unipara excepto cuculo. 3.de Generatione.cap.1.D.
128 Auis inalgeſcens conceptum cruentum emittit.3.de Gener.c.2.B.
129 Auis ſimul cum ouo parit cibum, quo pullus alitur.3.de Generatione.c.2.D.
130 Auium in genere quomodo fiunt monſtra ſecundum Democritum,habes.4.de Generatione.cap.4.A.
131 Auium in gẽneratione monſtra crebrius fiunt, quia illis numeroſus partus eſt.4. de Generatione.cap.4.A.B.

132 Aues nonnullæ imperfectos & cæcos pariſit pullos, uidelicet quæ corpore paruo ſunt, & multos progenerant. 4. de Generatione.cap.6.B.
133 Auium pennæ ſenectute duriores fiunt, quia cutis a qua oriuntur durior & craſſior fit ſenectute. Sunt enim auium pennæ proportionale pilorum.5.de Generatione.cap.3.A.E.
134 Aues, quæ certo tempore ſe abdunt, & latent, pennas amittunt. 5.de Generatione.cap.3.E. Quære Noctua.
135 Aues pennas amittunt propter inopiam humoris calidi.5.de Gener.c.3.F.
136 Auium uolatus & ambulatio quomodo agatur, & quæ uropygio careant, quæ habeant, quomodo flectant crura, quæ ſint uolaces aut imbecillis uolatus, habes. de Comm.animal.greſſ.cap.1.2.3.7.
137 Aues quæ uolaces non ſunt, curſum directum efficere non poſſunt. de Commu.animal.Greſſ.c.3.E.
138 Aues quomodo quaternis ſignis ſe moueant, habes.de Commu.animal.Greſſu.cap.3.D.
139 Aues pinnam integram habentes uropygio carent.de Commu.animal.Greſſ.cap.3.E.
140 Aues quamuis bipedes ſint, ut homines, flexum tamen crurum & alarum econtrario q̃ homines agunt.de Communi.animal. Greſſu.cap.1.A.& cap.4.A.
141 Aues non ſunt erectæ ut homo.de Cõmu.animal.Greſſu.cap.3.G.
142 Auium ambulatio naturalis ab alis eſt. Vnde nec conſiſtere nec progredi poſſunt, demptis alis. de Communi.animal.Greſſu.cap.2.A.
143 Aues uropygio regunt ſuos uolatus. de Communi. animal. Greſſu. cap.7.A.&.cap.3.E.
144 Aues palmipedes pedum remigio nant, bipedes etiam ſunt, & breuibus crurib9. de Commu.animal. Greſſu.c.7.A.
145 Aues cur libidinoſæ ſunt, habes.32.Problemat.Sect.4.
146 Aues cur non habent ueſicam, habes.8.Problemat.Sect.10.
147 Aues cur ructare non poſſunt, habes. 43. Problematum. Sectio.10. Quære Volucris.
148 Auium penna.Quære Penna.
149 Auium ouum. Quære Ouum.3.8.10.11.28.40.54.
150 Auium crus. Quære Ala uolucrum. Crus.11.
151 Auium ingluuies. Quære Ingluuies.
152 Auium pulli quomodo in ouis perficiantur. Quære Pullus.
153 Auium pedes. Quære Pes.8.✳.
AVIS TARDA. Græce Otis.
Auis tarda.9.de Hiſtor.cap.33.A.
AVIS SCYTHICA. Quære Scythica auis.
AVRA. Tenuis ille uentus.
Aura cur frigida mane ſpirat de fluuiis, de mari uero non ſpirat, oſtenditur.16.Problemat.Sect.23.✳.
AVRATA. Piſcis.
1 Aurata piſcis quaternas pinnas habet, binas parte prona, & binas ſupina. 1.de Hiſtor.cap.5.B.
2 Auratæ pariunt maxime, qua flumina exeunt.5.de Hiſt.cap.10.A.
3 Aurata æſtate parit.6.de Hiſt.c.17.B.
4 Aurata littoralis eſt.8.de Hiſt.c.13.A.
5 Aurata hyeme laborat. 8. de Hiſtoria.cap.19.B.
AVRELIA. Inſectum.
1 Aurelia inſectum ex quo fiat, & quæ ex ipſa fiant, habes.5. de Hiſt.c.19.B.
2 Aureliæ oui continent facultatem, & ex eo animal naſcitur. 2. de Generatione.cap.1.G.
3 Aureliæ quando dicantur, habes. 3.de Generatione.cap.9.B. Quære Eruca.3.
AVRICVLA.
1 Auricula conſtat parte ſuperiore pinna, inferiore fimbra.1.de Hiſt.c.11.A.
2 Auriculas habent omnia, quæ animal generant, excepto uitulo marino, & delphino, & reliquis cetariis. 1.de Hiſtor.cap.11.A.
3 Auriculis carent piſces, habent tamen meatus audiendi.2.de Hiſtor.cap.10.A.&.12.B.
4 Auriculæ terreſtrium, quæ animal gignunt, chartilagine conſtant.3.de Hiſtor.cap.8.A.
5 Auriculas habent ſuſpenſas quadrupedes, & ſuper oculos ſitas uidentur habere, non tamen ita eſt, ſed conſpectum ementiuntur, quomodo beſtiæ non recto, ſed prono ſunt corpore, quapropter iuuat, ut ſuſpenſiores ſint auriculæ, & crebro moueant, ſic enim melius ſtrepitum circumactæ excipient. 2.de Part.cap.11.per totum.
6 Auriculæ lõgæ & imbricatæ amplius quaſi grundis intuſq; anfractu longiore intortæ melius adminiſtrant, quia motum eminus excipientes ad ſenſorium reddant.5.



de Generatione.c.2.B.
7 Auriculæ quadrupedum qua figura conſtent, oſtẽditur.5.de Generatione.c.2.B. Quære Auris.
AVRIS.
1 Auris eſt pars capitis, qua audimus, ita ut nulla ſpiratio deſideretur. Nam Alcmæon errat, qui credit, capras ſpirare p aures.1.de Hiſtor.c.11.A.
2 Auris tota ex chartilagine carneq; cõſtituta eſt.1.de Hiſt.c.11.A.
3 Auris pars interior forma anfractui cocleæ ſimilis definit in os, quod auriculam plane imitatur, in quod quaſi in nouiſſimum uaſculum ſtrepitus deuenit.1.de Hiſtor.cap.11.A.
4 ab Aure ad cerebrum nullus meatus eſt, at in oris palatum uſq; ſemita protendit, & uena de cerebro deſcendit eodem.1.de Hiſtor.cap.11.A.
5 Aurium tantum meatus ſunt pennatis, & ſquamma intectis. 1. de de Hiſtoria.cap.11.A.
6 Aures homini tantum ſunt immobiles.1.de Hiſtor.c.11.A.
7 Aures hominum eundem ſitum obtinent in orbe, quo oculi.1. de Hiſtor.cap.11.B.
8 Aurium aliæ læues, aliæ piloſæ, aliæ medium tenent, quæ quidem ad audiendum aptiſſimæ ſunt. 1. de Hiſtor.cap.11.B.
9 Aurium aliæ maiores, aliæ minores, aliæ mediocres, & aut nimium aut parum, aut mediocriter arrectæ. 1. de Hiſtor.cap.11.B.
10 Aures magnæ & arrectæ ultra medium ſtulticiæ aut loquacitatis indices ſunt, mediocres uero notam morum optimorum habent.1.de Hiſt.cap.11.B.
11 Aures orbem capitis æquis portionibus ſecant, tenentq; medium. Auditur enim non ſolum per directum, ſed etiam undiq;.2.de Part.cap.10.D.
12 Aures non habent aues, nec quadrupedes ouiparæ, nec uitulus marinus, habent tamẽ meatus auditorios.2.de Part.cap.12.A.
13 Aures humidis temporibus ſpiritibus impleri uidentur. 5. de Generatione.cap.2.A.
14 Aurium ſordes cur amaræ ſunt, habes.4.Prob.Sect.32.
15 Aures ſuas cur diſſecant ſpongiarii, habes.5.Prob.Sect.32.
16 Auriũ ſonitus, accito ſtrepitu, cur ceſſant, habes.9.Prob.Sect.32.
17 in Aurem ſi aqua lapſa ſit, cur oleum ſtillamus, ut humor effluat, oſtenditur. 3.Prob.Sect.32.
18 Aures cur minus rumpuntur urinantibus, ſi oleum habeant inſtillatum, habes.11.Prob.Sect.23.
19 Aures cum exangues adeo ſint, pudore tamen cur rubeſcere poſſunt, oſtenditur.1.&.12.Prob.Sect.32.
20 Aurem cur nemo oſcitans audet inſcalpere, oſtenditur. 13. Problematum.Sectio.32.
21 Aures cur rumpi ſolent urinantibus, dum intra mare ſunt, oſtenditur.2.Problemat.Sect.32.
22 Auribus ſpongias alligare cur urinantes conſueuerũt, habes. 3.Problematum.Sect.32.
23 Aures cum ſcalpunt nonnulli, cur tuſſiunt, habes.9.Proble. Sectio.32. Quære Auricula.✳.Auditus. Audire.Audibile.
AVRITVS. Quære Otus.
AVRIVITIS. Auicula quædam.
Auriuitis ſpinam appetit, & uermiculos aſpernatur, dormit, & paſcitur eodem loco.8.de Hiſt.c.3.B.
AVRORA.
Aurora frigidior eſt q̃ ueſpera.15.Problemat.Sect.25.
AVRVM. Quære Grus.8.
AVSTER. Ventus flans a meridie.
1 Auſtro flante, generantur oues fœminæ, & non mares, nec ſolum ſi ſpiret auſter, ſed ſi ad auſtrum ſpectet pecus, dum coit, fœminas gigni, paſtores dicunt.6.de Hiſtor.cap.19.A. &.4. de Generatione.cap.2.A.
2 Auſtri mutatione mutat ſua cubilia herinaceus.9.de Hiſtor.cap.6.B. Quære Herinaceus.5.
3 Auſtri ſicci nihil humentes cur febres creare ſolent, oſtenditur. 23.Problemat.Sectio.1. &.52.Problemat.Sect.26.
4 Auſtro flante, cur corpora humida tardiora & debiliora ſunt, oſtenditur.4.Problemat.Sect.1.
5 Auſtro flante, cur cæruleum mare fit, magis q̃ aquilone flante, habes.39.Problemat.Sect.26.
6 Auſter cur minus ſpirat hybernis noctibus q̃ diebus, oſtenditur.11.Problemat.Sectio.26.
7 Auſter lege naturæ certiſſima cur mouetur, canicula oriente, habes.12.Problematum.Sectio.26.

8 Auſtri cur ſpirare ſolēt hyeme, aut ineunte uere, aut autumno ceſſante, oſtenditur. 17. Prob. Sect. 26.
9 Auſter cauſa eſt fœtidi halitus. 18. Prob. Sect. 26.
10 Auſtro incipiēte flare, cur ceſſat Boreas, oſtenditur. 43. Prob. Sect. 23.
11 Auſtro flante, cur minus trāſlucidum eſt mare, q̃ flante aquilone, oſtendit. 9. Prob. Sect. 23.
12 Auſter cur paruus incipit, magnus deſinit, oſtenditur. 14. Prob. Sect. 26.
13 Auſter cur ſæpiſſime ſpirat, habes. 37. Prob. Sect. 26.
14 Auſter profectus ex mari cur cōmodus eſt iis, quorum ſtirpes terra tenentur, habes. 19. Prob. Sect. 26.
15 Auſter cur nō incipiens, ſed deſinens imbrem affert, habes. 21. Prob. Sect. 26.
16 Auſter ſi minor ē, cur nullas nubes affert, ſi maior, nubilus & diuturnior eſt, habes. 22. Prob. Sect. 26.
17 Auſtro flante, cur grauiores & inualidiores redduntur homines, habes. 44. Prob. Sect. 26.
18 Auſter cur non flat in oris terræ Aegypti, oſtenditur. 46. Prob. Sect. 26.
19 poſt Auſtrum cur cito ſpirat Aquilo, habes. 49. Prob. Sect. 26.
20 Auſtri cur frigidi ſunt in Aphrica, nobis uero calidi, habes. 51. Prob. Sect. 26.
21 Auſter cur pluuius eſt Leſbo, habes. 8. Prob. Sect. 26.
22 Auſtri cur non fiunt eteſii, id eſt anniuerſarii, habes. 2. Prob. Sect. 26.
23 Auſter cur poſt pruinam ſpirare ſolet, habes. 3. Prob. Sect. 26.
24 Auſter cur minꝰ frequens nobis flat, q̃ Aquilo, oſtenditur. 10. Prob. Sect. 26. Quære Aquilo. Herinacius. 5. ✳.

AVSTERVS. Moribus. Quære Superciliū. 2. ✳.

AVTVMNVS.
1 Autumno pauci piſces pariūt. 5. de Hiſt. cap. 11. A.
2 Autumno cur febres ardētes maxime infeſtant, habes. 29. Prob. Sect. 1.
3 Autumno cur morbis infeſtamur, habes. 27. Prob. Sect. 1.
4 Autumnus pernicioſus euenit omnibus, ſi præcedat uer auſtrinum & pluuiū & ſicca æſtas, & cur id fiat, habes. 19. Prob. Sect. 1.
5 Autumnus quis ſalubris ſit, & quis morbidus, oſtenditur. Sect. 1. in multis Problematibus. Quære Mel. 8. Vacca. 15. Vinago. 3. Vipera. 5. ✳.

AVVS.
Auo aliquando ſunt ſimiles nepotes. Vt accidit in Sicilia, ut illa quæ adulterium cum æthiope commiſerat, non peperit filiam nigram, ſed nepos, quem ei filia peperit, in auum degenerauit æthiopem. 7. de Hiſt. cap. 6. B. Quære Filius. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

AVXVMA. Eadem eſt quæ & Scordula. Quære Scordula.

## B

BACCHANALES. Quære Dionyſiaci.

BACCHIDES, quos Bacchi numie afflatos credidit uetuſtas.
Bacchides ſeu Bacides atra bile laborātes futura prædicebant, & inſtigari diuino ſpiritu credebātur. 1. Prob. Sect. 30.

BACCHVS. Poeticꝰ deus uini præſes.
Bacchus ueneri coniunctus eſt, quia uinū venereas uoluptates excitat. 1. Prob. Sect. 30.

BACTRIANA. Camelus. Quære Camelus. 2.

BACVLVS.
Baculus dum mouetur a manu, habet ſe ut brachium ad gibberum. de Commu. animal mot. c. 4. A.

BAIVLVS. Onerum gerulus. Quære Onus.

BALAGRVS. Piſcis.
Balagri piſces ſunt fluuiatiles, q̃ nec ouū, nec ſemen prolificum unq̃ habent. 4. de Hiſt. cap. 11. B.

BALBI. Quos Ariſtoteles græce ψελλόυσ appellat, qui literā aut ſyllabā in pronunciando prætermittunt.
Balbi linguam abſolutam non habent. 2. de Part. c. 17. A. Quære Blæſus.

BALENA. Cetarii generis marina bellua ingentis magnitudinis.
9 Caro eſt homini molliſſima, eo quod maxime ualeat ſenſu tactus. 2. de Part. c. 16. E.

10 Caro ſenſum tactus mouet. 2. de Part. cap. 3. D.

11 Caro & uiſcera differunt non modo ſua corpulentia, uerumetiam eo, ꝙ caro foris poſita eſt, uiſcera intus continentur. Cuius rei cauſa eſt, ꝙ naturã cõem cum uenis habeãt, & partim uenarum gratia ſint, partim non ſine uenis eſſe poſſunt. 3. de Part. cap. 13. per totum.

12 Caro non eſt, niſi animam habeat. 2. de Gen. cap. 1. Q.

13 Caro ex materia ſynceriſſima fit. 2. de Gen. cap. 4. AA.

14 Caro mollis eſt neceſſario, & alicuius etiã gratia. 2. de Gen. c. 4. X.

15 Caro abſq; igne reſoluitur. 2. de Generatione. cap. 4. X.

16 Caro cur nigreſcit ſolis calore, cætera uero candefiunt, oſtenditur. 1. Prob. Sect. 28.

17 Carnes & fructus arborum utribus uehementur inflatis contentæ cur ſeruantur incorruptæ, habes. 4. Prob. Sect. 22.

18 Carnes aſſæ cur humidiores ſunt elixis, habes. 54. Prob. Sect. 1. ✳. Aſſum.

CARPATINAE. Quære Carbatinæ.

CARTAMVM. Græcis eſt cnicum, Latinis nomine caret. Medicorum uulgus & Theodorus cartamum dixerunt. Eſt autẽ cartamum herba croco perſimilis. Quære Papilio. 3.

CARVLVS.

Carulus auis apud mare uerſatur. 8. de Hiſt. c. 3. D.

CASEVS.

1 Caſeus ex quo lacte multus aut paucus fiat, & melior aut deterior, oſtenditur. 3. de Hiſt. cap. 20. C.

2 Caſeus eſt corpulentum quoddam lactis: Vnde illud lac plus caſei habet, quod craſſius eſt. 3. de Hiſt. c. 2. B.

CASTIVS.

Caſtiora animalia ſunt, quæ propendentes teſticulos habẽt, q̃ quæ intus conditos, & illa, quæ meatus ſeminis habẽt reuolutos & anfractuoſos. 1. de Gen. c. 4. A.

CASTOR. Hoc eſt Fiber. Quære Fiber.

CASTRARE. CASTRATVM. CASTRATIO.

1 Caſtratis ante pubertatem non oriuntur pili poſt geniti, ſcilicet pubis alarum & menti, poſt pubertatem caſtratis excidũt præterq̃ pubis. 3. de Hiſt. c. 11. C.

2 Caſtrare ſolent animalia duobus modis, aut nouellos adhuc teſtes frãgũt, aut adultos iam firmoſq; excidunt. 3. de Hiſtoria. cap. 1. D.

3 Caſtrentur quomodo animalia, habes. 9. de Hiſt. c. 50. per totum.

4 Caſtrari quæ debent, ætate nouella caſtrãda ſunt, alioquin omnia intereunt præter caprum. 9. de. Hiſt. c. 50. A.

5 Caſtrata cum adoleſcunt, elegantiora & meliora euadũt, ſi uero iam adulta caſtres, nihil proficiunt. 9. de Hiſt. c. 50. A.

6 Caſtratione quædam quadrupedes immutantur. 9. de Hiſt. c. 50. A.

7 Caſtrantur tantum animalia, quæ teſtes habent. 9. de Hiſt. c. 50. A.

8 Caſtrati tantum immutantur, ut fœminæ, aut quaſi fœminæ ſint. 1. de Gen. c. 2. B.

9 Caſtrata ideo non generant, quia teſtium pondere detracto, meatus ſeminales contrahuntur, nec peruii ſunt. 1. de Generatione. cap. 4. B.

10 Caſtrata omnia mutantur in fœminam. 5. de Gen. c. 7. E. Quære Spado.

CATAPLASMA. Emplaſtrum.

1 Cataplaſmatis quæ ſit uirtus, habes. 30. Prob. Sect. 1.

2 Cataplaſmata ſi mutantur, magis ſentiuntur. 46. Prob. Sect. 1.

CATARACTA. Auis.

Cataracta mari uictitat, & cum ſe alto ingurgitauerit, manet non minus temporis q̃ ſpacium iugeri tranſieris. Minor q̃ accipiter auis hæc eſt. 9. de Hiſt. c. 12. A.

CATARRVS. Quære Fluctiões. ✳.

CATELLVS MELITENSIS. Quære Melitenſis.

CATELLVS. Canum.

Catelli quidam ante duodecimum diem non accipiunt uiſum, ſed qui geſtantur in utero tribus menſibus, decimo ſeptimo die lucem accipiunt. 6. de Hiſt. c. 20. A. Quære Canis. 22. 24.

CATVLVS. Quære Leo. Vrſus, & cætera, quorum proles catuli dicuntur.

CATTVS.



1 Catti ſylueſtres uenantur agreſtes mures. 6. de Hiſt. c. 37. A.

2 Cattus gigni poteſt in Pordoſelena ultra latus alterum uiæ, quæ interiacet, citra alterum uero gigni non poteſt. 8. de Hiſt. cap. 28. A.

CAVDA.

1 Caudã habet magna quadrupedum pars 2. de Hiſt. c. 1. D.

2 Cauda ineſt uitulo marino. 2. de Hiſtor. cap. 1. D.

3 Caudam exiguam habent cerui. 2. de Hiſt. c. 1. D.

4 Caudæ animalium pili corporis modum imitantur, dummodo cauda nota aliqua auctiore dependeat, eſt enim aliquibus adeo exigua, ut uix ſenſu dignoſci poſſit. 2. de Hiſt. c. 1. E.

5 Cauda cameli ſimilis eſt aſininæ. 2. de Hiſt. cap. 2. F.

6 Cauda in non habentibus pedes in partibus inferioribus cõnumeratur. 2. de Hiſt. cap. 1. L.

7 Caudæ gubernaculo regitur uolatus quorundam inſectorum. 4. de Hiſt. c. 7. B.

8 Cauda aliis longa, aliis breuior. Quibꝰ breuior, iis prolixiores pili dati ſunt, quibus longior, breuiores, ut in equis & bobus patet. Quibus uero corpus admodum piloſum natura dedit, iis caudam minuit, ut urſis. 2. de Part. c. 14. B.

9 Caudam habent omnia non ſolum uiuipara, ſed etiam ouipara, nam & ſi in pleriſq; id membrum magnitudine caret, tamen aliquid prominet, quod deſcribere caudam poſſit. 4. de Part. c. 5. M.

10 Cauda multiplicem uſum habet. 4. de Part. c. 10. N. Quære in dictionibus ſingulorum caudatorum.

CAVSA.

1 Cauſæ cũ plures ſint, illa uidetur eſſe principalior, quæ eſt, gratia cuius aliquid fit, ſcilicet finalis. 1. de Part. cap. 1. C.

2 Cauſa efficiens melior & diuinior eſt q̃ materialis. 2. de Gener. cap. 1. A.

3 Cauſæ q̃ttuor ſunt, finalis, materialis, formalis, & efficiens. 1. de Gener. cap. 1. A.

4 Cauſa efficiens duplicem recipit differẽtiam. 2. de Gener. c. 4. X.

5 Cauſa finalis quomõ differat ab efficiente, habes. 2. de Gener. cap. 4. X.

6 Cauſam materialem & efficientem tantum & eam indefinite cognouerunt philoſophi antiqui, formalem tamen, & finalem non cognouerunt. 5. de Generatione. cap. 1. B.

7 a Cauſis diuerſis ſi fiat unus effectus ſeorſum, an fiat eadẽ ui, an diuerſis, habes. 6. Prob. Sect. 9. Quære Effectus. ✳.

CEBVS. Simia caudata.

1 Cebi partim hominẽ, partim quadrupedem imitantur. 2. de Hiſt. cap. 8. A.

2 Cebi omnes caudã habẽt, partes uero interiores humanis ſimiles. 2. de Hiſt. c. 9. A

CECILIA. Serpens. Quære Chalcidica.

CEDROPOLIS. Pars Thraciæ. Quære Accipiter. 9.

CENTIPEDA. Piſcis.

Centipeda piſcis ubi hamum deuorauerit, euomit foras ſua interiora, donec hamum eiiciat, tum recipit intro, ac ualet eadem ſalubritate, qua ante. Appetitus eſt illi nidurulentorum, mordet non ore, ſed tactu totius corporis. 9. de Hiſto. c. 37. B.

CENTIPES. Serpens. Quære Scolopendra. ✳.

CEPE. Holus notum.

1 Cepe oritur ex ſobole. 3. de Gene. c. 11. C.

2 Cepe cur oculos tam acriter mordeat, unde græce nomẽ habet κρόμμυον quaſi τὴν κόρην ποιεῖν συμμύειν, eo ꝙ oculos præ dolore claudere faciat, habes. 22. Problemat. Sectio. 20.

3 Cepe cur ſuſpẽſum floret tempore ſolſtitii, habes. 21. Prob. Sect. 20.

4 Cepe terra euulſum cur germinare poteſt, habes. 26. & 28. Problemat. Sect. 20.

5 Cepe cur quo ſicciores ſeruntur, hoc poſſunt meliores prouenire, habes. 27. Problemat. Sectio. 20.

CEPHALENIA. Inſula in mari Ionio. Quære Cicada. 20. ✳.

CERA.

1 Ceram cõſtruũt apes ex lachryma arborũ, ex thymo, ex albuco, ex ſertula cãpana, ex myrro, ex uitice, ex gineſta. 5. de Hiſt. c. 22. B. & 9. de Hiſt. cap. 4. M.

2 Cera, cui ſolis calor humorem detraxit, cur albeſcit, habes. 66. Problemat. Sect. 10. Quære Tinea.

CERAGO. Quære Apes. 49.

CERCIDAS. Quære Caput. 15.

CEREBELLVM. Occipitii pars poſtrema.

1 ad Cerebellũ tendũt meatus maximi & mediocres ab oculis. 1. de Hiſt. c. 16. B.

2 Cerebellum poſtrema pars capitis eſt, quod & tactu & ſpecie formam habet diuerſam a cerebro. 1. de Hiſt. c. 19. A.

CEREBRVM.

1 Cerebrum ſincipiti ſubditum eſt, occiput uero inane cerebri eſt. 1. de Hiſt. c. 7. A.

2 Cerebrum obtinet priorem ſitum in capite, nõ modo in homine, uerum in cæteris quoq; animalibꝰ, quibus ea pars data eſt. In omnibꝰ autẽ illis eſt, quæ ſanguinẽ obtinent. 1. de Hiſtoria cap. 16. A.

3 Cerebrum habẽt oĩa quæ ſpecialiter mollia nuncupantur. 1. de Hiſtoria. cap. 16. A.

4 Cerebrum habet homo humidiſſimũ & plurimũ proportione magnitudinis, 1. de Hiſtoria cap. 16. A.

5 Cerebrum continẽt membranæ duæ, altera oſſi adhærens ualida, altera cerebrum ipſum attingens infirmior. 1. de Hiſtoria. cap. 16. A. &. 3. cap. 13. A.

6 Cerebrum animalium omnium bipartitũ eſt, poſtremumq; iungitur, quod cerebellũ appellatur. 1. de Hiſtoria. cap. 16 A.

7 Cerebrum omnibus priuatum eſt ſanguine, nec uenam ullam continet intra ſe, frigidum eſt ad tactum per naturam. 1. de Hiſtoria. cap. 16. A.

8 Cerebrũ in pleriſq; oĩbus aĩalibꝰ habet in ſuo medio cauũ quoddã exiguũ, membrana obhærẽte uenoſa cutic ulariq; obducit, oſſe poſtremo cõtinetur tenuiſſimo atq; infirmiſſimo omniũ capitis oſſiũ, cui nomẽ occipiti. 1. de Hiſtoria cap. 16. B.

9 ad Cerebrum pertinẽt meatus terni, ita ut maximi & mediocres ad cerebellũ tendant, minimi ipſum cerebrum adeant. 1. de Hiſtoria. cap. 16. B.

10 Cerebrum aliqui medullam putauerunt, qa medullã ſpinæ cum cerebro cõiunctã uidebant, ſed cõtra ſe habet, quoniã cerebrum frigidiſſimũ eſt, medulla calida. Cõiuncta aũt eſt medulla cerebro, ut cerebri frigiditatem temperaret ſuo calore. Nõ igitur cerebrum de ſe medulla eſt, ſed eſt ſui generis, quod nullum cõmercium habet cum aliqua corporis parte. 2. de Part. cap. 7. A. B.

11 Cerebrũ frigidiſſimũ datũ eſt animalibꝰ ad temperandũ calorẽ cordis, & ei oppoſitũ eſt ſitu & q̃litate. 2. de Part. c. 7. B. C.

12 Cerebrum habẽt omnia ſanguinea, quo feruorẽ ſanguinis temperẽt. 2. de Partibꝰ. cap. 7. B.

13 Cerebrũ habet ſanguinis uenulas tenues, ut non omnino ſine calore ſit, ſunt tamen uenulæ illæ ſanguinis non craſſi aut copioſi, ſed tenuis & ſynceri. 2. de Partibꝰ. cap. 7. C.

14 Cerebrum quia frigidum eſt, & alimentũ per uenas ſurſum ad illud ducitur, ſi frigidum ſit pluſq̃ oportet, fluctiones fiunt, ſicut imber fit, ſurſum elato uapore, & coagulato a frigore aeris in media regione. 2. de Part. c. 7. C.



15 Cerebrum frigidum & humidum eſt. 2. de Part. c. 10. C. & 5. de Gen. c. 3. D.

16 Cerebrum non ſentit, non magis q̃ excrementa. 2. de Part. c. 10. B.

17 Cerebrum commune eſt aquæ & terræ, quia dum coquitur, dureſcit, & ſicceſcit. 2. de Part. c. 7. D.

18 Cerebrum membranæ maximæ & ualidiſſimæ ambiũt, quia principale membrũ eſt, & præcipuam tutelam deſiderat. 3. de Part. c. 11. A.

19 Cerebrum primo poſt cor creatur. 2. de Gen. cap. 4. X.

20 Cerebrum infectum primo humiditate admodum conſtat ſuperflua, deinde exſiccatur magis & uindicatur calore naturali. 2. de Gener. cap. 4. X. Y.

21 Cerebrum magnum habet homo reſpectu reliqui corporis, quod ſignum prudentiæ eſt & intellectus. 2. de Generatione. cap. 4. A.

22 Cerebrum uenereo uſu refrigeſcit, quia uſus uenereus ſecretio eſt naturalis caloris. 5. de Generatione. cap. 3. H.

23 Cerebrum natura humidum eſt, quare caput perpetuo humet, cuius rei indicium eſt, ꝙ pili in hoc maxime exeũt. 16. Problemat. Sect. 1. Quære Caput. ✳. Cor. Odor.

CERNERE.

Cernere quales oculi melius ualeãt. Quære Oculus. 23. 27. 35. 43.

CERNVA. Piſcis.

1 Cernua piſcis ex paruo magnũ incremẽtum breui accipit. 5. de Hiſt. c. 10. A.

2 Cernua littoralis eſt. 8. de Hiſt. c. 13. A.

3 Cernua hyeme latet. 8. de Hiſt. c. 15. A.

CERTAMEN. Quære Sapientia. 3.

CERTHIA. Auicula.

Certhia exigua auis eſt, cui mores audaces, domicilium apud arbores, & uictus ex coſſis, ingenium ſagax in uitæ officiis, uox clara. 9. de Hiſtoria. c. 17. A.

CERVA. Piſcis.

Ceruæ carniuoræ ſunt. 8. de Hiſt. c. 2. F.

CERVA. Quadrupes.

1 Cerua cornibus caret. 4. de Hiſt. c. 11. C. & 3. de Part. cap. 1. B.

2 Cerua plurimum ſubſidens coit, marem enim ſuſtinere nõ poteſt propter eius cõtentiſſimum impetum. 6. de Hiſt. c. 29. A. & 5. cap. 2. B.

3 Ceruæ ſtabulũ, quo ſolet ſuũ hinnulũ ducere, petra diſrupta eſt uno aditu, unde defendere ſe & repugnare ſolet iis, q inuadunt. 6. de Hiſt. c. 26. A. & 9. c. 5. A.



4 Cerua cum parit, pituitoſo humore purgatur. 6. de Hiſtoria. cap. 29. A.

5 Ceruæ omnes ſciſſa aure ſunt in monte Aſiæ Elapho nomine, qua nota uel alibi, ſi loca mutarunt, dinoſcuntur. 6. de Hiſtoria. cap. 29. A.

6 Cerua maxime uidetur præſtare prudẽtia inter omnes feras quadrupedes, tum qa circa ſemitas pariat, quo minus beluæ accedunt propter homines, tum etiam quia cum pepererit, in uolucrũ primũ exedit, mox ſeſilim herbam petit, quam cum ederit, ad prolem redit. Præterea hinnulum ducens in ſtabula aſſuefacit, quo fugere debeat, hoc enim eſt ſaxum uno aditu, quo loco ſi quis eam inuaſerit, expectare & repugnare dicit. 9. de Hiſt. c. 5. A.

7 Cerua non habet cornua, licet dẽtibus ſuperioribus careat, quia inutilia etiam mari ceruo ſunt, ſuſtinere tamẽ illa melius poteſt ſuis uiribus, ceruæ tamẽ cum inutilia, tum oneroſa eſſent. 3. de Partibus. c. 2. D.

8 Cerua mãmas gerit inter femora, quia ſui corporis incremẽta ſurſum uerſus capit. 4. de Part. cap. 10. N. Quære Ceruus.

CERVIX.

1 Ceruix eſt pars poſterior colli extima. 1. de Hiſtoria. cap. 12. A.

2 Ceruix leonis oſſe uno rigida cõſtat, nec uertebris ullis iungitur. 2. de Hiſt. c. 1. A.

3 Ceruices neruis pluribus continẽtur. 3. de Hiſtoria. cap. 5. B.

CERVVS. Quadrupes.

1 Cerui exiguam caudam habent. 2. de Hiſtoria. cap. 1. D.

2 Cerui achaini cognomine fel dicunt habere in cauda, quod eſt ſimile felli colore, ſed ita ut fel humidum, ſed lieni ſimile parte interiore. 2. de Hiſtoria. cap. 15. B.

3 Ceruus felle caret, quanq̃ inteſtinum eius adeo amarũ eſt, ut ne a canibus quidem attingatur, niſi ceruus præpinguis ſit. 2. de Hiſtoria. cap. 15. B. C.

4 Cerui uermes uiuos cõtinent in capite ea parte, qua ceruici caput annectit, magnitudine quidem nõ minores iis uermibus, quos carnes putres edunt, numero uero uiginti. 2. de Hiſtoria. cap. 15. B.

5 Ceruorum ſanguis non coit, ſicut ſanguis qui habet fibras. 3. de Hiſtoria. cap. 6. A. & cap. 19. A. & 2. de Part. cap. 4. A.

6 Ceruorũ cornua ſolida ſunt inter oĩa, & ſparſa in ramos, & oĩbꝰ annis decidua, niſi caſtrent. 3. de Hiſt. c. 9. A. & 2. de Part. capit. 4. A. & 3. de Part. cap. 2. C.



7 Ceruorum coitus eſt ab arcturo menſe Auguſto & Septembri. Implentur paucis diebus, & ab eodem ceruo multæ. Vterũ ferunt menſes octo. Pariunt magna ex parte unum, pariunt iuxta uias metu belluarum. 6. de Hiſtoria. cap. 29. A.

8 Ceruus animal ſalax ſuapte natura eſt, & æſtate ſupra modum pingueſcit, ideo facile capitur. Fugit in aquas ꝓpter æſtũ atq; anhelitum. Caro eius tempore libidinis uitiat, & fœtet ꝑinde quaſi hircorum. Hyeme extenuat, & debilitatur, uere maxime uiget ad curſum. Dum fugit, requiẽ aliquam facit, & manet, quouſq; appropinquet, qui inſequitur, tum iterum fugam arripit, quod ideo facere uidetur, quia inteſtinum laborat, nam adeo tenue eſt, ut ſi etiam leniter percuſſeris, rumpi poſſit, etiam cute integra. 6. de Hiſtoſtoria. capit. 29. B.

9 Ceruorum ætas perquam larga eſſe narratur, ſed nihil ex iis quæ narrantur, uidemus, nec hinnuli geſtatio, aut incremẽtũ hinnuli ita euenit, quaſi uita eſſet prælonga. 6. de Hiſtoria. capit. 29. A.

10 Cerui cum fœminas implerint, ſeparant, & propter libidinis graueolentiam quiſq; ſolitarius ſcrobes fodit, fœtent ut hirci, facies quoq; eorũ nigreſcit aſpergine, ut hircorum, degũt ita, quouſq; imber accidat. 6. de Hiſtoria. capit. 29. B.

11 Ceruus non eſt in Aphrica. 8. de Hiſtoria. cap. 38. A.

12 Ceruus cum pinguerit, id enim tempore fructuũ eſt, abſcondit ſe, & nuſq̃ apparet, ut qui capi facile ſe ſentiat. 9. de Hiſtoria. cap. 5. A.

13 Cerui cornua locis ſecretiſſimis deponũt. Vnde ortum eſt prouerbium. Qua cerui amittunt cornua, latentq; quaſi amiſſis armis. Cornu uero ſiniſtrũ a nemine adhuc compertũ eſt, occulit enim illud tanq̃ quodam medicamento præditum. Quæ primum cornua oriuntur, ſimplicia & erecta ſunt ad ſubularum ſimilitudinem, q̃obrem per id temporis ſubulones uocantur. 9. de Hiſtoria. cap. 6. A.

14 Ceruos ſenes cognoſcimꝰ duobꝰ idiciis, dẽtes aut nullos hẽnt, aut paucos, atq; adminiculis carent, id eſt ramis, qui imis cornibus prominent ante frontem, quibus iuniores in pugna utuntur. 9. de Hiſtoria. capit. 5. B.

15 Cerui cornua mutant ſingulis annis mẽſe aprili, quo tempore ſe occultant locis

opacis, ut muſcarũ tedio careãt. Paſcũtur per id tempus noctu, donec recipiant cornua, quæ emittunt primum quaſi ueſtita cute & hirtiuſcula, ſed cum creuerint, ſoli exponunt, ut excoquantur, & ſicceãt. Vbi uero attritu arborum ſcalpunt, nec dolent, tum confiſi ſuis armis prodeunt e latebris. 9. de Hiſtoria. cap. 5. B.

16 Ceruus aliquando captus eſt hederã uiridem ſuis cornibus enatã gerens, quæ cornu adhuc tenello forte inſerta quaſi ligno uiridi coaluerit. 9. de Hiſtor. cap. 5. A.

17 Cerui a Phalangio morſi, uel a quouis generis eiuſdem, cancros ædunt. 9. de Hiſtoria. cap. 5. B.

18 Cerui ſibilo & cantu uenantium capiuntur, mulcentur enim, & alliciuntur ea uoluptate, itaq; alter uenantum cantat palam, atq; ſibilat, alter clam ferit a tergo, ubi ſocius tempus iam eſſe ſignificauerit. Si ceruus arrectas auriculas habuerit, ſentit acerrime, nec latere inſidiæ poſſunt, ſed ſi demiſſas, facile interimitur. 9. de Hiſtoria. cap. 5. B.

19 Cerui ſi caſtrentur, anteq̃ emittãt cornua, non emittunt, ſi uero poſt ædita cornua caſtrẽt, non decidunt, neq; eorũ magnitudo minuitur. 9. de Hiſtoria. cap. 50. A.

20 Ceruus ruminat. 9. de Hiſtoria. c. 50. A.

21 Ceruus cor magnum habet proportione corporis. 3. de Partibus. cap. 4. G.

22 Ceruus plures habet uẽtres, & quis eorũ ſit uſus, oſtẽditur. 3. de Partib. cap. 14. B.

23 Ceruus ideo timidus eſt, quia cor habet magnum proportione corporis, & calor in magno conceptaculo euaneſcit. 3. de Partibus. capit. 4. N.

24 Ceruus felle omnino caret. 4. de Partibus. cap. 2. A

25 Cerui diutius uiuunt, & felle carent. 4. de Part. c. 2. A. Quære Cerua. Hinnulus. ✳.

CETARIA. A cete dicta qualis balena & huiuſmodi beluæ marinæ.

1 Cetaria generant animal. 1. de Hiſtoria. capit. 5. A.

2 Cetaria quamuis animal pariant, non tamen habent auriculas, cum eas habeant, quæ animal pariunt. 1. de Hiſtoria. c. 11. A.

3 Cetaria quomodo coeant, habes. 5. de Hiſtoria. cap. 4. A. B.

4 Cetaria mediocriter immorãtur in coeũdo. 5. de Hiſtoria. cap. 5. A.

5 Cetaria, quæ non habent branchias, ſed fiſtulam, animal pariunt. 6. de Hiſtoria. cap. 2. A.

6 Cetaria peculiarem naturã habent inter aquatilia, quia quodammodo ſunt terreſtria, quia ſpirant, & aerem accipiunt, quodammodo ſunt aquatilia, quia aquã intus recipiunt, & reddunt. 8. de Hiſtoria. cap. 20. A.

7 Cetaria reſupinata prædam corripiunt, quia os ſubter habent, alioqui omnia deuorarent. 8. de Hiſtoria. cap. 4. G. & 4. de Partibus. cap. 13. D.

8 Cetaria ſpirant, & pulmonem habent. 3. de Partibus. cap. 6. A.

9 Cetaria branchiis carent, & fiſtulam, qua ſpirant, habent. 4. de Partibus. cap. 13. A.

10 Cetaria omnia animal intra ſe generant. 1. de Generatione. cap. 9. A. & 3. cap. 5. A.

11 Cetaria omnia teſtes intus habent propter corticis duriciem. 1. de Generatione. cap. 12. A. Quære Balena. Delphinus, & reliqua cetarii generis. ✳.

CHAEREMON. Poeta quidam. Quære Vinum. 6.

CHALCEDON. Ciuitas in Aſia ad Boſphorum Thracium e regione Conſtantinopolis. Quære Filius. 3.

CHALCIDICA. Serpenticulus.

Chalcidica ſimilis eſt paruis lacertis colore ſimili Ceciliæ ſerpenti, alii dignidã appellant. Suo morſu aut intereunt iumẽta, aut uehementi dolore illa afficit. 8. de Hiſtoria. cap. 14. B.

CHALCIS. Piſcis, quæ & Aerica dicitur. Quærræ Aerica piſcis.

CHALCIS. Auis, quam nocturnum accipitrem uocant.

Chalcis raro apparet, mõtes eñ incolit, nigro colore eſt, magnitudine accipitris columbarii, forma lõga & tenui. Iones Cymindẽ eã appellãt, ut Homerus in Iliade meminit. Sunt qui hanc Ptyngem appellent. Interdiu minus apparet, quia non clare uidet, noctu uenatur. Pugnat autem cum aquila, atq; adeo acriter, ut ambæ implexæ in terram ferantur, & uiuæ a paſtoribus capiantur. 9. de Hiſtoria. cap. 12. A.

CHALCIS. Eubœæ inſulæ ciuitas. Quære Capra. 24. Vrtica. 8.

CHAME. Teſtatum aquatile.

Chame teſtatum locis arenoſis ſui ortus initia capit. 5. de Hiſtoria. cap. 15. D.

CHAMAELEON. Celebratũ animal.

1 Chamæleontis figura, color, & partes, tam interiores, q̃ exteriores, mores etiã deſcribuntur. 2. de Hiſtoria. capit. 11. per totum.

2 Chamæleon eſt oĩm ouiparorũ pedeſtriũ tenuiſſimꝰ, quippe qui omnium maxime inopia ſanguinis rigeat, præ nimio namq; metu multiformis efficitur. 4. de Partib. cap. 11. E. Quære Sepia. 16. ✳.

CHARADRIVS. Interpretatur hiaticola. Quære Rupex.

CHARTILAGINEA. Aquatilia quædam quibus chartilago eſt intus, & non ſpina, aut os.

1 Chartilaginea animal generant. 1. de Hiſtoria. cap. 5. A. & cap. 11. A.

2 Chartilaginea oĩa animalia pariunt præter ranam. 2. de Hiſtoria. cap. 13. C.

3 Chartilaginea branchias detectas habent. 2. de Hiſtoria. cap. 13. C.

4 Chartilaginea ſtridere uidentur, ſed ſonꝰ potiꝰ eſt, q̃ uocis ſtridor. 4. de Hiſt. c. 9. B.

5 Chartilaginea dormiũt. 4. de Hiſt. c. 10. C

6 Chartilaginea quomodo coeant, habes. 5. de Hiſtoria. cap. 4. A. B.

7 in Chartilagineis fœmina quo differat a mare, habes. 5. de Hiſtoria. cap. 5. A.

8 Chartilaginea quoties, & q̃bus anni tẽporibus pariãt, habes. 5. de Hiſt. c. 10. p totum.

9 Chartilaginea licet animal pariãt, prius tamen intra ſe [illegible] augent, & excludunt. 6. de Hiſtoria. [illegible]. 10. A.

10 Chartilaginea ſupfœtãt, & ferũt uterũ cũ plurimũ mẽſibus ſenis. 6. de Hiſt. ca. 11. A.

11 Chartilaginea repetunt littus & uada, alto pelago relicto, cum tempus pariendi inſtat, ut nec tepore careant, & progeniem tutius collocent. 6. de Hiſtoria. c. 11. A.

12 Chartilaginea minus fœtificant, quia animal pariunt. 6. de Hiſtoria. cap. 16. B.

13 Chartilaginea carniuora ſunt. 8. de Hiſtoria. cap. 2. F.

14 Chartilaginea reſupinata prædam corripiunt. 8. de Hiſtoria. cap. 2. G.

15 Chartilaginea ſpinam ex chartilagine habent. 2. de Partibus. cap. 9. C.

16 Chartilaginea aĩal pariũt, & pedibꝰ carẽt. 2. de Part. c. 1. D. & 4. de Part. c. 1. A.

17 Chartilaginea omnia ubi uuluã habent, oſtenditur. 1. de Gener. c. 11. A. & ca. 8. A.

18 Chartilagineorũ uulua diſſimilis eſt uuluæ ouiparorum & uiuiparorum. 1. de Generatione. cap. 11. A.

19 Chartilaginea quomodo differãt in generãdo aĩali ex ouo, hẽs. 2. de Gen. c. 4. A.

20 Chartilaginea inter expeda animal pariunt. 2. de Generatione. cap. 1. D.

21 Chartilagineornm ortus qualis ſit, habes. 3. de Generatione. cap. 1. A.

22 Chartilagineorum ex ouo quomodo animal gignit, habes. 1. de Gener. cap. 11. A.

23 Chartilaginea perfectum intra ſe animal pariunt, mox animal foras ædunt, excepta Raia. 3. de Generatione. cap. 3. A.

24 Chartilagineorũ omniũ ouum molle eſt præter ouum Raiæ. 3. de Gener. c. 3. A.

25 Chartilaginei mares non uidentur ſemen aſpergere, nec fœminæ ſuos conceptus, & id cur fiat, oſtenditur. 3. de Generatione. cap. 7. per totum. ✳.

CHARTILAGO.

1 Chartilago ſicca & ſolida eſt, & quod illi proportione reſpondet. 1. de Hiſt. c. 1. C.

2 Chartilago differt ab oſſe ratione pluris & maioris, cũ alias eadẽ ſit natura. 3. de Hiſtoria. cap. 8. A. & 2. de Part. cap. 9. C.

3 Chartilago rupta nunq̃ reparatur. 3. de Hiſtoria cap. 8. A.

4 Chartilago ſanguineorum terreſtrium, quæ animal generant, nullo foramine hiſcit, nec oſſium more medullam continet. 3. de Hiſtoria. cap. 8. A.

5 Chartilago præſciſſa nõ poteſt creſcere. 2. de Partibus. cap. 9. C.

6 Chartilago terreſtriũ caret medulla diſcreta, ſed medulla mixta eſt toti chartilagini, & nõ ſeparata ut in oſſe. 2. de Part. c. 9. C.

CHOLAGO.

Cholago eſt cauum ſubchartilagii & iliũ. 1. de Hiſtoria. cap. 13. A.

CHORVS. Quære Vox. 26.

CHROMIS. Piſcis.

1 Chromis liquidius q̃ multi alii piſces audit. 4. de Hiſtoria. cap. 8. D.

2 Chromis lapidẽ hẽt in capite, & ideo maxime frigore infeſtatur. 8. de Hiſt. c. 19. A.

CYATHVS. Vas æreum.

Cyathus & Thapſia licet contraria ſint, cum cyathus ſit frigidus, Thapſia urens, cur pariter tamen uibices diſcutiũt, hẽs. 9. Problemat. Sect. 9. Quære Thapſia.

CIBVS.

1 Cibi diuiſio, quæ minutatim fit, facit, ut facilius concoquatur. 2. de Part. cap. 3. C.

2 Ciborum auida ſunt animalia, quibus inteſtina ſunt recta. 3. de Partibus. c. 14. D. & 1. de Generatione. cap. 4. A.

3 Cibi auiditatẽ inteſtini laxitas auget, accelerat rectitudo. 3. de Part. cap. 14. F.

4 Cibi concoctionem iuuant iecur & lien. 3. de Partibus. cap. 7. B.

5 Ciborum uoluptas in deſcendendo contingit. 4. de Partibus. cap. 11. A.

6 Cibo carere facile patitur, quod frigidũ eſt. 4. de Partibus. cap. 5. P.

7 Cibum & deſiderat, & concoquit cito, quod calidum eſt. 4. de Partib. cap. 5. P.

8 Cibum humidum eſſe conuenit.3.de Generatione.cap.2.F.
9 Cibum conuerti in ſemen illis animalib9, qui multum fœtificant,oſtenditur . 3.de Generatione.cap.1.E.
10 Cibum minuere,& laborem augere cur ſalubre eſt,oſtenditur.47. Proble.Sect.1.
11 Cibus cur non ſtatim ab exercitatione, aut medicamento ſumẽdus eſt,habes.28. Problemate. Sectio.5.10.
12 Cibo cur quædã idonea ſint cruda, alia nõ niſi cocta,oſtẽditur. 4.Prob.Sect.20.
13 Cibo apta cur quædã ſint,quædam uero non,oſtenditur.6.Problemate.Sect.20.
14 Cibis quibuſdã ſine faſtidio cur uti diutius poſſumus,aliis uero non poſſumus, habes.13.Problem.Sectio.21.
15 Cibus ſi grandior deuoratur,cur ſtrangulatur homo,licet alia parte ſpiremus,alia deuoremus,oſtenditur. 9. Prob.Sect.24.
16 Cibo ingeſto, cur ſæpe euenit,ut inhorreſcamus,oſtẽditur.9.Prob.Sect. 35.Quære Alimentũ.✳.Balneũ.2.Febricitans.
CICADA.Inſectum obſtreperum.
1 Cicadæ rore ali dicuntur.4.de Hiſtoria. cap.7.C.&.5.cap.30.B.
2 Cicada inter om̃ia animalia ore caret, gerit tamẽ prolixum quoddã & compactũ indiuiſumq; ſimile aculeo,qđ linguæ ſpeciem gerit in quibuſdã inſectis ,quo haurit rorem.4.de Hiſtoria.cap.7.C.
3 Cicadis nullum excrementum reperitur in aluo.4.de Hiſtoria.cap.7.C.
4 Cicadæ,quas ab argutiolo ſono achetas uocam9,corpus præcinctum diſtinguitur ſepto tranſuerſo,& membranam liquido fert.4.de Hiſtoria.cap.7.C.
5 Cicadarum duo ſunt genera.Quarũ aliæ minores,quæ prius oriũtur, & nouiſſime pereũt,aliæ maiores,quæ canũt,& primæ pereũt. Natura quæ canunt,ſunt præcinctu diuiduæ, ſiue minores, ſiue maiores ſint,quæ uero non canunt,indiuiduæ cõſtant.Canentes argutæ,non canẽtes mutæ dicuntur.5.de Hiſtoria.cap.30.A.
6 Cicadæ non poſſunt naſci,ubi arbores deſunt. Vnde apud Cyrenen nullæ in campo ſunt,cum apud oppidum multæ proueniant.5.de Hiſtoria.cap.30.A.
7 Cicadæ oleas maxime amant inter omnes arbores ut minus umbroſas,loca em̃ frigida aſpernantᷣ.Vnde in opacis nemoribus eſſe nequeunr.5.de Hiſto.ca.30.A.
8 Cicadæ quomodo coeant, habes . 5.de Hiſtoria.cap.30.A.
9 Cicadæ ubi nidum excauent,habes. 5.de Hiſtoria.cap.30.A.
10 Cicadæ large proueniũt a copia imbriũ. 5.de Hiſtoria.cap.30.B.
11 Cicadæ mares in utroq; genere canũt,fœminæ ſilent.5.de Hiſtoria.cap.3.B.
12 Cicadæ fœtura qualis ſit, habes . 5. de Hiſtoria.cap.30.B.
13 Cicadæ mares ante coitum ſunt ſuauiores eſui,poſt coitum fœminæ.5.de Hiſtoria.cap.30.B.
14 Cicadæ hebetes uiſu ſunt,& ideo ſi qs extendat digitũ,& remittat,putãt frondem aliquam moueri, & ita digitum conſcendunt.5.de Hiſtoria.cap.30.B.
15 Cicadæ unde generentur,habes.5.de Hiſtoria.cap.30.B.
16 Cicadæ alteris locis agri Mileſii gignuntur,alteris nõ.8.de Hiſt.c.28.A.
17 Cicadæ tam maiores q̃ minores coeunt ſupinæ,maſq; inſerit in fœminam . Genitale fœmina habet reſciſſum,quo recipit,quod a mare iniicitur.Pariunt autem cicadæ in aruis ceſſantibus, excauantes aſperitate præacuta, quam parte habent poſteriore.5.de Hiſtoria.cap.30.A.
18 Cicadæ etiam in arundinibus,quibus uites fulciuntur,nidum fœturæ excauant, & in caulibus *Squilæ* herbæ interdum pariunt.5.de Hiſtoria.cap.30.A.
19 Cicada creſcit primo intra uermiculus, deinde fit ex uermiculo ea, quæ tettigometra uocatur,id eſt matrix cicadarũ, ex qua ꝓdeũt cicadæ.5.de.Hiſt.cap.30.B.
20 Cicadarum copia eſt in altero latere amnis in Cephalenia, in altero uero nullæ ſunt.8.de Hiſtoria.cap.28.A.
21 Cicadæ coeunt,& ex ſui generis animalibus oriuntur. 1.de Generat.c.16.A.✳. *Steſichorus.*
CICADASTRA. Exigua cicada, quæ paulum a cicada degeneret.
Cicadaſtræ non habent mẽbranã ſub ſepto tranſuerſo. 4.de Hiſtoria. capit.7.C.
CICATRIX.
1 Cicatrices cum in reliquo corpore nigræ ſint,oculorum tamen cur albæ ſunt,oſtẽditur.2.&.7.Problemate.Sectio.9.
2 Cicatrices cur nigræ ſunt hominum lienelaborantium.5.Problemat.Sect.9.
3 Cicatrix atra cur ducitur,ſi in eodem loco ſæpius extiterit,habes. 11. Problemate.Sectio.9.
4 in Cicatricibus cur non naſcanᷣ pili,oſtẽditur.13.Proble.Sect.9. Quære Aries.8.
CYCEON. Potio uel ex multis herbis uel melle & uino mixtura.



Cyceonẽ qui hauſerit,cur inter potãdũ ſobrius pſiſtere põt,oſtẽdiᷣ.12.Prob.Sect.3.
CICINDELA.Inſectũ,quæ & noctiluca:
Cicindelæ partim ſunt pennatæ, partim ſine pennis.4.de Hiſtoria.cap.1.B.
CICONIA.Auis.
1 Ciconia petit lacus & fluuios, unde cibũ quærat.8.de Hiſtoria.cap.3.D.
2 Ciconia hyeme latet.8.de Hiſt.c.16.A.
3 Ciconiæ cũ uulnus in pugna acceperint, cunilam herbam plagæ apponunt. 9.de Hiſtoria.cap.6.B.
4 Ciconiæ inuicem parentum ſenectutem educant. Pennæ inferiores ciconiarũ pallidæ ſunt,ſuperiores ceruleæ,poſtremæ rubræ ut halcedonis.9.de Hiſtoria.c.13.A.
CICVMA.
Cicuma auis nocturna carniuora eſt.8. de Hiſtoria.cap.3.A.
CYGNVS.Olor.Quære Olor.
CILICIA.Regio minoris Aſiæ. Quære Capra.10.
CILIVM.
1 Ciliũ appellamus pilos,qui hærent extremo ambitui palpebrarũ.1.de Hiſt.c.9.A.
2 Cilium utraq; palpebra pilis oppletũ eſt. 2.de Hiſtoria.cap.1.D.
3 Cilium in ſuperiori parte tãtũ habẽt quadrupedes.2.de.Hiſtoria.cap.8.A.
4 Cilium habent palpebris iunctum om̃ia, quæ pilos habent.Corticata uero & aues, & omnia,quæ pilos non habent, cilio carent, excepta ſtruthione aphricana.2.de Partibus.cap.14.A.
5 Ciliũ nulla quadrupes habet in parte inferiore,ſed in ſupiore.2.de Part.c.14.A.
6 Cilium utraq; palpebra homo habet.2. de Partibus.cap.14.A.
7 Cilia data ſunt contra incidentia in oculos tanq̃ uallum quoddam prominens.2. de Partibus.cap.15.A.
8 Cilia clauſulis uenularum ſummis immittuntur,nã ubi cutis finitur, ibidẽ uenulæ etiam deſunt,itaq; propter uaporem, qui inde craſſiuſculus prodit,pili naſcuntur, niſi qd naturalis opificii impediat ad aliũ uſum.2.de Part.cap.15.A.
CYLINDER.Columnare corpus.
1 Cylindris comparatur motus animalium. de Communi.animal.mot.c.3.C.
2 Cylinder propulſus fertur in directum,& ſuis orbib9 terminãtibus lineas rectas deſcribit.5.Prob.Sect.16.
CYLLENA . Vrbs Arcadiæ . Quære Merula.4.
CIMEX.Inſectum putidum.
1 Cimices per coitum generant lendes. 5. de Hiſtoria.cap.31.A.
2 Cimices nõ aluntur carne,ſed uiuæ carnis humore.5.de Hiſtoria.c.31.A.
3 Cimices gignũtur humore, qui per ſumma corporis animalium conſiſtit.5.de Hiſtoria.cap.31.A.
CYMINDIS.Quære Chalcis auis.
CINCHRAMVS.Auis coturnicũ dux. Quære Coturnix.9.
CINCLVS.Auis.
1 Cinclus auis aquas petit,unde uictũ quærat.8.de Hiſtoria.cap.3.D.
2 Cinclus apud mare traducit uitã. Aſtut9 & capi difficilis eſt,ſed captus omniũ maxime miteſcit, læſus eſt, & incontinens parte ſui poſteriore. 9.de Hiſtoria.c.12.A
CINCTVM. Quod Græci περίζωμα dicunt,hoc eſt ſeptũ tranſuerſum. Quære *Septum* tranſuerſum.
CINIS.
1 Cinis quia aduſtus fuit,aliquid caliditatis habet.2.de Partibus.cap.2.F.
2 Cinis humori admixt9 humidus eſt actu & per accidens,per ſe tamẽ & potẽtia ſiccus.2.de Part.cap.3.A.✳.
CINNAMOMVM.Planta aut arbuſtũ miri odoris.Quære Cinnamus.
CINNAMVS.
Cinnamus auis Arabiæ nidum ex ſurculis cinnamomi conſtruere dicitur, nidificat in excelſis arborib9 & ramis,ſed incolæ ſagittis plumbatis nidum petunt, atq; ita diſcuſſo in terrã,cinnamomum legũt. 9.de Hiſtoria.cap.13.A.
CYNOCEPHALVS. Interpretatur caniceps.Quære Caniceps.
CYNORRHAISTAE . Id eſt ricini. Quære Canis.15.
CYPRINVS.Piſcis.
1 Cyprinus quales habeat branchias, oſtenditur.2.de Hiſtoria.cap.13.B.
2 Cyprini quinquies aut ſexies anno pariunt, partumq; faciunt potiſſimum ratione ſiderum.6.de Hiſtoria.c.14.A.
3 Cyprini generatio ex ouo tardiſſima eſt poſt ſilurum,& cyprinus mas eadem ſeruat.6.de Hiſtoria.cap.14.B.
4 Cyprinus tunc oua cuſtodit,cum cõgeſta repererit.6.de Hiſtoria.cap.14.C.
5 Cyprinus uadis intrudit ſe, cum parturit. 6.de Hiſtoria.capit.14.C.
6 Cyprinus & ſilurus oua cuſtodiunt inter omnes piſces.6.de Hiſtoria.cap.14.C.
7 Cyprinus tonitruo magno ſopitur, ſed leuiter.8.de Hiſtoria.cap.20.A.

8 Cyprinus admodum carnoſum & molle habet palatum.2.de Part.cap.17.C.
CIPRVS.Inſula in mari Pamphilico.
in Cipro inſula beſtiolæ quædam in igne uiuunt.5.de Hiſtoria.cap. 19.E.✳.Stella.
CYPSELLVS.Auicula.
Cypſelli, quos apodes dicimꝰ, ſimiles ſunt hirundinibus, nec enim diſcerni ab hirundine poſſint, niſi ꝙ tibiis ſunt hirſutis. Nidū faciūt ſpecie ciſtellæ productæ lōgius ex luto, aditu uno arctiſſimo, idq; locis anguſtis intra ſaxa & ſpecus, ut & belluas euitare poſſint & hoïes.9.de Hiſt.c.30.A.
CIRCVL VS.
Circulus ſi proiiciatur, cur primo lineam rectam deſcribit, deinde cocleam, ſiue clauiculam agit, dum decidat, habes.11.Problemate.Sect.16.✳. Pondus.
CIRCVLVS.Generationis uitæ & ſimilium.Quære Generatio.16.Vita.6.
CIRCVS.Auis.
Circus auis pugnat cum uulpe.9.de Hiſtoria.cap.1.E.
CYRENE.Vrbs in Aphrica, a qua Cyrene prouincia dicta.Quære Aquilo.15. Canis. 38.Cicada. 6. Pedicuus piſcis. Rana.11.✳.
CIRRVS. Quorundā molliū brachiū.
Cirri mollium piſcium quales ſint, habes. 4.de Partibus.capit.9.C.
CYTISVS.Herba.
Cytiſus paſtus lac auget pecoribus, dum tamen in flore eſt, incommodus eſt.3.de Hiſtoria.cap.21.B.
CIVITAS.
in Ciuitate bene legibus inſtructa quiſq; ſuis officiis fungitur, ut mandatum eſt. de Communi.animal.mot.cap.5.A.✳.
CLAVCA.Aqlæ ſpēs. Quære Aqla.17.
CLAVDVS.
Claudi homines ſalaces & libidinoſi ſunt, quia exiguū alimentū deorſum fluit propter uitium cruris, ſurſum uero affatim effertur, atq; in ſemen conuertitur. 32. Problemate.Sectio.4.
CLAVICVLA. Anguſta ſemita in inteſtinis.
Clauicula quid ſit in inteſtinis, & unde dicta, habes.3.de Partibus.cap.14.G.
CLEPSYDRA. Vas a quo furtim aqua defluit.
in Clepſydra uaſe quæ eueniūt, unde eueniant, & de eadem re Anaxagoræ opinio explicatur.8. Problemate.Sectio.16.✳.
CLERVS.Quære Pyrauſta.
CLVNIS.
1 Clunes cur inſunt auibus omnibus, habes.4.de Partibus.cap.12.G.
2 Clunes cur ſubſident iis, qui rem ueneream immodice agunt, oſtēditur. 2.Problemat.Sectio.4.
CNICVM.Quære Cartamum.
COAGVLVM.
1 Coagulū lactis ſubſtātia eſt, quippe quod continetur in uentriculo eorum, quæ lactent.3.de Hiſtoria.cap.21.A.
2 Coagulum eſt lac ignem habens intra ſe, quod cum animalis tepore concoqueret, caſeum traxerit.3.de Hiſtoria.c.21.A.
3 Coagulum quo antiquius eſt, eo præſtātius, & tale mederi poteſt uentris profluuio.3.de Hiſtoria.cap.21.A
4 Coagulum habent omnia ruminantia, & inter dentata lepus.3.de Hiſtoria.c.21.A.
5 Coagulū laudatiſſimum eſt hinnuli.3.de Hiſtoria.cap. 21.A.
6 Coagulum lac cogit.3.de Hiſt.c.20.A.
7 Coagulū habēt om̄ia aïalia, quæ plures cōtinēt uentres. Carēt aūt eo, quæ unū uentrē cōtinēt, excepto lepore. Hēnt aūt coagulū, quibꝰ datū eſt, nō in magno uētre, nec in reticulo, nec in abomaſo, ſed in eo, quod inter ultimum & duos primos poſitus eſt, quod omaſum appellatur. Coagulum autē datum eſt propter lactis craſſamentum.3.de Part.c.15.per totum.
8 Coagulū eſt lac cōtinens calorē uitalem, qui partes ſimiles ducit eodē, & unit, atq; conſtituit.2.de Gener.c.4.I.
COCALE.Teſtatum aquatile.
Cocalia hēnt carnē oïo incluſam intra teſtā, excepto capite.4.de Hiſtoria.c.4.A.
COCHLEA.Teſtatum aquatile.
1 Cochlea qualis ſit, hēs.4. de Hiſt.c.4.A.
2 Cochleæ dētes q̄les ſint, & ubi habēt pmuſcidē, habes.4.de Part.cap.5.E.
3 Cochleæ uiſæ ſunt coire.3.de Gen.c.11.E
COCLES.Altero oculo captus.
Coclites tranſuerſi diſtortiq; incedūt. de Commu.animal.greſſ.cap.7.A.
COIRE.COITVS.
1 ad Coitū & initū proprias uoces hēnt animalia, quibus ſe ciēt.4.de Hiſt.c.9.C.
2 Coitus quadrupedū ouiparorum quomō fiat, habes.5.de Hiſtoria.cap.2.per totum.
3 Coitus animalium in genere quomō fiat, oſtenditur.5.de Hiſt.c.2.per totum.
4 Coitus eorum, quæ pedibus carent, & lōgo corpore ſunt, quomodo peragatur, habes.5.de Hiſtoria.cap.4.per totū.
5 Coitus piſcium quomodo peragatur, habes.5.de Hiſtoria.cap.5.per totum.



6 Coitus mollium in genere piſcium, quomodo peragat̃, hēs.5.de Hiſt.c.6.p totū.
7 Coitus cruſtatorū quomodo peragatur, habes.5.de Hiſtoria.cap.7.per totum.
8 Coitus inſectorum quomodo peragatur, habes.5.de Hiſtoria.cap.8.per totum.
9 Coitus lacertarū & murenarum quomodo peragatur, habes.5.de Hiſtoria.c.4.A.
10 Coitus tempus fixum eſt om̄ibus animalibus a natura, quod præcipue eſt uer, licet ſint aliqua, quæ autumno & hyeme coeant.5.de Hiſtoria.cap.8.A.
11 Coeunt quædam animalia congruo tempore, ut conſulant educationi filiorum. 5.de Hiſtoria.cap.8.B.
12 in Coitu diutius morantur, quæ animal pariunt, q̄ quæ ouum. 5.de Hiſtor.c.5.A.
13 Coitus uiuiparorum quando fiat, & quomodo, habes.5.de Hiſtoria.c.14.p totum.
14 Coitus tempore ferociunt mares.6.de Hiſtoria.cap.18.A.
15 Coitum appetūt omnia fere animalia uere maxime, quanq̄ ſint, quæ uere non coeant.6.de Hiſtoria.c.18.E.
16 Coitus uenereus quæ ſequitur, habes.1. de Part.cap.5.E.
17 Coitus qua parte agitur, habes. 4. de Part.cap.10.M.
18 Coeant quæ animalia celerius, & quæ tardius, habes.1.de Generatione. c.4.A.B.
19 non Coeunt multa animalia.1.de Generatione.cap.14.A.
20 Coeunt diuerſarum ſpecierum animalia, cuius rei exempla ponuntur, licet eiuſdē generis animalia ſecundum naturā coeāt. 2.de Generatione.cap.5.C.
21 Coeuntium animalium alia ſemen emittunt, alia non, & quæ ſint ea, & quare, oſtēditur.2.de Generatione.cap.1.B.
22 in Coitu maris & fœminæ moderatione opus eſt.4.de Generatione.cap.2.B.
23 Coire cur non poſſumus, niſi res turgēte corpore, urgeat, habes. 9.Problemate. Sectio.4.
24 Coeunt celerius homines ieiuni.10.Problemate.Sectio.4.
25 Coeundi facultas cum per ætatem datur, cur corpora male olent, prius autem tam uiri, q̄ mulieres non male olent, habes.3. &.25.Problemat.Sectio.4.
26 Coire cur nequeunt, qui mingendi deſiderio tenentur, habes.20.Prob.Sectio.4.
27 Coeuntibus cur ſi mingendi deſiderium eſt, penis uehementius intenditur, habes. 23.&.24.Problemate.Sectio.4.
28 Coeunt cur quædam animalia ſemper, alia ſæpe, alia certo anni tempore, ſolus tamen homo omni tempore coit, oſtenditur.46.Problemate.Sect.10.
29 Coeuntes cur oculos attollunt, habes.1. Problemate.Sectio.4.
30 Coitui cur obeſt pedum nuditas, habes. 5.Problemate.Sectio.4.
31 Coitus cur omnium ſuauiſſima res eſt, habes.16.Problemat.Sectio.4.
32 Coitus cur uentrem refrigerat, oſtēditur. 18.Problemate.Sectio.4.
33 Coitus cur flatus copia agitur, habes.1. Problemate.Sect.30.Quære Paſſer.2.✳.
COLARIS.Auis.
Colarem occidit ulula. 9.de Hiſt.c.1.D.
COLES.Penis.
Coles eſt pars communis femoris & natis.1.de Hiſtoria.cap.14.A.Quære Genitale uiri.Penis.
COLLIQVAMENTVN.
1 Colliquamētum quid ſit, & quæ ueterum de illo opinio fuerit, & in qbꝰ plus eſt aut minus, & ꝙ nō ſit ſimilariū partium, oſtēditur.1.de Gener.cap.18.E.F.N.
2 Colliquamentum eſt, quod ſeccrnitur ex incremento reſolutione præter naturā.1. de Generatione.cap.18.N.
COLOR.
1 Colorē mutat polypus, mutat & Chameleon. 4.de Partibus. cap.5.C.& cap.11.F.
2 Colores cutis animaliū unde proueniāt, oſtēditur.5.de Generatione.cap.6.per totum. Quære Chameleon.2. Cutis.9.14. Facies. 2.Polypus.17.Toticolora.✳.
COLOSTRVM.
Coloſtrum.3.de Part.cap.15.A.
COLOTA.Auis.
Colota hoſtis eſt aſini, dormit em̄ in præſepibus, & narem aſini ſubiens impedit, ne comedat.9.de Hiſtoria.cap.1.E.
COLVBER.
Colubri Thebæi, ut perhibent Aegyptii, cornuti eſſe dicuntur per quandam ſimilitudinem, quaſi aliquid illis ueluti ueſtigium cornu extuberet. 2.de Hiſtoria. cap.1.H.
COLVMBA. COLVMBVS. COLVMBACEVS.
1 Columbi gregales ſunt. 1.de Hiſt.c.1.F.
2 Columbi cum hominibus degere ſolent. 1.de Hiſtoria.cap.1.H.
3 Columbæ tam exiguum lienem habent, ut propemodum ſenſum effugiat. 2.de Part.cap.15.B.
4 Columbæ inteſtino iunctum fel habent. 2.de Hiſtoria.cap.15.C.

5 Colũbus minor eſt palũbibus & uinagine,maior tamẽ turture.5.de Hiſt. c.13.A.
6 Columbæ toto anno fœtificant,pariunt, & educant pullos,ſi cibum habeant,& locum apricum,ſin minus,æſtate tantum. Proles præſtantior eſt uere q̃ autumno, deterrima æſtate,& omnino tempore calidiore.5.de Hiſtoria.cap.13.A.& 6.c.1.A.
7 Columbus ſenior primum coitum oſculo exorditur,ſequentẽ & ſine oſculo agit, iunior uero, quotiens coire libet,totiens oſculatur.6.de Hiſtoria.cap.2.E.
8 Columbæ toto fere tempore pariunt.6. de Hiſtoria.cap.1.A.
9 Columbæ ouum paucioribus diebus perficitur q̃ gallinæ.2.de Hiſtoria.cap.2.E.
10 Columbæ pariunt oua ſubuẽtanea.6.de Hiſtoria.cap.2.C.
11 Columbis etiam tempore pariendi eſt facultas retinendi.6.de Hiſtoria.c.2.E.
12 Colũbis peculiare eſt, ut in coitu mas nõ aſcendat,niſi antea mutuo oſculentur.6. de Hiſtoria.cap.2.E.
13 Columbæ fœminæ etiam inter ſe coeũt, ſi mas deſit, & tamen ſic oua plura pariunt,q̃ ex maris coitu,uerũ ex his ouis nullus naſcitur pullus, ſed ſunt omnia irrita.6.de Hiſtoria.cap.2.E.
14 Columbarum præcipue oua quædam, etiam quæ coitu pariunt, infœcũda ſunt. 6.de Hiſtoria.cap.3.D.
15 Columbæ licet tria oua pariant,nunq̃ tamen plus q̃ duos pullos educãt, nõnunq̃ etiã unũ tantum,tertiũ ouũ ſemper irritũ eſt,quod urinũ appellãt.6.de Hiſt.c.4.A.
16 Columbæ magna ex parte marem & fœminam generant,priorem marem, poſteriorem fœminam,& cum pepererint primum ouum, uno interpoſito die, ſecundum pariunt.6.de Hiſtoria.cap.4.A.
17 Colũbus & colũba incubãt uiciſſim,interdiu mas,fœmina noctu.6.de Hiſt.c.4.A.
18 Columbæ citra diem uiceſimum excludunt,& pridie illius diei,quo pullum excludũt,perforant ouum,& tam mas q̃ fœmina fouent prolem ad certum tempus eo modo quo oua.6.de Hiſtoria.c.4.B.
19 Columbæ pariunt decies anno,nonnullæ undecies, Aegyptiæ uero duodecies.6.de Hiſtoria.cap.4.B.
20 Columbæ coeunt intra annum, quippe quæ ſemeſtres noſſe incipiant uenerem. 6.de Hiſtoria.cap.4.B.
21 Colũba citra dies triginta prole ſuperiore expedita,parit.6.de Hiſto.cap.4.B.
22 Colũbacei generis plures ſunt ſpecies,6. de Hiſtoria.cap.3.A.
23 Colũbus frugibꝰ ueſcit.8.de Hiſt.c.3.C.
24 Columbæ non diſcedunt a nobis hyeme, ſed manent.8.de Hiſtoria.cap.12.B.
25 Columbæ mutuo amore mas & fœmina degunt. Parturienti fœminæ mas adeſt, cultu officioq; omni fungitur,cogit fœminam mas intrare nidũ, ſi pigrius eat. Excluſis pullis terram ſalſuginoſam præmãducatam in os inſerit. Non patiuntur fœminæ cum pluribꝰ coire,pugnax animal eſt,& alter alterum infeſtat. Proprium illis eſt nõ reſupinare collum,cum bibũt. 9.de Hiſtoria.cap.7.A.B.
26 Columbus & ſe lauat, & ſe uolutat puluere.9.de Hiſtoria.cap.49.C.
27 Columbarum genus magna ex parte bina oua parit,ſed interdum terna.6.de Hiſtoria.cap.1.D.&.3.de Genera.cap.1.D.
28 Columbæ conniuent utraq; palpebra. 2. de Partibus.cap.13.B.
29 Columbus caret liene magnitudine.3.de Part.cap.7.C.
30 Columbæ ſæpe uidentur inter ſe roſtra coniungere,non tamen ore coeunt.3.de Generatione.cap.6.A.
31 Columba paucipara eſt, quia columbarũ genus medium eſt inter aues aduncas & graues.3.de Generatione.cap.1.B.
32 Columbarum coitus & partus ponitur. 3.de Generatione.cap.1.C.
33 Colũbæ cæcos pariũt.4.de Gener.c.6.B
34 Columbæ quot pariant,habes.3.de Generatione.cap.1.D.
35 Columbæ parte generis uariæ ſunt. 5. de Generatione.cap.6.A.

COLVM.Inteſtinum quoddam.
1 Coli conſyderationem habes.3.de Partibus.cap.14.F.
2 Colum laxum inteſtinum dicitur. 3.de Part.cap.14.G.

COLVMELLA.Quæ & uua dicitur.
1 Columella ſi modice humefacta intumeſcat,inflãmeturq;, nomine uuæ uocatur, & ſtrangulat.1.de Hiſtoria.c.11.C.
2 Columella quid ſit,oſtenditur.1.de Hiſtoria.cap.11.C

COLLVM.
1 Collum eſt, quod eſt inter pectus & faciem, cuius pars prior guttur, poſterior gula eſt.1.de Hiſtoria.cap.12.A.& 4.de Part.cap.1.D.
2 Collum capiti ſubiacet in animalibus collum habentibus,habẽt enim collum omnia, quæ ſpirãt. Vnde piſces collo carẽt, cum non ſpirent.3.de Part.c.3.A.
3 Collum gratia gutturis ſeu arteriæ uocalis & gulæ eſt.3.de Part.cap.3.A.&.4. de Part.cap.10.A.
4 Collum habent quæcunq; obtinẽt pulmonem.4.de Part.cap.10.A.
5 Collum flexibile & uertebris compactum eſt omnibus animalibus,præterq̃ leoni & lupo, in quibus collum perpetuo oſſe riget.4.de Part.cap.10.B.
6 Collum nulli longum,cui ungues adunci.4.de Part.cap.12.B.
7 Collo quæ carẽt animalia,cur caput mouere nequeunt,habes.19.Problemate.Sectio.10.✳.Philoxenus.

COLLVRIO.Auis.
Collurio eiſdem quibus merula ueſcitur, magnitudo eius eadẽ, quæ pardali, capitur hyberno potius tempore, ſemper apparet.9.de Hiſtoria.cap.23.A.

COMITIALIS MORBVS.Quẽ uulgus caducũ uocat,Græci Epilepſiã dicũt.
Comitialis morbus dictus eſt ſacer & Herculeus,quia Hercules illo laborauit. 1.Problemate.Sectio.30.

COMMVNE.
Cõmune particularia omnia ſequit.4.de Gener.c.3.E.Quære Vniuerſale.✳.

COMMOSIS. Purgamentum quodam ceræ.
Commoſis quid ſit,& quibus morbis medeatur,habes.9.de Hiſtoria.cap.4.B.

COMPOSITIO.
1 Compoſitio rei naturalis primo tractanda eſt,deinde cauſæ.1.de Part.cap.5.D.
2 Compoſitio realis triplex eſt. Prima ex elementis,uel melius fortaſſis ex elementorum qualitatibus.Secunda ex partibus ſimilaribus.Tertia ex partibus diſſimilaribus.2.de Part.c.1.A.✳.Quære Totum.

CONCEPTVS. Pro fœtu intra uuluam.Quære Fœtus.

CONCHA.Teſtata aquatilia.
1 Concharũ plura genera ſaxis affixa uitã omnem traducunt.1.de Hiſt.cap.1.E.
2 Concharum teſta eſt ut pectunculorum caua & ſimplex, nec ita deſtinata, ut illi adhæreant.4.de Hiſtoria.cap.1.F.
3 Conchæ locis arenoſis ſui ortus initia capiunt.5.de Hiſtoria.cap.15.D.
4 Cõcharum genus uariis locis naſcitur,& uitam uarie degunt.5.de Hiſtoria.c.15.A.
5 Conchæ nulla radice innituntur.5.de Hiſtoria.cap.15.E.
6 Cõcha cœno ueſcit.8.de Hiſt.cap.2.F.
7 Conchas tenuiores & ſcabras efficere circum ſe uelut loricã duram,eamq; eo ampliorem,quo ipſæ ſunt ampliores, atq; de ea quaſi latibulo aut caſula quadam prodire,aiunt.9.de Hiſtoria.c.37.F.
8 Conchæ binis dentibus fulciuntur.4.de Part.cap.5.B.

CONCIPERE.
1 Concepiſſe mulierem, quæ ſint indicia, & quibus rebus id iuuetur,oſtendit.7.de Hiſt.c.7.A.B.Quære Fœtꝰ.Mulier.13.17
2 Concipiãt quæ animalia ſine mare. Quære Rubellio.2.4.
3 Concipiant cum multa animalia, in ſuis quæq; dictionibus quærenda ſunt.

CONCLVSIO. Syllogiſmi. Quære Agibile.✳.

CONCOCTIO. Quam uulgus digeſtionem appellat.
1 Concoctiones ciborum ubi fiunt, habes. 2.de Part.cap.3.C.
2 Concoctionis ſanguineæ pbæ finis quid ſit, habes.3.de Part.cap.9.C.
3 Concoctum in quolibet genere dulcius eſt.3.de Generatione.cap.1.F.
4 Concoquitur facilius,quod dulcius eſt.4. de Generatione.cap.6.C.
5 Concoctio calore fit.5.de Generatione. capit.6.B.✳.Digeſtio.

CONGER.Piſcis.
1 Conger gulam habet, ſed exiguam. 2.de Hiſtoria.cap.17.A.
2 Congrorum fel quomodo ſitum ſit,oſtẽditur.2.de Hiſtoria.cap.15.C.
3 Conger ex longis non parit illud ouum arenidum.3.de Hiſtoria.cap.10.A.
4 Congri fœturam intra ſe continent, ſed non omnibus locis id æque conſtat.6. de Hiſtoria.cap.17.D.
5 Congros uincunt locuſtæ,nam elabi non poſſunt propter cruſtæ aſperitatem.Congri uero polypos ſuperant, edere tamen ipſos non poſſunt,nam leue corpus hoſtis uſum effugit.8.de Hiſtoria.cap.2.E.
6 Congri polyporum caudas arrodunt.8. de Hiſtoria.cap.2.E.
7 Congri carniuori ſunt, & alios congros edunt.8.de Hiſtoria.cap.2.E.
8 Congrorum albicantium genus pelagium eſt, & non littorale. 8. de Hiſtoria. cap.13.A.
9 Congri nigrantes tam pelagus q̃ littus incolunt.8.de Hiſtoria.cap.13.A.
10 Congri hyeme latent.8.de Hiſt.c.15.A
11 Congri cauda abſcinditur a murena.9.de Hiſtoria.cap.2.A.
12 Conger quibus caret pinnis, habes.4.de Partibus.cap.13.B.

13 Congrorum motus qualis ſit, habes. de Communi.animal.greſſ.c.2.D.

14 Congris binæ tantum pinnulæ ſunt. de Communi.animal.greſſ.cap.2.D.

CONNIVERE.

1 Conniueant quæ animalia, habes. 2.de Hiſtoria.cap.12.B.

2 Conniuendi uarietas in diuerſis animalibus ponitur.2.de Part.cap.13.A.

CONSONANS.

Conſonantes literæ lingua & labiis proferuntur. 4.de Hiſtoria.cap.9.A. Quære Balbus.Litera.✳.

CONSVETVDO.

Conſuetudo tantã uim habet,ut qui luxurioſe uiuere cõſueuerint,ſi ad uitã parciorẽ traducant,ægrotent. 1. Prob.Sect.28. Quære Dionyſius.Gallina.8.

CONTEMPLATIO.Pro ſpeculatiõe.

1 Contemplandi & docendi duo ſunt habitus.1.de Part.cap.1.A.

2 Contemplationes quæ habeant pro fine. de Communi.animal.greſſ.c.3.A.

CONTINGERE.Quære Raro.✳.

CONTRARIA.

1 Contraria omnia diſtant inter ſe,& in eandem ueniunt diuiſionem. 1.de Partibus.cap.3.C.D.

2 Contrariũ quomodo gignitur ex contrario,habes.1.de Gener.c.18.L.

3 ex Contrariis multipliciter fit generatio.1.de Generatione.cap.18.L.✳.

CONVVLSIO. Morbus qui græce ſpaſmus appellatur.

1 Conuulſione intereũt plurimi pueri. Cui morbo nocet uinum & nigrum magis q̃ album & minus dilutũ.7.de Hiſt.c.12.A.

2 Conuulſio ſeptimo die ſolet pueros interficere,& plenilunio magis infeſtat, & ſi a ſcapulis oriatur,in anguſto ſpes eſt. 7.de Hiſtoria.cap.12.A.

COPVLA. Pro nodo membrorum. Quære Nodus.

COR.

1 Cor iũgitur arteriæ uinculis obæſis chartilagineis fibroſiſq;.1.de Hiſt.c.16.C.

2 Cor an ſubeat ſpiritus,dum arteria inflatur,minus manifeſtũ eſt in nonnullis animalibus,ſcilicet in minutis, at in grandioribus ſpiritum ſubire cor,apertum eſt. 1. de Hiſtoria.cap.16.C.

3 Cor triplicem ſinum continet.1.de Hiſtoria.cap.17.A.

4 Cor iacet paulo a pulmone ſuperiꝰ ad arteriæ fiſſurã opertũ mẽbranæ inuolucro pingui & corpulẽto,qua uenæ maiori adnectiẽ,& aortæ,iũgiẽ aũt cũ aorta mucronato turbine.1.de Hiſtor.cap.17.A.



5 Cor ſuo mucrone uergit in pectꝰ in oibꝰ, quæ pectus ſortiũtur.1.de Hiſtor.c.17.A.

6 Cor æque ſuo mucrone uergit in partem priorẽ in oĩibꝰ tã pectore conſtitutis,q̃ ea ipſa parte carentibus,uerum latere ſæpe poteſt,quoniam diſſecto animante,dimoueatur.1.de Hiſtoria.cap.17.A.

7 Cor ſpectat ſuperiora corporis ampliore parte ſui.1.de Hiſtoria.cap.17.A.

8 Cor habet maiorẽ partẽ ſui mucronis carnoſam & ſpiſſam,& neruulos ſuis in cauis continet.1.de Hiſtoria.cap.17.A.

9 Cor reliquis animalibꝰ in medio pectore ſitũ eſt,homini tantũ in partẽ ſiniſtrã potius uergit paulo a mãmarum diſtinctiõe ad læuã inclinans papillam pectoris parte ſuperiore. Nec magnũ eſt,ſpecie tota nõ oblõgũ,ſed rotũdius,parte tñ extrema in acutũ ſe colligit,exitq; pene in mucronẽ. 1.de Hiſt.c.17.A.&.2.de Hiſt.c.17.A.

10 Cor habet maximũ ſinum in dextro latere, minimũ in ſiniſtro, mediũ magnitudine eſt inter ſiniſtrum & dextrum.1. de Hiſt.c.17.A.&.3.de Hiſt.c.3.C.

11 Cordis ſinus omnes ad pulmonẽ foraminibus peruii reddunẽ.1. de Hiſt.c.17.A.

12 Cor ſuo maximo ſinu coniungitur uenæ maiori,ſinu aũt medio aortæ annexũ eſt. 1.de Hiſtoria.cap.17.B.

7 Dormiũt aĩalia maximã temporis partẽ, quia incrementũ & pondus partibus ſuperioribus impoſitũ eſt.5.de Gene.c.1.D.

8 Dormientibus accidunt ſomnia, aliud etiã præter ſomnia, ut ſurgere & ſimilia. 5.de Generatione.cap.1.D.

9 Dormiẽtes cur magis ſudãt, hẽs.16.Prob. Sect.2. Quære Somnus. Somnium.✳.

DORSVM.

1 Dorſum pone pectus eſt, cuiꝰ partes ſunt ſcapulæ, & ſpina, & infra lumbi e regione uẽtris, octonæ uero coſtæ cõmunes ſunt ꝑtes ſupioris inferioriſq;.1.de Hiſt.c.14.A.

2 Dorſo oſſeo aut ſpineo cõſtãt oĩa aĩalia ſanguinea maiora.3.de Hiſtor.c.7.C.✳.

DRACO.

1 Draco & aquila diſſident, quia aquila anguibus ueſcitur.9.de Hiſt.cap.1.C.

2 Draco cũ uſu pomorum nauſea infeſtatur, lactucæ ſylueſtris ſuccum exſorbet, quod ita facere ſæpius uiſus eſt.9.de Hiſtoria.c.6.B.Quære Anguis.

DVLCE.

1 Dulcia impiguãt boues.9.de Hiſt.c.7.A.

2 Dulcius eſt, quod concoctum eſt. 3.de Generatione.c.1.F.Quære Apes.3.✳.

DVO.

Duo eſt numerus inter unum & multa. 3.de Gener.c.1.D.✳.Dualitas.

DVRVM. Molli oppoſitum.

Durũ eſt, q̃d ſiccũ eſt.5.de Gen.c.3.D.✳

E

EBRIETAS. EBRIARI. EBRIOSVS EBRIVS.

1 Ebrietatem cur magis ſentiũt, q dilutiuſculũ uinũ, q̃ q merũ ex toto bibũt, habes. 3.Prob.Sect.3.

2 Ebrietatem cur ſedat braſſica, habes.17. Problemate.Sectio.3.

3 Ebrietatẽ cur arcet oleũ, & ſorbitũ facultatem præſtat potãdi, hẽs. 34.Prob.Sect.3.

4 Ebrianẽ cur minus, qui poculo amplo & fœcundo hauriũt, habes.12.Prob.Sect.3.

5 Ebrioſi cur nõ calẽt, ſed frigẽt, licet uinũ calidũ ſit, & laterũ dolore & huiuſmodi morbis excipiunẽ, habes.2.Prob. Sect.3.

6 Ebrioſorum ſemen cur magna ex parte infœcundum eſt, habes. 4.Prob.Sect.3.

7 Ebrioſi tremunt, & cur id fiat, oſtẽditur. 5.Prob.Sect.3.&.25.Prob.Sect.3.

8 Ebrioſi cur ſolis calore gaudẽt, habes.28. Problemate.Sectio.3.

9 Ebrii cur nõ delirant, leuiter uero ebrii delirant, habes.2.&.26.Prob.Sect.3.

10 Ebrii aquas ſalſas & uitioſas cur magis ſentiunt q̃ ſobrii, habes.8.Prob.Sect.3.

11 Ebriis uehementer cur omnia circũferri

uidentur, & inter initia ebrietatis res ſemotas cernere nequeunt, atq; hinc ebrietatis iudicium nonnulli deducunt, habes. 9.&.20.Problemate.Sectio.3.
12 Ebriis cur res una plures uidetur, habes. 10.Prob.Sect.3.&.20.Prob.Sect.3.
13 Ebrii concubere cur nequeunt, habes.11.&.30.Prob.Sect.3.
14 Ebrii cur citius fiunt illi, qui ſunt exercitati, q̃ qui inexercitati, hēs.15.Prob.Sect.3.
15 Ebrii cur alii redduntur tardi, alii ſupbi, alii inſanibundi, habes.16.Prob.Sect.3.
16 Ebrii cur ad lachrymandum ſunt propēſiores, habes.23.Prob.Sect.3.
17 Ebriis aliquādo ſomnus cur oriri nequit, habes.24.Prob.Sect.3.
18 Ebriorum lingua cur oberrat, habes.30.Problemat.Sect.3.
19 Ebrii iuuenes cur potiꝰ immingunt, q̃ ſenes, habes.33.Prob.Sectio. 3. Quære Cyceon.✳.Dionyſius.Vinum.
ECHENEIS.Piſciculus qui a latinis dicitur remora. Quære Remora.
ECHINVS.
1 Echinus aquatile animal teſtatum eſt.4.de Hiſtoria.cap.4.A.
2 Echinꝰ inter teſtata ſolus carne uacat, uidemus tñ nigra quædā intus uice carnis. 4.de Hiſt.c.5.A.&.4.de Part.c.5.C.
3 Echinorũ plura ſunt genera, inter quæ Echinometra, hoc ē matrix echinorũ magnitudine oēs excellit.4.de Hiſt.c.5.A.
4 Echinorũ figura, uictus, interiora mēbra & exteriora deſcribuntur, & qui ex illis ſunt eſui apti, & qui non, oſtēditur. 4.de Hiſt.c.5.per totũ.&. 4.de Part.c.5.p totũ.
5 Echinorum os uerſum in terram eſt, qua uero excremēta emittũt, ſurſum eſt, quia paſtũ ex imis petunt.4.de Hiſt.c.5.B.
6 Echini candidi naſcuntur circa Toronam.4.de Hiſto.c.5.A.Quære Torona.
7 Echini ſic ſuis ſpinis nituntur, ut pedibus, atq; iis nitentes mouentur, & ſedem mutant.4.de Hiſtoria.cap.5.A.
8 Echini non uidentur olfactum habere. 4.de Hiſto.capit.8.G.
9 Echini cibo idonei, q̃uis uere & autumno uideantur habere ſua oua, nullo tamen tēpore ſine ouis ſunt.5.de Hiſt.c.12.A.
10 Echini Euripi Pirrheni adeo calidam naturam habent, ut contacta decoquant. 5.de Hiſtoria.cap.15.A.
11 Echini, quos fert Euripus Pirrhæus, hybernis tpibus meliores ſunt.5.de Hiſt.c.12.A
12 Echinꝰ nihil hēt carnis.4.de Part.c.5.C.
13 Echinorum plures ſpecies ſunt, quorum partes & membra explicantur. 4.de Partibus.cap.5.F.G.H.I
14 Echini in globum circumacti ſunt. 4.de Partibus.cap.7.A.
15 Echinus maxime omniũ teſtatorum munitus eſt, quippe qui teſta undiq; uallata cæletur.4.de Part.cap.15.E.
16 Echini pelagici, quorum uſus contra ſtillicidia urinæ prodeſt, exigui ipſi ſunt, ſed aculeos grandes & duros gerunt, quia cũ frigidi ſunt excrementi multum continēt, ex quo aculei fiunt. Oriuntur autem gurgite ſexaginta & amplius paſſibus profundo.5.de Gener.cap.3.D.E.
ECHINOMETRA. Quære Echinꝰ.3.
ECHO. Sonus reflexus.
Echo quomodo fiat, habes.23.&.51.Problemate.Sectio.11.✳.
ECLIPSIS.Interpretatᷣ deliquiũ ſeu defectus. Quære Luna.11.Sol.10.✳.
EFFECTVS.
Effectus unus ſi a diuerſis cauſis fiat, an fiat una & eadem ui, an diuerſis, habes. 6.Prob.Sect.9.✳.Cauſa.
EFFLVXIO. Quære Abortio.1.
EGYPTVS. EGYPTIVS. A.VM. Quære Aegyptus. Aegyptius.
EGITHVS. Quære Aegithus.
EGROTANS. Quære Aegrotans.
ELAPHVS.Mons. Quære Cerua.5.
ELATERIVM.Medicamentum ex fructu cucumeris ſylueſtris factum.
Elateriũ ſumptũ mouet, & ſoluit uētrē ſuperiorē & inferiorem.42.Prob.Sect.1.
ELECTIO.ELIGERE.
1 Electio motum affert animali, & eſt cōmunis cogitationis & appetitus.de Cōmuni.animal.mot.cap.2.C.
2 Eligimus finem rerum agendarum. de Communi.animal.mot.c.2.C.✳.
ELEGINI.
Elegini piſces gregales ſunt. 9.de Hiſtoria.capit.2.A.
ELEMENTVM.
1 Elementorum ex qualitatibus ſcilicet frigiditate ſiccitate & humiditate & caliditate potius forte dicentur cōponi cōpoſita, q̃ ex elementis. 2.de Part. capit.1.A.
2 Elementa quæ, & quot ſint, & eorum qualitates, & quorum gratia ſint, habes. 2.de Partibus.capit.1.A.B.
3 Elementa cauſas habent mortis & uitæ, ſomni & uigiliæ, iuuentutis, & ſenectutis, morbi & ſanitatis.2.de Part.c.2.C.✳.
ELEPHANTVS.
1 Elephantus facile poteſt manſueſcere.1.



de Hiſtoria capit.1.G.
2 Elephantes mites ſunt, & manſuetudini addicti.1.de Hiſtoria.cap.1.I
3 Elephanti naſus ſeu promuſcis ualida & prolixa eſt, eiuſq; uſus idem, qui manus, ea namq; cibos tam ſiccos q̃ humidos colligunt, capiunt, & ori admouēt ſoli animantium omniũ.1.de Hiſto. cap.11.C.& 2.de Hiſtoria.cap.1.B. &.2.de Partibus. cap.16.A.B.&.4.de Partibus.cap.12.A.
4 Elephantus digitos quinq; numero habet indiuiſos leuiterq; diſcretos.2.de Hiſtor. c.1.B.&.4.de Gener.c.4.F.
5 Elephãtus crura priora hēt multo lōgiora poſterioribus, & malleolos poſſidet cruribus imis poſterioribus. 1.de Hiſt.c.1.I.
6 Elephãtus talem tantamq; narem habet, ut ea uice manus utatur, quippe qui non niſi ad os illam admouens & bibat, & edat, ſuo etiam rectori erigit eam, atq; offert. Arbores ea proſternit. Et quoties immerſus per aquam ingreditur, ea ipſa ædita in ſublime reflat, atq; reſpirat. Adũciuſcula eſt poſtrema parte ſui, ſed flecti non poteſt.2.de Hiſtoria.c.1.B.
7 Elephantus cōſidēdo crura flectit, nequit tamen præ nimio pondere in utrumq; latus æquilibrio quodam uergere, ſed aut læua incubat aut dextra, atq; eo ipſo habitu requieſcit.2.de Hiſt.cap.1.B.
8 Elephãtus modo hominis flectit ſuos poſteriores poplites.2.de Hiſt.cap.1.B.
9 Elephãtus in quadrupedum genere hirſutus minime eſt.2.de Hiſtoria.c.1.E.
10 Elephãtus tã mas q̃ fœmina binas mammas habet ſub armis, & tã exiguas, ut uix inſpici queant.2.de Hiſtoria.cap.1.H.
11 Elephãtus coitũ celeriꝰ agit, qa teſticulos habet recōditos ad renes.2.de Hiſt.c.1.I.
12 Elephantus genitale paruum habet pro portione corporis, & equo ſimile, & teſtes non habet foris conſpicuos, ſed intus reconditos ad renes.2.de Hiſtoria.c.1.I.
13 Elephãtus utrinq; q̃ttuor dētes habet, quibus cibũ cōficit, atq; in farinæ ſpeciē molit, duo grãdeſq; prominent, quos mares habēt grãdiores, q̃ fœminæ, & reſimatos, quos nō ſtatim ut natꝰ eſt, cōſpicuos habet, q̃uis grandiores ſint.2.de Hiſt.c.5.A.
14 Elephãtus perquã exiguã linguã habet, & interius reconditam, ut uix eam uidere poſſis.2.de Hiſtoria.cap.6.A.
15 Elephanto inteſtinum ita ſinuoſum eſt, ut quattuor aluos habere uideatur. 2.de Hiſtoria.cap.17.D.
16 Elephanto teſtes coniuncti ſunt aluo.3.de Hiſtoria.cap.1.B.
17 Elephãtus inter om̃ia animãtia habet ungues, cũ nō hēat digitos.3.de Hiſt.c.9.A.
18 Elephãtorum de ſemine quod tradit Cteſias, falſum eſt, cum dicat, illud durari ſicceſſens, ut ſuccino ſimile efficiatur.3.de Hiſtoria.cap.22.A.&.2.de Gener.c.2.C.
19 Elephantus uocem ædit ſpirabundã ore ipſo circa nares, atq; per nares ſimilē tubarum raucitati ſonat.4.de Hiſtoria.c.9.D.
20 Elephanti coituri petunt ſolitudines, ſed præcipue ſecus flumina, qua paſci ſolēt, ſubſidet fœmina atq; clunibus ſubmiſſis inſiſtit pedibus, ac nititur, mas ſuperueniens comprimit.5.de Hiſto.c.2.B.
21 Elephantus fœmina incipit coire anno duodecimo cũ celerrime, quinto decimo cum lentiſſime. Mas quinq; aut ſex annos natus ſuperuenit, ineunte uere. Coitum triennio interpoſito, repetit, quã grauidã reddit, eandem præterea tangere nunq̃ patitur. Vterum biennio gerit. Fœtum magnitudine uituli bimeſtris aut trimeſtris ædit.5.de Hiſtoria.cap. 4.F.&.4.de Generatione.cap.5.A.& capit.10.B.
22 Elephanti maxime eferãtur tempore coitus. Quamobrem nequaq̃ apud Indos permittunt illis coitum, libidinis enim rabie agitati, caſas male cōditas proſternũt, & plura alia incommoda faciunt. Mitigari pabuli copia creduntur, plagis etiam tēperant, adductis aliis, quibus ferire præcipiant.6.de Hiſto.cap.18.B.
23 Elephantus tam mas q̃ fœmina incipit coire anno ætatis uiceſimo. Gerunt uterum annum & ſex menſes, alii dicũt triennium. Cauſa autem quare hoc ſit, incerta eſt, ꝙ coitus non pateat. Parit autem fœmina enitens poſterioribus cruribus, & ſubſidens. Pullus ore ſuggit, nō promuſcide, & ſtatim ut natus eſt, cernit, & ambulat.6.de Hiſt.c.27.per totum.
24 Elephantus eodem paſtu edere poteſt Macedonios modios nouem, ſed dare eſt periculoſum, ſex uero aut ſeptem in uſu dare eſt, farinæ uero non plus q̃ quinq;, uini heminas ſex. Iam quidam amphoras aquæ menſuræ Macedonicæ quattuordecim eodem hauſit potu, & rurſus a meridie eiuſdem diei octo. Elephantum alii annos ducentos, alii trecentos uiuere tradunt. 8.de Hiſt.c.9.per totum.
25 Elephanti cum cæteris morbis immunes ſint, inflatione tamen alui infeſtantur. 8.de Hiſtoria.capit.22.A.
26 Elephanti morbis contractis ex inflatio

ne laborant, quo ſit, ut nō poſſint uel ueſicæ uel alui excrementa reddere. Aegrotant etiā, ſi comedant terrā, ſed ſi frequenter comedant, nil mali ſentiūt. Lapides interdū deuorant, nec nō fluore tentantur, curantur potione aquæ calidæ, & cibo feni melle imbuti. Si per uigiliā feſſi ſunt, armis perfricatis ex ſale oleo & aqua curātur. Si humeri dolēt, carnibꝰ aſſis appoſitis curant. Oleum ſi bibant, ſpiculū a corpore eiiciunt, ꝙ ſi oleum non bibant, Tirtami radix uino decocta datur. 8. de Hiſtoria. capit. 26. per totum.

27 Elephanti inter ſe dimicant, & qui uictus fuerit, adeo animū amittit, ut ne uocē quidem uictoris toleret. Elephantes enim mirum in modum differunt inter ſe & robore & animo. 9. de Hiſt. cap. 1. G.

28 Elephantis etiam fœminis utūtur Indi in bello, ſed paucis. 9. de Hiſt. cap. 1. G.

29 Elephantus euertit ædificia dētes admouens magnos. Palmas arbores ſua fronte impellit, donec declinet, tū pedibus cōculcans proſternit in terrā. 9. de Hiſt. c. 1. G.

30 Elephantes uenantur uenatores manſuetos conſcendentes, & feros inſequuntur, quos cū occuparint, ferire præcipiūt ſuis, dum fatigent, uireſq; diſſoluant, tunc rector infatigatum illum inſilit, regitq; falce, poſt breui fera miteſcit, atq; obtemperat. Quandiu rector inſidet, mitē ſe quiſq; præbet, cū deſcenderit, alii ſe mites præbent, alii feritatem ſeruant. Qui non miteſcunt, uinculis ligantur. Capiuntur & natu grandes, & pulli. 9. de Hiſt. c. 1. G.

31 Elephantus omniū ferarum mitiſſimus eſt & placidiſſimus, quippe qui per multa officia erudiatur, & intelligat, quando etiā regē adorare cōdiſcit. Valet ſenſu, & reliqua ſagacitate ingenii excellit. Quam fœminā coitu impleuerit, rurſus non tangit. Viuere elephantos tam mares q̃ fœminas annos ducentos, alii centum & uiginti affirmant. Florēt circa annum ſexageſimum. Impatiens frigoris animal eſt. Amat amnes, & quanuis fluuiatilis non ſit, riparius tamen dici poteſt. Incedit per aquā & eatenus mergitur, quatenus promuſcis ſuperat, reflat enim per eam, & ſpiritum accipit, & reddit, ſed natare ſatis propter ſui corporis pondus nō poteſt. 9. de Hiſtoria. capit. 46. per totum.

32 Elephantus peculiarem narem ſortitus eſt præ cæteris animalibus magnitudine & uiribus, manus enim uice illa utitur, & cibū tam ſiccū q̃ humidum ori admouet. Arbores ea euellit, eaq; nullo alio modo q̃ manu utitur, nam elephantus non modo terreſtre animal eſt, ſed & paluſtre, & cibum ex humore petit, & cum non poſſit cito diſcedere ab humore propter corporis pondus, data eſt illi naris prælonga, qua aerem trahat, quandiu intra aquam eſt. 2. de Partibus. capit. 16. A. B.

33 Elephanti promuſcis niſi mollis & apta ad flectendum eſſet, impediret præ ſua longitudine ad cibum capiendum. 2. de Partibus. capit. 16. B.

34 Elephantus pedes priores habet ſuſtinendi tantum corporis gratia, nec ad ullum alium uſum utiles propter tarditatem flectendi & ineptiam 4. de Partibus. c. 16. B.

35 Elephantus non haber pedes biſulcos aut ſolidos, ſed digitatos. 2. de Partibus. capit. 16. B.

36 Elephantus duas mammas tantum habet, eaſq; ſub armis, qui cum uniprolis ſit, ſatis illi duæ ſunt. Non habet autem illas inter femora, quia multifidus eſt. 4. de Partibus. cap. 10. N.

37 Elephantus teſtes habet intus, quia cutis eius inepta eſt ad eos operiendos. 1. de Generatione. cap. 12. A.

38 Elephantus maximum eſt animaliū terreſtrium, & multifidum eſt. 4. de Generatione. capit. 4. F.

39 Elephanti pilus tenuior eſt q̃ ſuis. 5. de Generatione. capit. 3. C.

40 Elephantus plus homine uiuit. 4. de Generatione. capit. 10. A.

41 Elephātus mouet ſe inflexu adducto uel in ſcoptulis uel in clunibꝰ. Nā quod uulgo credit mouere ſe elephantū nullo cruris inflexu, falſum eſt. de Communi. animal. greſſu. capit. 3. B. ✳. Elephas.

ELYSII CAMPI. In quibus beatos degere, fabulantur poetæ.

per Elyſios campos flare, dixit Homerus, talem uentum, qualis zephyrus eſt. 33. Problemate. Sect. 26.

EMBRION. Interpretatur fœtus. Quære Fœtus. ✳.

EMPEDOCLES. Philoſophus Agrigētinus.

1 Empedocles dicens partes animalium ſic eſſe collocatas, quia ſic accidit eas conſtingi, male dixit, neſciens ſemen genitale in uirtute illa omnia ſic continere, quia a tali ſpecie deſciſſum eſt. 1. de Part. cap. 1. D. E.

2 Empedoclis opinio de generatione & cōgreſſu maris & fœminæ in prole generāda ponitur. 1. de Part. capit. 18. B. C. D.

3 Empedoclis opinio de oſſe quid ſit, oſtēditur. 1. de Partibus. capit. 1. R.

4 Empedocles uiros calidiores eſſe fœminis, dixit, contra q̃ Parmenides. 2. de Partibus. capit. 2. C.

5 Empedoclis ratio, cur muli ſteriles ſint, refellitur. 2. de Gener. c. 6. A. B. C.

6 Empedoclis opinio, cur aliquis mas potiꝰ q̃ fœmina generetur, aut ecōtrario, refellitur. 4. de Generatione. cap. 1. per totum.

7 Empedocles non bene uſus eſt nomine puris in gñatione lactis. 4. de Gen. c. 8. C.

8 Empedocles atra bili laborauit. 1. Problemate. Sect. 30. ✳.

EMPLASTRVM. Quære Cataplaſma.

EMVLGERE.

Emulgendi plus aut minus lactis diſcrimen aut in pabulo eſt, aut in magnitudine animalis. 3. de Hiſt. cap. 21. A.

ENANTHA. Quære Oenantha.

ENCRAVLVS. Piſcis de gñe Apluarū. Encraulꝰ unde oriat, hēs. 6. de Hiſt. c. 15. B

EPHEMERVM. Aīal, intpretat diariū.

1 Ephemerū anīal appellatū a uita die uno deſcribēda, quattuor pedibus & totidē pēnis mouetur, & inter alia cū ſit quadrupes, etiam uolucre eſt. 1. de Hiſt. cap. 5. C.

2 Ephemerū aīal in Boſphoro Cimerio gignit ex folliculis, quos Hypanis fluuius defert, eſtq; q̃drupes, & alatū, qđ decreſcēte ſole, macreſcit, & languet, deinde ſole occidente, emoritur, nec amplius uno die uiuit. Vnde Ephemerum, id eſt diariū, eſt appellatū. 5. de Hiſt. cap. 19. F.

EPICHARMVS. Poeta.

Epicharmus dixit, ex calūniis maledicta, & ex maledictis pugnam fieri. 1. de Generatione. cap. 18. H. ✳.

EPIGLOTTIS. ~~Papilio quidam.~~ Quære Ligula. ✳.

EPIOLIVS.

Epiolius papilio lucernarum luminibus aduolat. 8. de Hiſtoria. cap. 27. A.

EPIPETRVM. Plāta ſeu herba dicta ꝙ in petris naſcat, quæ & phacoides & praſoides dicitur.

Epipetrum planta, quam Parnaſus mons gerit, diutius uiuere poteſt ſuſpenſum. 4. de Partibus. cap. 5. I. L.

EPIRVS. Europæ regio.

Epirus ingētes q̃drupedes gignit, præcipue uaccas, & canes, aſinos tñ exiguos. 3. de Hiſt. c. 21. A. Quære Vacca. 1. 16. ✳.

EPITRAGEAE. Piſces quidam.

Epitrageæ ſunt piſces dicti a ſterilitate capri, q nec ouū, nec ſemē ꝓlificū unq̃ habēt. 4. de Hiſt. c. 11. B. Quære Caper. 2.

EQVA. EQVVS. EQVINVS. A. VM.

1 Equi non ſubeunt cauernas, ſed per ſumma telluris degūt. 1. de Hiſt. c. 1. H.

2 Equi feri reperiuntur, ſicut & placidi. 1. de Hiſtoria. capit. 1. H.

3 Equi interdum oculis cæſiis proueniūt. 1. de Hiſtoria. cap. 10. A.

4 Equorū generi euenit, ꝙ cū ſolipedes ſint, mā̄mas habeāt, qui matribus ſimiles generant. 2. de Hiſt. c. 1. I. &. 4. de Part. c. 10. O

5 Equis candidiores ſunt dentes in ſenectute contra aliorum animalium naturā. 2. de Hiſtoria. capit. 3. A.

6 Equus genitale & teſtes hēt foris depēdētes. 2. de Hiſt. c. 1. I. &. 1. de Gener. c. 4. A.

7 Equus caneſcit in ſenectute. 3. de Hiſtoria. cap. 11. B.

8 Equæ lac tenuiſſimum eſt poſt lac cameli. 3. de Hiſt. capit. 20. B.

9 Equi ſomniant. 4. de Hiſt. cap. 10. A.

10 Equi uox differt a uoce equæ cū ſit grauior equi. 5. de Hiſt. cap. 14. B.

11 Equus cū bimus eſt, & inire incipit, uocē magnā & grauē emittit. 5. de Hiſt. c. 14. B.

12 Equus tā mas quā fœmina coire incipit biēnis, ita ut ualeat procreare, proles tñ per id tēpus minor eſt, & imbecillior. At uero in trimatu ut plurimum coeunt, & proficiunt ſubinde, & proles præſtantior uſq; ad annum uiceſimum procreatur, & per totam fere ætatē coitus ſeruatur. 5. de Hiſt. cap. 14. D. &. 6. C. 22. A.

13 Equis pullis naſcētibꝰ adhæret qddā, qđ hippomanes appellāt. 6. de Hiſt. c. 19. C.

14 Equi ferociunt tempore coitus. 6. de Hiſtoria. cap. 18. A.

15 Equus uiuit magna ex parte annos circiter quinq; & triginta, fœmina pluſq̃ quadraginta. Etiam proditum eſt, equum uixiſſe annos quinq; & ſeptuaginta. 5. de Hiſtoria. cap. 14. D.

16 Equo odio naturali aduerſatur camelus. 6. de Hiſt. cap. 18. A.

17 Equæ potiſſimum incenduntur libidine. Vnde ab equis equire dictum eſt in mulieres libidinoſas. 6. de Hiſt. c. 18. B.

18 Equæ euentari dicuntur, quando equiūt. Vnde in Creta inſula equos non ſemouent ab equis. Quando uero equiūt, currunt non ad orientem aut occidentem, ſed ad auſtrum aut ſeptentrionem, nec appropinquare quenq̃ patiuntur, ſed aut fatigatæ a curſu deſiſtūt, aut ad mare deueniunt. 6. de Hiſtoria. cap. 18. C.

19 Equæ cũ equũt, hippomanes emittũt, qđ ad amoris ueneficia petiẽ.6.de Hiſt.c.18.C.

20 Equæ colligũt ſe tempore coitus, & ſocietate magis q̃ ante gaudent, iactant caudam crebrius, uocem immutant, humorẽ emittunt ſuis genitalibus, mingũt pluries, & inter ſe ludunt.6.de Hiſt.cap.18.C.

21 Equæ iuniores natu prius turgent ad coitum, q̃ ſeniores.6.de Hiſtoria.c.18.C.

22 Equarũ libido extinguitur magis, ſi iuba earum tondeatur.6.de Hiſt.c.18.C.

23 Equi fœminas ſibi cõiunctas dignoſcunt olfactu, q̃uis paucis ante diebus ſimul fuerint. Qđ ſi fœminæ diuerſæ permiſceantur, mares alienas mordendo expellunt, ſuaſq; ſinguli ſeorſum habentes paſcũtur.6.de Hiſtoria.cap.18.D.

24 Eq̃ facillime oĩm parit.6.de Hiſt.c.18.E.

25 Equam concepiſſe indicium eſt, cum mẽſes ceſſant, q̃uis ſunt, qui negant, illas menſes emittere, ſed non recte id negãt. 6.de Hiſtoria.cap.18.E.

26 Equa fert uterum menſes undecim, parit duodecimo.6.de Hiſt.cap.22.A.

27 Equꝰ, nõ certo dierũ numero implet equã, certe tardiꝰ q̃ aſinus. 6.de Hiſt.c.22.A.

28 Equis nõ tam laborioſus coitus eſt q̃ tauris, & ſalaciſſimus eſt equus inter oẽs mares, excepto homine.6.de Hiſt.c.22.A.

29 Equa ſalaciſſima eſt inter oẽs fœminas, excepta muliere.6.de Hiſt.c.22.A.

30 Equa ſingulos parit, q̃uis etiã aliqua gemellos peperit.6.de Hiſt.cap.22.A.

31 Equo dentes quadraginta numero ſunt. Quorũ primores q̃ttuor mẽſe triceſimo mutanẽ, bini utrinq;, ſupra dico & ſubter, tum ubi annũ compleuerit, quattuor alii modo eodẽ emittũtur, rurſus anno peracto, alii quattuor ſimili modo, q̃uis aliter accidat raro.6.de Hiſt.cap.22.B.

32 Equi ſeniores fœcundiores ſunt. 6. de Hiſtoria.cap.22.B.

33 Equi ſuas matres & filias ineunt, ac tunc perfectũ eſſe armentũ creditur, quãdo filias patres ſupuenerint.6.de Hiſt.c.22.B.

34 Equabus grauidis equitant Scythæ, prodeſſe id putantes ad facilitatem partus, 6. de Hiſtoria.cap.22.B.

35 Equa ſtans emittit partum, cum aliæ quadrupedes iaceant.6.de Hiſt.c.22.B.

36 Equi magna ex parte cũ uita longiſſima ſit, ad triceſimũ annũ uiuũt, alii tñ minus, q̃bus ſi cura adhibeaẽ, ad quinquageſimũ annũ uita protẽditur.6.de Hiſt.c.22.B.

37 Equa magna ex parte ad annũ uiceſimũ quintũ uitam producit.6.de Hiſt.c.22.B.

38 Equi propter coitũ breuioris uitæ ſunt, q̃ equæ, & qui domi aluntur, q̃ gregarii. 6.de Hiſtoria.cap.32.C.

39 Equi ſexennio finem proceritatis & lõgitudinis recipiunt, q̃uis in uentre celerius abſoluãtur q̃ fœminæ.6.de Hiſt.c.22.C.

40 Equa quinquennio finẽ proceritatis & lõgitudinis recipit, q̃uis in utero tardius q̃ mas abſoluatur.6.de Hiſt.c.22.C.

41 Equæ ſemeſtre tempus & non amplius lactant.6.de Hiſtoria.cap.22.C.

42 Equꝰ q̃diu uiuit, coit.6.de Hiſt.c.22.D.

43 Equus quadraginta & quinq; annos natꝰ coibat apud Opuntium gregarium, ſed adiumento egebat, ut pedes anteriores attollerentur.6.de Hiſtoria.cap.22.D.

44 Equis coeundi initium eſt in uere.6.de Hiſtoria.cap.22.D.

45 Equa nõ ſtatim a partu impletur, ſed intermiſſo tempore, & meliꝰ procreat, interpoſito anno quarto aut quinto, neceſſe tamen eſt, & ſi nihil aliud uidetur, unum interponere annum. 6.de Hiſt.c.22.D.

46 Equæ q̃dã ſteriles ſunt.6.de Hiſt.c.22.D.

47 Equæ quædam & ſi concipiant, ædere non poſſunt.6.de Hiſt.cap.22.D.

48 Equa ſecundas uorat & hippomanes ſtatim a partu. 6.de Hiſtoria.capit. 22.D. Quære Hippomanes.

49 Equam grauidam ex equo ſi inierit aſinus, fœtus iam conceptus corrumpitur. 6.de Hiſtoria.cap.22.D.

50 Equorũ dux nõ cõſtituiẽ, q̃a eorũ natura mobilis & pcax ẽ.6.de Hiſt. c.22.D.

51 Equi geniturã corrũpit aſinus, ſi ex equo grauidam inierit equam, equus uero non corrũpit aſini geniturã.6.de Hiſt.c.23.A.

52 Equus ſi iniat aſinã, aut aſinus equã, magis fiunt aborſus.6.de Hiſt.c.23.B.

53 Equus ſi impleat aſinam, tanto tempore perficitur in utero fœtus, quanto perficereẽ, ſi eſſet equa, uiribꝰ tñ & figura ſimilis magis eſt fœminæ.6.de Hiſt.c.23.B.

54 Equa aſinum nõ admittit, niſi aſinꝰ equã ſuxerit.6.de Hiſtoria.cap.23.B.

55 Equa nunq̃ ſupfœtat.7.de Hiſt.c.4.D.

56 Equus ſorbẽdo bibit.8.de Hiſt.c.6.A.

57 Equi herba & fruge ueſcuntur, ſed maxime potu pingueſcunt, & qui minus potum aſpernatur, is appetentior pabuli eſt. 8.de Hiſt.cap.8.A.

58 Equi ſuauius bibunt aquam turbulẽtam. 8.de Hiſtoria.cap.8.A.

59 Equi abſtinentiam potus poſſunt tolerare uel ad quattuor dies, mox bibũt q̃ multum.8.de Hiſtoria.capit.8.A.



60 Equi gregales ſola podagra laborãt, aliis morbis immunes ſunt. Plærunq; tamẽ ea ungulas amittunt, ſed aliæ ſubnaſcũtur. 8.de Hiſtoria.cap.24.A.

61 Equi domeſtici multis morbis obnoxii ſunt, laborãt eñ morbo ileo id eſt tenuioris inteſtini, laborãt rigore neruorũ, & ſuppuratione, & ordeatione, rabie, & etiã lymphãtur dolore cordis. Dicunt etiam uſu periti, tot morbis laborare equũ domeſticum, quot homo laboret, quorũ morborũ indicia, habes.8.de Hiſt.c.24.per totum.

62 Equo moleſtiſſimus eſt morſus muris arachnei.8.de Hiſtoria.cap.24.B.

63 Equus ſandarachæ ueneno interit 8. de Hiſtoria.cap.24.B.

64 Equi uocem equorũ, quibuſcũ pugnauerint, agnoſcunt.8.de Hiſtoria.c.24.B.

65 Equa pulium emittit, anteq̃ pariat pullũ. 8.de Hiſtoria.cap.24.B.

66 Equa aborſum facit odore fungi fumigãtis lucernæ extinctæ. 8.de Hiſt.c.24.B.

67 Equi gaudent pratis riguis & paludibus, aquam turbidam amant bibere, quod ſi clara eſt, pedibus turbãt, aquis ſe totos lauãt, & balnea amãt.8.de Hiſt.cap.24.B.

68 Equũ odio hẽt florus, pellitur eñ ab equo pabulo terræ, qua ueſciẽ.9.de Hiſt.c.1.E.

69 Equa una, ſi altera extincta fuerit, pullum educat, mirus namq; amor eſt equarum inter ſe & ad pullos.9.de Hiſtoria.c.4.A.

70 Equus quidam Scytharum regis, cũ matrem ſuperueniſſet tectam, ne agnoſceret, cum agnouiſſet, citato curſu ſe præcipitẽ dedit.9.de Hiſtoria.cap.47.A.

71 Equi urbani & ſylueſtres ſunt. 1.de Partibus.capit.3.C.

72 Equis opitulata eſt natura pernicitate ad ſe tuendum.3.de Part.cap.2.A.

73 Equi liẽ qualis ſit, hẽs.3.de Part. c.12.B.

74 Equi cor os continet.3.de Part.c.4.E.

75 Equus oĩno felle caret.4.de Part.c.2.A.

76 Equo pes ſolidus eſt.4.de Part.c.10.N.

77 Equorum cauda qualis ſit, oſtenditur.2. de Part.cap.19.B.

78 Equa ubi habet mammas, & quot pariat, habes.4.de Part.capit.10.N.

79 Equus ſimplicem habet uentrem. 3.de Part.capit.14.A.

80 Equini pulli caput attingunt pede poſteriore.4.de Part.capit.10.C.

81 Equus obnoxius eſt ſterilitati. 2.de Generatione capit.6.E.

82 Equa non abundat menſtruis. 2.de Generatione.cap.6.D. &.4.cap.5.C.

83 Equus quia ſemẽ calidũ habet, nõ peruertit initũ aſini, ſicut aſinus initũ equi propter ſeminis frigiditatẽ.2.de Gen.c.6.D.

84 Equa ſola grauida uenerẽ patitur, & mulier.4.de Generatione.cap.5.B.

85 Equi os, quod continet cerebrum tenuiꝰ eſt q̃ cætera p magnitudine. Vnde ictus eo loco periculoſus eſt, ut Homeri carmẽ oſtendit.5.de Generatione.cap.5.A.

86 Equi altero oculo cæſii naſcunẽ, q̃ñ eq̃ nõ poteſt cõficere humorẽ.5.de Gen. c.1.L.

87 Equus maxime omniũ animaliũ uerſicoloribus oculis eſt.5.de Gener.c.1.D.E.

88 Equus ideo caneſcit in ſenectute euidentius, q̃ alia bruta, quia cerebri os tenuius eſt q̃ in cæteris brutis, & cũ præ tenuitate oſſis affluat humor, & per ætatẽ calor deficiat, pili caneſcunt.5.de Gener. c.5.A.

89 Equi qui ex ære fingebantur, priora crura elata ſurſum uerſus erant. de Communi.animal.greſſu.capit.3.G.

90 Equi ſi tranſuerſi moueãtur, quemadmodum mouent illos ſeſſores põpæ gratia, laſſantur.de Cõmuni.animal.greſſ.c.5.A.

91 Equo qui uehuntur, cur quo lõgius equo procurrerint, eo magis lachrymas emittere ſolent, habes.13.Prob.Sect.5.

92 Equis cur pili ſe promere poſſunt e cicatricibus, habes. 29.Problemat.Sectio.10. Quære Eques.Iuſta.✳.

EQVES.Formica. Quære Formica.6.

EQVVS FLVVIATILIS. Qui græce eſt hippopotamus.

1 Equus fluuiatilis, quem gignit Aegyptus, eſt iuba equi, ungula, quæ bubus, roſtro reſimo, talus illi eſt biſulcorum modo, dẽtes exerti ſed leniter, cauda apri, uox equi, magnitudo aſini, tergoris craſſitudo tanta, ut ex eo uenabula faciant. Interiora omnia, equi & aſini ſimilia. 2.de Hiſtoria.capit.7.A.

2 Equi fluuiatiles uiuere non poſſunt extra aquam, pariunt tamen, & educant in ſicco.8.de Hiſtoria.capit.2.A.

EQVICERVVS. Animal equum & ceruum ſua figura referens.

1 Equiceruus cornua gerit ſimilia cornibꝰ capræ.2.de Hiſtoria.cap.1.E.

2 Equiceruus ſatis iubæ gerit in ſummis armis, & nomen habet a forma equi & cerui.2.de Hiſtoria.cap.1.E.

3 Eq̃cerui magnitudo nõ diſſidet a ceruo. 2.de Hiſtor.cap.1.E. Quære Arachotæ.

EQVITANS.

Equitantes aſſidue cur libidinoſiores euadunt, habes. 12. Problemate. Sectio.4. Quære Equus.92.

EQVISELIS.Piſcis.
1 Equiſelis partus de minimo in maximũ celerrime augetur.5.de Hiſtoria.c.10.A.
2 Equiſelis uere tm̃ parit.5.de Hiſt.c.10.A.
3 Equiſelis,qui & hippurus dicit̃,latet hyeme.8.de Hiſtor.c.15.A.Quære Hippurꝰ.
ERICA.Quære Aerica.
ERITHACA.Gummi quoddam.
Erithacam aggerunt apes ſuis pedibus.5.de Hiſtoria.capit.22.B.
ERODIVS.Id eſt ardeola. Quære Ardeola.
ERVCA.Vermiculus.
1 ex Erucis quæ animalia oriantur,habes.5.de Hiſtoria.cap.19.C.D.
2 Erucæ dictæ teredines oriuntur in fauis, quas apes nõ inſectant̃.8.de Hiſt.c.37.A.
3 Erucæ a nonnullis aureliæ uocantur per id tempus, quo cibum non capiunt, ſed ceſſant.3.de Generatione.cap.9.B.
4 Erucarum natura & generatio qualis ſit, & quod genus eſt uermis,habes.3.de Generatione.cap.9.A.B.
5 Erucæ quomodo gradiantur, habes. de Communi.animal.greſſu.cap.3.C.
6 Erucæ dextri & ſiniſtri rationem habẽt. de Communi.animal.greſſu.capit.1.E.
ERVILIA. Legumen,quo boues ſaginantur.
Eruiliam ſerere iuxta apum aluearia expedit.9.de Hiſtoria.cap.40.O.
ERVVM.Legumen.
1 Eruum lac auget.3.de Hiſtoria.cap.21.B. Quære Bos.13.
2 Eruũ quadrupedi prægnãti non pdeſt,facit eñ difficiliorẽ partũ.1.de Hiſt.c.21.B.
ESALO.Quære Aeſalo.
ESTAS.Quære Aeſtas.
ESVRIRE.
Eſurimus non ſtatim a labore. 3.Prob. Sectio.5.Quære Fames.
ETA.Quære Oeta.
ETAS.Quære Aetas.
ETELIS.Piſcis.
Etelis ſquammis tegitur,& oua parit.6. de Hiſtoria.cap.1.C.
ETESII.Id eſt anniuerſarii uenti. Quære Ventus.17.✳.
ETHIOPS.Quære Aethiops.
ETHIOPIA.Quære Aethiopia.
EVNVCHVS.Quære Spado.
EVRIPVS. Qualis eſt Taurominitanis aut Eubœicus & Pirtheus, eſt & locus ubi piſces continentur.
Euripus Pirrheus. Quære Echinus.10. Pirrheus.Purpura.7.✳.
EVROPA.Tertia orbis terrarum pars. Quære Pãthera. 4.Fera.2.Leo.10.✳.
EVRVS.Ventus flans ab oriente hyemali.
Euro ſpirãte,omnia maiora uidentur.55. Prob.Sect.26.
EXANGVIS.E.
1 Exanguia ſunt animalia, quæ pluſq̃ quaternis pedibus innituntur, & nullum eſt quadrupes.1.de Hiſtoria. cap.4.A.& de Communi. animal.greſſu. cap.6.D.
2 Exanguia minora adoleſcunt,q̃ quæ ſanguinem habent, exceptis paucis marinis. 1.de Hiſtoria.cap.5.C.
3 Exanguia animalia pluribus partibus interioribus & exterioribus carent,quas habent ſanguinea animalia.4.de Hiſtoria. cap.3.A.Quære Sanguinea.
4 Exanguiũ in differẽtias, quæ habeãt ſpẽs partitio eſt impoſſibilis.1.de Part.c.3.A.
5 Exanguia carent adipe & ſæuo.2.de Partibus capit.5.7.
6 Exanguia cordis proportionale habent. 2.de Partibus.capit.1.F.
7 Exanguia nulla uiſcera habent.3.de Partibus.capit.4.A.
8 Exanguium quot ſint genera, habes.4. de Part.capit.5.A.
9 Exanguia nõnulla quare prudẽtiora ſunt ſanguineis & timidiora, habes.2.de Partibus.capit.4.A.C.
10 Exanguium genitalia & inter ſe & cum ſanguineis diſſident. 1.de Gener.c.14.A.
11 Exanguium quattuor ſunt genera, ſcilicet mollia, teſtata,inſecta, cruſtata.1.de Generatione.capit.14.A.
12 Exanguia quædam execta diu uiuere poſſunt.de Cõmu.aĩal.greſſ.c.2.C.✳.Quære Cor.Inſecta.13.20.Pulmo.4.Sanguis.
EXCESSVS.
ad Exceſſum referendum eſt plus, ſicut minus ad defectum.1.de Hiſtoria.c.1.B. Quære Morbus.6.✳.
EXCISSVS. Caſtratus. Quære Caſtratus.
EXCREMENTVM. Superfluum illud ex alimento animalis.
1 Excrementa oĩa humida & mollia ſunt in ſua ſede.1.de Hiſtoria.cap.1.C.
2 Excrementũ duplex eſt ſcilicet ſiccũ & humidũ.Sicci cõceptaculũ eſt aluus,humidi uero ueſica.1.de Hiſtoria.c.2.A.
3 Excrementa intra aluũ contenta ſenſu carere,certum eſt.3.de Hiſtoria.c.19.A.
4 Excrementi cuiuſlibet conceptaculũ eſſe debet,2.de Part.cap.3.C.
5 Excrementis ad quæ abutatur natura, habes.3.de Part.cap.2.E.
6 Excrementum contrarium alimento eſt, ut amarum dulci.4.de Part.cap.2.B.
7 Excremẽtorum tam humidorum q̃ ſiccorum meatus quales ſint,& in quibus animalibus,hẽs.1.de Gene.cap.13.p totum.
8 Excrementum eſt reliquiæ alimenti. 1.de Generatione.cap.15.N.
9 Excrementa præter naturam ſunt in corpore,& ideo eorum emiſſio ſemper eſt utilis.1.de Generatione.c.18.N.O.R.
10 Excrementa fiunt, natura non coquẽte. 2.de Generatione.cap.4.A.
11 Excrementa per ſomnũ exeunt,ſi meatꝰ laxi & pleni ſint.2.de Gener.cap.4.B.
12 Excrementa emiſſa quomodo leuent corpus,habes.1.&.2.Problemate. Sectio.37. Quære Stercus.Vrina.
EXPES.Animal quod pedibus caret.
1 Expeda omnia teſtibus carent . 5.de Hiſtoria.cap.5.B.
2 Expeda membro genitali carent exerto.1. de Generatione.cap.5.A.
3 Expeda alia animal, alia ouum pariunt. 2.de Generatione.cap.1.E.
4 Expeda quomodo moueantur, habes.de Commu.animal.greſſ.c.2.C.&.c.3.B.
5 Expeda rationem dextri & ſiniſtri habẽt. de Communi animal.greſſ.c.1.E.
EXSPIRARE.
Exſpirantes uehementer cur nõ poſſunt iterum exſpirare, habes.8.Prob.Sect.34. Quære Reſpirare.Reſpiratio.Spirare.
EXTREMVM.
1 Extremorum duorum mediũ eſt ultimũ. de Cõmuni.animal.mot.cap.4.B.
2 Extrema corporum naturaliũ cur in orbẽ formari ſolẽt,hẽs.10.Prob.Sect.16.✳.
EXTENVATVM. Pro macilento ad modum.
in Extenuatis tantum uenæ apparent.3. de Part.cap.5.B.

F

FABA.
1 Fabam ſerere iuxta apum aluearia expedit. 9.de Hiſtoria. capit.40.O.
2 Fabis principium ſeminis adhæret, qua eſt ſtrues biualuis.3. de Generatione.cap.2.A.
3 Faba manſa & admota cur ulbices diſcutit,habes.6. Prob.Sect.9.Quære Bos.13.
FACIES.
1 Facies in homine nominat̃ illa pars, quæ caluæ ſubiecta eſt.1.de Hiſtoria.cap.8.A.
2 Facies magna ſegnes,parua mobiles,lata idoneos mente moueri,rotũda iracundos arguit.1.de Hiſtoria.cap.8.A.
3 Faciem non dicimus brutorum.1.de Hiſtoria.cap.8.A.
4 Facies ſolet reſpõdere imo uentri in corpulentia aut gracilitate.1.de Hiſt.c.15.A.
5 Facies πρόσωπον græce nomen a re ipſa accepiſſe uidetur, ꝙ unus animalium omnium homo erectus proſpicit ante uerſus,uocemq; ante uerſus emittit. Eſt autem facies inter caput & collum hominis.3.de Part.cap.1.D.
6 Facies non eſt,niſi animam habeat. 2.de Generatione.cap.1.Q.
7 Facies cur maxime ſudat inter oẽs corporis partes, habes.10. Prob.Sect.2.E. &.2.Problemat.Sect.36.
8 Facies cur minimum carnis habet,oſtenditur.17.Problemat.Sect.2.
9 Facie cur non ſudant,qui timent,habes. 26.&.31.Problemat.Sectio.2.
10 Faciem effigiare conſueuerunt,& cur id fiat,oſtenditur.1.Prob.Sect.36.
11 in Facie cur cruri tubercula maxime ſolent,habes.3.Problemat.Sect.36.✳.
FACTOR.Quære Artifex.
FALCVLA.Auis. Quæ & Riparia. Quære Riparia.
FAMES.
1 Fames illa,quæ canina dicitur, cur maxime excitatur tempore frigido, habes.4. Problemat.Sectio.8.
2 Famem cur facilius toleramus q̃ ſitim, habes.2.Prob.Sect.36.Quære Eſurire.✳
FARINA.
Farina aqua ſubacta cur melius coit,q̃ ſubacta oleo,licet oleum ſit tenacius & lẽtius aqua,habes.17.Problemat.Sectio.21. Quære Ordeum. Piſtor.Triticum.
FARRAGO.
Farrago pilum expolit iumentorum, cũ frugibus grauida eſt,ſed duris iã horrens ariſtis inutilis eſt.8.de Hiſt.cap.8.A.
FASCINATIO.Quære Ruta.3.
FASIANVS.Auis.
Faſianus puluere ſe uolutat.9.de Hiſtoria.cap.9.C.
FAVAGO.FAVARE.Quod eſt fauaginem emittere, hoc eſt purgamentum apum fauo ſimile.

1 Fauago purpuræ qualis ſit,habes.5.de Hiſtoria.cap.15.B.

2 Fauare quorundam teſtatorum eſt.3.de Generatione.c.11.C. Quære Buccinũ.7.

FAVONIVS.Ventus qui & Zephyrus flans ab occaſu æquinoctiali.

1 Fauonio flante,cur minus ualent ueſtigia ferarum comperire canes,habes.24.Problemat.Sectio.22.

2 Fauonius cur maximas nubes agit, habes.26.Problemat.Sectio.26.

3 Fauonius cur ſerenus eſt atq; iucundiſſimus uentorum omnium,qualem Homerus flare per campos Elyſios dixit,habes.33.Problemat.Sectio.26.

4 Fauonius cur horis poſtmeridianis, non mane flare ſolet,hẽs.24.Probl.Sect.26.

5 Fauonius duobus temporibus maxime ſpirat, ſcilicet uere & autumno, & cum adueſperaſcit terram attingit. 24.Problemat.Sectio.26.✳.

FAVVS.

1 Faui quarũdam apum quales ſint,habes.5.de Hiſtoria.cap.22.C.

2 Fauos conſtruunt apes ex floribus. 5.de Hiſtoria.cap.22.B.

3 Fauos conſtruunt apes cellis ſexangulis.5.de Hiſtoria.cap.23.A.

4 Fauis quæ beſtiolæ noceant, habes.8.de Hiſtoria.cap.27.A.Quære Apes.39.

FEBRIS.FEBRIENS.

1 Febres cur graues inuadant æſtate, quæ ſequitur hyemem aquiloniam, & uer auſtrinum,habes.8.Prob.Sectio.1.

2 Febres cur excitantur, flante auſtro ſicco & nihil humente, habes. 2.Problemate.Sectio.1.&.25.Problemate.Sectio.26.

3 Febres cur maxime ardentes infeſtãt autumno & hyeme,habes.29.Prob.Sect.1.

4 Febres cur ardentiſſimæ fiũt in frigidiſſimis locis,habes.3.Problemat.Sect.14.

5 Febrientibus cur potio paulatim ſubminiſtranda eſt,habes.50.Proble.Sect.5.✳. Quære Lingua.26.

FEBRVARIVS. Quære Scombrus.1.Thunnus.10.Vrſa.4.

FEL.

1 Fel quandiu in ſua ſede manet, molle & humidum eſt, & quod in aliis proportione reſpondet felli.1.de Hiſto.cap.1.C.

2 Fel adeo grãde eſt quadrupedibus omnibus in Naxo inſula,ut qui ſacra fecerint aduenæ,ſtupeſcant, rem ſcilicet prodigii loco arbitrantes.1.de Hiſt.cap.18.A.

3 Felle caret iecur magna ex parte, maximoq; aĩalĩũ numero,uerũ in nõnullis id habere ſibi ãnexũ uidet.1.de Hiſt.c.18.A.

4 Fel habet maior animaliũ pars,quibus eſt ſanguis.Habent autẽ fel aut in iecore, aut inteſtinis annexũ,aut toto inteſtino prætextum.4.de Part.c.2.A.Quære Ceruꝰ.

5 Fel quidam dixerũt datũ,ut partem animæ ſitam in iecore mordendo excitet, laxando exhilaret, quod falſum eſt.4.de Partibus.cap.2.A.

6 Felli quæ ſubdita eſt particula iecoris,dulciſſima eſt.4.de Part.cap.2.B.

7 Fel purgamentum quoddam eſt,& inutilem materiam eſſe, conſtat. Quamobrẽ pulchre ueteres dixerũt,illa aĩalia diutiꝰ uiuere,quæ felle carẽt. 4.de Part.c.2.C.

8 Fel quæ animalia habeãt,quæ omnino nõ habeãt,quæ partim habeãt, & partim nõ habeant,& cur habeant,oſtenditur.4.de Part.cap.2.per totum.

9 Fel non eſſe cauſam acutorũ morborum, declaratur.4.de Part.cap.2.B.

10 Felle priuata uiſa ſunt quædam animalia, quæ illud habere deberent.4.de Generatione.cap.4.D.✳.

FELIS.Catus.

1 Felium fœminæ natura libidinoſæ ſunt & ſalaces. Itaq; alliciunt ipſæ mares frequenter ad coitum,inuitant, cogunt, puniunt etiã,niſi pareant.5.de Hiſto.c.2.E.

2 Feles parte poſteriore non ſe iungunt, ſed mas ſtat,fœmina ſubiacet. 5.de Hiſtoria.c.2.B.

3 Feles tot pariunt,ſicut canes,& eiuſdem ueſcuntur,uiuunt annos circiter ſex.6.de Hiſtoria.cap.35.A.

4 Feles aues petunt.9.de Hiſtoria.c.6.C.

FEMINA.FEMINEVS.A.VM.Quære Fœmina Fœmineus.✳.

FEMVR.

1 Femoris & natis pars communis eſt coles.1.de Hiſt.cap.14.A.

2 Femur eſt pars cruris. 1.de Hiſt. c.15.B.

3 Femora magna ex parte breuia ſunt illis,quibus cubiti breues ſunt. 1.de Hiſtoria.capit.15.A.

4 Femora homini carnoſiſſima ſunt. 2.de Hiſtoria.capit.1.H.

5 Femorum oſſa quo ſitu & figura conſtẽt, oſtenditur.3.de Hiſtoria.cap.7.B.

6 Femoribus magis q̃ tibiis fatigamur laborantes.26.Problemat.Sect.5.

7 Femoribus laborant, qui deſcendunt, ſi cut aſcendentes genibus.19.Prob.Sect.19

8 Femoris media parte potiſſimũ fatigari ſolemus in itinere.20.&.24. Problemat.Sectio.5.



FERA.FERVS.A.VM.

1 Feræ omnia animalia reſpondent omnibꝰ domeſticis eiuſdem ſpeciei,non tamen e contrario,q; ſcilicet omnibus feris reſpõdeant domeſtica.1.de Hiſt.c.1.H.&.1.de Partibus. cap.3. C. &. 44. Problemat.Sect.10.

2 Feræ efferatiores ſunt in Aſia,fortiores in Europa, multiformiores in Aphrica.8.de Hiſtoria. cap. 28. C. Quære Brutum.✳.

FERRVM.

1 Ferrum tardius caleſcit q̃ aqua , ſed cum calefactum fuerit, uehementius urit.2.de Part.cap.2.F.

2 Ferro ſi quis inſciſſꝰ ſit,difficilius curatur, q̃ ſi ære inſcindatur. 36. Problemat.Sect.1.✳.

FERVLA. Frutex cuius caulibus pueri olim cædebantur.

1 Ferula cur medium plagæ album facit, ambitum uero rubidum,cuius contrariũ plagæ a ligno inflictæ accidit, habes.3.Prob.Sect.9.

2 Ferulæ licet leues ſint,cur maiorem tamẽ dolorem illis percuſſis mouent, q̃ alia duriora & grauiora, habes.9.Prob.Sect.9. Quære Thapſia.

FETIDVS.A.VM. Quære Fœtidus.a.um.

FETVS.Quære Fœtus.✳.

FIBER.Amphibiũ animal,qui & caſtor.

Fiber ex aqua uictũ petit.8.de Hiſtoria.cap.5.B.

FIBRAE. Quæ in animalium corporibus in morem pilorum protenduntur.

1 Fibra eſt proportionale uenæ in non habentibus uenas.3.de Hiſt.c.2.A.

2 Fibræ naturam ſuam habent inter uenam & neruum,& nonnullæ ſaniem cõtinent, tenduntq; a uenis ad neruos , & deinde ad uenas.3.de Hiſt.c.6.B.

FIBRAE.Sanguinis quædã partes tenuibus radiculis ſimiles.

Fibræ ſanguinis ſunt, quæ conſiſtere in ſanguine ſolent,q̃q̃ non cuiuſq; animalis. Quæ ſi deſint ſanguini , non coagulatur ſanguis,quia fibræ ſunt craſſum & terrenum,quo ſanguis conſtat. Sicut enim lutum non concreſcit,ſi terrenam portionẽ detraxeris,ſic ſanguis non coit,ſi fibras nõ habeat,aut ſi habeat, ſi illas detraxeris.3.de Hiſtoria.cap.6.A. &.2.de Partibus.cap .4.per totum. ✳ .

FIBVLA.Os quoddam.

Fibula a ſpina oritur. 3. de Hiſtoria. cap.7.B.

FICEDVLA.Auis.

1 Ficedula uermiculos petit.8.de Hiſtoria.cap.3.A.

2 Ficedula autumno dicitur, deinde atricapilla,cum una eademq; ſit auis.9.de Hiſt.cap.49.C.Quære Atricapilla.

FICVS.Pro fructu.FICVLNVS.a ficu.

1 Ficulnus ſuccus lac cogit.3.de Hiſtoria.cap.20.C.

2 Ficis matureſcentibus , coire incipiunt cruſtata.5.de Hiſt.c.7.A.

3 Ficus arbor fructificat,licet caprificus non fructificet.3.de Gen.c.5.A.

4 Ficus arbor qualis ſit, habes.1.de Gen.cap.1.C.

5 Ficus q̃uis dulces & molles ſint,dentes tamen cur offendunt, habes.14.Problemat.Sect.22.

6 Ficus nouiſſime eſitati , poſtremo tamen cur euomuntur , habes. 1. Problemat.Sect.22.

7 Ficus ſi in furno ſiccentur, cur duriores efficiuntur, oſtenditur.10.Prob.Sect.22. Quære Carica Cruſtata.8.

FIDES.Pro Chorda.

1 Fidibus ſeptem antiqui concẽtus diſponebant, Hypaten tamen, non Neten relinquebant.7.Prob.Sect.19.

2 Fidium grauiori cur committitur ſemper actus modulandi, oſtenditur.12.Proble.Sect.19.Quære Muſica.

FIDIPES.Oppoſitum ſolipedi.

1 Fidipeda animalia magna ex parte partum cæcum ædunt.6.de Hiſt.c.33.

2 Fidipeda paucipara ſunt.3.de Generatione.cap.6.A.Quære Pes.

FIERI.

1 Fieri aliquid ex aliquo multis modis poteſt.1.de Gen.c.18.H.

2 Fiunt quæ primo in naturalibus , ultimo deficiunt,& ecõtrario.2.de Generatione.cap.4.I.✳.

FIGVRA.

1 Figurarum mutatiões ſeu tranſitus fiunt in quibuſdam inſectis certo quodam dierum numero.5.de Hiſt.c.20.A.

2 Figurarum cauſas & ortus quomodo referunt naturæ indagatores,habes.1.de Part.cap.1.H.✳.

FILIVS.

1 Filii tunc optime generantur, cum parẽtes uigent.5.de Hiſt.c.14.E.

2 Filii aliquando ſunt ſimiles patri, aliquando matri, aliquando utriq; in diuerſis partibꝰ,aliquãdo auis,aliq̃ neutri ex parẽtibꝰ

aut auis.7.de Hiſt.c.6.B.
3 Filius quidam in Chalcedone retulit cicatricem, quam pater, cum ipſum genuit, in brachio habebat.1. de Generatione. cap.17.B.
4 Filii cur aliquando parentib⁹ ſint ſimiles, aliquando aliis, oſtenditur.4.de Generatione.c.3.per totum.
5 Filii qui neutri parentum ſimiles ſunt, mõſtra quodammõ ſunt, diſceſſit eñ quodãmodo natura ex ſuo genere.4.de Generatione.c.3.A.
6 Filii hominis cur minus ſimiles ſunt parẽtibus, ꝗ proles aliorum animantium, habes.12.Prob.Sect.10. Quære Auus.Mater.Parens.Pater.Proles.✳.

FINIS.
1 Finis eſt potiſſima cauſarum, & habet rationem boni & honeſti, & eſt cuius gratia cætera agunt.1.de Part.c.1.C.&.2.de Cõ. animal.mot.c.2.D.
2 Finẽ ſemper quærit natura.1.de Generatione.c.1.C.
3 Finis proprium cuiuſlibet generationis eſt. 2.de Gen.c.3.A.
4 Finis electionis non omnis honeſtus eſt. de Cõm.animal.mot.c.2.D.✳.

FLAMMA.
Flãma magis urit, ꝗ aqua feruens, ſed minus calefacit tactu ꝗ aqua feruens.2.de Part.c.2.F.✳.

FLATVOSVS.A.VM. Quod flatum gignit intra animalium corpora.
Flatuoſa quædam lactis copiam gignunt. 3.de Hiſt.c.21.C.Quære Bos.13.

FLORVS.Auis.
1 Flor⁹ uermiculos petit, magnitudine eſt tãta, quanta fringilla, collo cæruleo, & in mõtibus degit.8.de Hiſt.c.3.B.
2 Florus odio equũ habet, pellitur enim ab equo pabulo terræ, qua ueſcitur.9.de Hiſt.c.1.E.
3 Florus non ualet acie oculorum. Equi uocem imitatur, & aduolans equum fugat. 9.de Hiſt.c.1.E.
4 Florus interdum occiditur ab equo. Colit paludes & ripas, coloris pulchri eſt, & uictus facilis.9.de Hiſt.c.1.E.
5 Florus, Spin⁹, & Egythus, quẽ ſalum appel lo, odia inter ſe exercent.9.de Hiſtoria. cap.1.F.
6 Flori ſanguinem non poſſe miſceri cum ſanguine Sali, dicitur.9.de Hiſtoria. cap.1.F.

FLOS.
1 Flores contuſi cur deterius olent, oſtenditur.3.Prob.Sect.13.
2 Florem habẽt aliqua, & non fructũ, & cur id fit, oſtenditur.3.Prob.Sect.20. Quære Apes.20.21.29.

FLVCTIONES.
Fluctiones fiunt, ſi cerebrum frigidi⁹ eſt, ꝗ oportet, nam alimentum per uenulas cerebri aſcẽdens congelatur, ſicut uapor ad frigidam aeris regionem aſcendens in aquam uertitur.2.de Partibus.cap. 7.C.✳.

FLVTA.Piſcis.
Flutæ odores tetros fugiunt.4.de Hiſtoria.cap.8.E.

FLVVIVS.
Fluuiorum uertigines quomodo fiant, habes.4.de Generatione.cap.4.L. Quære Bumugus.

FOEMINA.
1 Fœmina appellatur, quæ in ſeipſam ſemẽ emittit.1.de Hiſt.c.3.A.
2 Fœminæ nulla parte interiore differunt a maribus præterꝗ utero.1.de Hiſt.c.19.A.
3 Fœminis omnibus intus ſunt ea, quæ ad generationem miniſtrent.3.de Hiſtoria. cap.1.A.
4 Fœminarum uox acutior eſt utplurimum ꝗ mariũ, & iunioris ꝗ ſenioris.5.de Hiſt. cap.14.B.
5 Fœminæ inter feras ferociunt a partu.6. de Hiſt.c.18.A.
6 Fœmina tardius abſoluitur in utero omnibus ſuis partibus, ꝗ mas.7.de Hiſtoria. cap.3.B.
7 Fœminæ & maris ſexum natura diſtinxit in omnibus animalibus, quorum eſt procreatio.9.de Hiſt.c.1.A.
8 Fœminæ in genere quadrupedum uiuiparorum moribus mollioribus ſunt ꝗ mas, & miteſcunt celerius, & manum facilius patiuntur, diſcunt etiam, & imitantur ingenioſius.9.de Hiſt.c.1.A.
9 Fœmina differt a mare ex parte ſanguinis. 2.de Part.c.2.B.
10 Fœminæ calidiores putantur uiris a quibuſdam, ut a Parmenide & aliis propter copiam ſanguinis, quo menſtrua fiunt, cuius contrarium Empedocles opinatur.2. de Part.c.2.C.
11 Fœminæ omnes quadrupedes meiunt in auerſum.4.de Part.c.9.P.
12 Fœminæ & maris diſtinctio in quibus animalibus inueniatur, habes.1.de Generatione.c.1.per totum.
13 Fœmina & mas principium generationis ſunt, mas enim ut motus generationis originem tenens, fœmina ut materiæ.1.de Gen.cap.2.A.
14 Fœmina quo loco interiori maris ſemen recipiat, habes.2.de Gen.c.4.P.
15 Fœmina eſt animal, quod in ſe ipſo gignit.1.de Gen.c.2.B.
16 Fœminæ genitalia quæ ſint, habes.1.de Gen.c.2.B.
17 Fœminam non emittere ſemen, probatur. 1.de Gen.c.2.per totum.
18 Fœmina cur non generet ſine mare, habes.2.de Gen.c.4.M.N.
19 Fœmina in generatione prolis ſe habet ut materia.2.de Gen.c.2.A.B.
20 Fœminæ quarum mas non eſt, uidentur generare, ut in piſcibus rubellionibus uidemus.2.de Generatione.cap.4.O. Quære Rubellio.
21 Fœmina eſt quaſi mas læſus.2.de Gen. cap.4.D.
22 Fœminam aut marem non generant, quæ ex mare & fœmina per coitum non ſunt generata.2.de Gen.c.4.A.
23 Fœmina differt a mare in omnibus generibus.2.de Gen.c.10.B.
24 Fœminas potius ꝗ mares gignunt parentes ſenes, aut nouellæ ætatis, quia in alteris deficit calor, in alteris nondum perfect⁹ eſt. Humidiora etiam ſemina fœminas potius ꝗ mares gignunt, & auſtro flante poti⁹ fœminæ ꝗ mares gignuntur, & reliqua indicia, habes.4.de Gen.c.2.p totũ.
25 Fœmina cur potius generetur ꝗ mas, & opiniones Democriti Empedoclis & aliorum de hac re confutatas, habes.4.de Gen.c.1.per totum.
26 Fœminas gigni, facit uſus aquæ frigidæ & crudæ.4.de Gen.c.2.B.
27 Fœmina quæ generatur, degenerat a natura, ſed neceſſarium hoc eſt naturæ, ut ſeruetur genus.4.de Gen.c.3.B.
28 Fœmina uocẽ acutiorem emittit ꝗ mas, præter ꝗ in bouina ſpecie, nam uaccæ grauiorem uocem ædunt.5.de Generatione.cap.14.B. Quære Mas. Mulier.✳.

FOETIDVS.A.VM.
1 Fœtida cur purgare poſſunt, habes.24. Prob.Sect.13.
2 Fœtida cur grauius olẽt calida ꝗ frigida, habes.5.Prob.Sect.13.

FOETVS.Cõceptus intra uterum aïalis.
1 Fœtus partes intra uterum a quo fiãt, & quid prius, habes.2.de Partibus.cap. 1.I.L.M.
2 Fœtus ſeu conceptus eſt prima mixtura maris & fœminæ.1.de Gen.c.20.E.
3 Fœtui ſiue conceptui anima uegetabilis eſt in potentia.2.de Gen.c.3.B.
4 Fœtus quomodo formetur in utero per ſingula membra, habes.2.de Generatione.cap.4.per totum.
5 Fœtus intra uterum per umbilicum haurit alimentum.2.de Generatione.cap.1. L.&.cap.5.A.
6 Fœtus membra exteriora primo formari, dixit Democritus, quod falſum eſſe probatur.2.de Gen.c.4.I.L.
7 Fœtus partes nõ diſtinguuntur, quia ſimile fertur ad ſuum ſimile, ſed quia menſtruum fœminæ potẽtia tale eſt, quale corpus poſtea actu.2. de Generatione. cap.4.L.
8 Fœtus tunc eſt animal perfectum, quando eſt mas aut fœmina, in quibus hæc diſtinctio ſexus reperitur.2.de Generatione. cap.4.A.
9 Fœtus quomodo fit, habes.2.de Generatione.cap.3.E.
10 Fœtus ſeu conceptus obducitur ceu cruſtula in pulte refrigerata.2.de Generatione.cap.3.E.
11 Fœtus ſeu conceptus non poteſt fieri ſine maris emiſſione & mẽſtruorum excremẽto.2.de Gen.c.4.G.
12 Fœtus ſeu conceptus primo habet animam uegetalem, deinde ſenſitiuam, ultimo rationalem.2.de Gen.c.3.A.
13 Fœtus ſeu conceptus purgationem mulierum impedit.4.de Gen.c.6.D.
14 Fœtus incept⁹ aſſimilatur iis, quæ ferunt. 2.de Gen.c.4.L.
15 Fœtus, qui dicunt, ali intra uterum carniculam quandam ſuggẽtes, falluntur.2. de Gen.c.5.B.
16 Fœtus in utero membranis & ſecundis obuolutus eſt.2.de.Gen.c.5.B.
17 Fœtus qua ratione augeantur in utero, oſtenditur.2.de Gen.c.5.A.B.C.
18 Fœtus ſeu conceptus plures ſunt ſuperfœtatus quidam.4.de Gen.c.5.A.
19 Fœtuum plurium quæ ſit cauſa in eodem utero, habes.4.de Generatione.cap.4.G. Quære Abortio.✳.

FORMA.
1 Formæ natura prior & excellentior eſt ꝗ materiæ.1.de Part.c.1.F.
2 per Formam eſt potius materia ꝗ econtrario.1.de Part.c.1.H.✳.

FORMICA.
1 Formicæ gregatim degunt nullo ſub duce.1.de Hiſt.c.1.G.
2 Formica domicilium ſibi parat.1.de Hiſtoria.cap.1.G.
3 Formicæ partim ſunt pennatæ, partim ſine

pennis.4.de Hiſt.c.1.B.&.1.de Partibus.
cap.3.A.C.
4 Formicæ ſuas cauernas linquunt, ſi aſper-
gatur ſulphur, aut origanum.4.de Hiſt.
cap.8.F.
5 Formicæ coeunt,& uermiculum pariunt,
qui accreſcens ex minutulo & rotundo
longiuſculus fit,formamq; accipit debitã.
Ortus eorum uerno tempore agitur.5.de
Hiſt.c.25.A.
6 Formicæ, quæ appellantur equites, non
ſunt in Sicilia.8.de Hiſt.c.28.A.
7 Formicæ officioſiſſimæ ſunt præ cæteris
omnibus animalibus. 9. de Hiſtoria.
cap.38.A.
8 Formicæ eadem ſemita ſemper ambulant,
cibaria recondunt,& cellas promptuarias
faciunt,nec interdiu ſolum, ſed etiam no
ctu plena luna laborem exercent.9. de
Hiſt.c.38.A.
9 Formicæ dentes habent.4.de Partibus.
cap.6.B.
10 Formicæ guſtus membrum intus habent.
2.de Part.c.17.D.
11 Formicæ promuſcidem habẽt in ore ab-
ſconditam.4.de Part.c.5.B.
12 Formicæ prudentiores ſunt aliquibus ſan
guineis.2.de Part.c.4.A.
13 Formicæ coeunt,& ex ſui generis anima-
li oriuntur.1.de Gen.c.16.A.✳.
FORTIS. FORTITVDO.
1 Fortes cur uinoſi ſunt magna ex parte,
oſtenditur.4.Prob.Sect.27.
2 Fortitudinem cur maxime honorant reſ-
publicæ,cum tamen non ſit uirtutum præ
cipua, oſtenditur.5. Problemat. Sectio.
27.✳.
FRATER.
Fratres uterini dicti ſunt,quia eodem ute-
ro,quæ eſt pars interior uuluæ,geniti ſũt.
3.de Hiſt.c.1.E.✳.
FRATRARE. Quære Mulier.9.
FRAVDVLENTVS. Quære Planta
pedis.2.✳.Fraus.
FRESSVM. Legumem fractum aut
piſtum.
Freſſum omne cur non expaſlatur ab
aqua feruenti, ſolida tamen lenticula ex-
paſlatur,habes.9.Prob.Sect.24.
FRICARE.FRICTIO.
1 Fricta membra cur pleniora euadunt,præ
terq̃ uenter,qui frictionibus ſolet extenu-
ari,habes.14.Prob.Sect.15.
2 Frictiones cur carnem augent, habes.3.
Prob.Sect.36.
3 Frictiones ſiccæ cur carnes ſolidas red-
dunt,habes.5.Prob.Sect.37.
FRIGERE.
1 Frigeant ſi aliqui uehementer, & ſtatim
copioſo igni concaleſiant,cur indoleſcũt,
oſtenditur.15.Prob.Sect.8.
2 Frigentium cur lingua errat, ut ebriorũ,
& pili inhorreſcunt, habes.10.&.11.Prob.
Sect.8.
3 Frigentes maxime cur non poſſunt dor-
mire,habes.19.Prob.Sect.8.
4 Frigeſcentes cur humidi fiunt, habes.1.
Prob.Sect.8.
FRIGIDVM.
Frigidum & frigidius quid ſit,& ꝙ multi-
pliciter dicatur, habes. 2.de Partibus.
cap.2.D.E.F.✳.
FRIGVS.
1 Frigus priuatio caloris eſt. 2.de Genera-
tione.c.4.AA.
2 Frigus indurat, & denſat.5.de Generati-
one.c.3.D.
3 Frigus cogendo exſiccat.5.de Generatio-
ne.cap.3.D.
4 Frigus cur acrius eſt mane q̃ nocte, q̃uis
ſol longius nocte ſit, oſtenditur.5.Prob.
Sect.25.&.13.Prob.Sect.8.
5 Frigus cur potius ſentiunt exercitati, q̃
inexercitati,habes.6.Prob.Sect.8.Quære
Aſinus.22.23.31.✳.
FRINGILLA.Auis.
1 Fringilla degit æſtate locis tepidis, hyeme
frigidis.9.de Hiſt.c.7.B.
2 Fringilla uermiculos petit.8.de Hiſtoria.
cap.3.A.
FRINGILLAGO.Auis.
Fringillago pari ſpecies eſt.8.de Hiſtoria.
cap.3.A.Quære Parus.
FRINGILLARIVS.Accipiter.
Fringillarius accipitris ſpecies eſt. 9.de
Hiſtoria. cap. 36.A. Quære Acci-
piter.6.8.
FRONS.TIS.
Frons eſt pars faciei, quæ inter oculos &
ſinciput poſita eſt. Quales autem talis uel
talis frons indicet, habes.1.de Hiſtoria.
cap.8.A.✳.
FRONS.Pro folio.
Frondibus areſcentibus, uenæ tantum
modo relinquuntur.3.de Partibus. cap.
5.B.✳.
FRVGES.
Frugibus quæ aues ueſcantur, habes.8.
de Hiſtoria.cap.3.C.✳.
FRVGILEGA.Auis.
Frugilega uermiculos petit.8.de Hiſtor.
cap.3.B.
FRVCTVS.
1 Fructus & ſemen differunt ratione prioris
& poſterioris, ut fructus ſit ex ſemine,&
non econtrario, nam alias idem ſunt.1.de
Gen.c.18.N.
2 Fructum cur quædam arbores nõ habẽt,
florẽ tamẽ hñt,oſtendit.3.Prob.Sect.20.
3 Fructus arborum contenti utribus uehe-
menter inflatis cur incorrupti ſeruantur,
oſtenditur.4.Prob.Sect.22.
4 poſt Fructuum eſitationẽ cur aut uinum
merum, aut aqua bibenda eſt, habes.8.
Prob.Sect.22.
5 Fructus duros atq; incoctos cur emolliũt
paleæ,maturitatemq; adducunt,mites aũt
& concoctos nõ putrefaciunt, habes.12.
Prob.Sect.22.
6 Fructus dulciſſimos cur fert Attica, habes.
20.Prob.Sect.20. Quære Attica.Caro.
17.Thymus.2.✳.
FRVMENTVM.
1 Frumenta annua ſunt.3.de Gen.c.1.D.
2 Frumẽta exareſcunt,quia cibum & alimẽ
tum omne in ſemen conſumunt.3.de
Gen.cap.1.D.
3 Frumentum expoſitum frigori in Ponto
cur diu ſeruari poteſt,habes.2.Prob.Sect.
14.Quære Lacus.2.Ordeum. Triticum.
FVCA PVSILLA.Piſcis.
1 Fuca puſilla licet oua deuoret, bis tamen
anno parit.6.de Hiſt.c.13.B.
2 Fuca mas differt a fœmina, ꝙ nigrior ſit,
& amplioribꝰ ſquammis.6.de Hiſt.c.13.B.
3 Fucæ q̃q̃ cætera carne abſtineant, ſquillas
ſæpe appetunt.8.de Hiſt.c.2.G.
4 Fuca ſola inter piſces nidum cõſtruit, at
q; in ſtragula parit.8.de Hiſt.c.30.B.
FVCVS.Inſectum.
1 Fucorum fœtus æditur etiã ſine duce.5.
de Hiſt.c.21.A.
2 Fuci carent aculeo.5.de Hiſt.c.21.A.&.3.
de Gen.c.10.B.
3 Fuci deterrimũ genus eſt inter omnes
apes,& magnitudine grandiores. Vnde
& in alueis foramina anguſtiora fiunt,qua
ingredi apes poſſint,fuci non poſſint.5.de
Hiſt.c.22.A.
4 Fuci ſi demptis pennis intra alueum cõiici
antur,reliquorũ fucorum pennas erodũt.
5.de Hiſt.c.22.C.
5 Fucorum natura,& loculi quales ſint, ha-
bes.9.de Hiſt.c.40.B.C.
6 Fuci ideo inertes & ocioſi ſunt, quia nulla
habent arma, quibus poſſint dimicare de
cibo.3.de Gen.c.10.E.
7 Fuci magnitudine pares ſunt regibus.3.
de Gen.c.10.E.
8 Fuci non generant. 3.de Gen.c.10.E.
Quære Apes.17.36.53.✳.
FVLICA.Auis.
1 Fulica uictitat apud mare.8.de Hiſtoria.
cap.3.D.
2 Fulicæ ſpuma capiuntur, appetunt enim
eam auidius, quocirca ſpuma inſperſa,
eas uenari in uſu eſt. Caro earum probi
odoris eſt, excepta parte poſteriore ulti-
ma,quæ ſola lituum olet. Pingueſcunt ſa-
tis fulicæ,& eſui idoneæ ſunt.9.de Hiſto-
ria.cap.35.A.
3 Fulicæ uropygium parum aptum habent
ſuis commodis. Quomodo etiam uolent,
habes.de Cõm.animal.greſſ.c.3.E.
FVLLO.Inſectum.
1 Fulloni pennæ uagina incluſæ ſunt.4.de
Hiſt.cap.7.A.
2 Fulloni prætendunt antennæ ante oculos.
4.de Hiſt.c.7.B.
FVMVS.
1 Fumꝰ exhalatio eſt, & forſan eſt ſubiectũ
ignis.2.de Part.c.2.G.
2 Fumo cur maxime omnium animalium
homo afficitur,habes.5.Prob.Sect.10.
3 Fumꝰ cur oculos infeſtat, habes.22.Prob.
Sect.31.
FVNGVS.Lucernæ. Quære Equus.66.
FVR.Inſectum.
Fures apum, qui cum illis una gignuntur,
quales ſint, & quomodo noceant apibus,
habes.9.de Hiſtoria.cap.40.D. Quære
Apes.17.✳.
FVRARI.FVRTVM.
1 Furabant qui in foro, aut paleſtra, aut bal
neis,cur morte mulctabantur,ſecus in do
mo priuata, oſtenditur.14.Problemat.Se-
ctio.29.
2 ſuper Furto damnum capitale cur ſtatutũ
eſt,ſuper contumelia uero, quæ grauior
eſt,non eſt ſtatutum,habes.16. Problemat.
Sect.29.
FVSANEI.Piſces quidam, qui ſine duce
uagantur.
1 Fuſanei dicuntur ex argumento, ꝙ fuſim
retibus capiantur.5.de Hiſt.c.9.A.
2 Fuſanei piſces ſemel anno pariunt.5.de
Hiſtoria.cap.9.A. Quære Piſcis.103.105.
FVSCVS. Colore. Quære Mulier.6.
FVSVS AGRESTIS.Herba.
ex Fuſo agreſti conficiunt apes cerã.9.de
Hiſt.cap.40.M.
FVTVRVM.
Futura prædicebant quidam. Quære
Bacchides.✳.

G

GALADAE.
Galadæ cōchæ quales ſint, habes . 4 . de Hiſtoria . capit. 4.B.
GALENA. Plumbago.
Galena oleo mixta amplum ex paruo faſtum erigit, ſpiſſum ex liquido,album ex nigro . 2.de Generatione.cap.2.B.
GALERITA.Auicula.
Galerita alaudæ ſpēs auis terreſtris eſt, & criſtata.Galerita uero dicta eſt a criſta.9. de Hiſtoria. cap.25.A.Quære Alauda.7.
GALERVCA.Inſectum.
1 Galerucæ pennæ uagina incluſæ ſunt.4. de Hiſtoria.cap.7.A.&.4.de Part.c.6.A.
2 Galerucæ uropygio carent.de Communi.animal.greſſu.cap.3.E.
GALLIA.GALLI. Europæ populi & regio.
1 Gallia aſinis caret propter regionis frigiditatē,eſt enim aſinus frigoris impatiens. 8.de Hiſt.c.28.C.&.2.de Gener.c.6.A.
2 Galli ſupra Hiſpaniam colunt.2.de Generatione.cap.6.D.✳. Celtæ.
GALLINA.
1 Gallinæ non cantant.4.de Hiſtor.c.9.D.
2 Gallinæ conſidentes humi,& mare ſuperueniente,coeunt.5.de Hiſtoria cap.2.A.
3 Gallinæ coeunt,& pariunt omnibus anni temporibus.5. de Hiſtoria.capit.13.A. &.6.capit.1.A.
4 Gallinæ oua ſubuentanea pariunt. 6.de Hiſtoria.capit.2.C.&.3.de Generatione. cap.1.G.Quære Ouum.
5 Gallinæ duodeuigeſimo die fœtum excludūt æſtate,hyeme aliquando uigeſimo quinto,ſed ſi incubāte gallina,tonuit, oua pereunt.6.de Hiſt.c.2.C.
6 Gallinæ iuniores uere ineunte, ſtatim pariunt,& plura oua q̄ ueteres ,ſed minora. 6.de Hiſt.c.2.D.
7 Gallinæ adrianæ pariūt quotidie,licet paruo corpore ſint , ferociunt tamen , & pullos ſæpe interimūt.6.de Hiſt.c.1.A.
8 Gallinæ ſi marem uicerint, cucurriunt,& exemplo marium tentant ſuperuentu coire,criſta etiam caudaq; erigit , nec facile eſt,an fœmina ſit , agnoſcere,nōnunq̄ etiam calcaria parua enaſcuntur illis.9.de Hiſt.c.49.A.
9 Gallina puluere ſe uolutat.9.de Hiſtoria. cap.49.A.
10 Gallinæ coeunt cum diuerſi generis animalibus.2.de Gen.c.5.D.
11 Gallinæ aliquæ dum admodum pariunt, intereunt.2.de Gen.c.1.D.
12 Gallinæ adrianæ multa oua admodum pariunt.2.de Gen.c.1.C.
13 Gallinarum in partu monſtra crebrius fiunt,non ſolum quia ſæpe pariunt,ſed quia multos ſimul continent conceptus intra ſe,& temporibus omnibus coeunt.4.de Gen.c.4.A.Quære Gallus.✳.
GALGVLVS.Auis.
1 Galgul9 magnitudinis turturis eſt.Color illi luteus . Lignipeta auis eſt , magnaq; ex parte maceriæ paſcitur . Vocem magnam emittit.8.de Hiſt.c.3.B.
2 Galgulus incola maxime eſt Peloponneſi.8.de Hiſt.c.3.B.
3 Galgulus cum libio pugnat.9.de Hiſtoria.cap.1.D.
4 Galgulus cum crece pugnat.9.de Hiſtoria.cap.1.E.
5 Galgulus & lædus amici ſunt.9.de Hiſtoria.cap.1.E.
6 Galgulus colit nemora & fruteta .9.de Hiſt.c.1.F.✳.
GALLINACEVS.Quære Gallus.
GALLINAGO.Auis.
1 Gallinago nunq̄ in arbore cōſiſtit, ſed humi.9.de Hiſt.c.8.B.
2 Gallinago per ſepes hortorum capitur, magnitudine quanta gallina eſt,roſtro lōgo,colore attagenæ,currit celeriter,hominem mire diligit.9.de Hiſt.c.26.A.
GALLVS.Auis.
1 Galli gallinacei copia libidinis gaudēt.1. de Hiſt.cap.1.H.
2 Gallus gallinaceus criſtam inter omnes aues ſortit9 eſt,q̄ nec caro eſt, nec a carne omnino aliena.2.de Hiſt.c.12.C.
3 Gallus gallinaceus uocem ædit,cum uicerit.4.de Hiſt.c.9.C.
4 Galli cantant tantum , & non gallinæ.4. de Hiſt.c.9.D.
5 Galli ſubigunt aliquando alios gallos.9. de Hiſt.c.8.B.
6 Galli quidam officio matris fungentes in enutriendis pullis,matre interempta,adeo efœminati ſunt, ut nec cucurrire nec coire appeterēt,imo nōnulli adeo efœminati ſunt iam inde ab ortu,ut uenerem patiantur, ſi quis alius ſuperuenire uelit.9.de Hiſtoria.c.49.A



7 Galli quomodo caſtrentur , habes.9.de Hiſt.cap.50.A.
8 Galli uropygium ineptum habent , ideo directum curſum conficere nequeunt.de Cōm.animal.greſ.c.3.E.
GAMMARVS.Aquatile cruſtatum.
1 Gammari ſanguine carēt.1.de Hiſtoria. cap.6.A.
2 Gammarus cruſtati generis eſt , differt aūt a locuſta brachiis,quæ denticulatis forcipibus protendit , atq; aliis etiam differētiis,q̄uis non multis.4.de Hiſt.c.2.A.
3 Gammarorū figura,partes,membra,& eorum ſitus , uictus,& mores ponuntur.4. de Hiſt.c.2.C.D.F.
4 Gammari color ex toto nitet,nigriſq; maculis diſperſis euariat . 4 . de Hiſtoria cap.2.C.
5 Gāmari odore eſcarum allectati capiūtur. 4.de Hiſt.cap.8.F.
6 Gammari leuiorib9 atq; terrænis locis proueniunt,nec limoſa loca amant. Vnde fit, ut apud Helleſpontum proueniāt,& apud Thaſum.5.de Hiſt.c.17.B.
7 Gammari exuunt ſenectutem.8.de Hiſtoria.cap.17.C.
8 Gammari ſunt unum e quattuor generibus cruſtatorum , quorum ſpecies plures ſunt non ſolum forma , ſed etiam magnitudine differentes.4.de Part.c.8.A.
9 Gammarorum forceps alteruter , ut fors tulerit,maior uel minor eſt.4.de.Partibus. cap.8.B.
GAVIA.Auis.
1 Gauiæ gula qualis ſit , habes.2. de Hiſtoria.cap.17.I.
2 Gauiæ ſaxis marinis oua bina uel terna pariunt æſtate , & incubant cæterarum auium more, ſed non abſconduntur.5.de Hiſt.cap.9.A.
3 Gauia,cui color eſt cinereus , fluuios petit & lacus , ut cibum quærat.8.de Hiſtoria. cap.3.D.
4 Gauia alba nictitat apud mare.8.de Hiſtoria.cap.3.D.
5 Gauia, anas,& harpa inter ſe diſſident.9. de Hiſt.cap.1.D.
GELV.
Gelu ſiccum eſt actu,& per accidens potētia humidum.2.de Partibus.c.3.A. Quære Frigus.
GEMELLI.
1 Gemelli ſeruari æque poſſunt in omnib9 animalibus,q̄q̄ ſexus utriuſq; ſint,in hominum autem genere cur non poſſunt , habes.7.de Hiſtoria.cap.4.D.&.30.Problemat.Sect.10.
2 Gemelli ſæpe in eodem loco uteri ſunt.4. de Gen.cap.4.H.
3 Gemini mas in leua parte,fœmina in dextra uiſi ſunt.4.de Gen.c.1.F.
GENAE.
Genæ non coaleſcunt,ſi præſcindantur.1. de Hiſt.cap.13.A.
GENERANS.GENERARE.GENERATIO.
1 Generant maxima ex parte homines uſq; ad annum ſexageſimum, quamuis etiam annos ſeptuaginta nati quidam generauerunt.1.de Hiſt.c.6.A.
2 Generare non poſſunt quædam animalia coniuncta,quæ ſi diſiunguntur, generant. 7.de Hiſt.c.6.A.
3 qđ Generatur , continetur in eo, qđ generat.1.de Hiſt.c.2.B.
4 Generatione q̄ ſunt poſteriora, ſunt priora natura.2.de Hiſt.c.2.B.&.2.de Partibus.cap.1.B.
5 Generationes animalium multæ atq; uariæ ſunt.5.de Hiſt.c.1.A.
6 Generatio ſubſtantiæ gratia eſt , & non econtrario.1.de Partibus.c.1.D.P.&.5.de Gen.cap.1.B.
7 Generatio & eſſentia contrario modo ſe habent, in hoc ꝙ eſt prius & poſterius.2. de Part.c.1.B.
8 Generatio multorum eſt, quia neceſſaria. 1.de Part.c.1.Q.
9 qđ Generatur, ab aliquo generatur , & ex aliquo,& in aliquo,& aliquid.2.de Generatione.cap.1.G.
10 Generat ſeipſum nihil.2.de Generatione.cap.1.M.
11 Generatio ideo eſt , ut illa q̄ perpetua eſſe non poſſunt numero , ſpecie perpetua ſint.2.de Gen.c.1.A.
12 Generatio animalium alia eſt per coitum, in quibus eſt mas, & fœmina,alia ex putrefactione.1.de Gen.c.1.A.
13 Generationis , q̄ per marem & fœminam fit,principium eſſe marem & fœminam, oſtenditur.1.de Generatione.cap.2.per totum.
14 Generatio a quo fit,& quid generati partes efficiat , habes.2.de Generatione.c.1. H.I.L.M.
15 Generatio eſt ex non ente in ens.2.de Gen.cap.4.O.
16 Generationum circuitum ſiue circulum appellamus diem noctem annum & tempora.4.de.Gen.c.10.A.
17 Generās,a quo ſemē decidit,quid efficiat

in generatione, oſtenditur.2. de Genera. cap.1.I.L.M. Quære Pater.
18 Generationes deſtinatas a natura multa principia, quæ incidunt, impediunt. 4.de Generatione.cap.4.D.
19 Generationis cauſa idem nõ poteſt eſſe ſibiipſi.de Cõmuni.anĩal.mot.c.3.D.
20 Gignitur quicquid, ex aliquo ad aliquid pergit.2.de Part.cap.1.B.✳.

GENEROSVM.
Generoſum eſt, quod non degenerauit a ſua natura.1.de Hiſtoria.c.1.I.✳.

GENESTA. Quære Cera.1.

GENITALIA
1 Genitalis glãs. Quære Glans pars penis.
2 Genitale mẽbrum uterq; ſexus habet ad ſubminiſtrandum exitum humidi excrementi.1.de Hiſtoria.c.14.A.
3 Genitale ceruici ueſicæ eſt annexũ foramine foras directo puiũ, ſed paulo inferius intra eãdem ſemitam cõmode deductũ. Quorũ foraminũ ad teſtes alterũ, alterũ ad ueſicam neruoſum chartilaginoſumq; tendit.1.de Hiſtoria.cap.18.B.
4 Genitale alia animalia habent abſolutius aliis.2.de Hiſtoria.cap.1.I.
5 Genitalis differẽtia numeroſa eſt, nã aliis chartilaginoſum carnoſumq; eſt, aliis neruoſum, aliis oſſeum.2.de Hiſtoria. c.1.L. Quære Vulpes. Vrſus.
6 Genitale membrum aliter ſitum eſt iis, qui ex aduerſo mingunt, aliter iis, qui exauerſo.3.de Hiſtoria.c.1.A.
7 Genitalibus utitur natura & ad purgationem excrementorum & ad rem uenercam in utroq; ſexu, exceptis paucis.4. de Partib.cap.10.L.
8 Genitalis mẽbri uſus, & figura, & partes explicantur 4.de Part.cap.10.L.M.
9 Genitalibus ineſt potentia generatiua.1. de Generatione.cap.2.B.
10 Genitalia maris & fœminæ quæ ſint, habes.1.de Generatione.c.2.B.
11 Genitalia membra non eadem ſunt omnibus animalibus.1.de Gener.c.3.p totũ.
12 Genitali quæ animalia carent, oſtẽditur. 1.de Generatione.cap.6.A.
13 Genitale mouetur inuito animali.de.Cõmuni.animal.mot.cap.5.A.
14 Genitale eſt tanq̃ abiũctũ aĩal.de Cõmu. aĩal.mot.c.5.B. Quære Penis. Veretile.

GENITVRA. Quo differat a ſemine. Quære Semen.✳.

GENV.
1 Genu communis eſt pars tibiæ & femoris.1.de Hiſtoria, cap.15.B.
2 Genu quieſcit, dũ tibia mouetur. de Cõmuni.animal.mot.c.1.per totum.
3 Genua quomodo moueãtur homini, habes.de Communi.animal.greſſ.c.1.A.
4 Genua quomõ moueãtur q̃drupedibus uiuiparis, hẽs.de Cõm.aĩal.greſſ.c.1.B.✳.

GENVS.
1 Genus animalium unde ſumitur, habes. 1.de Part.cap.1.per totum.
2 Genus quodlibet diſtrahi nõ debet, & ſingulare genus in duas non diuiditur differẽtias, nam genus eſt, cuius tantũ eſt una differentia.1.de Part.c.2.A.
3 Generis uno nomine quare non appellarunt beſtias tum aquatiles, tum uolucres, habes.1.de Part.c.4.A.
4 Generibus in pluribus & diuerſis cõplura ſunt eadem.1.de Part.cap.1.D.
5 Genera ſi ſimilia ſunt, figuris fere partiũ & totius corporis deſcribuntur. 1.de Partibus.cap.4.D.✳.

GIBBA. Cruſtatum aquatile.
1 Gibbarum figura, & partes, & mẽbra exponuntur.4.de Hiſtoria.c.2.B.
2 Gibbæ ſquilarum genere continentur. 4.de Hiſtoria.cap.2.A.
3 Gibbæ quatuor circiter menſes uterum ferunt.5.de Hiſtoria.cap.17.B.

GIBBER. Brachii.
1 Gibber pars eſt brachii. 1.de Hiſtoria.capit.15.A.
2 ad Gibberum inflectitur brachium. 1.de Hiſtoria.cap.15.B.
3 Gibber quieſcit, dum brachium mouetur. de Communi.animal.mot.cap.1.B.

GINGIVAE.
1 Gingiuæ ſunt multifida oris compago.1. de Hiſtoria cap.11.C.
2 Gingiuæ carne conſtant, intuſq; dentes oſſei cohærent.1.de Hiſtoria.c.11.C.
3 Gingiuis profluit ſanguis.3.de Part.c.5.D.

GINNVS.
Ginnus fit ex equo & aſino, cum conceptus in utero ægrotant.2.de Generatione.cap.6.E. Quære Pumilio.4.

GLADIOLVS.
Gadiolus in lolligine eſt, ſicut ſepium in ſepiis, hoc eſt illud durum, quod intus continent.4.de Hiſtoria.cap.1.E.&.2.de Partibus.cap.8.B.

GLADIVS. Piſcis.
1 Gladius ſemotum habet a iecore fel.2.de Hiſtoria.cap.15.C.&.cap.1.A.
2 Gladii agitãtur ſub ortu caniculæ aſilo, q eſt uermiculus ſub pinna. 8. de Hiſtoria, cap.19.C.

GLANS. Teſtatum aquatile.
Glandes rimis & cauernis ſaxorũ proueniunt.5.de Hiſt.c.15.D.

GLANS. Fructus quercus.
1 Glandes ſuauiter comeduntur a ſuibus, ſed carnem humidam faciunt, ſi ſolæ dentur.8.de Hiſt.c.21.C.
2 Glandibus eſitatis, abortiunt oues, & aliquando ſues.8.de Hiſt.c.2.C.
3 Glandes poſtremam ſuperiorem partem cur habent amariorem, oſtenditur. 2.Problemat.Sect.20.

GLANS. Pars penis.
Glans eſt prior penis pars carne propemodum conſtans, & inæquabili facie turbinata, mutuataq; eſt nomen a glande naturali. Pellicula uero, quæ illam tegit, nomine caret, ſi uero uulneretur, non coaleſcit.1. de Hiſt.cap.13.A.

GLANVS. Quære Hyena.

GLAVCOMA. Oculorum morbus, quo cryſtallinus humor in glaucum mutatur.
Glaucoma accidit potius oculis cæſiis.5. de Gen.c.1.F.

GLAVCVS. Piſcis.
1 Glaucus pelagius eſt, & non littoralis.8.de Hiſt.cap.13.A.
2 Glaucus latet æſtate dies circiter ſexaginta.8.de Hiſt.c.15.B.

GLIS. Animal ſomno nobile.
Glires latẽt in ipſis arboribus hyeme, & tunc maxime pingueſcunt.8.de Hiſtoria. cap.17.A.

GLOBVS. Orbis.
Globus ſi moueatur, nulla pars eius quieſcit.de Cõm.anĩal.mot.c.1.D. ✳. Quære Sphæra.

GLVTINVM.
Glutinum e tergore bubulo & nonnullis piſcibus.3.de Hiſt.c.11.A.

GNESIA. Aquilæ ſpẽs. Quære Aquila.17.

GNOMONES DENTES. Quære Aſinus.14.

GOBIO.
1 Gobiones quidam ignobiles unde generẽtur, habes.6.de Hiſt.c.15.B.
2 Gobio littoralis eſt.8.de Hiſt.c.13.A.
3 Gobiones in fluuiis pingueſcunt.8.de Hiſtoria.cap.19.A.
4 Gobiones gregales ſunt.9.de Hiſt.c.2.A.
5 Gobio ſolus inter piſces Pirrhei Euripi non enatat foras hyeme propter frigus.9. de Hiſt.c.37.D.

GRACVLVS. Piſcis.
1 Graculi fœtus celerrime creſcũt. Parit autem graculus iuxta littora in algoſis & dẽſis locis.5.de Hiſt.c.10.A.
2 Graculus autumno parit.6.de Hiſt.c.17.A.
3 Graculus piſcis hyeme latet.8.de Hiſtoria. cap.15.A.

GRACVLVS. Auis.
Graculi menſe tritici pariunt.6.de Hiſt. cap.17.D.✳.

GRAECIA. Quære Bos.21. Ouis.27. Canis.41. Lepus.10. Lupus.9.✳.

GRAVE.
1 Graue in tarditate motus conſiſtit.5.de Generatione.c.7.B.D.
2 Graue expugnatum a leuiore ſurſum cõtendit.de Cõm.animal.mot.c.4.D.✳.

GRAVIDA. Quære Prægnans.

GREGALE. Animal qđ gregatim degit, ut oues.
Gregale nullum animal eſt, quod aduncos ungues habeat.1.de Hiſt.c.1.F.

GRESSILIA. GRESSVS.
1 Greſſilia & natatilia ſimul plura reperiuntur.1.de Hiſt.c.1.F.
2 Greſſus non fit, niſi flectatur nodus.de Cõm.animal.greſ.c.3.A.
3 Greſſus non peragitur, niſi terra habitu rigenti conſiſtat. de Comm.animal.mot. cap.1.C.✳.

GRVS. Auis.
1 Grues gregales ſunt.1.de Hiſt.c.1.F.
2 Grues ciuiliter degũt ſub duce.1.de Hiſtoria.c.1.G.
3 Grus ſola inter aues mutat pẽnas, nã gruis pennæ in ſenectute nigreſcunt.3.de Hiſt. cap.12.A.
4 Grues coeunt, ſtante fœmina, & non conſidente.5.de Hiſt.c.12.B.
5 Grues a Scythia ad Nili paludes ſupra Aegyptũ eũt, quo in loco pugnare aduerſus pygmeos dicuntur, qđ fabuloſum non eſt.8.de Hiſt.c.12.A.
6 Grues ſeptembri menſe incipiunt abire hyematum ad alia loca.8.de Hiſt.c.12.B.
7 Grues ex ultimis in ultima abeunt, uolãtq; flatu ſecundo. Lapidem illas ferre, quo ſe fulciant, & illum cum ceciderit, utilem eſſe ad auri probationem, falſum eſt.8.de Hiſt.cap.12.A.
8 Grues pugnant adeo acriter inter ſe, ut pugnantes capiantur, hominemq; potius ſpectant, q̃ a pugna deſiſtant. Pariunt oua non amplius q̃ bina.9.de Hiſt.c.12.A.
9 Grues ſeneſcentes nigriores effici dicunt. Cuius cauſa eſſe poteſt, q pennarũ natura earum albicet, & plus humoris cõſtituitur in pennis illarum ſeneſcentium, q̃ ut putreſcere poſſit.5.de Generatio.c.5.A.✳.

GVLA.

1 Gula eſt poſterior pars colli.1.de Hiſtoria.cap.13.A.

2 Gula dicitur quantum colli interius carneum ſpinæ præiacet.1.de Hiſt.c.12.A.

3 Gula intra collum eſt, ab anguſtia & longitudine græce οισοφάγοσ nuncupata, cui comes iungitur uocalis arteria in omnibus iis, quæ illam habere naturæ placuit.1.de Hiſt.c.16.B.

4 Gula ab ore dependet continua tum ſpinæ tum arteriæ nexu fibrarum,& per ſeptum tranſuerſum in uentriculum finit carnis ſpeciem referens,& pariter diſtendi in lōgum latumq; habilis.1.de Hiſt.c.16.D.

5 Gulam pauci piſces habent.2.de Hiſtoria cap.17.A.

6 Gula tendit ad uentrem.2.de Hiſt.c.17.B.

7 Gula ori annexa meatus eſt cibi inconfecti.2.de Part.c.3.D.

8 Gula eſt,qua cibum potumq; deuoramus. Itaq; animalia, quæ collo carent, gulam manifeſtam non habent. Gula uero inter os & uentrem eſt,& ad uentrem tendit.3.de Part.c.3.A.B.& ultra.

9 Gulæ tactu ſuauitas eſculēti ſentitur.4.de Part.cap.11.A.

10 Gula cōſtat ex neruo & carne, ex neruo, ut tendi poſſit,ex carne, ut mollis ſit,& cedat,ne lædatur ab aſperitate cibi deſcendētis.3.de Part.c.3.A. ✳.Philoxenꝰ.

GVSTVS.

1 Guſtus eſt ex quiſitiſſimus homini poſt tactum inter cuncta animalia.1.de Hiſtoria.cap.15.D.

2 Guſtus a corde manifeſte dependet.2.de Part.c.10.B.

3 Guſtus tactus quidam eſt.2.de Part.cap.10.D.&.cap.17.A.

4 Guſtus extrema potiſſimum lingua continetur.2.de Part.c.17.C.

5 Guſtus datus eſt animalibus gratia cibi.2.de Part.cap.17.C.

6 Guſtus ueſtigium geminum.2.de Part.cap.10.C.

7 Guſtus nullum animal expers eſt.2.de Partibus.cap.17.B.

8 Guſtus membrum non omnibus aīalibꝰ ſimile eſt datum,ſed alia aliter habēt.2.de Partibus.c.17.C.D.

9 Guſtus ſenſorium eſt corpus, aut aliquid corporis animalis.2.de Gen.c.4.AA.

10 Guſtus parum conducit ad prudentiam, multum tamen ad animalis naturam.1.de Gen.c.20.L.

11 Guſtus & tactus tantum ratione cur incōtinentes uocamus, habes.2.Prob.Sect.28.✳. Philoxenus.

GVTTVR.

1 Guttur eſt pōr pars colli.1.de Hiſt.c.12.A.

2 Guttur ante gulam poſitum eſt,& alia de eodem.3.de Part.cap.3.C.& ultra. Quære Arteria uocalis.Gula.✳.

H

HADRIANAE Gallinæ. Quære Gallina.12.

HALCEDO. Auis, quæ græcis eſt Alcyō

1 Halcedo non multo amplior paſſere eſt, colore tum cæruleo tum uiridi tum etiam leuiter purpureo inſignis, nō particulatim diſtincta,ſed ex indiſcreto uarie fulgens corpore toto alis & collo, roſtrum ſubuiride & tenue. Nidus ſimilis marinæ pilæ, & iis quæ a flore maris haloſachnæ dicūtur.9.de Hiſtoria.cap.14.A.

2 Halcedonum quattuor ſunt ſpecies.8.de Hiſtoria.c.14.A.

3 Halcedo aquas amat,unde cibum petit.8.de Hiſt.c.10.D.

4 Halcedōis nidus deſcribitur.9.de Hiſtoria.cap.14.A.

5 Halcedo piſcibus uictitat,parit q̄ maxime oua quinq;.Fœtificat toto ſuo ætatis tempore.Parere incipit nata menſes quattuor.9.de Hiſt.c.14.A.

6 Halcedonum duplex eſt genus, alterum uocale arundinibꝰ inſidens,alterū mutū, qđ ampliori corpore eſt. Vtriq; dorſū cæruleū eſt.8.de Hiſt.c.3.D. Quære Alcyō.

HALEX.Piſcis.

1 Halex uidetur eſſe fœcundiſſima omniū piſcium.6.de Hiſt.c.17.B.

2 Haleces bruma pariunt.6.de Hiſt.c.17.B.

3 Halex ſiue Mena melior eſt eſui grauida. Forma rotundior eſt fœminæ,latior mari.8.de Hiſt.c.30.A.

4 Haleces gregales ſunt.9.de Hiſt.c.2.A.

HALIAETVS. Id eſt aquila piſcatoria Quære Aquila.17.✳.

HALITVS.

1 Halitus fœtidi cur eſt cauſa auſter flans, oſtenditur.18.Prob.Sect.26.

2 Halitum oris cur interdum frigidum, interdum calidum emittere ſoleamus,oſtenditur.7.Prob.Sect.34.Quære Leo.14.



HALOSACHNA.Interpretatur ſpuma maris.

Haloſachna quo colore,& qua figura conſtet,habes.9.de Hiſt.c.14.A.

HALTERES. Pondiſcula,quibus ſaliētes innituntur.

Halteribus comprehenſis maior & concitatior ſaltus æditur. de Cōm.animal.greſſ.c.1.D.&.8.Prob.Sect.5.

HAMIA.Quære Amia.

HAMVS. Inſtrumentum piſcatorum Quære Cētipeda.Veretile. Vulpes piſcis.

HARPA.Auis.

1 Harpa & anas & gauia inter ſe diſſidēt.9.de Hiſt.c.1.D.

2 Harpa, piſex, & miluus amici ſunt.9.de Hiſt.cap.1.F.

3 Harpa & foix inimicæ ſunt, quia eiſdem ueſcuntur.9.de Hiſt.c.18.A.

HARVNDO.

Harundines lacubus prognatæ nihil fere creſcunt, niſi aquæ pluuiæ incident.8.de Hiſt.c.19.A.✳.

HEDERA.Arbor nota.

Hederæ multa copia eſt apud Themiſcıram circa Thermodontem, quæ hyeme floret.5.de Hiſtoria.cap.20.C. Quære Ceruus.16.✳.

HELEDONA.Polypi ſpecies.

Heledona polypus qualis ſit, habes.4.de Hiſt.c.1.F. Quære Polypus.8.

HELIS. Quære Aethiops.2.

HELLESPONTIAS.Vētus.

Helleſpontias uentus Atticæ pluuius eſt.58.Prob.Sect.26.

HELLESPONTVS. Mare anguſtum inter Aſiam & Europam & pro regione illa adiacente. Quære Aquilo.14. Spongia.10.✳.

HEPAR. Quære Iecur.

HERACLITVS.Philoſophus.

Heraclitus cum in caſa furnaria eſſet caloris cauſa,& qui illum alloqui uolebant, ingredi temperarent,ingredi eos iuſſit.Quoniā inquit, nec huic quidē loco dii deſūt immortales.1.de Part.c.1.B.✳.

HERBA.

1 Herbis quæ animalia ueſcantur,habes.9.de Hiſt.c.6.A.

2 Herba opimat pecus.8.de.Hiſt.c.10.A.

HERCVLES.Poetis cantatiſſimus.

1 Herculem & Iphiclem quomodo natos eſſe fabulentur, habes.7.de Hiſt.c.4.D. Quære Iphicles.

2 Hercules inter duos & ſeptuaginta liberos fœminam unam tantūmodo genuit.7.de Hiſt.cap.6.A.

3 Hercules morbo comitiali laborauit,& melancholico habitu fuit. Quod oſtendit in filios ſuos pauor,& ulcerum ante mortem in Oeta eruptio.Morbus autem comitialis Herculeus & ſacer ab eo dictus eſt.1.Prob.Sect.30.✳

HERINACEVS.Aculeis armatum aīal.

1 Herinaceorum aculei ſpiculati,genꝰ quoddam pilorum putandum eſt.1.de Hiſt.c.6.A.&.5.de Gen.c.3.A.

2 Herinaceorum pili adeo degenerant, ut iam non pili,ſed ſpinæ uideantur.3.de Hiſt.c.11.A.&.5.de Gen.c.3.A.

3 Herinacei coeunt erecti, partibus ſupinis ſibi aduerſis.5.de Hiſt.c.2.A.&.1.de Gen.cap.5.A.

4 Herinacei prædurum pilum habent.6.de Hiſt.cap.37.A.

5 Herinacei,qui in cauernis ſunt,ſua cubilia mutant mutatione auſtri & aquilonis. Qui uero domeſtici ſunt,ad parietes diſcedunt. Quod ita fieri,quidam uidens,uētorum flatum præſagiebat Byzantii.9.de Hiſt.cap.6.B.

6 Herinaceus ſolus ex omnibus, quæ animal generant, teſtes habet intus lumbis adhærentes,& cito propterea coeunt.Coeunt autem erecti,nec ſuperueniunt tergis propter aculeos.1.de Gen.c.5.A.&.cap.12.A.Quære Echinus.

HERMAPHRODITVS. Quære Androgynus.

HERODIVS.Quære Ardeola.

HERODOTVS.Hiſtoricus notiſſimꝰ.

Herodotus non ſcribit uera, cum dicat Aethiopum ſemen nigrum eſſe cum omne ſemen album ſit, & non neceſſe eſt,nigra eſſe omnia in illis,quorum cutis nigra eſt.2.de Gen.c.2.C. Quære Aquila.7. Auis.72.Nilus.Vultur auis.2.✳.

HEROS.Quem ex altero parente deo genitum fabulantur.

Heroas complurimos morbo atræ bilis laboraſſe,cōpertum eſt.1.Prob.Sect.30.✳.

Heroicus.a.ū.

HYAENA.Animal peregrinum.

1 Hyæna colore lupi eſt,ſed hirſutior, & iuba per totum corpus prædita.Habere illā naturam ſimul maris & fœminæ nequaq̄ uerum eſt, ſed diſtincti ſexus ſunt.6.de Hiſt.c.32.A.

2 Hyæna fœmina raro capitur.6.de Hiſtoria.cap.32.A.

3 Hyæna,quæ a quibuſdam glanus dicitur,

non minor eſt corpore q̃ lupus,iuba eqna,
ſed pilo duriore & longiore, & per dorſũ
porrecta.Canes uomitionem hominis imi
rando capit,& ſepulchra effodit humanæ
auida carnis,ac eruit.8.de.Hiſt.c.5.A.

4 Hyæna cor magnum habet proportione
corporis.3.de Part.c.4.G.

5 Hyænam iniri & inire,& genitale fœmine
um & maſculinum habere,qui dicunt , re-
felluntur.3.de Gen.c.6.A.✳.

HIATICOLA . Auis , quæ & rupex.
Quære Rupex.

HIATVLA.Piſcis.

1 Hiatulæ piſces oua ædunt, licet maris &
fœminæ nulla diſtinctio ſit in illis.4.de
Hiſt.cap.11.C.

2 Hiatula ambigitur,an ſit maris & fœminæ
diſtincta ſexu,quia omnes grauidæ capiũ-
tur.6.de Hiſt.c.13.A.

3 Hiatulæ carniuoræ ſunt.8.de Hiſt.c.1.F.

4 Hiatulæ euenit,ut cum minores piſces in
ſequitur, uenter procidat.8.de Hiſtoria.
cap.2.G.

5 Hiatula pelagia eſt , & non littoralis.8.de
Hiſtoria.c.13.A.

6 Hiatula an aluum habeat,habes.9.de Ge-
neratione.c.5.A.

HYEMS.

1 Hyeme cur magis affligimur morbis ex bi
li contractis,habes.6.Prob.Sect.1.

2 Hyemes quæ ſalubriores , quæue morbi-
dæ ſunt,habes.Prob.mľtis.Sect.1.

3 Hyems cur grauis ſequitur,ſi æſtas & au-
tũnus imbres auſtroſq; habuerunt, habes.
20.Prob.Sect.1.

4 Hyeme cur minus ægrotamus,ſed pericu-
loſius,habes.28.Prob.Sect.1.

5 Hyeme febres ardentes cur potiꝰ infeſtãt,
habes.29.Prob.Sect.1.

6 Hyeme cum currimus,cur magis frigemꝰ,
q̃ cum ſtamus,oſtenditur.12. Problemat.
Sect.8.

7 Hyems cur glacialis fit,ſi boream duxerit
auſter , oſtenditur.48.Prob.Sect.26.

8 Hyeme cur uenti proueniunt parte orien-
tali,oſtenditur.23.Prob.Sect.26.

9 Hyeme quæ animalia coeant , aut non,&
quæ proniora ad coitum ſint,habes in ſin
gulis animalium dictionibus.✳.

HINNVLARIA.Aquilæ ſpecies . Quæ-
re Aquila.17.

HINNVLVS.Cerui pullus.

1 Hinnuli coagulum laudatiſſimum eſt.3.
de Hiſt.c.21.A.

2 Hinnulus celeriter creſcit.6.de Hiſtoria.
cap.29.A.

3 Hinnulos uenatur aquila Pygargus.9.de
Hiſt.c.32.D. Quære Cerua.6.

HYPANIS. Fluuius Sarmatiæ . Quære
Ephemerum.

HYPATE . Chorda quædam in muſica.
Quære Cantare.

HIPERBOREI.Scythiæ populi . Quæ-
re Lupa.5.

HYPERINVS . Interpretat̃ effœtꝰ.a.ũ.
Quære Arbor.3.Gallina.11.

HYPOCHONDRION . Interpretatur
ſubchartilagineum.

Hypochondrion eſt ſuper umbilicum , &
denominatur a chartilagine quaſi ſubchar
tilagineum.1.de Hiſt.c.13.A.

HIPPEAE . Cancri quidam . Quære
Cancer.5.

HIPPELAPHVS . Id eſt equiceruus.
Quære Equiceruus.

HIPPENEMIA OVA.Id eſt ſubuenta-
nea . Quære Ouum . 7.19.20.21.22.
40.49.50.

HYPPERADION.Fera quædam.

Hypperadion fera nominata ab equo
capronas gerit.2.de Hiſt.c.2.E.

HIPPOMANES . Tam pro caruncula
illa,q̃ naſcentis pulli fronti adhæret, q̃ pro
humore, quem genitalibus equa emittit,
cum libidine incitatur.

1 Hippomanes adhæret naſcentibus pullis
equinis , aliud ab illo, qđ diſtillat ab ingui
ne equæ.6.de Hiſt.c.18.C.

2 Hippomanes uirus amatoriis ueneficiis
aptum emittunt equæ ex genitali , cum
equiunt,id eſt libidine ſtimulantur.6.de
Hiſt.cap.18.C.

3 Hippomanes expetũt mulierculæ ad uene
ficia.6.de Hiſt.c.22.D.

4 Hippomanes,qđ naſcentis pulli fronti ad
hæret,deuorat equa , ſtatim cum peperit.
Eſt autem hoc hippomanes magnitudine
minꝰ parua carica, ſpecie latiuſculum orbi
culatum nigrum,q; ſi quis hoc prærupto
odorẽ moueat,equa agnito eo odore, ex-
citatur,& furit.6.de Hiſt.c.22.D.

5 Hippomanes frontis pulli equa lambens
rodit. Quæ autem de hoc fabulãtur mu-
liercularum & profeſſorum carminis in
cantatorum figmenta,credenda non ſunt.
8.de Hiſt.c.24.B.

HIPPOPOTAMVS.Id eſt equꝰ fluuia
tilis.Quære Equus fluuiatilis.

HIPPOTHELA.Interpretatur equimul
gus,& eſt aſinus equam iniens , qui equã
ſuxit.

Hippothelæ qui ſint , & quomodo admit-
tantur ad iniendas equas,habes.6.de Hiſt.
cap.23.B.Quære Aſinus.19.

HYPPVRVS.Id eſt equiſelis . Quære
Equiſelis.

HIRCENA.Quære Capra.28.

HIRCESCERE.Quære Vitis.1.

HIRCIRE.Hirci uocem imitari.

Hircire dicũtur adoleſcẽtes, qñ uocem in
æqualem emittunt.5.de Gen.cap . 7.E.
Quære Vox.12.

HIRCVS.Quære Caper.

HIRCVS SPONGIA . Quære Spõ-
gia.4.

HIRVDO.Sanguiſuga.

Hirudo uolutationibus utitur progrediẽ-
do.de Communi.animal.greſſu.cap.1.D.

HIRVNDO.Piſcis.

Hirundines marinæ ſublimes uolant , &
nequaq̃ mare attingunt.4.de Hiſt.c.9.B.

HIRVNDO.Auis.

1 Hirundo fel habet inteſtino iunctum.2.
de Hiſt.c.15.C.

2 Hirundinũ pullis ſi oculi lacerati fuerint,
alios ſubnaſci, ferunt.2.de Hiſt.c.17.F.&
6.de Hiſt.c.5.A.&.4.de Gen.c.6.B.

3 Hirundo parit omnium auium prima,
ſed eius primi partus intereunt hyberno
frigore,poſteriorem uero partum educat,
& ducit ad [illegible]hem.5.de Hiſt.c.13.A.

4 Hirundines ex luto nidos conficiunt.6.
de Hiſt.c.1.B.

5 Hirundines bis anno nidificant.6.de Hiſt.
cap.5.A.

6 Hirundo carne ueſcitur.8.de Hiſt.c.3.A.

7 Hirundines diſcedunt a nobis hyeme.8.
de Hiſt.c.12.B.

8 Hirundo humanam quandam intelligen-
tiam refert & rationem in conſtruendo ni
do. Confingit eñ implicito luto feſtucis
ad normã lutariæ paleationis , & ſi qñ luti
inopia eſt,ſeipſam madefactam uolutat in
puluere omnibꝰ pennis.Stragulum ſibi fa
cit more hominum,duriora primum ſub
ſiciens,& modice totum conſternens pro
ſui corporis magnitudine & prole educan
da.Aequitate mira laborat,tam mas q̃ fœ-
mina,impartit enim ſingulis pullis cibum,
obſeruans ne bis aliquis accipiat . Excre-
menta pullorum parentes eiiciunt , poſt
adultiores circumagi & egerere docent.
9.de Hiſt.c.7.A.

9 Hirundo iniuriam maxime infert apibus.
9.de Hiſt.c.40.I.

10 Hirundo cæcos parit pullos.4.de Gene-
ratione.c.6.B.✳.

HISPANIA . Europæ regio . Quære
Galli.✳.

HISTRIO.Fabularum actor.

Hiſtriones magna ex parte improbis mo-
ribus eſſe conſueuerunt.9. Prob.Sect.30.
Quære Dionyſiaci.

HYSTRIX. Spiculis pro pilis armatum
animal.

1 Hyſtricum aculei ſpiculati genus quod-
dam pilorum eſt.1.de Hiſt.c.6.A.

2 Hyſtrix latet,fert uterum totidem diebus
quot urſa,& reliqua perinde ut urſa facit.
6.de.Hiſt.c.30.A.

3 Hyſtrices hyeme conduntur.9.de Hiſto-
ria.cap.17.A.

4 Hyſtrix uillos iaculat̃.9.de Hiſt.c.39.C.

HOLVS.

1 Holera ſi rigentur , non tantum profici-
unt,quantum imbri.8.de Hiſt.cap.19.A.
Quære Arundo.

2 Holera ocyus excauleſcunt , ſi ſemine ue-
tuſtiore proueniant , & cur fiat , habes.7.
Prob.Sect.20.

HOMERVS.Poeta clariſſimus.

Homerus uenæ maioris meminit. 3 . de
Hiſt.c.3.D . Quære Aqua.23.Aquila.18.
Bellerophon.Canis.35.Caput.15.Chalcis.
Cælum.5.Eliſii campi . Equus.86.Odyſ-
ſea .Scamander.Sus.23.Xanthus.✳.

HOMO.

1 Homo licet ciuile animal ſit, anceps tamẽ
eſt , & ſocietatis & ſolitudinis.1.de Hiſto-
ria.cap.1.F.

2 Homines feri reperiuntur, ſicut & placidi.
1.de Hiſt.c.1.H.&.44.Prob.Sect.10.

3 Homo animal perfectum generat . 1.de
Hiſt.c.5.A.&.1.de Generatione.c.9.A.&.
2.cap.1.C.D.E.

4 Homo ſolus e cunctis animalibus habet
uim cogitandi & reminiſcendi . 1. de
Hiſt.cap.1.I.

5 Homo quaternis motibus mouetur , ſcili-
cet binis pedibus & binis manibus.1.de
Hiſt.c.5.C.

6 Homo maxime nobis notum animal ne-
ceſſario eſt.1.de Hiſt.c.6.B.

7 Homo ſolus potiſſimum animalium nu-
meroſa oculorum uarietate notatur, cum
cæteris ſingulis in ſuo genere ſit color
idem.1.de Hiſt.c.10.A.&.5.de Generati-
one.cap.1.D.E.

8 Homo ſic habet ſuas partes diſpoſitas,ut
in eo ſit ſuperius & inferius,prius & poſte-
rius, dextrũ & ſiniſtrum.1.de Hiſt.c.15.A.

9 Homo inter cuncta animalia maxime ha
bet partes ſuperiores & inferiores ratione
locorum animalium.Nam homini partes

ad ſitum orbis uniuerſi ſuperiorem & inferiorem diſpoſitæ ſunt,itidem priores & poſteriores,dextræ & ſiniſtræ, cum tamen reliquorum animalium genus hmoi reſpectu careat, uel confuſius ita conſtet. 1.de Hiſt.cap.15.B.

10 Homines mobiles arguit frons parua.1.de Hiſt.cap.8.A.

11 Hominis guſtus & tactus.Quære Guſtus. Tactus.

12 Hominis partes interiores incertæ ſunt atq; incognitæ.1.de Hiſt.c.16.A.

13 Hominis cerebrum & cerebellum.Quære Cerebrum.Cerebellum.

14 Hominis omentum. Quære Omentum.

15 Hominis uentriculus.Quære Ventriculꝰ.

16 Hominis cor.Quære Cor.

17 Hominis uenæ.Quære Vena.

18 Hominis iecur.Quære Iecur.

19 Hominis lien.Quære Lien.

20 Hominis ſingula membra tam interiora q̃ exteriora,& eorum partes , ſitus,& ordo, ponuntur.1.de Hiſt.c.7.uſq; in finẽ libri.

21 Homo ſolus ambidexter, hoc eſt dexter utraq; manu naſcitur.2.de Hiſt.c.1.B.

22 Hominis mãmæ.Quære Mamma.

23 Homo flectit crura econtrario q̃ alia animalia,excepto elephanto.2.de Hiſt.c.1.B.

24 Homo quomodo flectat brachia. Quære Brachium.

25 Hominis partes anteriores reſpondent ſupinis quadrupedum,& poſteriores pronis. 2.de Hiſt.c.1.D.

26 Homo pauciſſimis & exiguis integitur pilis,niſi capite,qua quidem parte hirſutiſſimus eſt.2.de Hiſt.c.1.D.

27 Homo anteriora piloſiora habet q̃ poſteriora,cuius contrariũ eſt in quadrupedibꝰ 2.de Hiſt.c.1.D.

28 Homo nullam corporis partẽ tam carnoſam habet, q̃ nates femora & tibias. Nã ſuræ non niſi copia carnis implentur parte poſteriore.2.de Hiſt.c.1.F.

29 Homo inter cuncta animãtia, quæ pedes habent, habet illos carnoſos.2.de Hiſt. c.1.F.Quære Pes.

30 Homo non habet talum.2.de Hiſtoria. cap.1.G.

31 Homo binas mammas habet,& binas papillas in pectore.2.de Hiſt.c.1.H.

32 Homo genitale foris habet.2.de Hiſtoria. cap.1.I.

33 Homo cum ad iuſta incrementa peruenerit,partem inferiorem habet maiorem q̃ ſuperiorem. Partem uero ſuperiorem uoco,quæ eſt a capite uſq; ad exitum excrementorum.2.de Hiſt.c.2.L.

34 Homo priuſq̃ adultus ſit,partes ſuperiores longiores habet,inferiores uero breuiores. Quando uero adultus iam eſt,fit econtrario.2.de Hiſt.c.1.L.

35 Homo ſolus incedit aliqua parte,dum puer eſt,qua non incedit,dum adultæ etatis eſt.2.de Hiſt.c.1.M.

36 Homini dentes primores mutantur,maxillares uero non mutantur.2.de Hiſtoria. cap.1.N.

37 Homo caninos etiam dentes mutat.2.de Hiſt.cap.2.A.

38 Homo inter cuncta animantia cor habet læuæ parti commiſſum.2.de Hiſt.c.17.A.

39 Hominis cutis proportione magnitudinis tenuiſſima eſt.3.de Hiſt.cap.11.A.

40 Hominis ſanguis tenuiſſimus eſt & mundiſſimus.3.de Hiſt.c.19.B.

41 Homo plus ſeminis emittit proportione corporis.3.de Hiſt.c.22.A.&.7.de Hiſt. cap.2.B.&.70.Prob.Sect.4.

42 Hominis tantum eſt loqui inter cuncta animantia.4.de Hiſt.cap.9.D.

43 Homines q̃q̃ uocem reddãt eãdem,locutione tamẽ uaria utũtur.4.de Hiſt.c.9.D.

44 Homo quinq; ſenſus habet , niſi læſus & imperfectus ſit.4.de Hiſt.c.8.A.

45 Homo maxime ſomniat inter omniã animalia.4.de Hiſt.c.10.C.

46 Homines quidam inuenti ſunt, qui nunq̃ ſomniẽt.4.de Hiſt.c.10.C.

47 Homo, qui nunq̃ ſomniauit, ſi proceſſu ætatis ſomniet, accidit, ut mutetur habitu ſui corporis, aut in mortem, aut in morbum.4.de Hiſt.c.10.C.

48 Homini temporibus omnibus oportunus eſt coitus, licet magis ſtimulentur, mas hyeme, fœmina æſtate.5.de Hiſt.c.8.B. &.46.Prob.Sect.10.

49 Hominis ſemen, qđ primo excernitur,infœcundum eſt,aut ſi generat,imbecilliora & pauciora generat.5.de Hiſt.c.14.A.

50 Hominis uox mutatur,dum coitus tempꝰ inſtat,quod ſigno id depræhenditur.5.de Hiſt.c.14.A.

51 Hominis urina minus craſſa eſt q̃ quadrupedum.6.de Hiſt.c.18.E.

52 Homo ſalacior eſt equo, quũ equus ſit inter animantes omnes ſalaciſſimus.6. de. Hiſt.cap.22.A.

53 Homo maſculus prius abſoluit in utero, q̃ fœmina.6.de Hiſt.c.22.A.

54 Homo mas ſemẽ genitale incipit ferre,anno quartodecimo peracto,ſimul etiam incipit pubeſcere eo tempore, ut ſtirpes ſemen laturæ incipiunt florere , ſicut dixit Alcmæon Crotoniata.7.de Hiſt.c.1.A.



55 Homini mari uox mutatur, qñ incipit ſemen genitale ferre, ita ut nec acuta ſit, neq; æquabilis,qđ caprire dicitur, idemq; potiſſimum accidit iis,qui uenereani rem incipiunt agere.Si uero abſtineãt, & curã adhibeant,longo tempore ſeruari poterit ſine magna mutatione.7.de Hiſt.c.1.A.

56 Hominis mammæ extuberant,cũ genitale ſemen ferre incipit,& membrum genitale non ſolum magnitudine, ſed etiam ſpecie proficit.Vnde cum ſemen emittunt, non ſolum uoluptate ſed etiam dolore afficiuntur,& mares propenſiores eodem efficiuntur, ſiue altera parte ſiue utraq; minꝰ cauerint.7.de Hiſt.c.1.B.

57 Homo ſemen incipit ferre circa annum quartumdecimum,ſed uim generandi recipit anno uigeſimo primo.5.de Hiſtoria. cap.14.A.

58 Homo in utroq; ſexu libidinoſior euadit,ſi ſtatim ab adoleſcentia ueneri aſſueſcat. 7.de Hiſt.c.1.B.

59 Homines in utroq; ſexu cum coire cœperint,alii redduntur imbecilli, & morbis obnoxii,alii ſalubriores, & qđ quẽadmodũ, & quibus eueniat, habes.7.de Hiſtoria. cap.1.C.

60 Homines illi celerius ſeneſcunt,qui ſalaces ſunt.7.de Hiſt.c.1.D.

61 Homines mares generant plurimum ad ſexageſimũ annum,quẽ ſi exceſſerint, ad ſeptuageſimũ uſq; procedunt.7.de Hiſt. cap.8.A.

62 Homo quomodo geſtetur in utero, habes.7.de Hiſt.c.8.A.

63 Homines quidam in utroq; ſexu prodeunt ab ipſa natiuitate impubes & infœcũdi.7.de Hiſt.c.1.C.

64 Homines quidam coniuncti non generãt aliquando,ſi autem ſeparentur, generant. 7.de Hiſt.c.6.A.&.4.de Gen.c.2.B.

65 Hominis comparatione ſumuntur quædam differentiæ animalium.8.de Hiſtoria. cap.1.A.

66 Hominibus cum proſpere annus cedit, etiam piſcibus talis eſt.8.de Hiſt.c.19.A.

67 Homine excepto,uel prius homine, omnia morſa a carne rabido rabiunt,& intereunt.8.de Hiſt.c.22.A.

68 Hominis ſaliua pluribus uenenatorum morſibus medetur.8.de Hiſt.c.29.A.

69 Homo natura perfectiſſima eſt, & propterea mores & habitus conſpectiores in eo continentur.9.de.Hiſt.c.1.B.

70 Hominis rationem quæ animalia referant, & repræſentẽt in ſuis operationibus, habes.9.de Hiſt.c.7.per totum.

71 Homines longiorum crurum ſunt fluentioris alui , pectus uero latius habentes propenſiores ſunt ad uomitum.9.de Hiſt. cap.50.B.

72 Homo rectiſſimus incedit inter cuncta animalia,quia caloris & ſanguinis plus habet.2.de Partibꝰ.c.7.E.&.3.de Partibus cap.6.B.

73 Homo unus eſt particeps diuinitatis ex omnibus animalibus nobis cognitis.2.de Part.c.10.A.

74 Homo partem ſuperiorem corporis ad uniuerſi ſupremum erectam habet, ſolus enim animalium homo erectus incedit.2. de Part.c.10.A.&.4.de Part.c.10.B.

75 Hominis caput carne prope exutum eſt, & macilentum, non quia melius ſentiat, ſed quia cerebrum poſſit refrigerare melius,alioqui ſi cerebrum eſſet multa carne obſitum, teperet,& non refrigeraret.2.de Part.c.10.B.

76 Homo utraq; palpebra cilium habet.2.de Part.c.14.A.

77 Homo maxime cõniuet inter omnia, quæ palpebras,aut palpebris proportionale habẽt.2.de Part.c.13.A.

78 Homo plus pilorum habet parte priori q̃ poſteriori, qa parti nobiliori, quæ eſt anterior,natura illud indumentum accepit.2. de Part.c.14.A.&.52.Prob.Sect.10.

79 Hominis tactus excellentiſſimus eſt.2.de Part.c.16.D.

80 Homo linguam habet abſolutiſſimam & molliſſimam & latam,& ad ſapores percipiendos, & ad literas exprimendas.Vnde qui non habẽt abſolutam linguam , blæſi & balbi ſunt,quod uitium literarum enũciandarum eſt.2.de Part.c.17.A.

81 Hominis caput maxime omnium animalium piloſum eſt,quia eius cerebri magnitudo maximam tutelam recipit, & cum magnum ſit cerebrum , & copiam humoris & caloris habeat,copioſum pilorum ortum producit. Itaq; & ad neceſſitatem & ad tutelam tanta pilorum multitudo data eſt.2.de Part.c.14.B.&.16.Prob.Sect.10.

82 Homo dentes habet probe factos,anteriores acutos,ut ſecẽt,maxillares latos,ut molant, & caninos medios inter hos partim acutos partim latos,cum medii ſint, & extremorum naturam participent. Sed cũ ad alios uſus homo dentes ſortitus ſit,tũ uel præcipue gratia locutionis.3.de Part.

cap.1.A.
83 Hominis facies græce πρόσωπον nomē accepiſſe uidetur a re ipſa, ꝙ enim homo unus animalium erectus eſt, ſolus proſpicit ante uerſus, uocemq; ante uerſus emittit. Eſt autem facies hominis inter caput & collum.3.de Part.c.1.D.
84 Homini uni, prope dixerim, omnium animalium cor palpitat, quia homo ſolus futuri ſpectatione mouetur.3.de Partibus. cap.5.B.
85 Hominis cor inter cætera animalia paulo uergit ad læuam, ut frigiditatem ſiniſtræ partis temperet, omnium enim animalium maxime refrigeratam habet homo partem ſiniſtram.3.de Part.c.4.D.
86 Hominis renes ſimiles ſunt bubulis, quippe qui tanq̃ compoſiti ſunt ex multis renibus. Vnde renum morbus difficile curatꝰ in hominibus, etiam ſi nuper ægrotare cœperint, quaſi multis renibus laborent, difficilius remedium adhibeatur. 3. de Part.cap.9.A.
87 Hominis renes ſi admodum pingues fuerint, dolores lætales afferunt.3.de Partibus.cap.9.D.
88 Homo ſolus omnium animalium cur rideat, habes.3.de Part.c.10.B.
89 Homo prolixum habet lienem.3.de Part. cap.12.B.
90 Hominem eſſe prudentiſſimum, dixit Anaxagoras, quia manus habeat, qđ cōtra dici oportuit, manus ſcilicet illum habere, quia prudentiſſimus eſt.4.de Part.c.10. D.&.2.de Gen.c.4.I.CC.
91 Hominem, qui dicunt, omnium animaliū deterrime conſtare, quia nudus & inermis creatus ſit, non recte dicunt, cū alta animalia naturalia arma aut ueſtem mutare non poſſint, homo uero auxilia poſſit habere multa, & ſubinde illa mutare, cum uelit.4.de Part.c.10.E.
92 Homini mammæ in pectore ſunt, quia & loci laxitas permittit, & carnoſa pars eſt, quia cordis ſedes operienda eſt. Fœminis ultra hoc etiam, ut alimentum ſuis paruulis recondant. Datæ autem ſunt homini māme binæ.4.de Part.c.10.G.
93 Hominum pedes. Quære Pes.
94 Homini datæ ſunt ungues ad operimētū & tutelam extremitatum digitorum.4. de Part.c.10.G.
95 Homo cauda caret, nates habet, crura etiam carnulenta ad ſuſtinendam corporis molem duobus tantum pedibus.4.de Part.c.10.M.
96 Hominis brachia in oppoſitam partem flectuntur q̃ crura brutorum.4.de Partibus. cap.1.G.
97 Homo erecto corpore non facile durat ſtādo, ſed ſedile deſiderat, qđ præſtāt nates. In quas alimentum, quod caudam in aliis efficit, abſumitur, & carnoſæ cum ſint, molle ſedile præſtant, & ſua corpulentia ſatis operiunt.4.de Part.c.10.M.N.
98 Hominis partes exteriores explicantur, & in quo differant a partibus exterioribus aliorum animalium uiuiparorum, oſtenditur.4.de Part.c.10.O.
99 Hominibus quibuſdam aluus ſoluitur metu.4.de Part.c.5.C.
100 Hominis pedes maximi ſunt proportione corporis, quia cum erectus incedat, opus fuit pedibus latis & longis ad fulciendam molē totius corporis. Digiti uero breues dati ſunt pedibus, quia non illis capere debet, aut premere, ſed inſiſtere. Vnde multi fidi & breues digiti ſunt.4.de Partibus. cap.10.O.
101 Homines carnulenti & pingues minus ſeminis emittunt, & minus coitum appetūt. 1.de Gen.c.18.Q. Quære Caper.2. Epitrageæ. Vitis.1.
102 Homo ſemen emittit, retento ſpū.1.de Gen.c.3.A.&.4.B.
103 Homo foris habet teſtes dependētes.1.de Gen.c.6.A.
104 Homo calidus eſt & humidus.1.de Gen. cap.20.C.
105 Homo differt ab homine in ſemine habēdo.1.de Gen.c.18.Q.
106 Homo ungues minimos habet proportione corporis.2.de Gen.c.4.AA.
107 Homo corpore depilatiore eſt inter cuncta animalia & in obſepto & nudo, & minimis unguibus, quia minimum habet excrementorum, ex quibus iſta fiunt.2.de Gen.c.4.CC.
108 Homo ſine dentibus naſcitur, niſi quid interceſſerit præter naturam.2.de Generatione.cap.4.CC.
109 Homo ſemen emittit ſine coitu.2.de Generatione.c.1.H.
110 Homo perfœcundum animal eſt.4.de Gen.cap.5.A.
111 Homo mas plurimum ſeminis emittit proportione corporis.4.de Generatione. cap.8.C.&.1.c.20.C.
112 Homo cutem tenuiſſimam habet.5.de Gen.cap.2.C.
113 Homines ſuis ætatibꝰ hyemem æſtatemq; agunt.5.de Gen.c.3.H.



114 in Hominum generatione minus monſtra fiunt, quia ſingulos fere ſemper pariunt, in Aegypto tamē frequētius cōtingūt, quia Aegyptiæ mulieres plures ſimul pariūt.4. de Gen.c.4.B.
115 Homines piloſi libidinoſiores ſunt, nam pili excrementorum ſuperabundantiā ſignificant. Et cum ſemen excrementum ſit, ſeminis copioſiores ſunt piloſi, q̃ læues.4.de Gene.cap.5. C.&.26.Problemat.Sect.10.
116 in Hominibus magis oblæſi naſcuntur mares q̃ fœminæ, quia cum mares calidiores ſint q̃ fœminæ, magis mouentur in utero, & ſuo motu facile læduntur propter teneritudinem. Secus eſt in aliis animalibus.4. de Gen.cap.6.B.C.
117 Homo quinto anno ſuæ ætatis dimidiam altitudinem accipit.1.de Generatione. cap.18.O.
118 Homo in caput naſcitur, quia maior & grauior pars eſt ab umbilico ſuperior q̃ inferior, itaq; uelut in ſtatera poſiti eo uergunt, quo trahuntur pondere.4.de Gen. cap.9.per totum.
119 Homo plus uiuit q̃ cætera animalia, excepto elephanto, qđ quidem uſu adhuc fide digno nouerimus.4.de Generatione. cap.10.A.
120 Hominis pili diſcrepant & inter ſe per ætates & cum cæteris animalibus, quæ hñt pilos.5.de Gen.c.3.A.
121 Homo piloſior redditur, quo prouectior ætate eſt, & parte priore calueſcit.5.de Gen.cap.3.A.
122 Homo caneſcit primo temporibus, nunq̃ tamen calueſcit occipite & temporibus.5. de Gen.cap.3.A.
123 Homo omnium maxime caneſcit in ſenectute.5.de Gen.c.1.A.
124 Hominum oculi uarii ſunt, nam alii cæſii, alii nigri, alii flaui, alii aliorum colorum.5. de Gen.c.1.D.E.
125 Homo & ſi non procul ſentiat, exactiſſime tamen omnium animalium ſentit, quia ſenſoria ſyncæra & minime terrena obtinet, cutem etiam tenuiſſimam præ cæteris animalibus.5.de Gen.c.2.B.
126 Hominis capilli capitis craſſiſſimi ſunt, quia cutis craſſiſſima eſt, & humoris multum continet.5.de Gen.cap.3.A.
127 Hominis capilli capitis lōgiſſimi ſunt, quia cerebrum humidum & frigidum multam copiam ſuppeditat humoris.5.de Generatione.cap.3.C.
128 Homines qui frigidas incolunt regiones molli & ſimplici pilo ſunt.5.de Generatione.cap.3.C.D.
129 Homines omnium animalium maxime aperte calui fiunt.5.de Generatione. cap.3.E.
130 Homo cur ſolus calueſcat, habes.5.de Generatione.c.3.F.G.
131 Homo cur caneſcat, explicatur.5.de Gen. cap.4.per totum.
132 Hominis pili non oriuntur coloris talis, qualis cutis eſt, quia cum tenuiſſima ſit hominis cutis & imbecilla, non poteſt colorem pilorum mutare. Aliorum uero animalium pili concolores ſunt cuti, quia eorum cutis craſſa eſt & dura.5.de Generatione.cap.5.B.
133 Homo nullus calueſcit ante coitum.5.de Gen.c.3.A.
134 Homini potiſſimum uocis facultatem tribuit natura, quia ſolus oratione utitur, & uox materia orationis eſt.5.de Generatione.cap.7.A.
135 Homo bipes eſt, quia ſumma pars a priore diſtrahit.de Communi animalium greſſ. cap.1.A.G.
136 Homo ſecundum naturam celſus & erectus eſt.de Communi animalium greſſ. cap.1.H.
137 Homo quomodo omnia ſua membra flectat, habes.de Communi animalium greſſ. cap.4.D.
138 Homo cum ſit erectus, firmiſſima & maxima crura habet.de Communi animaliū greſſ.cap.3.G.
139 Hominis potior eſt dextra, ſiniſtra uero hominis agilior & diſtrictior eſt q̃ cæterorum animalium. de Communi animalium.greſſ.cap.1.H.
140 Hominis brachia cauantur, & poplites incuruantur.de Communi animaliū greſſ. cap.4.A.
141 Homo genua contrahit in ambitum, & brachia in cauum.de Communi animalium greſſ.cap.1.A.
142 Homo incedere non poteſt, niſi humerorum motus adiuuet. de Communi animalium greſſ.cap.3.D.
143 Homines proceri nimium incedunt cernui & obſtipi & dextro humero in priorem partem uergente, ſiniſtra coxa in poſteriorem magis inclinat, & medium tum cauatur, tum incuruatur. de Cōm. animal.greſſ.c.2.D.
LIMOSA. Piſcis.

Limoſæ gregatim degũt.1.de Hiſt.c.1.F.

LYMPHARI. Quære Equus.61.

LINGVA.

1 Lingua eſt pars oris ſentiens ſaporẽ. Vim tamen ſentiendi ſaporem primore parte ſui obtinet.1.de Hiſtoria.cap.11.C.&.2.de Part.cap.17.D.

2 Lingua minus ſentit ſaporem, ſi interiore parte tangat.1.de Hiſt.c.11.C.

3 Lingua ſentire poteſt omnia illa, quæ caro ſentit, ut durum, calidum, frigidum.1.de Hiſt.c.11.C.

4 Lingua aut lata eſt, aut anguſta, aut mediocris, quæ quidem optima & explanatiſſima eſt.1.de Hiſt.c.11.C.

5 Lingua aut abſoluta eſt, aut conſtricta, qualis eſt tortorum balborumq;.1.de Hiſt.cap.11.C.

6 Lingua cõſtat carne ſoluta rara fungoſa.1.de Hiſt.cap.11.C.

7 Lingua elephanti perq̃ exigua eſt, atq; interius poſita, ut uix eam uidere poſſis.2.de Hiſt.cap.6.A.

8 Lingua carent piſces, & crocodilus Aegyptius.2.de Hiſt.c.10.A.

9 Lingua piſcium dura & pene ſpinea eſt, & aliquando dentibus armata, adhæret tamen adeo, ut lingua carere uideantur piſces.2.de Hiſt.c.13.C.

10 Lingua ſaporum percipiẽdorum miniſtra eſt.4.de Hiſt.c.8.B.

11 Lingua piſcium imperfecta eſt.4.de Hiſt.cap.8.B.

12 Lingua quibus non eſt ſoluta & libera, nõ ſermocinantur, nec uocem emittũt.4.de Hiſt.cap.9.A.

13 Lingua arietis ſi uenam nigram habeat, fœtus nigros generat. Si uero uena candida ſit, candidos generat. Si uero plures uenarum colores ſint, uarios fœtus generat.6.de Hiſt.cap.19.A.

14 Lingua geminum guſtãdi ueſtigium oſtẽdit, nam fiſſura diſtinguitur, non tamen adeo exacte geminum, ut oculi, ſed exactius q̃ tactus.2.de Part.c.1.D.

15 Lingua literis pronunciandis uſui eſt.2.de Part.c.10.D.&.17.A.

16 Lingua omnibꝰ ſubiacet palato, ſed animalibus terreſtribus ſimili fere modo, cæteris diſſimili tum eorundem ipſorum, tum terreſtrium comparatiõe.2.de Part.c.17.D.

17 Lingua quibus non eſt abſoluta, blæſi, & balbi ſunt, quod uitium enunciandarum literarum eſt.2.de Part.c.17.D.

18 Lingua qua figura conſtet in omnibus animalibus, quare data animalibus ſit, quæ

animalia debilem, quæ ualidam habeant, quæ exiguam, quæ prælongam, quæ abſolutam, quæ uero inexplanatam, habes.2.de Part.c.10.per totum. Quære in ſingulis animalium dictionibus.

19 Lingua parum diſcreta eſt aquatilibus.2.de Part.cap.17.B.

20 Linguam fiſſura diſtingui, perſpicuum eſt. 2.de Part.cap.10.D.

21 Linguæ ſerpentum conſyderatio habetur. 4.de Part.cap.11.A.

22 Linguarum auium differentiæ ponuntur. 4.de Part.c.12.A.

23 Lingua ſaporum ſenſum mouet. 4. de Part.cap.11.A.

24 Linguæ differunt in animalibꝰ.5.de Gen. cap.6.C.

25 Lingua inter exteriores partes cõnumerari debet.5.de Gen.c.6.C.

26 Lingua plurium rerũ index eſt, ut febris ardentioris, pecoris uerſicoloris.4.Prob. Sect.24.

27 Lingua licet fiat amara, & ſalſa, & acida, nõ tamen poteſt fieri dulcis.5. Problemat. Sect.34.

28 Lingua cur tot coloribus euariat, quot cutis, oſtenditur.6.Prob.Sect.34.

29 Lingua frigentium ſicut ebriorum cur errare ſolet, habes.1.Problemat.Sectio.8.

30 Lingua cur nulliꝰ animalis eſt pinguis, habes.21.Prob.Sect.10.

31 Lingua hæſitantes loqui ſummiſſa uoce cur nequeunt, & melancholici ſunt, habes. 35.&.38.Prob.Sect.11.

32 Lingua hæſitantes fiunt quidam, & cur, habes.54.Prob.Sectio.11.&.63. Problemat. Sectio.11.✳.

LIGVLA.Græce epiglottis.

1 Ligula linguæ pars quædam eſt.1.de Hiſtoria.cap.11.C.

2 Ligulam non habent aues, qua arteriam claudant, ſed arteriam ipſam modo contrahunt, modo laxant, ut expedit, ne quid deerret in arteriam.2. de Hiſtoria. cap.12.C.

3 Ligulam, quæ arteriam uocalem claudit, non omnia obtinent, ſed ea tantum, quibꝰ pulmo eſt, & cutis pilo non cortice intecta, nec plumis, nam corticatis & plumis intectis ipſa uocalis arteria uiciſſim aperitur, & clauditur, & ligulæ uicem habet.3.de Part.cap.3.B.

4 Ligulam cur quædam animalia non habeant, quæ arteriam habent, oſtenditur.3.de Part.c.3.C.✳.

LINGVLATA.Auis.

Lingulata dicta eſt a longa lingua, quam exerit, & dux coturnicum eſt.8.de Hiſt. c.12.C.Quære Coturnix.9.

LINQVI ANIMO. Quære Animo linqui.

LYNX.Animal quadrupes.

1 Lynx ſemitalo os ſimile habet.2.de Hiſt. cap.1.G.

2 Lynx ex auerſo mingit.2.de Hiſt.cap.1. L.&.4.de Part.c.10.M.✳.

LIPPITVDO.Oculorum morbus.

1 Lippitudo cur inficit eos, qui appropinquauerint, habes.4.Prob.Sect.13.

2 Lippitudines cur fiant æſtate, quæ hyemẽ aquiloniam & uer auſtrinum ſequitur, oſtenditur.8.Prob.Sect.31.

3 poſt Lippitudinem acutius cernũt hõies. 9.Prob.Sectio.31.

LYRA.Piſcis.

Lyra piſcis uocalis exiſtimatur. 4. de Hiſt.cap.9.B.

LYRIVM.Herba.

Lyrium cur ſuſpenſum floret tempore ſolſtitii, habes.21.Prob.Sect.20.

LYSANDER.Dux Lacedæmoniorum.

Lyſandrum Lacedæmonium atra bili laboraſſe, produnt ulcera, quæ ante mortem illi emerſerunt.1. Problemat. Sectio. 30.✳.

LITERA.

1 Literas auium quædam genera, & præcipue quibus latior eſt lingua, proferre poſſunt poſt hominem.2.de Hiſt.c.12.C.

2 Literis conſonantibus & uocalibus omnis ſermo conficitur, uocales a uoce & gutture, conſonantes lingua & labris proferuntur.4.de Hiſt.c.9.A.

3 Literæ quædam lingua producuntur, quædam labris comprimuntur.2.de Partibus.cap.16.D.

4 Literas minutas cur ſcribere conſueuerunt, qui luſcii ſunt, oſtenditur.8.&.15.Problemat.Sect.31.

5 Literæ uocales & conſonãtes. Quære Cõſonans. Lingua.17. Vocalis.✳.

LITTVS.

Littora fluctuoſiora cur ſolidiora redduntur, habes.29.Problemat.Sect.23. Quære Piſcis.72.101.126.

LITVVS.Piſcis.

Lituus niger propius terram oritur, alter ſimilis erraticis.8.de Hiſtoria. cap.13.A. Quære Fulica.2.

LIVIAE PALVMBES. Quære Palumbes.8.



LIXIVIVM.Aqua per cineres trãſmiſſa.

Lixiuium cur non poteſt tollere ſtuporem dentium, habes. 20. Problemate. Sectio.1.✳.

LOCVSTA.Cruſtatum aquatile.

1 Locuſtæ ſanguine carẽt.1.de Hiſt.c.6.A.

2 Locuſtæ cruſtatæ ſunt, & nandi uim habent.1.de Hiſtoria. capit.1.E.&.4.de Hiſtoria.capit..1.D.

3 Locuſta quo differat a gammaro, oſtenditur.4.de Hiſtoria.capit.2.A.

4 Locuſtæ quædam partes deſcribuntur. 4.de Hiſtoria.capit.2.D.E.F.

5 Locuſta fœmina quo differat a mare, oſtenditur.4.de Hiſtoria.cap.2.B.

6 Locuſtæ inter cruſtata, quæ per coitũ conceperint, oua gerunt tribus menſibus Maio Iunio Iulio, deinde ſub aluum in rugas deponunt, qua oua more uermium augẽtur.5.de Hiſtoria.capit.17.A.

7 Locuſtæ quomodo, & quo tempore pariant, & quædam alia, habes.5. de Hiſtoria.capit.17.A.

8 Locuſtæ aſperis ſaxoſiſq; locis proueniũt. 5.de Hiſtoria.cap.17.B.

9 Locuſtæ apud Sigæum & Athon gignuntur.5.de Hiſtoria.capit.18.B.

10 Locuſtæ exuunt ſenectutem.8.de Hiſtoria.capit.17.C.

11 Locuſtæ uincunt congros, nam elabi nequeunt propter locuſtæ aſperitatem.8.de Hiſtoria.capit.2.E.

12 Locuſtæ quomõ piſciculos, quibus ueſcũtur, capiant, habes. 8.de Hiſtoria.ca.2.E.

13 Locuſtæ pugnant cornibus more arietũ. 8.de Hiſtoria.cap.2.E.

14 Locuſtæ paſcũtur uenatu piſciculorum circa ſua cubilia, quæ in alto ſaxoſiſq; locis faciunt. Quicquid ceperint, ori admouent ſuo forcipe. Incedit locuſta ſua natura ante, demiſſis in latera cornibus, at ubi metuit, fugit retro, lõgeq; ſua cornua porrigit.8.de Hiſtoria.capit.2.E.

15 Locuſtæ etiam maiores piſces conuincere poſſunt, polypi tamẽ ſupiores illis ſunt, ita ut ſi captæ retibus polypum etiam intra rete ſenſerint, præ metu emoriantur. 8.de Hiſtoria.cap.2.E.

16 Locuſtæ ſunt unũ e quattuor ſummis generibus cruſtatorum, quarum ſpecies ſunt plures, non ſolum forma, ſed etiam magnitudine differẽtes.4.de Part.cap.8.A.

17 Locuſtarum & locuſtaceorũ partus, qualis ſit, habes.3.de Gener.cap.8.A.

18 Locuſtæ uulua biſurcis eſt. 3. de Generatione.capit.8.A.

19 Locuſta uropygiũ habet ad natãdi uſum. de Communi, animal.greſſu.cap.6.C.

20 Locuſta pedibus prædita eſt, non ad gradiendum, ſed ad narandum. de Communi.animal.greſſu.cap.6.C.✳.

LOCVSTA.Inſectum.

1 Locuſtæ unde generantur, oſtenditur.5. de Hiſtoria.c.19.A.

2 Locuſtarum mares minores ſunt q̃ fœminæ.5.de Hiſtoria.cap.28.A.

3 Locuſtarum fœtura tam mollis eſt, ut ad tactum leuiſſimum dilabatur, & pereat.5. de Hiſtoria.cap.28.A.

4 Locuſtarum coitus, partus, & fœtura, quo modo, & quãdo, & ubi fiãt, & quo anni tẽpore, habes.5.de Hiſto. ca.28. per totum.

5 Locuſtæ latent menſes quinq;. 8.de Hiſtoria.cap.17.C.

6 Locuſtam plures uiderũt, quoties cum ſerpente pugnat, collum eius prehẽdere.9.de Hiſto.cap.6.B. Quære Talpa.2.✳.

LOCVS.

1 Loci natura uariat ſpecies aĩaliũ, & etiã uenena.8.de Hiſtor. c.28.&.29.per totũ.

2 Locis nobilioribus rem nobiliorem conſtituere natura ſolet, niſi quid maius impediat.3.de Partibus.cap.4.B.

3 Loca tripliciter diſtinguuntur, ſcilicet in ſummũ medium & infimum, & quæ animalium ſpecies unumquenq; obtineãt, habes.de Communi.aĩal.greſſ.cap.1.H.

4 Loca, quæ placide aſpirantur, cur ſalubria ſunt, habes.54.Prob.Sect.10.✳.

LOCVTIO.LOQVI.

1 Locutio annumerãda eſt ſono & uoci.4. de Hiſtoria.capit.9.A.

2 Locutio eſt explanatio uocis per linguã. 4.de Hiſtoria.cap.9.A.

3 Locutio omnis uocalibus & cõſonantibꝰ literis perficitur. 4.de Hiſtoria.cap.9.A. Quære Litera.2.3.

4 Locutio quibus eſt, & uox eſt, non tamẽ econtrario.4.de Hiſtoria.cap.9.D.

5 Locutiõne uaria utũtur homines, quanq̃ uocem eandem reddant. 4.de Hiſtoria. capit.9.D.

6 Locutionis differentias efficit tractus & regionis ratio.4.de Hiſtoria.c.9.D.

7 Locutionis maxime gratia homo dentes ſortitus eſt, q̃uis & ad alia illos habeat.3. de Partibus.cap.1.A.

8 Loqui propriũ hominis eſt, cum reliqua uocẽ emittãt.4.de Hiſtoria.c.9.D.&.5.de Generatione.cap.7.A. Quære Vox.✳.

LOLLIGO.Aquatile de genere molliũ.

1 Lolligines ſanguine carẽt.1.de Hiſt.c.6.A.

2 Lolligo quo differat a lollio, oſtẽditur.4.
de Hiſtoria.cap.1.C.
3 Lolligo ubi,& quomõ,& quando pariat,
oſtenditur.5.de Hiſtoria.c.18.C.
4 Lolligines exiguo tempore uiuunt,exce-
ptis enim paucis,bimatum non excedũt.
5.de Hiſtoria.cap.13.C.
5 Lolligo mas in hoc a fœmina differt, ꝙ
fœmina duo inteſtina diſiecta quaſi mã-
mas habet, quibus mas caret.5.de Hiſto
ria.capit.18.C.
6 Lolligines etiam piſces maiores uincunt.
8.de Hiſtoria.cap.2.E.
7 Lolligo habet quid proportionatũ ſpinæ,
quod gladiolũ appellãt. 2.de Part.c.8.B.
8 Lolliginis uenter qualis ſit, habes. 4.de
Partibus.capit.1.B.
9 Lolligo ſola inter mollia gaudet alto ma
ri,uitamq; pelagicã agit.4.de Part.c.5.B.
10 Lolligines ubi habeant atramẽtum,oſtẽ-
ditur.4.de Part.capit.5.C.
11 Lolliginum aluus magnus eſt.4.de Par-
tibus.capit.9.C.
12 Lolligo nare tãtũ poteſt.4.de Part.c.9.B.
13 Lolliginis uenter qualis ſit, habes. 4.de
Partibus capit.5.B.
14 Lolligines promuſcides binas habent,
quia cum pedibus breuibus cõſtent,bina
promuſcide ſe ſtabiliũt, ne tẽpeſtate ex-
turbentur ſaxis.4.de Partibus.c.9.B.
15 Lolliginum oua ideo gemina apparent,
quia uulua ita articulata eſt, ut gemina
cernatur.3.de Generatione.cap.8.A.
LOLLIVS.
1 Lollius adeo augetur, ut in quinq; cubita
creſcat.4.de Hiſtoria.c.1.C.
2 Lollius quo differat a lolligine, habes.4.
de Hiſtoria.cap.1.C.
3 Lollii gregales ſunt.9.de Hiſt.c.3.A.
LOQVACITAS. Quære Auis.33.
LVCERNA. Quære Equus.67.Epio-
lius.
LVCTANS.
Luctãtes cõtinuo minus ſudant,q̃ qui in-
terponũt aliqd moræ.7.Prob.Sect.2.✳.
LVMBI.
1 Lumbi præcingunt partem poſteriorem
pari ſtructura. Vnde græce nomen indi-
tum eſt ὀσφύσ.1.de Hiſt.c.13.A.
2 Lumbi ſunt pars dorſi e regione uentris.
1.de Hiſtoria.capit.15.A.
3 Lumbi carne uacant,ut flecti poſſint. 3.
de Partibus.capit.9.C.
LVMBRICVS.
1 Lumbricorum ortus,& ꝙ illorũ tria ſunt
genera,habes.5.de Hiſtoria. cap.19.B.
2 Lumbrici lati quid pariant,& quod illo-
rum indicium medicis,habes. 5.de Hiſto-
ria.capit.19.B. Quære Canis.47. Inte-
ſtina terræ.✳.
LVNA.
1 Lunæ quidam ſexum fœmineũ tribuunt,
quia impleatur,& decreſcat,ut mulierum
mẽſtrua.7.de Hiſt.cap.2.A.
2 Luna plena,laborem exercent formicæ.
9.de Hiſtoria.capit.38.A.
3 Luna plena tepidiores habet noctes,un-
de teſtata augentur.4.de Part.capit.5.P.
4 Luna æſtatem & hyemem quodammõ fa
cit quolibet mẽſe,ſicut ſol quolibet anno,
non tamen acceſſu & receſſu ut ſol, ſed
defectu luminis & præſentia luminis, qđ
menſtrua oſtendunt. 4.de Generatione.
capit.2.A.
5 Luna fit quaſi alter ſol minor receptu lu-
cis a ſole.4.de Generatione.cap.10.C.
6 Luna quam uim habeat ad animaliũ uitã
uel breuem uel longam,habes.4.de Ge
neratione.capit.9.per totum.
7 Lunæ circuitus ſunt complementa & ſi-
lentia,& interpoſitorũ temporum ſectio-
nes.4.de Generatione.capit.10.B.
8 Lunæ umbræ cur maiores ſunt q̃ ſolis,
licet eodem proueniant perpendiculo,ha
bes.9.Problemate.Sectio.15.
9 Luna licet ſphærica ſit, rectam cur tamẽ
cernimus, cum ſemiplena eſt,oſtenditur.
6.Problemate.Sectio.15.
10 Luna cur plana apparet,cum tamẽ ſphæ-
rica ſit,oſtenditur.3.Prob.Sectio.15.
11 Lunæ eclipſim præcedunt uenti,nã ſi ecli
pſis futura eſt nocte media, in principio
noctis uenti fiũt,ſi uero mane,media no-
cte uenti fiunt.20.Prob.Sect.16.✳.
LVPA.LVPVS.
1 Lupus perpetuo ferus eſt,nec unq̃ miteſ-
cit.1.de Hiſtoria.capit.1.I.
2 Lupi generoſi feroces & inſidioſi ſunt.1.
de Hiſtoria.cap.1.I.
3 Lupus genitale habet oſſeum.2.de Hi-
ſtoria.capit.1.L.
4 Lupi eodem modo coeunt, quo canes.5.
de Hiſtoria.capit.2.B.
5 Lupa fert uterum,& parit, ut canis. Cæ-
cos generat,ut canis,coit uno tempore tã
tum,parit ineunte æſtate.Fabuloſe ferũt,
intra dies duodecim parere,ꝙ Latonam
oberrantem totidem diebus ex Hyperbo
reis Delum duxerit ſub ſpecie lupi pro-
pter metum Iunonis.6.de Hiſtor.c.36.A.
6 Lupas ſemel in uita parere, fabuloſum
eſt,licet uulgo feratur.5.de Hiſto.c.35.A.



7 Lupi carniuori ſunt. Terram etiam quan
dam,aiunt,eos edere,cum eſuriunt. Her-
bam autem non tangunt,niſi cum morbo
laborant.8.de Hiſtoria.cap.10.B.
8 a Lupo occiſarũ ouiũ uellera aptiora ſunt
ad pereandos pediculos.8.de Hiſt.c.10.B
9 Lupi minores generantur in Aegypto q̃
in Græcia.8.de Hiſt.c.28.B.
10 Lupus hoſtis eſt aſino,uulpi, & tauro,qa
eos inuadit,cum carniuorus ſit.9.de Hiſt.
cap.1.D.
11 Lupi illi potius hominem petunt, qui in-
ertes & uniperæ ſunt, q̃ qui uenatores. 8.
de Hiſt.c.5.A.
12 Lupus ouem,quam ceperit, iugulat.9. de
Hiſt.c.6.B.
13 Lupi apud Mæotidem paludẽ familiares
eſſe dicuntur piſcatoribus, & niſi partem
ſuam a piſcatoribus acceperint, retia cum
in terra expaſſa reſiccantur,lacerant.9.de
Hiſt.c.36.A.
14 Lupus quinis digitis diſtinctos habet pe-
des anteriores, poſteriores quaternis. 4.
de Part.c.10.P.
15 Lupo collũ perpetuo oſſe riget, qa natura
cõmodi⁹ collũ ad robur q̃ ad cæteros u-
ſus uoluit eſſe lupo.4.de Part.c.3.B.
16 Lupus catulos generat cæcos.2. de Gen.
cap.4.Q.
17 Lupus coit cum animalibus diuerſi gene-
ris.2.de Gen.c.5.C.
18 Lupa multos catulos parit.4.de Gener.ca
pit.4.F.✳.
LVPVS CERVARIVS.
1 Lupus ceruarius interna oĩa lupis ſimilia
habet.2.de Hiſt.c.17.B.C.
2 Lupus ceruarius coitu ut canis impletur.
Cæcos generat numero duos aut tres aut
quattuor. Corpore longior eſt lupo cana
rio,& cauda porrectior,ſed pceritate bre
uior. Celeritate æque præſtat q̃uis crura
habeat breuiora. Mollis & agilis eſt & pro
ſilire longius poteſt.6.de Hiſt. c.36.A. &
2.de Gen.c.4.Q.
3 Lupus ceruarius & leo inimici ſunt.9. de
Hiſt.c.1.G.
4 Lupus ceruarius hominem diligit, nec of-
fendit,nec ualde metuit. Pugnat cum ca-
nibus & leonibus,quo fit,ut leones & cer
uarii non eodẽ loco ſint. Ceruarii optimi
ſunt,qui minores. Eorum duo genera,alii
tria ponunt,& non plura. Ceruarii tempo
re colorem mutant,ut alius ſit æſtate,alius
hyeme. Aeſtate nudi,hyeme hirti reddun
tur.9.de Hiſt.c.44.B.
5 Lupus ceruarius cæcos parit catulos .2.
de Generatione,capit.4. X.&.4. c.6.A
LVPVS CANARIVS.
Lupus canarius cæcos parit catulos lupo
rum ritu numero cum plurimum quattu
or.6.de.Hiſt.c.35.A. Quære Lupus cerua
rius.2.
LVPVS. Auis.
Lupus auis de genere monedularum. 9.
de Hiſt.c.24.A.
LVPVS. Inſectum.
Lupi in araneorum genere deſcriptio, &
natura oſtenditur.9.de Hiſt.c.39.A.
LVPVS. Piſcis.
1 Lupus liquidius audit, q̃ multi alii piſces.
4.de Hiſt.c.3.D.
2 Lupus bis parit in anno,ſed poſterior par-
tus infirmior eſt.5.de Hiſt.c.9.A.
3 Lupus parit maxime,qua flumina exeunt.
5.de Hiſt.c.10.A.
4 Lupus æſtate parit.6.de Hiſt.c.10.B.
5 Lupi carniuori ſunt.8.de Hiſt.c.2.F.
6 Lupus lapidem in capite habet, & ideo al-
goribus maxĩe infeſtat̃.8.de Hiſt.c.19.A.
7 Lupi & mugiles q̃q̃ inimici ſint capitales,
congregantur tamen aliquando.9.de Hi-
ſtoria.c.2. A.
8 Lupus caudã mugilis abſcindit.9. de Hi-
ſtoria.c.2.B.
LVSCINIA. Auicula.
1 Luſcinia fœmina cũ incubat, & pullos e-
ducat,ceſſat a cãtu.4.de Hiſt.c.4.D.
2 Luſciniæ mares canunt, ut ſuæ fœminæ.
4.de Hiſt.c.9.D.
3 Luſciniæ uiſæ ſunt ſuos pullos docere cã-
tum.4.de Hiſt.c.9.D.
4 Luſcinia æſtate parit quinq; aut ſex oua,
conditur autumno uſq; ad uernos dies.5.
de Hiſt.c.9.A.
5 Luſcinia acumine ſummæ linguæ caret.
9.de Hiſt.c.5.A.
6 Luſcinia canere ſolet diebus quindecim aſ
ſiduis,cum ſylua fronde incipit opacare.
Deinde canit quidẽ,ſed nõ aſſidue, mox
adulta æſtate uocẽ emittit diuerſã, nõ ua
riã aut celerẽ modulatãq;, ſed ſimplicem.
Color etiã immutat̃. Equidẽ in Italia per
id tps alio nomine appellat̃. Apparet non
diu,abdit eñ ſe,& latet.9.de Hiſt.c.49.C
LVSCIOSVS. LVSCIOSITAS.
1 Luſcioſitas nigris potius oculis accidit,qa
cũ luſcioſitas ex humoris copia accidat,
humore magis abundant nigri oculi.5.de
Gener.c.1.H.
2 Luſcioſitas potius accidit minoribus natu
q̃ ſenioribus ꝓpter humiditatẽ,quæ in mi
norib⁹ natu eſt copioſior.5.de Gen.c.1.H

3 Luſcioſi cur minutas literas ſcribere con
ſueuerũt,habes.8.&.15.Problem. Sect.31.
4 Luſcioſi cur acutius uident,palpebris cõ-
tractis,habes.4.&.15.Problemate.Sect.31.
5 Luſcioſi cur oculis admouẽt,quæ uidere
debent,habes.26.Prob.Sect.31.
LVTEA.Auis.
1 Lutea pugnat cũ pipone.9.de Hiſt.c.1.C
2 Lutea dicta eſt a colore partis ſuæ infe
rioris pallido.9.de Hiſt.c.13.A.
3 Lutea magnitudine alaudæ eſt. Parit q̃t-
tuor aut quinq; pullos. Nidũ ſibi ex Alo-
herba euulſa ſtirpitus facit,ſed ſtragulum
ſubiicit ex uillo & lana.9.de Hiſt.c.13.A.
LVTEOLA.Auis.
Luteola uermiculos pꝫtit.8.de Hiſt.c.3.A.
LVTEVM. Oui. Quære Ouum.10.11.
23.24.25.26.31.34.59.
LVTEVS.Auis.
Luteus occidit turturẽ.9.de Hiſt.ca.1.D.
LVTRIS.Amphibium aquatile.
1 Lutris greſſile animal eſt, & in fluido de-
git.Humorẽ tamen non recipit per uices,
aut reddit,ſed aerem,& extra humorem
parit.1.de Hiſtoria.cap.1.D.
2 Lutris etiam hominem mordet,nec deſi
ſtit,ut ferũt,quouſq; fracti oſſis crepitum
ſenſerit.8.de Hiſtoria.cap.5.B.
3 Lutris ex aqua uictum petit. 8.de Hiſto-
ria.capit.5.B.
LVX.
Lux cur nõ ualet permeare ſolida;aer ta
men craſſior luce pmeat,habes.9.Prob.
Sectio.25.✳.Quære Lumen.

M

MACEDONIA. Europæ
regio. Quære Arche-
laus.✳.
MAENA. Quære Ha-
lex, nã idẽ ſunt.
MAEOTIS.Palus Euxi
no ponto cõiuncta.Quære Lupus.13.✳.
MAGNESIA.Macedoniæ pars.
1 Magneſiæ aquæ cur licet feruidæ ſint,ſa
tis tamen potui idoneæ ſunt, habes.15.
Problemate.Sect.24.Quære Artanæ.
2 Magneſiæ aquæ feruere aliquando deſie-
runt,ſalſæ cur tamen nihilominus eſſe nõ
deſierũt.17.Prob.Sect.24.✳.
MAGNITVDO.
1 in Magnitudinibus pfunditatis æq̃lis cur
accidat, ut ſi partẽ moueas leuiorẽ,circũ
fertur,quod iacitur,habes.3.Prob.Sect.16.
2 Magnitudo cur diuiſa minor ſuo toto ui-
detur,habes.7.Prob.Sect.16.✳.
MAGNVM.
1 Magnum contineri nõ poteſt in paruo,
paruum tamẽ in magno cõtineri poteſt.
2.de Partibus.cap.16.A.
2 Magnum & paruum non eodem modo
accipiuntur,ut multum & paucum.Nam
multum & paucum abſolute, magnũ &
paruum ad aliud ſiue relatiue.5.de Gene
c.7.C.✳. Cõtinuũ. Quantitas.
MAIA.Aquatile de genere cancrorum.
1 Maiæ ſunt maximæ in genere cancrorũ.
4.de Hiſtoria.cap.2.A.
2 Maiæ pelagiæ ſunt,& crura habẽt tenuio
ra.4.de Part.cap.8.A.
MAIVS.Menſis.Quære Locuſta cruſta-
tum.6.Piſcis.55.Vacca.15.
MALAEA.Promontorium Peloponne-
ſi.Quære Spongia.11.
MALEDICTVM. Quære Epichar-
mus.
MALICIA.Quære Oculus.5.
MALIDA. Aſinorum morbus. Quære
Aſinus.21.
MALLEOLVS. Geminum os tibiæ,
quod utrinq; pedi imminet.
1 Malleolus geminus utriq; lateri partitus
eſt pars extrema cruris.1.de Hiſt.c.15.B.
2 Malleoli ſitum aurium imitantur, quippe
qui latera teneant imi cruris, quomo-
do aures iunctæ lateribus capitis hærẽt.
1.de Hiſtoria.cap.15.D.✳.
MALLEOLVS.Piſcis.
Malleoli gregales ſunt.9. de Hiſt.c.9.A.
MAMMA.
1 Mammas alia animalia habent in pecto-
re,alia in feminibus.1.de Hiſtoria.c.1.C.
2 Mammis pectus extuberat. 1.de Hiſto-
ria.cap.12.A.
3 Mammis laxior contextus corporis eſt,
iuncta papilla.1.de Hiſtoria. cap.12.A.
4 Mammas nullum animal gerit parte
priore præter hominem. 2.de Hiſtoria.
capit.1.B.
5 Mammas duas habet elephantus, ſed
non in pectore,ſed paulo citra.2.de Hi-
ſtoria.cap.1.B.
6 Mammas alia animalia habent in pecto-
re,alia in uentre,alia inter crura, alia ſub
armis.Alia binas,alia quaternas.Alia plu
ribus papillis,alia ſingulis. 2.de Hiſto-
ria.capit.1.H.I.
7 Mãmas nullas habent mares ſolipedis ge-
neris, niſi qui matribus ſimiles prodie-



runt,quod in equorum genere euenit.2.
de Hiſtoria.cap.1.I. Quære Equus.4.
8 Mammas nullus proprie dictus piſcis ha
bet.2 de Hiſtoria.cap.13.A.
9 Mammas nõ habẽt oĩa uiuipara,ſed ea tã
tũ,quæ protinꝰ intra ſe aĩal generãt,& nõ
ouũ,deinde aĩal.2.de Hiſt.c.13.A.
10 Mammas habent omnia,quæ lac habẽt.
3.de Hiſtoria.capit.21.A.B.
11 Mammæ quibus plures q̃ binæ ſunt,illis
nec lac copioſum,nec caſeo utile eſt. 3.
de Hiſtoria.cap.20.C.
12 Mammæ datæ ſunt iis,quæ intus aĩal cõ-
cipiunt,& pariunt.3.de Hiſt.c.20.B.
13 Mãmas habẽt cete.3.de Hiſt.c.20.B.
14 Mammas quo loco,& in quem uſum ha
bẽt anĩalia, oſtẽdit.4.de Hiſt.c.10.G.H.
15 Mammæ illis maribus cõſpectiores ſunt,
qui humidiores,& læuiores,nec uenulen-
ti ſunt,& eorũ ipſorũ magis iis,qui fuſci,
q̃ qui candidi ſunt.7.de Hiſt. capit.1.D.
16 Mammæ mulierum illud incremẽtũ ſem-
per ſeruant deinceps,quod oſtenditur,cũ
mẽſtrua gerere incipiũt.7.de Hiſt.c.1.D.
17 Mãmæ ita totæ fungoſæ ſunt,ut ſi in po-
tu mulier pilum hauſerit,dolor oriatur in
mammis. Morbus autem hic pilaris ap-
pellatur,nec ſedatur,quouſq; pilus expreſ-
ſus exeat ſponte aut cum lacte ſugatur.
7.de Hiſtoria.cap.11.A.
18 Mammas habẽt quadrupedes in parte po
ſteriore,quia eorum pectus coartatum eſt
propter motum.4.de Partibus.c.14.G.
19 Mammæ ſunt locus excremẽti ſeminalis.
1.de Generatione.cap.18.P.
20 Mammarum locus qualis ſit,habes.4.de
Generatione.capit.8.C.
21 Mammæ extuberant illis,quæ ſemen fe-
runt.4.de Generatione.cap.8.B.
22 Mammarum differentiam ſitu & magni-
tudine,& papillarum numero in ſingulis
animalibus. Quære in ſuis dictionibus.
Papilla.
MANCVS.A.VM.
Manca ex mancis procreantur, ſed hoc
non probat ſemen ex toto corpore ſe-
cerni.1.de Generatione.c.17.B.&.c.8.O.
Quære Mutilum.
MANDIBVLA.
Mandibula eſt poſterior maxillæ pars.
1.de Hiſtoria.cap.11.C.
MANE.Diei.
Mane cur maius frigus urget q̃ nocte,
q̃uis mane ſol nobis proximior eſt,habes.
5.Problemat.Sectio.25.Quære Surgere.
MANSVETVS.A.VM.Fero oppoſitũ
Manſueta animalia omnia habent fera ſi-
ue ſylueſtria, quæ ipſis reſpondent, ut
equus ferus & ſylueſter. 1. de Partibus.
cap.3.D.Quære Fera.
MANTICHORA. Bellua peculiaris
Indiæ.
Mantichora bellua eſt apud Indos,ut ſcri
bit Cteſias,quæ dentium triplicem ordi
nem habet, magnitudinem leonis, & hir-
tum corpus ut leo,pedes leonis, faciem
& aures hominis,oculos cæſios, colorem
rubricæ, caudam ſcorpionis aculeo ar-
matam,ſpicula agnata iaculans, uocem
fiſtulæ uel tubæ non abſimilem. Curſus
illi non minoris pernicitatis q̃ cerui. Tan
tæ autem feritatis eſt, ut nuſq̃ miteſcere
poſſit.Appetitus illi præcipue carnis hu
manæ.2.de Hiſtoria.capit.1.N.
MANVS.
1 Manꝰ pars interior uola dicitur,quæ car
noſa eſt,& ſciſſuris uitæ indicibus diſtin
cta.Nam ſi ſciſſuræ ſunt ſingulæ,aut bi
næ per totam uolam porrectæ, lõgiorem
uitam ſignificant,ſi uero non porrigan-
tur breuem uitam indicant. Manus ue-
ro pars exterior neruoſa eſt, & nomine
caret.1.de Hiſtoria.cap.15.B.
2 Manus partes ſunt,palma,& digiti quinq;
numero.1.de Hiſtoria.capit.15.A.
3 Manus pars eſt brachii.1.de Hiſt.c.15.A.
4 Manus paruæ ſunt illis,quibus pedes exi-
gui ſunt.1.de Hiſtoria.capit.15.A.
5 Manus neruis plurimis continentur.3.de
Hiſtoria.capit.15.B.
6 Manus digiti longi eſſe debent, ut ſint
apti ad capiendum & premendum. 4.
de Partibus.capit.10.D.
7 Manus uõ uidetur eſſe unum inſtrumen
tum,ſed multa.4.de Part.cap.10.E.
8 Manus per ſingulas partes explicat,& de
eiꝰ excellẽtia & uſu hẽs.4.de Part.c.10.F
9 Manus ad plurima inſtrumẽta utilis eſt.
4.de Partibus.cap.10.E.
10 Manus qa obtinet homo,dixit Anaxago
ras,eſſe prudentiſſimum,quod cõtra dici
oportuit,ſcilicet manus habere, quia pru-
dentiſſimus ſit.4.de Partibus.cap.10.D.
11 Manus quomõ ſe habet ad inſtrumẽtũ,
qđ mouet,hẽs.de Cõm.aĩal.mot.c.4.A.
12 Manibus cur robur præcipue inditum
eſt,habes.1.Problemat.Sect.2.
13 Manibus cur tremunt metuentes,oſten-
ditur.6.Problemat.Sectio.27.
14 Manꝰ,quæ uirgulæ palmam ductam per
totam latitudinem habet,cur lõgiſſimam
uitam portendit,habes.10.Prob.Sect.34.

15 Manus dextra cur differt a ſiniſtra uiribꝰ & motu maiore, oſtenditur.3.Problemat. Sectio.31.Quære Brachiale.
MARACVS.Poeta Syracuſanus.
Maracus Syracuſanus ciuis poeta præſtãtior erat, cum mente alienaretur. 1.Prob. Sect.30.Quære Poeta.
MARATHON.Quære Spina piſcis.✳
MARE. MARINVS.A.VM.
1 in Mari humor dulcis continetur, nam ſi quis uas cereũ tenuis lateris inane in mare demiſerit, humoris dulcis copiam intra ſe colligit.8.de Hiſtoria.cap.2.D.
2 Mare caniculæ tpe euertit, ut apud Boſphorũ latiſſime patet. 8.de Hiſt.c.15.B.
3 Marina quædam animalia q̃uis exanguia ſint, in maiorem molem euadunt q̃ ſanguinea, licet ſanguinea omnia exãguibus maiora ſint.1.de Hiſt.cap.5.A.
4 Marina quædã animalia effigie inſolita uiſa ſunt aliquando a piſcatoribus. Quæ, quia rara ſunt inuentu, nõ conſtituũtur in genus.4.de Hiſt.c.7.C.Quære Veretile.
5 Marina quædam ſunt, de quibus ambiges, animata ne ſint, an inanimata, ut pinnæ.8.de Hiſtoria.cap.1.B.
6 Mare multum cõtinet terrenæ portionis, unde corpulentius eſt q̃ aqua potulẽta, & natura calidũ eſt.3.de Gene.c.11.B.E.
7 Mare obnoxium eſt uentis.4.de Generatione.capit.10.B.
8 Maris prealti fluctus cur non frangi ſolent, ſed parui tantum maris & breuis, habes.1.Problemate.Sectio.33.
9 Maris fluctꝰ cur nõnunq̃ prius ad littora ueniũt, q̃ uẽti, oſtẽdit.3.Prob.Sect.23.
10 in Mare undabundum & æſtuans cur ſi aliquid iaciatur, quieſcit, oſtendit.4.Problemate.Sectio.23.
11 Mare Ponticum cur candidius uidetur Aegeo, habes.6.Problemat.Sect.23.
12 Mare minus frigidum eſt q̃ aqua potabilis.7.Problemat.Sect.23.
13 Mari qui ſe lauant, cur ocyus reſiccant, q̃ aqua dulci loti, habes.8.Prob.Sectio.23.
14 Mare cur tranſlucidius eſt, flante aquilone, q̃ auſtro, oſtẽditur.9.Prob.Sect.23.
15 Maris fluctus omnes præ ſe ferunt uentos.11.Problemate.Sectio.23.
16 Mare cur deuri põt, aqua non poteſt, habes.13.Prob.Sect.23.&.32.Prob.Sect.23.
17 in Mare demerſi cur diuitius uiuũt q̃ in fluuio, oſtenditur.14.Prob.Sect.23.
18 de Mari frigida aura cur non ſpirat mane, de fluuiis autem ſpirat, habes.16.Problemate.Sect.23.
19 Maris profundioris fluctus cur tardius ceſſant q̃ minus profundi maris, habes. 17.Problemate.Sectio.23.
20 in Mari cur melius natatur q̃ in fluuiis, oſtenditur.21.Problemat.Sect.23.
21 Mare ſuperius cur ſalſius eſt & calidius q̃ inferius, habes.30.Prob.Sect.23.
22 Mari lapides & teſtæ cur rotũdi redduntur, oſtenditur.30.Problemat.Sect.23.
23 Maris pars terræ ꝓxima cur dulcior eſt, habes.31.Problemat.Sect.23.
24 Maris aĩalia cur maiora & uegetiora ſunt q̃ terræ, oſtenditur.34.Prob.Sect.10.
25 Mari qui innatant, cur euacuantur uentre ſalubriter, habes.34.Prob.Sect.23.
26 Mare cur ſalſum & amarum ſimul ſit, habes.35.Problemat.Sect.23.
27 Mare cur cæruleum ſit, auſtro ſpirante, habes.39.Prob.Sect.26.
28 Maris undabundi quod deſiſtit, cur albicat, quod tamen prouoluitur, nigricat, oſtenditur.41.Prob.Sect.23.
29 Mare ſalubre eſt, quia uentis euentilatur. 54.Problemat.Sect.1.
30 Marinam rem qui exercẽt, ut piſcatores, cur ruffo colore om̃es ſunt, habes.2.Problemat.Sectio.38.✳.
MARISCA.Morbus ani.
1 per Mariſcas fluit ſanguis uitiatus & inutilis.3.de Hiſtoria.capit.19.C.
2 Mariſcæ fiunt paucis mulieribus.3.de Hiſtoria.capit.19.D.
3 Mariſcas habenti deteriores fiunt purgationes.7.de Hiſtoria.capit.11.A.
4 Mariſcæ raro fiunt mulieribus, dum mẽſtrua erumpunt.1.de Gener.capit.19.C.
MARTIVS.Menſis.Quære Piſcis.55.
MAS.
1 Mas eſt, quod in alterum ſemen mittit. 1.de Hiſtoria.capit.13.A.
2 Maribus etiam lac fieri poteſt.1.de Hiſtoria.capit.12.A.
3 Marium ſexus nulla alia parte interiore differt a fœmineo ſexu, niſi utero. 1. de Hiſtoria.capit.19.A.
4 Maribus multiplici differentia euariant ea, quæ ad generationem miniſtrant.3.de Hiſtoria.capit.1.A.
5 Marium ſanguis minꝰ ater eſt, & ſubtilior q̃ fœminarum.3.de Hiſtoria.capit.19.C.
6 Mares lõgioris uitæ ſunt q̃ fœminæ in q̃drupedibꝰ nõ ouiparis.4.de Hiſt.c.2.C.
7 in Maribus partes priores & ſuperiores ſunt ualidiores & potiores, inferiores uero & poſteriores econtrario ſe habent in quocunq; genere.4.de Hiſtor.c.11.C.
8 Mas robuſtior eſt q̃ fœmina.4.de Hiſtoria.capit.11.C.
9 Maris caro minus humida eſt q̃ fœminæ. 4.de Hiſtoria.cap.11.C.
10 Maris uox grauior in omni genere eſt q̃ fœminæ, excepto boue.4.de Hiſt.c.11.C.
11 Maris pedes minus elegãtes ſunt q̃ fœminæ.4.de Hiſtoria.cap.11.C.
12 Mares armati magis naturalibus armis ſunt, ut cornibus aut calcaribus, q̃ fœminæ, cum fœminæ, aut nõ habeant, aut nõ talia habeant. 4. de Hiſtoria.capit.11.C. Quære Cerua.7.
13 Mares ferociunt coitus tempore. 6. de Hiſtoria.cap.18.C.
14 Mares citius abſoluuntur in utero, q̃ fœminæ.6.de Hiſtoria. capit. 2.C. &.7.de Hiſtoria.capit.3.B.
15 Mares in genere quadrupedum uiuiparorum ſunt animoſiores q̃ fœminæ, ferociores, minuſq; inſidioſiores.9.de Hiſtoria. capit.1.B.
16 Maris & fœminæ ſexum natura diſtinxit in omnibus animalibus, quorũ eſt procreatio.9.de Hiſtoria.capit.1.A.
17 Mas calidioris & tenuioris ſanguinis eſt, q̃ fœmina.2.de Partibus.capit.2.B.
18 Mares animoſiores ſunt & robuſtiores fœminis, ideo illis a natura data ſunt arma, quæ plurimæ parti fœminarum deſunt. 3.de Partibus.capit.1.B.
19 Maris genitale alterum ab altero differt pro corporum diſcrimine. 4. de Partibus.capit.10.N.
20 Maris & fœminæ diſtinctio in quibus reperiatur in om̃i animalium ſpecie, habes. 1.de Gener.cap.1.per totum.
21 Mas & fœmina principium ſunt generationis, mas, ut qui teneat motꝰ & generationis originẽ, fœmina, ut materiæ originẽ tenens.1.de Generatione.cap.2.A.
22 Mas eſt animal, quod in alio gignit.1.de Generatione.cap.2.A.
23 Maris genitalia quæ ſint, habes.1.de Generatione.capit.2.B.
24 Maris ſemen quomodo ſe habeat in generatione prolis, oſtenditur.1.de Generatione.cap.20.E.F.G.H.
25 Mas & fœmina generationis cauſa ſunt in rerum natura.2.de Gener.capit.1.A.
26 Mas in generatione ſe habet ut mouens & agens.2.de Generatione.cap.1.A.B.
27 Maris ſemen quid, & quomodo agat in menſtrua fœminæ ad generationem, habes.2.de Gener.cap.3.D.
28 Marẽ aut fœminam non generant, quæ ex mare & fœmina non ſunt procreata. 2.de Generatione.capit.4.A.
29 ſine Mare cur non generet fœmina, oſtẽditur.2.de Generatione.cap.4.N.
30 Mas differt a fœmina in omnibus generibus.3.de Generatione.cap.10.B.
31 Mas cur aliquis generetur potius q̃ fœmina, & opiniones Democriti Empedoclis & aliorum de hac re refutatas, habes. 4.de Generatione.cap.1.per totum.
32 Mares potius q̃ fœminas gignunt parẽtes perfectæ ætatis, quia calor in eis perfectus eſt, fœminas etiam gignunt ſemina humida, & flantibus aquilonis, mares potius q̃ fœminæ generantur, & reliqua indicia habes. 4.de Generatione. cap.4.per totum.Quære Aquilo.3.
33 Mares potius oblæſi naſcuntur q̃ fœminæ in hominum genere, quia cum mares calidiores ſint, magis mouentur, & ſuo motu facile læduntur. In aliis autem animalibus non ita ſe habet, ſed nihil potius læduntur fœminæ q̃ mares. 4.de Generatione.cap.6.B.C.
34 Mas uocem immutat, quando incipit ferre ſemen prolificum.4.de Gene.c.8.B.
35 Mares cur corpore maiore ex toto fere ſunt q̃ fœminæ, habes.10.Prob.Sect.10.
36 Mares cur mingunt minus erecti, q̃ fœminæ, habes.22.Prob.Sect.10.✳.
MASSA.Frumentacea.
Maſſa tota cur leuior eſt q̃ farina & aqua ſeorſum, oſtenditur.18.Problem.Sect.21.
MATERIA.
1 Materiam tantum cognouerunt antiqui philoſophi, a qua neceſſitatem dicebant rebus ineſſe.1.de Part.c.1.E.F.
2 Materiæ natura poſterior eſt & minus excellens, q̃ formæ natura. 1. de Partibus. capit.1.F.
3 Materiæ natura potius eſt per formam, q̃ econtrario.1.de Partibus.cap.1.H.
4 Materiam tantũ & efficiens cognouerunt antiqui philoſophi.5.de Gener.c.11.B.✳.
MATER.
Matri aliquando ſunt ſimiles filii, aliquando non, quod exemplis oſtenditur.7.de Hiſtoria.capit.6.B.Quære Filius. Fœmina. Mas. Mulier.✳.
MATHEMATICA.
Mathematica nullo genere motus mouẽtur.de Commu.animal.mot.c.1.B.✳.
MATVTINVS.A.VM.
Matutino tempore cur frigus acrius eſt q̃ alio, cũ tamẽ ſol tunc propinquior nobis ſit, habes.3.Problemat.Sect.8.

MAXILLA.
1 Maxilla duplex eſt,cui⁹ pars prior mētū, poſterior mādibula eſt. 1.de Hiſt.c.11.C.
2 Maxillæ a capite protendunt oſſa duo. Quarum inferiorem animalia omnia mouent,excepto fluuiatili crocodilo.Hic eñ non inferiorem,ſed ſuperiorem mouet.1. de Hiſt.cap.11.C.&.3.de Hiſtoria.c.7.A.
3 Maxillæ longæ ſunt omnibus iumentis. 1.de Hiſtoria.cap.16.A.
4 Maxillæ minus ueſtitæ ſunt pilis, q̃ muſtax aut mētū quibuſdā.3.de Hiſt.c.11.D.
5 Maxillam mouet homo,& uiuiparæ quadrupedes ſurſum deorſum atq; in latera. Piſces uero & aues & ouiparæ quadrupedes tantū ſurſum deorſumq;.4.de Part. cap.11.C. Quære in ſingulis maxillatorū dictionibus.
MEDIAE HOSPITES.Quære Athenæ.
MEDICA.Herba.
1 Medica herba lactis copiā extinguit, ſed præcipue ruminātib⁹.3.de Hiſt.c.21.B.
2 Medicam ſerere iuxta apum aluearia, expedit.9.de Hiſtoria.cap.40.O.
3 Medica quando inutilis iumentis. 8.de Hiſtoria.cap.8.A.
4 Medicæ prima falx uitio datur,& cū fœtida aqua rigatur, incommoda eſt. 8.de Hiſtoria.cap.8.A.
MEDICAMENTVM.
Medicamenta cur purgent,cum alia,quæ uidentur habere eaſdem qualitates, non purgant,habes.43.&.28.Prob.Sect.1.✳.
MEDICVS.
1 Medici accuratiſſime de uenis tradiderūt. 3.de Hiſtoria.cap.3.B.
2 Medicus poſtq̃ ſanitatem diffinierit,rationes & cauſas rei,quā facit,reddere ſolet. 1.de Partibus.capit.1.C.
3 Medici multi morbos curant exceſſibus. 1.Problemat.Sect.1.
4 Medicus cur ad ſanitatem uſq; tātūmodo ſuam operā præſtat,nec ulterius agit, oſtenditur.7.Problemate.Sect.30.✳.
MEDIVM.
Medium particeps utriuſq; extremi eſt. 3.de Part.cap.1.A.✳.
MEDVLLA.
1 Medulla quandiu in ſua ſede manet,mollis eſt & humida,& quod in aliis proportione reſpōdet medullæ.1.de Hiſt.c.1.C.
2 Medulla eſt excrementum cōcoctum ſanguinei alimēti,quod in oſſa aut in ſpinā diſtribuitur.3.de Hiſt.cap.6.B.
3 Medullam quædam oſſa continent, alia non, alia licet nō uideant̄ habere,habent tamē,ſed exiguā.3.de Hiſt.c.7.B.
4 Medulla in oſſibus continetur.3.de Hiſtoria.capit.20.A.
5 Medulla cruenta admodū eſt in animalibus nouellis,ætate uero prouectis aut adipē aut ſæuū præ ſe fert.3.de Hiſt.c.20.A.
6 Medulla q̃uis ſemper ſit oſſibus incluſa, non tamen omnia oſſa medullam habēt. Nā oſſibus quorūdā aïaliū ut leonū aut nulla eſt,aut exigua.3.de Hiſt.c.20.A.
7 Medulla exigua eſt in oſſibus ſuillis. 3.de Hiſtoria.cap.20.A.
8 Medulla ex ſanguine fit,quod oſtenditur in nuper genitis,& in ſanguine exuberantib⁹,quorum medulla ſanguinea eſt,quædā ſæuo ſimilē habent.2.de Part.c.6.A.
9 Medulla ſpinæ dorſi qualis ſit, habes.2. de Part.c.6.A.Quære Cerebrum.10.
10 Medullam quæ animalia non habent,aut exiguam habent,habes. 2.de Part.c.6.B.
11 Medullæ ſæuoſæ & pingues ſunt,quia calore oſſium cōcoquūtur.2.de Part.c.6.B.
12 Medullam nō hēnt niſi in ſpina dorſi,quæcunq; oſſa nō habent.2.de Part.cap.6.B.
13 Medulla non eſt ſeparata in chartilagine terreſtrium animaliū,ſed eſt mixta chartilagini, in oſſibus uero eſt ſeparata.2. de Partibus.capit.9.D.✳.
MEGARICVS AGER.a Megaris urbe Atticæ.
Megarico in agro quæ inſecta generent̄ ex ſedimento aquarum,habes.5.de Hiſtoria.capit.19.D.✳.
MEL.
1 Mella augentur ſiccitatibus aeris.5.de Hiſtoria.cap.22.B.
2 Mel cōtrahunt apes ex rore,ſyderum ortu potiſſimum, & arcus cæleſtis incubitu.5.de Hiſtoria.cap.22.B.
3 Mel non fit ante uergiliarum exortum. 5.de Hiſtoria.cap.22.B.
4 Mel ſi detrahatur autumno,non reparatur.5.de Hiſtoria.cap.22.B.
5 Mel primo dilutum eſt ut aqua, deinde craſſeſcit,uiceſimo poſt die ſpiſſatur. 5.de Hiſtoria.capit.22.B.
6 Mellis perfecti indicium in ſapore eſt,dulcius enim eſt,quod craſſius eſt.5.de Hiſtoria.capit.22.B.
7 Mel craſſum & cādidum faciunt apes circa Amiſum urbem.5.de Hiſt.cap.22.C.
8 Mellis conficiendi duo tempora ſunt,ſcilicet uer & autumnus,ſed quod uere fit, candidius & melius eſt autumnali.9.de Hiſtoria.capit.40.M.
9 Mellis exilior pars fluitat, pura & ualida ſubſidet.9.de Hiſt.cap.40.M.
10 Mellis copia annis proſperis contingit.3. de Generatione.cap.10.F.
11 Mel cibus eſt apibus.3.de Gen.c.10.B.
12 Mel ſali admixtum cur non ſentimus magis, ſed minus dulce,oſtenditur.11.Prob. Sect.13. Quære Apes.3.21.24.35.49.✳.
MELANCHOLICVS.
1 Melancholicos fuiſſe,conſtat, omnes, qui ingenio claruerunt,uel in ſtudiis philoſophiæ uel in republica adminiſtranda,uel in carmine pāgēdo, uel in artibus exercendis.1.Problemat.Sect.30.
2 Melancholici cur uenoſi ſunt & duri,habes.1.Problemat.Sect.30.
3 Melancholicorum differentiæ uariæ ex melancholiæ qualitate & uarietate proueniunt.1.Problemat.Sect.30.
4 Melancholici omnes non per morbū ſed per naturam cur ſingulari ingenio prædíti ſunt,oſtenditur.1.Problemat.Sect.30.
5 Melancholici cur libidinoſi ſunt, habes. 31.Problemat.Sect.4.
6 Melācholici magna ex parte libidine affluentius concitātur.1.Prob.Sect.30.✳.
MELEAGRIDES.Aues.
Meleagridum ouum diſtinctum punctis eſt.6.de Hiſtoria.cap.2.A.
MELIS . Aſinorum morbus . Quære Aſinus.21.
MELITENSIS CATELLVS.
Melitenſis catellus maior eſt uiuerra.9. de Hiſtoria.cap.6.C.
MELIVS.
Melioris in contingentibus cauſa eſt ſempiternum, pulchrum, & diuinum. 2.de Generatione.capit.1.A.✳.
MEMBRANA.
1 Membranæ animalium quomodo differant,oſtenditur.3.de Hiſtoria.cap.13.A.
2 Membranæ animalium tenues ſunt & læues. Viſcera omnia claudūt.Maximæ uero & robuſtiſſimæ mēbranæ ſunt, quæ cerebrū & caput ambiūt,quia hæc principaliſſima membra ſunt & præcipuā tutelam deſiderant.3.de Part.c.11.per totum.
MEMBRADES.
Membrades piſces unde generentur,habes.6.de Hiſtoria.cap.15.B.
MEMBRVM.
1 Membra aïaliū ex diſſimilaribus partib⁹ cōſtāt, q̃ppe & ipſa ſunt partes totæ,& ex partibus cōſtant diuerſis.1.de Hiſt.c.1.A.
2 Membrū unumquodq; alicui⁹ rei gr̃a eſt, & totum ipſum.1.de Part.cap.1.I.
3 Mēbris aliis a uentre principiū eſſe oportet,quo pabulum capiant a uentre & inteſtinis.2.de Partibus.cap.3.B.
4 Mēbra quæ dicant̄,hēs.1.de Part.c.5.E.
5 Membra corporis officiorum gratia conſtant.1.de Partibus.cap.5.D.
6 Membra animaliū non ſine ordine oriūtur.1.de Part.cap.1.F.
7 Membrū quod principia mouendi & nutriendi habet,eſt ſimplex, quia omniū ſenſibiliū capax,membrum uero mouens & agens diſſimilare eſt. 2. de Part. c.1.E.
8 Membra aut membrorum partes plures aut pauciores iuſto naſci contingit in mōſtris.4.de Generatione.c.4.per totum.
9 Membrū aliquod in aïalib⁹ ſi mouetur, aliud quieſcit,q̃diu illud mouet̄.de Cōm. aïal.mot.c.1.B.Quære Aïal.1.2.3.4.57.
MEMORIA.
Memoria quorum ſit cauſa,habes.de Cōmuni.animal.mot.cap.3.D.✳.
MENA.Quære Mæna.
MENYNGES.Cerebri mēbranæ.Quære Cerebrum.5.18.
MENSAE SECVNDAE.Bellaria.
Menſæ ſecundæ cur ſint edendæ,habes. 6.Problemat.Sect.22.
MENSES . Pro menſtruis . Quære Menſtrua.
MENSIS.
1 Menſes tricenis diebus conſtant.2.de Hiſtoria.c.17.F.Quære Serpens.12.
2 Menſis communis circuitus eſt ſolis & lunæ.4.de Generatione.c.10.B.
3 Menſium coitus frigidi ſunt ob lunæ defectum.2.de Generatione.c.4.C.
4 Menſe quoto naſcantur homines . Quære Naſci.3.
MENS.
1 Mentis mutationē faciūt præcordia, quia cordi p̃xima ſunt.3.de Part.c.10.B.
2 Mens ſola extrinſecus accedit, eaq; ſola diuina eſt, nihil enim cum eius actione communicat actio corporis.2.de Generatione.cap.3.B.Quære Intellectus.✳.
MENSTRVA.
1 Menſtrua mulierum ſanguine uitiato cōſtant.3.de Hiſtoria.c.29.C.
2 Menſtruorum curſus cum ſubſtiterint,pili licet pauci mulierum mento naſcūtur. 3.de Hiſtoria.cap.11.C.
3 Menſtrua quando incipiāt fieri mulieribus,habes.7.de Hiſtoria.cap.1.B.
4 Mēſtrua fluunt,luna decreſcente propter frigus, quod fit luminis lunæ abſentia.7. de Hiſt.c.2.A.&.2.de Gener.cap.4.C.

5 Menſtrua quo tempore moueantur, & profluant mulieribus, & quibus animalibus minus, quibus magis, & quibus animalibus in alias corporis partes tranſeat, habes.7.de Hiſtoria.cap.2.per totum.
6 Menſtrua non poteſt protrahere mulier uſq; ad quinquageſimum annum, plurimis tamen anno quadrageſimo deſinũt fluere.7.de Hiſtoria.capit.5.B.
7 Menſtrua magna ex parte non fiunt, q̃ diu lac emanat.7.de Hiſtoria. cap.11.A.
8 Menſtrua deterius accidunt, ſi mulier mariſcas habeat.7.de Hiſtoria.cap.11.A.
9 Menſtrua mulierum excrementum ſunt, & uacans materia.4.de Parti.capit.10.L.
10 Menſtrua quid ſunt, & qua exeunt parte, & cui9 naturæ, hẽs.4.de Part.c.10.N.
11 Menſtrua ſanguinis profluuia ſunt, & incoctũ ſemẽ.1.de Generatione.cap.19.A.
12 Menſtrua fœminarum eſſe excremẽtum reſpondens proportione ſemini mariũ, oſtẽditur.1.de Generatione.c.19.B.C.D.
13 Mẽſtrua incipiunt fœminis, cum mãmæ bino digito tollũtur.5.de Gener.c.20.B.
14 Menſtrua quomodo excrementa ſint, & quomodo præbeant materiam & corpus fœtui generando, habes.2.de Generatione.capit.4.B.C.D.E.
15 Menſtrua, ex quibus fit fœtus, talia potẽtia ſunt, qualia actu ipſum corpus poſtea euadit.2.de Generatione.cap.4.L.
16 Menſtrua alba ſi frequẽter moueanẽ puellis, incremẽtũ auferũt.2.de Gen.c.4.C.
17 Menſtrua ſi affluant a cõceptu, morbidũ eſt.1.de Generatione.cap.19.E.
18 Mẽſtruorum seceſſus ſi modice fiant, ſalubres ſunt, ſi immodice, inſalubres.2.de Generatione.capit.14.C.
19 Menſtrua ſemen impurum ſunt, & non habent principium animæ, ſemini tamẽ admixta generant.1. de Generatione.capit.20.B.&.2.capit.3.D.
20 Menſtrua menſibus decreſcentibus fiunt.2.de Gener.cap.4.A.Quære Mulier.✳.
MENTHA.Herba.
Menthã nõ edẽdã nec ſerendam tẽpore belli, puerbio dicitur, quia corpora refrigerat, quod eſt aduerſum animoſitati & fortitudini.2.Problemat.Sect.20.
MENTVM.
1 Mentum eſt prior maxillæ pars.1.de Hiſtoria.capit.11.C.
2 Mento mulieris non exeunt pili.3.de Hiſtoria.cap.11.C.
3 Menti pili nouiſſime gignuntur poſt pubis & alarum pilos.3.de Hiſtor.c.11.D.
4 Mẽto mulieris naſcunẽ pili, ſi mẽſtruorũ curſus ſubſtiterint.3.de Hiſtor.c.11.C.
5 Mento bipartito qui ſunt, minus caluescunt.3.de Hiſtoria.capit.11.C.
6 Mẽtũ quibuſdã plus ueſtitum eſt, q̃ muſtax aut maxillæ.3. de Hiſto.c.11.D.✳.
MEOTIS.Quære Mæotis.
MERCATOR.
Mercatores cur callidos appellare ſolem9, oſtenditur.4.Problemat.Sectio.18.✳.
MERGVS.Auis.
1 Mergi in fluido degunt, & uictũ ex aqua emoliuntur, non tamen recipiũt, aut reddunt aquam per uices, ſed aerem, extraq; humorem pariunt.1.de Hiſtor.c.1.D.
2 Mergi ſaxis marinis oua bina aut terna pariunt a bruma, ineũte uere, & incubant cæterarum auium more, ſed non abſcõduntur.5.de Hiſtoria.cap.9.A.
3 Mergus circa mare uictitat. 8.de Hiſtoria.capit.3.D.
MERIDIES.Diei & pro regionibus ad æquinoctialem uergentibus.
1 Meridie maxime cur aer tranquillari ſolet, oſtenditur.4.Problemat.Sect.21.
2 Meridiem uerſus qui habitant, cur oculis nigris potius naſcuntur.14.Problemate.Sectio.14.✳.
MEROPS.Auis, quæ & apiaſter dicit.
1 Merops qui uocatur a Bœotiis, terræ cauernas ſubiens facit incunabula. 6.de Hiſtoria.capit.1.B.
2 Merops parit ſex aut ſeptem oua æſtate in mollioribus præcipitiis, intro uel ad q̃ttuor cubitos ſubiens. 9.de Hiſt.c.13.A.
3 Meropes dicũtur ſuos alere parentes. Pẽnas habent meropes inferiores pallidas, ſuperiores cæruleas, poſtremas rubras.9.de Hiſtoria.cap.13.A.
4 Merops auis, qui & apiaſter dicitur, iniuriã infert apibus.9.de Hiſtoria.cap.40.I.
MERVLA.Piſcis.
Merulæ coniugatim, id eſt mas cum fœmina latent hyeme.8.de Hiſtoria.c.15.A.
MERVLA.Auis.
1 Merula cum crece pugnat.9. de Hiſtoria.capit.1.E.
2 Merula turturem amat. 9.de Hiſtoria.capit.1.G.
3 Merulæ nidus interiore parte lana & uillo conſtat.9.de Hiſtoria.cap.13.A.
4 Merularum duo ſunt genera, alterum nigrum & uulgare, alterum candidum magnitudine compari & uoce ſimili, circa Cyllenã Arcadiæ & non alibi naſcens.9.de Hiſtoria.capit.49.B.✳.
5 Merula uoce & colore mutatur, & ex nigra redditur ruffa, ſtrepitat hyeme, tumultuãter cãtat æſtate.9.de Hiſt.c.49.B.✳.
MESANA. Siciliæ ciuitas ad Siculum fretum.
apud Meſanam cur abſorbeãtur nauigia, habes.5.Prob.Sect.23.
MESSAPVS.Quære Bonaſus.4.
MESENTERIVM.Quære Lactes.
METACHOERVM.
Metachœrum dicimus porcellũ in utero deprauatũ.2.de Gen.c.6.E. &.4.c.4.C.
METVS.METVENS.
1 Metus refrigerat.2.de Partibus.cap.4.A. Quære Mentha.
2 Metus cauſa quæ ſit, habes. 3. de Partibus.capit.4.A.B.
3 Metu aluus ſoluitur quibuſdam hominibus.4.de Partibus.capit.5.C.
4 Metus eſt refrigeratio per inopiã ſanguinis & caloris.4.de Partibus.c.11.E.
5 Metuentes cur tremunt, habes.1.Problemate.Sect.27.
6 Metuentes nonnulli cur ſitiunt, habes.2.Problemat.Sect.27.Quære Timens.✳.
MYGALE. Mus arachneus. Quære Mus.15.
MILESIVS AGER.Mileti urbis in Ionia.Quære Cicada.16.✳.Mileſii.
MILVVS.Auis.
1 Milui tam exiguũ lienem habent, ut propemodum ſenſum effugiat.2.de Hiſtor.cap.15.B.&.3.de Partibus.c.7.C.
2 Miluus fel habet iecori & inteſtino coniunctum.2.de Hiſt.cap.15.C.
3 Milui uicenis diebus incubant. 6.de.Hiſtoria.cap.6.A.
4 Milui pariunt oua bina magna ex parte, interdũ tamen terna.6.de Hiſtor. c.6.A.
5 Miluus binos aut ternos pullos excludit, q̃uis miluus, qui ætolius dicit, uel quaternos aliquãdo excludat.6.de Hiſt.c.6.A.
6 Milui carniuori ſunt.8.de Hiſt. cap.3.A.
7 Miluus uiſus eſt bibere.8.de Hiſt.c.3.D. Quære Aquila.7.
8 Miluus hyeme latet.4.de Hiſt.c.16.A.
9 Miluus pugnat cũ coruo, eripit eñ milu9 a coruo quicquid tenet, q̃ ungibus & uolatu præſtãtior coruo eſt.9.de Hiſt.c.1.D
10 Milu9 & Piſex & Harpa amici ſunt.9.de Hiſtoria.capit.1.F.✳.
MINGERE.Quære Meiere.
1 Mingunt aliqua animalia ex aduerſo.2.de Hiſtoria.capit.1.I.
2 Mingãt quomodo quæq; aĩalia in utroq; ſexu, habes.4.de Partibus.c.10.M.
3 Mingentẽ ſi uideam9, cur ad mingendũ prouocamur, oſtenditur.2.Prob.Sect.7.
4 Mingendi deſiderio qui tenentur, cur coire nequeunt, habes.20. Prob.Sect.4.
5 Mingũt cur fœminæ erectæ, mares min9, oſtẽdit.22.Prob.Sect.10.Quære Vrina.
MINIVM.Foſſile pigmentum.
Minium rubrum eſt.6.de Hiſt.cap.2.A.
MINVS.Quære Plus.✳.
MYRTVM.Frutex.
1 Myrtum ſerere apud apum aluearia expedit, & ex ea conficiunt apes ceram.9.de Hiſtoria capit.40.N.O.
2 Myrtum colliſum in manu cur dulci9 ſentimus, q̃ integrũ, hẽs.23.Prob.Sect.20.
3 Myrta cur enucleatiora ſunt, quæ ſunt minora, habes.24.Problemat.Sect.29.
4 Myrtorum non conditarũ magis fructus q̃ folia cur defluunt, cõditarũ uero econtrario, habes.31.Problemat.Sect.20.
5 Myrti frondes nigræ cur frequentiores ſunt, q̃ albæ, habes. 36.Problem.Sect.20.
MITVLVS.Teſtatum aquatile.
1 Mituli fauificant.5.de Hiſtoria.c.15.C.
2 Mituli teſta reſeratilis ẽ.4.de Part.c.4.A.
3 Mituli ſe tuentur concludendo .4. de Partibus.capit.5.E.
4 Mituli quomodo gignantur, habes. 3.de Generatione.cap.11.C.
5 Mituli non ſemper habent ſuum ouum. 3.de Generatione.capit.11.M.
MOBILIS.Qui facile propoſitũ mutat.
Mobiles arguit frons parua. 1.de Hiſtoria.capit.8.A.
MODVLATIO.
Modulatio grauis præſtantior eſt cõcitata.5.de Generatione.cap.7.A.
MOLA.Cruris.
Mola pars cruris eſt, quod orbiculatim foris adiectum eſt.1.de Hiſtoria.cap.15.B. Quære Tibia.1.
MOLA.
Mola morbus, eſt uitiũ in utero mulieris, quæ eſt quædam duriſſima caro, quã aliquãdo emittũt, cũ tamẽ putent ſe parere infantem. Qui morbus durat annũ aliquãdo, aliquando triẽnium, aliquando per totam uitam.4.de Gener.cap.7.per totum.
MOLLIA.Aq̃tilia, quæ cute nõ ſquãmis tegunẽ, nec ſpinã aut os intus cõtinent.
1 Mollibus nandi uis tributa eſt.1.de Hiſtoria.cap.1.E.
2 Mollia pedes habere putantur, & ſpinis & pedibus carent.1.de Hiſtoria.cap.1.B.
3 Mollia quæ ſpecialiter nominantur, cerebrum habẽt.1.de Hiſtoria.cap.16.A.

4 Mollia ſunt, quæ ſanguine carent, & foris carne molli ſunt obducta, & ſolidũ intus habent, ut ſepia. 4. de Hiſtor.capit.1.A.
5 Mollium figura & partes per ſingula mẽbra deſcribunt.4.de Hiſt.c.1.B.D.&.4. de Part.c.5.A.B.C.D.&.c.9.per totum.
6 Mollia alueum grandiorem habent, brachia breuiora. Polypus uero ecõtrario habet.4.de Hiſtoria.capit.1.C.
7 Mollia adeo augent, ut aliq̃ñ in quinq; cubitos excreſcant.4.de Hiſtoria.cap.1.C.
8 Mollia quo loco cõtineant, & uomãt atramentum, & quæ plus, quæue minus atramenti habeãt, oſtenditur.4.de Hiſt.c.1.D.
9 Mollium inter ſe differẽtia declaratur.4. de Hiſtoria.capit.1.E.
10 Mollium mares differunt a fœminis. 4. de Hiſtoria.cap.1.F.
11 Mollium acetabula quo differant inter ſe, & qua figura, & ordine conſtent, oſtenditur.4.de Hiſtoria.c.1.B.C.D.E.
12 Mollia non habent uiſcera, ſed mutem id eſt atramentum.4.de Hiſt.cap.1.D.
13 Mollia dormiunt. 4.de Hiſt. cap.10.C.
14 Mollium coitus quomodo peragatur, habes.5.de Hiſtoria. cap.6.per totum.&.5. de Generatione.cap.15.per totum.
15 Mollia quo tempore anni, & quoties pariãt in anno, oñdit.5.de Hiſt.c.15. p totũ.
16 Mollĩũ part⁹, & fœtura, quãdo, & quomõ fiat, oſtẽditur.5.de Hiſtoria.c.18.per totũ.
17 Mollia copulatione ac uenereo coitu cõcipiunt.5.de. Hiſtoria.cap.18.A.
18 Mollia oĩa carniuora ſũt.8.de Hiſt.c.2.E.
19 Mollia nõ ſunt in Põto Euxino niſi in locis quibuſdã paucis.8.de Hiſt.c.13.A.
20 Mollia eſui apta ſunt, cum grauida ſunt. 8.de Hiſt.c.30.A.&.1.de Gener.c.19.D.
21 Mollium nullum exit in ſiccum præter polypum.9.de Hiſt.cap.37.E.
1 Ordeaceus cibus cur minus competens eſt corporibus humanis q̃ triticeus, & cur ordeaceæ farinæ ultimum candidius eſt primo, oſtenditur.2.&.3.&.7.Prob.Sect. 21.Quære Aper pro ſue ſylueſtri.

2 Ordeacea maſſa cur quo plus tractatur,& teritur, eo magis aluum ſubducere,& leuigare poteſt,habes.8.Prob.Sect.21.

3 Ordeacea maſſa cur nigrior efficitur per trita,triticea candidior,oſtẽditur.16.Prob. Sectio.21.

4 Ordei maſſa contrita cur minor reddit, habes.9.Prob.Sect.21.

5 Ordei maſſa contrita cur minor fit,q̃ triticea,& igne etiam minor redditur, habes. 1.Prob.Sect.21.

6 Ordei farina ſi inſpergaẽ potio, cur min⁹ mera apparet, oſtẽdit.20.Prob.Sect.21.

7 Ordeum qui attractant, ut piſtores, cur imbecilli efficiuntur,triticum uero attractãtes corpore ſunt bene habito, oſtenditur. 24.Prob.Sect.21. Quære Bos.16.✳.

ORDEATIO.Equorum morbus.Quære Equus.61.

ORIGANVS.Herba.

1 Origani puluiſculo inſperſo,ſuas cauernulas deſerunt formicæ,alioq; migrant.4.de Hiſt.cap.8.E.

2 Origanus cur muſto iuncta uinum dulce facit, oſtenditur.35. Prob.Sectio.20. Quære Cunila.

ORION. Cõſtellatio decem & ſeptem ſtellis conſtans.

1 Orionis ortus cur temporis uarietatem inducit,habes.3.Prob.Sect.26.✳.

ORYX.Terreſtre animal quadrupes.

Oryx biſulcus eſt,& unicornis.2.de Hiſt. cap.1.G.&.3.de Part.cap.2.B.

ORPHEVS.Poeta cantatiſſimus.

ad Orpheum quædam carmina referunt, q̃ animal conſtitui in uulua ut implexu retis dicunt.2.de Gen.c.1.H.✳.

ORSODAGNAE.Inſecta.

Orſodagnæ id eſt mordillæ ex uermiculis immutatis,qui in braſſicæ caule procreantur,fiunt.5.de Hiſt.c.19.E.

ORTYGOMETRA. Quære Coturnix.9.

OS.ORIS.

1 Os quo cibus recipitur, commune eſt omnibus animalibus.1.de Hiſt.c.2.A.

2 Os datum eſt ad conficiendos cibos.1.de Hiſt.cap.4.A.

3 Oris magnitudine diſcrimen eſt in animalibus,nam alia illud habent reſciſſum, alia paruum,alia mediocre.2.de Hiſtoria. cap.7.A.

4 Os eſt, quod deſcribitur intra maxillas & labra,cuius partes ſunt palatum & fauces,ineſt etiam lingua.1.de Hiſt.c.11.C.

5 Os quæcũq; habẽt,illis & uoluptas eſt, & dolor per guſtum.4.de Hiſt.c.8.G.

6 Oris differentiæ ſunt ſecundum uſum, quem præſtat animalibus, pluribus enim officiis fungitur in animalibus,ut ad reſpirandum,ad edendum,ad pugnandum.3. de Part.cap.1.C.D.

7 Os ſerie dentium continetur, & conſtat. 3.de Part.c.1.A.

8 Os hominum ieiunorum cur grauius olet, q̃ eorũ,qui aliquid ederint.7.Problemat. Sectio.13.✳.

OS.OSSIS.

1 Os ſiccum & ſolidum eſt,qđ reſpondet illi proportione in aliis.1.de Hiſt.cap.1.C.&. 2.de Gen.cap.4.Y.

2 Oſſa alia ab aliis nexa ſunt,& unam continuant ſeriem modo uenarum, neq; enim eſt ullum os,qđ ſeorſum ipſum per ſe maneat.3.de Hiſt.cap.7.A.

3 Os maxime eſt ſimilarium partium.3.de Hiſt.cap.2.A.

4 Oſſium initium ſpina eſt, quæ compacta ex uertebris a capite ad coxas porrigitur, & animal continet.3.de Hiſt.cap.7.A.&. 2.de Part.cap.9.A.

5 Oſſa ſiue foris uiciſſim tangantur, ſiue alterum alteri inſeratur, neruis ligantur.3. de Hiſt.cap.5.B.

6 Os partim cauum,partim ſolidum eſt, & adeo firmum,ut ferri aciem reſpuat.3.de Hiſtoria.cap.7.B.

7 Os nullum animal habet circa uentrem.3. de Hiſt.cap.7.B.

8 Oſſa coxarum femorum & tibiarum & pedum qua figura & ſitu conſtent, oſtenditur.3.de Hiſt.cap.7.B.

9 Oſſa quædam habēt medullam, quædam non, quædam non uidentur habere, quia exiguam habent.3. de Hiſt.c.7.B.

10 Oſſibus fulciuntur maiora animalia, ſicut minora ſpinis.3.de Hiſt.cap.7.C.

11 Oſſa quæ animalia habeant, quæ careant illis, qua figura,& ſitu inter ſe contineant̃, quibus caua, quibus ſolida ſint, oſtenditur. 3.de Hiſt.cap.8.A.

12 Os pſciſſum nunq̃ creſcit.3.de.Hiſt.c.8.A.

13 Oſſium extrema nōnulla chartilagine cōſtant.3.de Hiſt.cap.8.A.

14 Os nullum flecti aut findi poteſt.3.de Hiſtoria.cap.9.A.

15 Oſſa membranis ſuis ſpoliata ſyderantur. 3.de Hiſt.cap.13.A.

16 Oſſa omnia perfecta proueniunt a natiuitate omnibus animantibus præterq̃ homini, cui ſinciput molle eſt, ſeroq; duratur.7. de Hiſt.cap.10.B.

17 Oſſa data ſunt animalibus oſſa habentibus, ut q̃ mollia ſunt conſeruarent.2.de Part.cap.8.B.

18 Oſſa maiora & firmiora habent animalia uiuipara.2.de Part.c.9.B.

19 Oſſa auium fragilia ſunt.9.de Part.c.9.C.

20 Oſſis & chartilaginis eadem eſt natura, quanq̃ differant pluris & minoris ratione. 2.de Part.cap.9.C.

21 Os nullum ſeorſum per ſe habetur, ſed aut pars continui eſt, aut tangit, aut annectitur, ut natura utatur illo tanq̃ continuo & tanq̃ duobus ad flexum.2.de Partibus.cap.9.A.

22 Os aliquod ſi ſeparatum eſſet, accideret, ut non poſſet fungi ſuo officio flectendi aut dirigendi,& lædere potius poſſet tanq̃ ſpiculum carni infixum.2.de Partibus. cap.9.A.

23 Oſſa colligata ſunt neruis ualide, qua flex⁹ fieri debent, quorum unum rotūdum eſt, alterum cauum, quo tuberculum illud ſeu rotundum recipitur.2.de Part.c.9.B.

24 Oſſa omnia & quicquid oſſis ſpeciem gerit, terrena ſunt.3.de Part.c.2.D.

25 Oſſa reſolui non poſſunt ab igne, quia de cocta fuerunt a calore in generatione.2. de Gen.cap.4.R.

26 Oſſa primum cōſtituuntur ex ſeminali excremento, deinde augetur naturali alimēto.2.de Gen.c.4.DD.

27 Oſſa certo termino augmēti deſcribūtur, & decreſcunt, decreſcente corpore.2.de Gen.cap.4.DD.

28 Oſſa neruos requirunt.5.de Gen.c.7.D.

29 Oſſa ſunt uelut ligna & ferrum quadrigarum, dum animal mouetur.de Cōm.aïal. mot.c.3.C.Quære Caro.8.Chartilago.2. 4.Spina piſcium.1.2.

OSCITANS.

1 Oſcitantes mulieres difficilius pariunt.1.de Gen.cap.11.B.

2 Oſcitantes minus audiunt, qm̃ extremū ſenſorii auditus ad partem ſpiritalem terminetur,& quatiatur una cum inſtrumento ſpiritali, ita ut aures impleri ſpū uideātur.5.de Gen.cap.2.A.

3 Oſcitanti cur reſpondemus ſæpe oſcitando, oſtenditur.2.Prob.Sect.7.

OSSIFRAGA.Auis.

1 Oſſifragæ magnitudo maior eſt q̃ aquilæ, & color ex cinere albicans.8.de Hiſto. cap.3.A.

2 Oſſifraga carniuora eſt.8.de Hiſt.c.3.A.

3 Oſſifraga probe fœtificat, & educat, non tantū ſuos pullos, ſed etiam aquilæ, quos eiicit, parum oculis ualet, nubecula enim oculos habet læſos.9.de Hiſt.cap.34.A. Quære Aquila.21.

OSSOLES.

Oſſoles polypi ſpecies.4.de Hiſtoria.cap. 1.F.Quære Polypus.8.

OSTREA.Teſtatum aquatile.

1 Oſtrea cum degat in aquis, nhil tamen recipit aut aeris aut aquæ.1.de Hiſt.c.1.D.

2 Oſtreæ etiam ſaxis abſolutæ mouere ſe nequeunt.1.de Hiſt.c.1.E.

3 Oſtreis inde origo eſt, ubi eſt cœnum.5. de Hiſtoria.cap.15.D.

4 Oſtreæ habent meatum parte ſuperiore, quo excrementa reddūt.8.de Hiſt.c.2.D.

5 Oſtrearum differentia ponitur.2.de Partibus.cap.4.B.

6 Oſtreæ teſta foris munitæ ſunt.2.de Partibus.cap.8.R.

7 Oſtreis id, quod ouum appellatur, in altero tantūmō latere eſt.4.de Partibus. capit.5.H.

8 Oſtreas non emittere ſemen genitale, eo argumento oſtenditur, φ cum allatæ fuiſſent a Chiis ex Pyrrha ciuitate inſulæ Leſbi & in mare demerſæ eſſent, plures numero deinde nō ſunt inuētæ, q̃uis incremento corporis profecerint.3.de Generatione.cap.11.G.

9 Oſtrea planta aquatilis eſt.3.de Generatione.cap.11.A.

10 Oſtreas non emittere ſemen genitale, q̃ oſtendant, habes.3.de Gen.cap.11.H.



11 Oſtreæ ſpōte prouenerunt apud Rhodū. 3.de Gen.cap.11.I.

12 Oſtreæ quomō generent̃, & φ ſemen nō emittant, oſtenditur.3.de Gen.c.11.F.

OTIS.Auis.

Otis id eſt auis tarda.9.de Hiſt.c.33.A. Quære Tarda auis.

OTVS.Auis.

Otus id eſt auritus ſimilis eſt noctuæ pinnulis circiter aures eminentibus præditus. Vlulam aut aſionem eum nonnulli appellāt, blatero eſt,& hallucinator,& planipes, ſaltantes etiam imitatur. Capitur intentus in altero aucupe, altero circumeūte.8.de Hiſt.c.12.C.Quære Aſio.Vlula.

OVIPARA.

1 Ouiparorum pulmo.Quære Pulmo.

2 Ouiparorum quadrupedum crura quo modo flectantur.Quære Crus.

3 Ouipara dicuntur, quæ ouum pariunt.1. de Hiſt.cap.6.A.

4 Ouipara omnia ſiue bipeda ſiue quadrupeda teſtes habent lumbis innexos.3.de Hiſt.cap.2.D.

5 Ouipara terreſtria cortice integuntur.3. de Hiſt.cap.10.A.

6 Ouipara quadrupeda quo tempore coeāt, quoue pariant,& qualis, & quando ſit fœtura, habes.5.de Hiſt.c.33.per totum.

7 Ouipara diutius morantur in coeundo, q̃ uiuipara.5.de Hiſt.c.5.A.

8 Ouiparorum animalium partes exteriores explicantur.4.de Part.c.11.per totum.

9 Ouipara alia ædunt ouum perfectum, ut aues, alia imperfectum ut piſces.2.de Gen.cap.1.C.

10 Ouipara quæ ſint, habes.2.de Generatione.cap.1.D.E. Quære Ouum.✳.

OVIS.

1 Oues feræ reperiuntur, ſicut & placidæ.1. de Hiſt.c.1.H.&.1.de Part.c.3.C.

2 Oues mammas habent binas inter crura. 2.de Hiſt.cap.1.I.

3 Oues ſi ex quibuſdam aquis biberint,& mox inierint, nigros generant agnos. Vt ſi biberint ex Pſychro flumine Thraciæ in terra Aſyritide agri Chalcidici.3. de Hiſt.cap.12.A.

4 Oues flauas reddere creditur Scamander fluuius, quamobrem Xanthus appellatur ab Homero.3.de Hiſt.c.12.A.

5 Oues præcipue renum pinguedine nimia intereunt.3.de Hiſt.c.17.A.

6 Oues Pyrrhicæ in Epiro a Pyrrho rege cognominatæ egregia magnitudine ſunt. 3.de Hiſt.cap.21.A.

7 Ouibus præcipue durat lac.3.de Hiſtoria. cap.21.B.

8 Oues ſomniant.4.de Hiſt.c.10.A.

9 Oues parere poſſunt uſq; ad octauum annū, & ſi bene curentur, uſq; ad undecimum pariunt.5.de Hiſt.c.14.D.

10 Oues anniculæ coeunt,& utro ferunt.5.de Hiſt.cap.14.C.

11 Oues rediuos habent, pediculis carent.5. de Hiſt.cap.31.B.

12 Oues abortiunt, ſi imber a coitu acceſſit Pariūt magna ex parte ſingulos, ſed aliqñ binos, ternos, & quaternos. Ferunt uterum quinq; menſibus, terno aut quaterno coitu implentur.6.de Hiſt.c.19.A.

13 Oues ad denos annos uiuunt, bis pariunt anno, ſi pabuli copia,& cæli clementia iuuet.6.de Hiſt.cap.19.A.

14 Ouium duces ad quindenos annos uiuūt. Singuli ſingulis ouilibus conſtituuntur, quo quoties ſuo nomine uocātur a paſtore, antecedunt, qđ ab ineunte ætate facere aſſueſcunt.6.de Hiſt.c.19.A.

15 Oues Aethiopicæ uel ad tertium decimū annum uitam perducunt.6.de Hiſtoria. cap.19.A.

16 Oues coeunt, quandiu uiuunt.6.de Hiſt. cap.19.A.

17 Oues mares aut fœminæ generantur tam ui aquarum q̃ admiſſariorum.6.de Hiſt. cap.19.A.

18 Oues craſſiorem reddunt urinam, q̃ mares.6.de Hiſt.c.18.E.

19 Oues mares concipiuntur aquilonis flatu, ſicut fœminæ, flante auſtro.6.de Hiſtoria. cap.19.A.

20 Oues talis coloris generantur, qualis fuerit color uenarum ſub lingua arietis.6.de Hiſt.cap.19.A.

21 Oues cum iniuntur, ſpectare debent ad aquilonem. Quæ mane iniri ſolent, ſi ſero diei marem admiſeris, non patiuntur.6.de Hiſt.cap.19.A.

22 Oues in grege ſi maiores natu excitantur tempeſtiue in libidinem, annum gregi facilem paſtores cenſent, ſi uero minores, infelicem.6.de Hiſt.cap.19.A.

23 Oues herba ueſcuntur, paſcuntur ſedulæ & ſtabiles. Pingueſcunt potiſſimū ex potu, quare ſalem æſtate quinto quoq; die dare ſolent, ſingulis centenis ſingulos modios, pingueſcunt olea, oleaſtro, aphaca, palea herba, pingueſcūt meli⁹, ſi pri⁹ tridui inedia fatigētur. Paſcua ad occaſum uergētia, meliora illis ſunt. Aqua autumno aquilonia q̃ auſtrina melior, labore extenuantur.

Validior ouis iudicatur,quæ hyeme prui-
nam ſupra uellus ſeruet,nam q̃ excutit,im
becilla eſt.Caro earum deterior, ſi paluſtri
loco paſcuntur q̃ æditiore. Oues quibus
cauda amplior,patiētiores ſunt frigoris,&
glabræ excutiores q̃ ueſtitiores,criſpæ etiā
algoris impatientes ſunt. Ouium a lupo
occiſarum uellera aptiora ſunt ad procreā-
dos pediculos q̃ alia.8.de Hiſtoria.cap.
10.per totum.

24 Oues cornigeræ ſtatim generantur in
Aphrica.8.de Hiſt.c.28.B.

25 Ouem tot morbis infeſtari,quot homo in
feſtatur, dicunt uſu periti.8.de Hiſtoria
cap.24.

26 Oues ſunt in Syria cauda lata cubiti men
ſura.8.de Hiſt.cap.28.A.

27 Oues maiores generantur in Aegypto q̃
in Græcia.8.de Hiſt.c.28.A.

28 Ouis mores amentes & ſtultiſſimi ſunt &
ineptiſſimi omnium quadrupedum, re-
pit enim in deſerta ſine cauſa, hyeme eti-
am obſtante egredi. Occupata ouis a ni-
ue,niſi paſtor compulerit, abire non uult,
ſed perit deſiſtens.Vnde prouerbio dicit.
Ouis mores p ſtultiſſimis.9.de Hiſtoria.
cap.2.A.

29 Oues difficilius quieſcunt,q̃ capræ, tole-
rant tamen magis frigus,cubant per cog-
nationem,facto ſtrepitu, docēt illas paſto
res congregari.9.de Hiſt.c.3.A.

30 Ouem,quam ceperit lupus, iugulat.9.de
Hiſt.cap.6.B.

31 Ouium renes æquabiles ſunt.3.de Parti-
bus.cap.9.A.

32 Oues ſi renibus pingueſcant nimis, ſyde
rātur, & intereunt.3.de Part.c.9.D.

33 Ouis lienem habet rotundum.3.de Parti
bus.cap.12.A.

34 Ouibus quibuſdam coaluit podex.4.de
Gen.cap.4.Q.

35 Ouis aliquādo nata eſt capite bouis.4.
de Gen.cap.3.H.

36 in Ouibus magis accidunt monſtra.4.de
Gen.cap.4.B.

37 Ouium omniū oculi aquino colore ſunt.
5.de Gen.cap.1.E.

38 Ouium pilus tenuis eſt,quia licet cutis ſit
craſſa,meatus tamē tenues ſunt, uellus qp
pe ouium multitudo capillorum eſt.5. de
Gen. cap.3.D.

39 Oues frigidi tractus contra q̃ homines af
ficiuntur in pilo.Nā oues duro pilo ſunt,
ut in Sarmatia,homines uero molli & ſim
plici.5. de Gen.c.3.D.

40 Oues cur maiorem lactis copiam reddūt,
q̃ boues,aut mulieres proportione corpo-
ris,habes.6. Prob.Sect.1.

41 Ouibus expilatis cur mollior pilus ſub-
naſcitur,habes.24.Prob.Sect.10.

42 Ouium pili cur quo prolixiores ſunt, eo
ſunt duriores,habes. 25. Problemate. Se-
ctio.✳.

OVVM.

1 Ouum generant quædam animalia.1.de
Hiſt.cap.5.A.

2 Ouum ex fœtibus perfectis id uocamus,
cuius ex parte ſcilicet cādido animal prin
cipio conſiſtit.Reliquum uero id eſt lute-
um,eſt alimentum ei, quod gignitur.1.de
Hiſt.cap.5.A.&.3. de Generatio.c.1.H.&
1.cap.20.L.

3 Ouum aut putamine cōtinetur teſtaceo,
& bicolor eſt, quale auium ouum eſſe ui-
demus,aut cute molli obducitur,& unico
lor,quale pariūt chartilaginea,& uermes.
1.de Hiſt.cap.5.A.

4 Ouum quæ pariunt quadrupeda, cortice
integuntur omnia.1.de Hiſtor.c.6.A.

5 Oua nullum animal terreſtre parit, quin
idem aut quadrupes ſit,aut pedibus care-
at omnino.2.de Hiſt.c.10.A.

6 Ouum & uermis hoc differunt,ꝙ uermis
eſt,ex quo toto animal gignitur,ouum ue
ro eſt,ex cuius parte animal gignitur,re-
liquum eſt cibus ei,quod gignitur. 2. de
Hiſt.c.3.C.

7 Oua ſubuentanea ſunt, quæ uento con-
cipiuntur,quæ græce ὑπηνέμια appellan-
tur.5.de Hiſt.c.1.B.

8 Oua omnia uolucrū duro putamine con
ſtant,niſi deprauata ſint.6.de Hiſtoria.ca
pit.2.A.

9 Oua gallinarum molli putamine cōſtant
aliquo uitio.6.de Hiſt.c.1.A.

10 Ouum auium intus bicolor eſt,luteū inte
rius,album exterius.6.de Hiſtoria. capit.
6.A.

11 Oua aquaticarum auium in hoc differūt
ab ouis aliarum auium,ꝙ aquaticarū oua
plus lutei habent.6. de Hiſtoria.c.2.A.

12 Oua colore differunt inter ſe. Nam alia
pallida,alia alba,alia punctis diſtincta,alia
rubra, ut minium. 6. de Hiſtoria. capit.
2.A.

13 Oua ipſa in ſe ſuum habent diſcrimen,
quippe quæ parte ſui acuta ſunt,parte la-
tiora.Exeunt autem oua,cum gignuntur
parte latiore.6.de Hiſt.c.2.A.

14 Oua oblonga & faſtigio acuminata fœ-
minam ædunt, quæ uero rotundiora ſūt,
& parte ſui acutiore obtuſa orbiculum ha



bent,marem gignunt.6. de Hiſtoria. cap.
2.A.

15 Oua non ſolum excluduntur incubitu a-
uium,ſed etiam ſponte in terra,ut in Ae-
gypto obruta fimo pulliciem procreant.
6.de Hiſt.c.2.A.

16 Oua cum in quibuſdam uaſis tepidis eſ-
ſent coniecta,ſponte pullos prompſere.6
de Hiſt.c.2.A.

17 Oua ſtorea contecta donec excluderen-
tur,bibebat quidam potor Syracuſis. 6.
de Hiſt.c.2.B.

18 Oua quo corporis loco concipiāt aues,
& quomodo perficiantur, & quo colore
conſtent, & qua magnitudine, habes. 6.
de Hiſt.c.2. B.

19 Oua ὑπηνέμια id eſt ſubuentanea, qui
dicunt eſſe partus reliquias, non ſunt au-
diendi, quia gallinæ & anſeres ante coitū
ὑπηνέμια pepererūt.Sunt uero talia oua
ſterilia.6.de Hiſt.c.2.B.

20 Oua ſubuentanea pariunt gallinæ, anſe-
res,uulpanſeres,perdices,pauones,& colū
bæ.6.de Hiſt.c.2.C.

21 Oua ſubuentanea a quibuſdam zephyri
na dicuntur,quia aues ex Zephyro ſeu fa-
uonio fœcundos flatus recipere uideantur
6.de Hiſt.c.2.C.

22 Oua ſubuentanea quomodo fœcūda red
dantur,habes.6.de Hiſt.c.2.C.

23 Oui uitellus & albumen naturam habēt
contrariam,non ſolum colore, ſed etiam
uirtute. Nam uitellus frigore ſpiſſatur, al-
bumen magis humet,contra albumē ſpiſ-
ſatur igni,uitellus nonniſi peruritur.6. de
Hiſtoria.c.2.C.&.3.de Generatione.cap.
2.D.E.

24 Oui albumen & uitellus membrana inter
ſe diſcernuntur.6.de Hiſt.c.2. D.

25 Oui grandines duæ,quæ adhærent initio
uitelli,nihil ad generationem conferunt.
6.de Hiſt.c.2.D.

26 Oua ſi quis rupto putamine, coniiciat in
patinam,& molli igne coquat,uitelli om-
nes in medium coeūt,albumina uero cir-
cumſtant,& ſe in oras cōſtituunt.6. de Hi
ſtoria.cap.2. D.&.3. de Generatione. ca-
pit.1.L.

27 Ouum gallinæ conſiſtit a coitu,& perfici
tur decem diebus magna ex parte.6. de
Hiſt.c.2.E.

28 Ouorum auium differentias & de eorum
incubatu,habes.6.de Hiſtoria.capit.2.per
totum.

29 Ouorum pulli quomodo perficiant.Quæ
re Pullus.

30 Oua quædam, etiam quæ marium coitu
pariunt aues,infœcunda ſunt, q̃uis incu-
bitu foueantur.6.de Hiſt.c.3.D.

31 Oua gemina binis conſtant uitellis, qui
ne confundantur, facit quoddam præte-
nue ſeptum albuminis,alii uitelli cōtactu
mutuo ſine ullo diſcrimine iunguntur. 6.
de Hiſt.c.3.D.

32 Oua gemina quomodo excludantur, &
quales ex eis pulli proueniant,habes.6.de
Hiſt.c.3.D.

33 Ouum urinum dicitur illud tertiū, quod
non excludunt columbæ. 6. de Hiſtoria.
cap.4.A.

34 Ouum piſcium omnium non eſt bicolor
ut auium,ſed unicolor, & plus albi q̃ lutei
habet.6.de Hiſt.c.10.A.

35 Ouum omnium piſcium quale ſit,oſtendi
tur.6.de Hiſt.c.3.A

36 ex Ouo piſcium quomodo piſcis genere-
tur,oſtenditur.6.de Hiſt.c.13.C.

37 Ouum teſtatorum quale ſit,habes. 4. de
Part.c.5. G.

38 Ouum quæ pariunt,ſanguinea ſunt.2.de
Gener.c.1.C.

39 Ouum quæ pariant,& qualia,habes.2.de
Gen.c.1.D.E.

40 Oua zephyrina ſeu ſubuētanea, quæ aues
pariant,& quam ob cauſam, habes.3. de
Gener.c.1.B.C.

41 Ouum non eſt rotundum,ſed altera par-
te acutius,& ea parte qua acutius eſt,du-
rius eſt, quia eſt ea pars principium oui,
& ideo operienda & cuſtodienda, adhæ-
retq; ea parte ouū corpori, & propterea
exit poſterius.3.de Gener.c.2.A.

42 Oua calidorum animalium candido & lu
teo ſunt diſtincta,& plus habent candidi.
3.de Gen.c.1.I.

43 Ouum perfectum molle adhuc exit,nam
dolorem moueret,niſi ita exiret,egreſſum
autem ſtatim duratur.3. de Generatione
cap.2.A.

44 Ouum quomodo & qua parte augeatur
intra uterum ouipari,oſtenditur.3. de Ge
nerat.c.2.A.B.

45 Ouum cōtra q̃ animal naſcitur,nam cæ-
tera animalia in caput naſcuntur, ouum
uero quaſi in pedes.3.de Generatione.ca
pit.2.B.

46 Oua ſine parentis incubitu excludūtur,
ſi locus aut tempus tepidum ſit.3. de Ge-
ner.cap.2.C.

47 Oua quadrupedum robuſtiora ſunt, aui-
um uero fragiliora.3.de Generatione.ca-
pit.2.C.

48 Oua urina id eſt deprauata potius calo-
ris tpe fiunt q̃ frigoris.3.de Gen.c.2. D.
49 Oua ſubuentanea quomodo fiãt, habes.
3.de Gen.c.1.I.
50 Oua ſubuentanea non fiunt auibus uo-
lacibus.3.de Gen.c.1. B.E.
51 Ouum animal nullum exangue generat.
3.de Gen.c.1.F.
52 Ouorum natura qualis ſit,& cur alia uni
colora alia bicolora ſint,& quæ ſubuenta
nea,& cuius naturæ,& quare generẽtur,
& quæ plura,quæ pauciora ædant, oſten
ditur.3.de Gener.c.1.per totum.
53 Oui animal celerius perficitur diebus tepi
dis,nã calore iuuatur.3. de Gen.c.2. D.
54 Oua uncunguium auium ſæpe fiunt uri-
na,id eſt irrita,uel alterum e duobus, ter
tium fere ſemper.3.de Gen.c.2. D.
55 ex Ouo animal quomodo formetur, ha-
bes.3.de Gen.c.2.E.F.
56 Ouorum teſta tutela eſt contra detrimen
ta,quæ extrinſecus adueniant.3. de Gen.
cap.3. A.
57 Ouorũ inter ſe differentia,& quæ anima
lia prius intus oua pariant,& mox animal
ædant,& quæ foras ouum pfectũ pariãt,
habes.3.de Gen.c.3.per totum.
58 Oua ſubuentanea perfici uſq; ad anima-
lis fœcunditatem,impoſſibile eſt.3.de Ge
nerat.c.7.B.
59 Oua geminis uitellis cur fiant,habes. 4.
de Gen.c.4.A.Quære Vlcus.3.
60 Ouis confractis ſupra arietum pelles re-
center detractas & uibicibus ſuperimpoſi
tas,tolluntur uibices.1.Prob.Sect.9.✳.

P

PAGER.Piſcis.
Pager quandoq; pela
gus,q̃nq; littus inco-
lit.8.de Hiſt.c.13. A.
PAGVRVS. Quæ-
re Cancer.4.
PALATVM.
1 Palatum pars oris ẽ.
1.de Hiſt.c.11.C.
2 Palatũ quale ſit piſcibus, habes.2.de Par-
tib.c.17.C.
PALEA.
Paleæ fructus duros atq; incoctos emolli-
unt,maturitatẽq; adducũt,mites aũt & cõ
coctos nõ putrefaciunt.13.Prob.Sect.22.
Quære Vox.26.
PALESTRITAE. Qui in paleſtra exer
centur.
Paleſtritæ per puluerem in genua ſubſidẽ
tes non tuto procurrunt.de Com. anim.
greſſ.c.3.B.Quære Pugil. Quinquertio.
PALMA.Manus.
Palma pars manus eſt.1.de Hiſt.c.15. A.
Quære Manus. 2.
PALMIPES.Quære Auis.16.64.79.100
PALPEBRAE.
1 Palpebræ appellantur partes illæ,quæ ſu-
perius & inferius oculos tegunt, quarum
extremo ambitui qui hærent,pili appellã-
tur.1. de Hiſt.c.9.A.
2 Palpebrarum cutis ſi uulneretur, non co-
it,quia ſine carne eſt.1.de Hiſt.c.3.A.&.3
de Hiſt.c.11.A.&.2.de Part.c.13.A.
3 Palpebra utraq; cilium habet homo, qua-
drupes uero parte ſuperiore tãtum.2. de
Hiſt.c.1.D.
4 Palpebrarum pili nũq̃ plus iuſto creſcũt.
3.de Hiſt.c.11.C.
5 Palpebrarum pili tardiſſime caneſcunt,de
fluunt tñ p nimiũ coitũ.3.de Hiſt.c.11.C
6 Palpebrarum pili congeniti ſunt. 3.de Hi-
ſtoria.c.11.C.
7 Palpebras quæ habent, dormiſcunt cõni-
uendo.4.de Hiſt.c.10.A.
8 Palpebra inferiore conniuent aues.2. de
Part.c.13.A.
9 Palpebræ datæ ſunt animalibus pſidii &
ſalutis oculorum gratia,quibuſdam uero
aliquid palpebrarum proportionale.Si ue
ro animalia ſint durorum oculorum,nul
las palpebras habent,nec aliquid propor
tionatum illis.2.de Part.c.13.per totum.
10 Palpebram geminam habent, quæ anĩal
pariunt,& utraq; conniuere ſolent. 2. de
Part.c.13.A.
11 in Palpebra ſupiore habet pilos Struthi-
ocamelus.4.de Part.c.14.A.
12 Palpebræ diſtinctæ apparent in fœtu. 2.
de Gen.c.4.CC.
13 Palpebras attollere non poſſumus, ſi ca-
put grauetur aut ſomno aut temulentia,
aut alia ſimili cauſa.2.de Gener.c.4.CC
14 Palpebrarum pili cur quibus decidunt,
ſalaces & libidinoſi ſunt,oſtẽditur.19.Pro
blem.Sect.4.✳.
PALVMBES.Aues.
1 Palumbes camporum incolæ ſunt. 1. de
Hiſt.c.1.H.
2 Palumbes bina oua pariunt.6.de Hiſt.c.
1.A.&.c.4.A.
3 Palumbes trimeſtres coire & fœtificare,a
liqui referunt,argumento q; larga eorum
copia eſt.6.de Hiſt.c.4.B.
4 Palumbes gerunt uterum quatuordecim
diebus,& totidem aliis incubant, & toti
dem aliis adeo uolucer ſit fœtus, ut uix



poſſit apprehendi.6.de Hiſt.c.4.B.
5 Palumbium uita uel ad quadraginta an-
nos durare exiſtimatur.6.de Hiſt.c.4.B.
6 Palumbium fœmina incubat a poſtmeri-
diano incipiens,totaq; nocte & uſq; ad tẽ-
pus ientaculi perſeuerans,in reliquo tem-
pore mas incubat.6.de Hiſto.c.8.A.
7 Palumbes frugibus ueſcuntur.8.de Hiſto
ria.capit.3.C.
8 Palumbes liuiæ diſcedũt a nobis hyeme.
8.de Hiſtoria.capit.2.B.
9 Palũbes cũ abeũt a nobis,aut redeũt,gre-
gatim uolant.8.de Hiſt.cap.12.B.
10 Palumbes nõ reſupinant collum,dum bi
bunt.9.de Hiſtoria.cap.2.B.
11 Palumbes uiuit uno mare contenta.9.de
Hiſtoria.capit.7.B.
12 Palumbium allectatricum,quæ domi ex-
cæcatæ aluntur,prius mas q̃ fœmina mo-
ritur.Nidulãtur in iis locis,quibus turtu-
res.9.de Hiſtoria.capit.7.B.
13 Palũbes nõ gemunt hyeme,incipiũt autẽ
gemere uere.9.de Hiſtoria.c.49.C.
14 Palumbes cæcos pariũt pullos. 4.de Ge-
neratione.cap.6.B.
PALVMBVS.Auis.
1 Palũbi quidã latẽt,quidã nõ, ſed cũ hirũ-
dinibus abeunt.8.de Hiſto.c.16.A.
2 Palumborum partum iuuant ſquallores.
8.de Hiſtoria.capit.18.C.
PALVS MAEOTIS.Quære Mæotis.
PAMPHILA.Fœmina quædam.
Pamphila Latoi filia dicitur prima fuiſſe
in Co inſula,quæ bombycia texuerit.5.de
Hiſtoria.capit.19.C.
PANATHENAEA.Ludi ſacri Miner-
uæ Athenis.
Panathenæa.1.de Generatione.c.8.H.
PANCREVM.Interpretaẽ totũ carneũ.
ad Pancreum tendit uena quædam.3.de
Hiſtoria.capit.4.A.
PANIS.
1 Panes frigidi cur albiores cernũtur q̃ ca-
lidi,oſtenditur.4.Problemat.Sect.21.
2 Panes non ſaliti cur plus ponderant q̃ ſa-
liti,habes.5.Prob.Sect.21.
3 Panes frigidi humefacti ſi inuicem iungã
tur,cur non cohærent, calidi uero cohæ-
rent,oſtenditur.6.Prob.Sect.21.
4 Panis bis coctus refrigeratꝰ cur minꝰ du
ritiem præfert, oſtẽdiẽ. 12. Prob.Sect.21.
5 Panes parum aut nimium triti cur rum-
puntur,oſtenditur.16. Prob.Sectio.21.
PANTHER. Lupus canarius. Quære
Lupus canarius.
PANTHERA.Id eſt pardalis.
1 Panthera perpetuo fera eſt,nec unq̃ cicur
ſit.1.de Hiſt.cap.1.G.
2 Pãtheræ quaternas mãmas habẽt in uen-
tre.2.de Hiſtoria.capit.1.I.
3 Panthera ſerratos dentes habet.2. de Hi
ſtoria.capit.1.M.
4 Pantheræ in Aſia naſcũtur,& non in Eu-
ropa.8.de Hiſtoria.cap.28.C.
5 Panthera fœmina animoſior eſt,q̃ mas.9.
de Hiſtoria.capit.1.A.
6 Pãthera cum uenenum Pardalianches di
ctum ab angore ederit, hominis ſtercus
quærit,quo iuuatur. Quocirca uenatores
ſtercus ſuſpendũt ex arbore,illa uero inſi
liens,& ſpe capiendi perſeuerans in ſe ef-
ferẽda emoritur.9.de Hiſtoria. cap.6.A.
Quære Aconitum.
7 Panthera abſcõdens ſe uenaẽ belluas,quæ
eius odore delectãtur.9.de Hiſto.c.6.A.
8 Panthera cor magnũ habet proportione
corporis.3.de Part.capit.4.G.
9 Pantheræ uariæ ſunt toto genere.5.de Ge
neratione.capit.6.A.
10 Pãthera ſola omnium animaliũ ſuauiter
olet,reliqua uero nõ. Panthera autẽ non
niſi beſtiis bene olet,ferunt eñ a pãthera
ſuaueolẽtiã ſpirari illis.4.Prob.Sect.13.
PANVS.Quære Renes.12.✳.
PAPAVER. Atramentum mollium.
Quære Atramentum.
PAPAVER.Herba.
Papauer ſerere iuxta apum aluearia ex-
pedit.9.de Hiſtoria.capit.40.O.✳.
PAPAVERCVLVM. Quære In-
fans.1.
PAPILIO.Inſectum.
1 Papilioni prætenduẽ antennæ ante ocu
los.4.de Hiſtoria.cap.7.B.
2 Papiliones quomodo generẽtur, habes.
5.de Hiſtoria.capit.19.B.
3 Papilionum quoddam genus inter oĩa
inſecta uermem nõ facit,ſed durũ quod-
dam ſimile Cartamo. 5.de Hiſt.ca.19.A.
4 Papilionum genera ex nullis animalibus
oriuntur.1.de Generatione.c.18.E.
PAPILLA.
Papilla eſt,per quam fœminis lac trãſmiſ-
ſum elicitur. 1.de Hiſtoria. capit. 12.A.
Quære Mamma.3.
PAPVLAE.Puſtulæ ſunt in ſumma cu-
te, quæ Græci exanthemata dicũt.
Papulæ præter naturã ſunt in corpore.1.
de Generatione.c.18.M.Quære Inflãma-
tio.Renes.
PARDALIANCHES. Aconitum ue-
nenum.

Pardaliaches uenenum dictum ab angore leonem & pantheram occidit.9.de Hiſtoria.cap.6.A. Quære Panthera.6.

PARDALIS. Quæ & panthera. Quære Panthera.

PARDALVS. Auicula.

Pardalus auicula gregatim uolat, colore cinereo tota, magnitudine mollicipitis, pēnis ac pedibus bonis, uocem frequētem nec grauem emittit.9.de Hiſt.c.23.A.

PARENS.

1 Parentes ipſos occidunt ſcorpiones.5.de Hiſtoria.capit.26.A.

2 Parentes ipſos occidunt phalangia. 5.de Hiſtoria.capit.27.A.

3 Parentibus ſuis qui omnino ſimilis non eſt, monſtrum quodammodo eſt, diſceſſit enim ab eo quodammodo natura ex ſuo genere.4.de Generatione.c.3.A.

4 Parentibus cur filii ſimiles aliquādo ſunt, aliquando non ſunt, oſtenditur.4.de Generatione.capit.3.per totum.

5 Parentes ſectantur quædam animalia ſtatim ab ortu, quædam ſero, quædam uix nunq̄.34.Problemat.Sect.19.

6 Parentes quæ animalia alant ſenes. Quære Ciconia.4.Merops.3.✳.

PARERE.

1 Pariant quæ ſemel in anno, & quæ pluries, habes.5.de Hiſtoria.cap.9.& cap.11.&.12.13.&.capit.14.per totum.

2 Pariunt cæteræ quadrupedes iacētes præter equam.9.de Hiſtor.cap.22.B.

3 Parere mulieres quæ non poſſunt, ſi aliis uiris iungant, aliquādo pariūt, & quæ parere fœminas ſolent, ſi aliis iungātur, mares pariunt, aut econtrario. Sæpe etiam ætate mutantur, ut quæ prius maſculos parere conſueuerunt, fœminas pariant, & econtrario.7.de Hiſtoria.cap.6.A.

4 Pariunt difficilius illæ mulieres, quæ uitā ocioſam & ſellulariam degunt.7.de Hiſtoria.capit.9.A.

5 Pariant quæ facilius, quæ difficilius, habes.7.de Hiſtor.c.9.per totum.

6 Pariunt facilius omnes fœminæ aliorum animalium, q̄ mulieres.7.de Hiſt.c.9.A.

7 Pariendi dolores quibus locis incubant, & quibus locis ſi incubant, facilius aut difficilius pariant mulieres, habes. 7. de Hiſtoria.capit.9.per totum.

8 Pariunt facilius illæ mulieres, quæ paulo ante partū cōcubuerint.7.de Hiſt.c.4.B

9 Pariūt quædam animal ſibi ſimile, & alia nondum explanatum, alia ouum, alia uermem.2.de Generatione.cap.1.B.C.D.

10 Pariant cur ſingulos aliqua, alia plures, habes.4.de Generatione. capit.4.per totum.&.16.Problemat. Sect.10.

11 Pariant quæ animalia animal perfectū, & quæ imperfectum, & quā ob cauſam, oſtēditur.4.de Generatione.c.6.per totū.

12 Pariūt cur alia celerius, alia diutius uterū gerūt, hēs.11.Prob.Sect.10. Quære Part⁹.

PARYPATE. Chorda quædam in muſica. Quære Cantare. Vox.

PARMENIDES. Philoſophus Eleata.

Parmenides mulieres calidiores eſſe uiris dixit, argumēto copiæ ſanguinis earū in menſtruis, cuius contrarium Empedocles opinatus eſt.2.de Partibus.cap.2.C.✳.

PARNASVS. Mons in Phocide. Quære Epipetrum.

PARS.

1 Partes ſimilares priores ſunt diſſimilaribus, & affectionibus diſtinguuntur. 1.de Generatione.capit.18.C.D.

2 Partes diſſimilares ex ſimilaribus cōſtāt. 1.de Generatione.capit.18.B.

3 Partium affectiones, quibus inter ſe differunt, ponuntur.5.de Gener.c.1.per totū. Quære Animal.1.2.3.4.✳.

PARTVS.

1 Partus animalium uariantur, ſecūdum regiones ubi degunt, nō tantū ſecūdū magnitudinem aut habitum, ſed etiā ſecūdū numerum pariendi. 5.de Hiſt.c.11.A.

2 Partus uiuiparorum, & eorum, quæ non niſi coeundo progenerant, quādo fiat, & quomō, habes.5.de Hiſt. c.14.per totum.

3 a Partu ferociunt fœminæ.6.de Hiſtoria. capit.18.D.E.

4 a Partu fœminæ in omīb⁹ animalib⁹ purgantur.6.de Hiſtoria.cap.18.D.E.

5 Partus quoto menſe ſi ædantur, ſint uitales, & quoto non ſint uitales, habes. 7.de Hiſtoria.cap.4.B.C.

6 poſt Partum animalia quædam cur efferantur, alia non efferantur, oſtenditur.37. Problemat.Sect.10.

7 Part⁹ difficilis uel facilis mulierib⁹ unde proueniat. Quære Mulier.29.36. Parere.

PARVS. Auicula.

1 Parus uermiculos petit.8.de Hiſt.c.3.A.

2 Pari tria genera ſunt.8.de Hiſt.c.3.A.

3 Parus oua plurima, ut aiunt, parit. 9.de Hiſtoria.capit.15.A.

4 Parus auicula iniuriam maxime infert apibus.9.de Hiſtor.c.40.I.

PARVVM.

Paruum non continet magnum, continetur tū a magno. 2.de Part.cap.17.A✳.



PASSER. Piſcis.

1 Paſſeres quomodo uenētur alios piſces, habes.9.de Hiſt.capit.37.A.

2 Paſſer piſcis oua ædit, ſed non inuenitur in illa ſpecie mas & fœmina. 2.de Hiſtoria.capit.11.C.

3 Paſſeris effigiem qui repræſentāt piſces, trāſuerſi natant.de Cōm.aial.greſſ.c.7.A.

PASSER. Auis.

1 Paſſer fel habet inteſtino iunctum. 2.de Hiſtoria. capit.15.C.

2 Paſſer cito perficit coitū.5.de Hiſt.c.2.A.

3 Paſſeres uermiclos petūt.8.de Hiſt.c.3.A.

4 Paſſerum etiā mares non plus anno quidam uiuere dicunt, argumento quod initio nulli mentum nigrum habere uideantur.9.de Hiſtoria.capit.7.B.

5 Paſſer ſe lauat, & puluere uolutatur.9.de Hiſtoria.capit.19.C.

6 Paſſer cæcos parit pullos. 4.de Generatione.capit.6.B.✳.

PASTINACA. Piſcis.

1 Paſtinaca pinnis caret, & chartilaginea plana eſt, & ſua latitudine natat. 1. de Generatione.cap.5.B.

2 Paſtinaca quomodo coeat, oſtenditur.5. de Hiſtoria.capit.5.A.

3 Paſtinaca nō poteſt recipere ſuos fœtus intra ſe propter caudæ aſperitatem. 6.de Hiſtoria.c.10.D.&.4.de Part.c.13.A.

4 Paſtinaca pelagia eſt & non littoralis.8. de Hiſtoria.capit.13.A.

5 Paſtinaca quomodo piſces uenetur, habes.9.de Hiſtoria.cap.37.A.

PATELLA.

1 Patella aquatile teſtatū.4.de Hiſt.c.4.A.

2 Patellarum os in terra uerſum eſt, & qua excrementa emittunt ſurſum eſt, quia paſtum ex imis petunt.4.de Hiſto. c.5.B. Quære Oſtrea.4.

3 Patellæ rimis & cauernis ſaxorum proueniunt.5.de Hiſtoria.cap.15.D.

4 Patella ſaxis, quib⁹ hæret, abſoluitur, & in paſtum mouetur. 4.de Hiſtoria.ca.4.B. &.8.de Hiſtoria.capit.2.D.

5 Patellæ abſolui a ſaxis ſolent, alioq̄ tranſire.5.de Hiſtoria.capit.16.A.

6 Patella quodammodo biualuis eſt. 4.de Partibus.capit.5.E.

7 Patellæ continent papauer in ſuo fundo. 4.de Partibus.capit.5.G.

PATER.

Patri aliquando ſunt filii ſimiles, aliquādo nō, quod exēplis oſtēdit.7.de Hiſt.c.6.B. &.4.de Gener.c.3.per totū. Quære Generans.1.2.16.Parens.✳.

PATI.

Patiendi & agendi principium eſt inter ea, quæ mutuam habent naturam, de Cōmuni.animal.greſſu.cap.3.B.✳.

PAVO. Auis.

1 Pauones inuidi ſunt & ornatus & polituræ ſtudioſi.1.de Hiſtoria.cap.1.I.

2 Pauo pennas amittit cum primis frondibus arborum, recipit cum earū germine. 6.de Hiſtoria.cap.9.A.

3 Pauonis oua ſubiiciunt gallinæ, quia mas uolans ea frangit.6.de Hiſt.c.9.A.

4 Pauo uiuit annos uigintiquinq;, parit maxime a trimatu, & colores pēnarū uarios recipit, excludit diebus tricenis, aut paulo tardius. Semel tantūmodo parit anno oua duodecim, aut paulo pauciora, nec cōtinuatis diebus, ſed binis ternisq̄ interpoſitis. Primiparæ octo oua pariūt. Oua etiam ſubuentanea ædunt. Coeunt uere, & partus a coitu breui agitur.6.de Hiſt. capit.9.A.&.capit.2.C.

5 Pauo toto genere uarius eſt.5.de Generatione.capit.6.A.

6 Pauo ineptum uropygium habet, ideo rectum curſum agere nequit. de Communi.animal.greſſu.capit.4.C.

PAVPER.

Pauperes cur potius eſſe ſolent uiri boni, q̄ praui.4.Problemat.Sect.29.✳.

PAX. Quære Augur.✳.

PECTEN. Teſtatum aquatile.

1 Pectines uolare a quibuſdam dicūtur, nā & de ferramento, quo capiūtur, ſæpe exiliunt.4.de Hiſtoria.capit.4.B.

2 Pectines locis arenoſis ſui ortus initia capiunt.5.de Hiſt.cap.15.D.

3 Pectines celeri incremento augent, quippe qui anno perfici poſſunt. 5.de Hiſtoria.capit.15.D.

4 Pectines ſqualloribus infeſtātur. Vnde in Pyrrheorum Euripo defecerunt aliquādo, nō tam propter piſcatorum inſtrumenta, quibus quotidie multi capiebātur, q̄ ꝓpter ſqualores.8.de Hiſt.c.20.B.

5 Pectines ſe concludendo tuentur. 4.de Partibus.capit.5.E.

6 Pectines ſunt biualuis generis reſeratilis. 4.de Partibus.capit.7.A.

7 Pectines non ſemper ouum habent. 3.de Generatione.capit.11.M.

PECTEN. Pro pube. Quære Pubes. Pilus.12.13.✳.

PECTVNCVLVS. Teſtatū aquatile.

1 Pectunculorum teſta concaua eſt. 4.de Hiſtoria.capit.1.F.

2 Pectũculi ſæpius iuxta terrã paſcunť. Vnde euenit, ut fluctib⁹ iactati in aridum elidantur, & teſta dilapſa nudi capiãtur, aut in terra extinguantur. 4.de Hiſt.c.1.D.

3 Pectunculorum teſtæ diuiſæ ſunt pectinatim.4.de Hiſt.c.4.B.

PECTVS.

1 Pectus mox a collo priorẽ obtinet ſitũ bipartitũ in mãmã parte ſui utraq; extuberãs.1.de Hiſt.c.12.A.&.4.de Part.c.10.G.

2 Pectus humanum latum eſt, aliorum uero animalium anguſtum. 2.de Hiſtoria. cap.1.B.&.4.de Part.cap.10.G.

3 Pectus coſtis impoſitum eſt. 3.de Hiſtoria.capit.7.B.

4 Pectus quib⁹ latum eſt, propenſiora ſunt ad uomitum.9.de Hiſtor. cap.50.B.

5 Pectus claudunt coſtæ ſalutis animalis gratia.2.de Partibus.capit.9.B.✳.

PECVNIA.

1 Pecuniæ iniuria cur maior æſtimať q̃ honoris, & cur homines magis uidenť iniuſti in re pecuniaria, hẽs.1.Prob.Sect.29.

2 Pecuniam minimã qui aufert, etiam magnam auferret, ſi poſſet. 5.Prob.Sect.29.

3 Pecunias quidam acquirere cur cõſueuerunt & non impendere, habes. 12.Prob. Sect.30.✳. Diuitiæ. Nummus.

PECVS. Quære Armentum. Bos. Caper. Capra. Equus. Mulus. Ouis, & cætera huiuſmodi.

PEDATIM INCEDERE.

Pedatim incedere eſt, cum pes ſiniſter nõ tranſit dextrũ, ſed ſubſequiť. 2.de Hiſt. c.1.D. Quære Camelus.1.Leo.8.

PEDERE.

Pedere cur non poſſumus, niſi res turgẽte corpore, urgeat. 9.Problemat.Sect.4.

PEDICVLARIS MORBVS. Qui græcis eſt phthiriaſis.

Pediculari morbo, qñ ſcilicet p totũ corpus pediculi erũpunt, aliqui perierũt, cui⁹ rei exempla ponuntur. Fit aũt hic morb⁹ præ nimio corporis humore.5.de Hiſt. cap.31.A. Quære Alcman. Pherecydes.

PEDICVLVS. Tam hominum q̃ aliorum animalium.

1 Pediculi marini tanta fœcũditate generãtur, ut piſces corrodãt. 4.de Hiſt.c.10.B.

2 Pediculorũ coitu gñanť lẽdes, ex lẽdibus tñ nihil puenit.5.de Hiſt.c.1.B.&.c.31.A.

3 Pediculi nõ aluntur carne, ſed uiuæ carnis humore.5.de Hiſt.cap.31.A.

4 Pediculi ex carne gignunť, quib⁹ futuris, emergunt ceu puſtulæ quædam exiguæ ſine pure, quas ſi pungas, pediculi exeũt. 5.de Hiſtoria.capit.31.A.

5 Pediculis quæ animalia infeſtenť, & quæ immunia ab illis ſint, hẽs.5.de Hiſt.c.31.A

6 Pediculi ſi capillis inſint, minus laborãt capita.5.de Hiſt.cap.31.A.

7 Pediculis minus infeſtantur uiri q̃ fœminæ.5.de Hiſt.cap.31.A.

8 Pediculi pueris capillo maxime inſunt. 5.de Hiſtoria.cap.31.A.

9 Pediculi quidam appellati duri difficilius corpore detrahuntur. 5.de Hiſt.c.31.A.

10 Pediculi pueniũt magis mutatione aquarum, quibus lauare ſe ſolent ea, quæ pediculos patiuntur.5.de Hiſt.cap.31.B.

11 Pediculis maxime infeſtanť piſces, ſed nõ e piſcibus illi naſcuntur, ſed e limo.5.de Hiſtoria.capit.31.B.

12 Pediculi magis procreãtur ex uelleribus & pellibus occiſarum a lupis ouium, q̃ in aliis.8.de Hiſtoria.capit.10.B.

13 Pediculi multi generãtur in illis aialibus, quæ aquam mutauerunt, ſi modo pediculi haberi poſſint.15.Prob.Sect.1.

PEDICVLVS.

Pediculus eſt piſcis quidã in mari, quod a Cyrenaica in Aegyptũ pãdiť, pingueſcẽs opa delphini, quẽ ſequiť.5.de Hiſt.c.5.C.

PELAMYS. Quære Limaria.

PELECAN. Interpretatur platea auis. Quære Platea.

PELOPONNESVS. Peninſula Europæ notiſſima.

Peloponneſi corui defecerunt, quando apud Pharſala Mediæ hoſpites perierũt. 9.de Hiſtoria.capit.31.A.✳.

PELVSIVM. Aegypti ciuitas. Quære Ibis.1.

PELLA. Auis.

1 Pellæ coit⁹ difficilis eſt, q̃ppe quã, aiũt, ſanguinem emittere ex oculis, cũ coit. Parit etiã cũ ſummo dolore. 9.de Hiſt. c.1.E.

2 Pella init pugnã cũ aquila, a q̃ rapiť, & cũ uulpe, a q̃ etiã rapiť noctu, cũ alauda etiã, a qua oua ei⁹ diripiũtur. 9.de Hiſt.c.1.E.

3 Pella ardeola difficulť parit, ſed ingenioſa eſt, & operoſa, agere interdiu ſolet, colore tñ eſt prauo, aluo hũida.9.de Hiſt.c.6.A.

PELLIS.

Pelles recẽter detractæ, maxime aũt arietum, ſi admoueãtur uibicibus aut uulneribus uerberũ, cur prohibẽt ulcera conſiſtere, habes. 1. Problemate. Sectio. 9. Quære Ouum.60.

PENELOPS.

Penelops circa aquam uerſatur.8.de Hiſtoria.capit.3.D.



PENIS. Virile membrum.

1 Penis eſt pars maris foras protendens poſtremo thorace, parte ſui prima carne propemodum conſtans, inæquabili facie turbinata, quæ pars mutuata eſt nomen a glande.1.de Hiſtoria. capit.13.A.&.4.de Partibus.capit.10.O.

2 Penis augeri ampliter poteſt.1.de Hiſtor. c.13.A. Quære Coles. Genitalia. Veretile.

PENNA. Qua aues & inſecta uolant.

1 Pẽna auiũ pportione cõuenit cũ ſquãma piſciũ, licet ſpecie differãt.1.de Hiſt.c.1.C.

2 Pennas quaternas habent, quæ ſunt grandiores uolucres aut armatæ aculeo in aluo.1.de Hiſtoria.capit.5.C.

3 Pennæ auium omnes caule conſtant.2.de Hiſtoria.cap.12.B.

4 Pennæ auium non mutantur per ætates, niſi tantũ gruum.3.de Hiſtor.cap.12.A. Quære Grus.3.9.

5 Pennæ auulſæ non renaſcuntur, nec a radice augenť, ut pili.3.de Hiſt.c.12.A.

6 Pennæ auium aliquando mutanť ex nigris in albas, nunq̃ tñ ex albis in nigras uerti uiſum eſt.3.de Hiſt.cap.12.A.

7 Pennis quarundam uolucrum ſuperuenit cruſta, quas uaginipennes poſſumus appellare, aliarum uero pennis nil ſuperuenit.4.de Hiſtoria.capit.7.C.

8 Pẽnarũ origo unde fit, habes.2.de Part. cap.9.E.&.3.de Gener.cap.1.B.

9 Pennæ duriores euadunt auibus grãdioribus natu.5.de Gener.c.3.F.

PENTATHLOS. Quære Quiquertio.

PEONIA. Quære Pæonia.✳.

PERCA. Piſcis.

1 Percæ quales branchias habeant, oſtẽditur.2.de Hiſt.cap.15.A.

2 Percæ in ſtagnis fluuiorum & harundinetis lacuum ſua ædunt oua. 6.de Hiſtoria.capit.14.A.

3 Percæ coniugatim, id eſt mas cum fœmina latent.8.de Hiſt.cap.15.A.

PERCA. Auis.

Perca accipitris ſpẽs ẽ.9.de Hiſt.c.36.A.

PERCNOPTERVS. Aquilæ ſpecies. Quære Aquila.17.

PERDIX. Auis.

1 Perdices copia libidinis gaudent.1.de Hiſtoria.capit.1.H.&.3.de Gener.c.1.H.

2 Perdices ante pugnam uocẽ ædunt, qua prouocant hoſtem.4.de Hiſtor. c.9.C.

3 Perdicum aliæ cacabant, aliæ ſtrident. 4.de Hiſtoria.cap.9.D.

4 Perdices ſi aduerſæ maribus ſteterint, uẽtuſq; inde afflat, ubi mares ſtãt, cõcipiũt. Plerunq; etiã uoce mariũ ingraueſcũt, ſi geſtiunt ac libidine turgent. Idẽ etiã fit, ſi mas peruolitans fœtificum ſpiritum demiſit in fœminam.5.de Hiſt.c.5.C.

5 Perdices tam mas q̃ fœmina ore hiante coeunt.5.de Hiſtor.c.5.C.

6 Perdices in denſo frutice prolẽ muniũt. 6.de Hiſtoria.cap.5.B.

7 Perdicũ uita amplius q̃ ad ſexdecim annos durare exiſtimatur.6.de Hiſt.c.4.B.

8 Perdicum pulli ſubigũtur a mare, ſtatim cum procedunt.6.de Hiſt.cap.8.A.

9 Perdices bina ouorũ receptacula faciunt. In altero mas incubat, in altero fœmina, excludit ſua uterq; & educat.6.de Hiſtoria.capit.8.A.

10 Perdices oua ſubuẽtanea pariunt. 6.de Hiſtoria.capit.2.C.

11 Perdix inſtimulatur libidine, & ſi contra marẽ ſteterit, aura flãte, fit prægnans, atq; inutilis aucupiis.6.de Hiſt.cap.2.E.

12 Perdix olfactum exquiſitum habere creditur.6.de Hiſt.cap.2.E.

13 Perdices ad quinq; & uiginti ãnos uiuũt. 9.de Hiſtoria.capit.7.B.

14 Perdices non faciunt ſibi nidos.9.de Hiſtoria.capit.8.A.

15 Perdices ſtatim ut excluſere pullos, protinus educunt, quia non poſſunt ſubminiſtrare cibum ſuo uolatu graui. Fouent, & educunt pullos more gallinarum.9.de Hiſtoria.capit.8.A.

16 Perdix non parit, ubi incubat, ne depræhendatur. Cum ad nidum quis peruenit uenando, prouoluit ſe perdix ante eius pedes, ita ut capi iam poſſit, quouſq; pulli effugiãt, tunc ipſa auolat, & reuocat prolem.9.de Hiſtoria.c.8.A.

17 Perdicum mores, & coit⁹, pugnam, & uenatum, habes.9.de Hiſtoria.cap.8.B.

18 Perdix malicioſa aſtutaq; auis eſt. 9.de Hiſtoria.capit.8.A.

19 Perdix puluere ſe uolutat. 9.de Hiſtoria.cap.49.C.

20 Perdices coeunt cum auibus alterius ſpeciei.2.de Generatione.cap.5.C.

21 Perdices oua ſubuẽtanea pariunt ſine coitu.3.de Generatione.capit.1.H.

22 Perdices cum olfaciunt marem, & uocẽ eius audiunt, aliæ implentur, aliæ ſtatim pariunt.3.de Generatione.cap.1.E.

23 Perdices albæ nonnunq̃ reperiuntur, ſed deprauatione generationis proueniunt. 5.de Generatione.cap.6.A.

24 Perdicis uocem porrum adiuuat. 29. Problemate.Sectio.11.

PERDIX.Piſcis.
Perdix marina limaces omnes edit,quare ubi limax eſt,non eſt perdix,& ecõtrario. 9.de Hiſtoria.capit.37.B.
PERFECTVM.
1 Perfectum in ſuperantia conſiſtit . 5.de Generatione.capit.7.B.
2 Perfectum a perfectiore naſci ſolet. 2.de Generatione.capit.1.E.✳.
PERICARDIA. Id eſt præcordia hoc eſt ſeptum tranſuerſum.Quære Septum tranſuerſum.
PERINTHVS.Thraciæ oppidũ.Quære Vacca.20.
PERIODVS. Interpretatur circuitus. Quære Vita.5.Generatio.16.✳.
PERITIA.PERITVS.
1 Peritia quo differat a ſcientia,habes.1.de Partibus capit.1.A.
2 Peritia quid ſit,habes.1.de Part.c.1.A.
3 Peritus quis ſit,& eius officium quale,habes.1.de Part.capit.1.A.
PERNIO.Pedum morbus.
Pernionibꝰ & ambuſtis frigore tã aq̃ calida q̃ frigida pdeſt.55.&.56. Prob.Sect.1.
PERNIX.
Pernix accipitris ſpecies eſt. 9.de Hiſtor. cap.36.A.Quære Accipiter.8.
PERPETVVM.
Perpetuum quod eſt,pulchrum habetur. de Communi.animal.mot.c.2.E.✳.
PERSIS. Regio maioris Aſiæ. Quære Mus.7.✳.
PES.
1 Pedibꝰ pluſq̃ quaternis quæ incedũt animalia,exanguia ſunt.1.de Hiſt.c.4.A.
2 Pedes qbus ſunt exigui,iis manus quoq; paruæ habentur.1.de Hiſtoria. cap.4.A.
3 Pes multiplici oſſe cõſtat.1.de Hiſt.c.15.B
4 Pedis pars poſterior calx dicit̃, prior uero in quinq; digitos eſt diſcreta,media autẽ plãtæ noĩe explicat̃. 1.de Hiſt.c.15.B.
5 Pedis pars ſuperior & prona neruoſa eſt, & adhuc nomine caret. 1.de Hiſt.c.15.D.
6 Pedes digiti non niſi uno inflexu adducuntur.1.de Hiſt.cap.15.B.
7 Pedes pari numero habẽt,quæcunq; ambulant.1.de Hiſtoria.cap.5.B.&.de Communi.animal.greſſu.cap.2.B.
8 Pedes binos habẽt homines,& aues. 1.de Hiſtoria.capit.8.B.
9 Pedes carnoſos hr̃e nullũ aĩal uiſum eſt, excepto homine. 2.de Hiſt.c.1.F.&.5.de Hiſt.c.5.B.Quære Camelus.
10 Pedibꝰ carẽs aĩal,teſtibꝰ etiã caret,niſi intra ſe aĩal formare poſſit.3.de Hiſt.c.1.A.
11 Pedes neruis plurimis continentur.3.de Hiſtoria.capit.5.B.
12 Pedum oſſa plura & minuta ſunt . 3.de Hiſtoria.capit.7.B.
13 Pedes fœminæ elegãtiores ſunt q̃ maris. 4.de Hiſt.cap.15.C.
14 Pedes multifidos habentia cornibus carent,quia natura aliis armis illa inſtruxit. 3.de Part.c.2.A.
15 Pedes aliis ſolidi, aliis animalibus biſidi ſunt.4.de Part.c.10.N.
16 Pedes nomen habent a pedo id eſt ſolo, ubi motus agitur.4.de Part.c.13.A.& de Commu.animal.greſſ.c.1.H.
17 Pedes quæ habent aĩalia,& ouipara ſunt, & uiuipara.2.de Gener.c.1.D.
18 Pedes habere aut non,nõ diſtinguit partum,ut pariant oua aut animal.2.de Generatione.cap.1.D.
19 Pedum nomine appellatur pars illa, qua in terreſtribus animalibus nota exprimitur, quotieſcunq; per locum ſe mouent. de Commu.animal.greſſ.c.1.H.
20 Pedes quæ habẽt,illos pares habẽt,& nullum animal mouetur uſu unius aut triũ pedum.de Commu.animal.greſſ.c.2.F.
21 Pedum proiectiones in curſu indicant, motus initium eſſe a dextra parte.de Cõmuni.animal.greſſ.c.1.G.
22 Pedes cur frigent,cum ſuſpenſi tenentur, habes.3.Prob.Sect.8.
23 Pedes cur inflantur illis,qui uel uitioſo cibo ueſcuntur,uel fame diutina laborant, oſtenditur.5.Prob.Sect.1.
24 Pedum nuditas cur obeſt coitui,habes.5.Problemat.Sect.4.✳.
PESTIS.PESTILENS.
1 Peſtis cur ex omnibꝰ morbis afficiat eos, qui ad laborantes eo morbo prope acceſſerint,habes.7.Prob.Sect.1.
2 Peſtis ſola omnium morborum, cur omnibus hominibus communis eſt, oſtenditur.7.Prob.Sect.1.
3 Peſtilens annus cur euadit, cum ſol multum uaporis de terra excitauerit,oſtẽdit̃. 21.Problemate.Sect.1.
PHALANCES.Animal.
Phalances uenat̃ Ichneumõ,& ideo inter illos diſſidiũ eſt.9.de Hiſt.c.1.C.
PHALANGIA . PHALANGIVM. PHALANGIVS.Inſectum.
1 Phalangiæ maiores ſunt fœminæ,q̃ maſculi.4.de Hiſtoria.cap.11.C.
2 Phalangiæ quomodo coeant, habes.5.de Hiſtoria.capit.8.A.
3 Phalangiæ quomõ generentur,& ex quibus,habes.5.de Hiſtoria.cap.19.B.
4 Phalangio occiſo incubantes ueſpæ, quæ ichneumones dicuntur, ſuum procreant genus.5.de Hiſtoria.cap.20.A.
5 Phalãgia occidit ichneumõ, occiſaq; fert in parietinas,deinde illinit luto, atq; incubãdo ſuũ pereat genꝰ.5.de Hiſt.c.27.A.
6 Phalãgii in reti quod craſſum cõfecerint, pariũt,atq; incubãt,partuſq; phalãgiis numeroſus eſt.5.de Hiſtoria.c.21.A.
7 Phalangiorũ proles cum increuerit, matrem amplexa cõſumit,& eiicit, & patrẽ etiã,ſi ceperit.5.de Hiſt.c.27.A.
8 Phalangia diu uiuere ſine cibo poſſunt. 8.de Hiſtoria.cap.4.A.
9 Phalangiorum plura genera ponuntur. 9.de Hiſtoria.capit.39.
10 Phalangia coeunt,& oriũtur ex ſui generis animali.1.de Gener.cap.16.A.
PHALARIS. Auis.
Phalaris circa lacus & amnes uerſatur. 8.de Hiſtoria.capit.3.D.
PHANGER.Piſcis.
Phanger lapidem habet in capite,& ideo algoribus infeſtatur.8.de Hiſt.capit.16.A.
PHARNABAZVS.Quære Mulus.5.
PHARNACES.Quære Mulus.5.
PHARSALA.Quære Athenæ.
PHARSALICA EQVA.Quære Iuſta.
PHARVS. Inſula contra Alexandriam Aegypti.Quære Scorpio inſectum.3.
PHASIANAE BVCCVLAE. Quære Vacca.3.
PHASIANA.Auis.
1 Phaſianæ aues adeo pediculis infeſtant̃,ut intereãt,niſi ſe puluerẽt.5.de Hiſt.c.31.A.
2 Phaſianarũ ouum diſtinctũ eſt pũctis. 6. de Hiſt.c.62.A.Quære Meleagrides.
PHERECYDES. Philoſophus & poeta tragicus.
Pherecydes Syrius pediculari morbo interiit.5.de Hiſtoria.cap.31.A. Quære Pedicularis morbus.✳.
PHYCOS.Quære Alga.
PHILOMELA.Quære Luſcinia.
PHILOSOPHIA.
Philoſophiæ in ſtudiis qui floruerũt,melãcholici fuerunt.1.Prob.Sect.30.✳.
PHILOSOPHVS.
Philoſophus cur putatur differre ab oratore,habes.5.Prob.Sect.18.✳.
PHLEGMA.Quære Pituita.✳.
PHLEGMASIA. Interpretatur inflammatio.Quære Inflammatio.
PHOCA.Vitulus marinus. Quære Vitulus marinus.✳.
PHOCENA.Piſcis.
Phocena id eſt triſio delphino ſimilis eſt. In Põto naſcit̃,ſed maior eſt delphino,& dorſo ampliore, colore cæruleo.6.de Hiſtor.c.12.A. Quære Pontus Euxinus.2.
PHOENICES.Popl'i littorales in Syria.
Phœnices uerbaſco herba marinos etiã piſces piſcantur. 8.de Hiſt.capit.20.A. Quære Cancer . 5.Mula . 1. Mugilis. 2.Piſcis.49.✳.
PHOIX.Auis.
Phoices oculos potiſſimum appetunt,inimicæ ſunt harpæ uictꝰ gratia,quia eiſdẽ ueſcuntur.9.de Hiſt.c.18.A.
PHOLIS.Piſcis.
Pholis mucorem,quem ipſa emittit, ſibi obducit,ita ut in eo quaſi cubili quieſcat. 9.de Hiſtoria.cap.37.C.
PHOXINVS.Piſcis.
1 Phoxini ſtatim,ppe dixerim,ut nati ſunt, oua habent.6.de Hiſtoria.c.13.A.
2 Proxini in ſtagnis fluuiorum & harſidinetis lacuũ ædũt oua.6.de Hiſt.c.14.A.
PHRENES. Interpretãtur præcordia. Quære Mens.1.
PHRYGIA . Quære Bos.6.Monedula auis.1.Mulus.5.
PHTHIRIASIS . Quære Pedicularis morbus.
PICA.Auis.
1 Pica uoces plurimas commutat,ſingulis em̃ fere diebꝰ uocẽ diuerſam emittit.Parit oua numero circiter nouem.Nidũ in arboribus facit ex pilis & lana. Glandes cum deficiunt,colligit,& recõdit in repoſitorio.9.de Hiſt.c.13.A.
2 Pica cæcos parit pullos.4.de Gen.c.6.B.
PICTOR.
Pictor primum lineis deſcribit aĩantem, mox uario illinit colore, ac perficit.2.de Gen.cap.4.Q.
PICVS.Auis.
1 Picus martius appellatur uterq; pipo.8. de Hiſtoria.capit.3.B.
2 Picus martius culicibus uiuit, nec ullo alio.8.de Hiſtoria.cap.3.B.
3 Pici martii tres ſunt ſpecies, nam quidã minores ſunt q̃ merulæ, alii maiores merula,alii non multo minores gallina.9.de Hiſtoria.capit.9.A.
TARDA. Auis.

Tarda tricenis diebus incubat.6.de Hiſtoria.capit.6.A.&.cap.33.A.

TAVRVS.

1 Tauri ſanguis craſſiſſimus & nigerrimꝰ eſt.4.de Hiſtoria.capit.19.A.

2 Taurorũ cornua robuſtiora ſunt q̃ uaccarum.4.de Hiſtoria.cap.11.C.

3 Tauri efferantur tempore coitus.6.de Hiſtoria.capit.18.A.

4 Tauri Epiri & prouinciæ ſæpius trimeſtri temporis ſpacio non apparent. 6.de Hiſtoria.capit.18.D.

5 Taurus tempore coitus tantũ cum uaccis paſcitur, cæteroſq; oppugnat mares, cæteris temporibus mares inter ſe cõuerſantur, quod abarmentari dicitur, græce ἀτιμαγελεῖν.6.de Hiſtoria.cap.18.D.

6 Taurus uno initu implet, agitq; uehemẽter, ita ut fœmina uix tolerans, ſuccumbat. Si forte conceptio pererrauerit, uigeſimo poſt die marem fœmina recipit.6. de Hiſtoria.capit.21.A.

7 Taurꝰ minime ſalax eſt inter mares, coit, qui uicerit, cumq; is uenere iam debilitatus languerit, uictus aggreditur languentem, & plerumq; ſuperat. 6.de Hiſtoria. capit.21.A.

8 Taurus quandiu uiuit, inire ſolet. 6.de Hiſtoria.capit.21.A.

9 Taurus coit peracto ætatis anno primo. 6.de Hiſtoria.capit.21.A.

10 Taurus ſenior non ſuperuenit fœminam eandem ſæpius eodem die, niſi ex interuallo, at iuniores ſæpius eandem cogunt, & pluries petunt, ac ſuperueniunt uigore ſuæ ætatis.6.de Hiſtor.cap.21.A.

11 Tauro aduerſarius eſt coruus, quippe qui aduolans feriat, & eius oculos laceret.9. de Hiſtoria.capit.21.E.

12 Tauri animoſi & iracundi & furibundi ſunt, quia ſanguis eorum fibris multis abundat, & craſſus & firmus eſt. Vnde celerrime omnium ſanguis tauri coit.2.de Partibus.capit.4.B.

13 Taurorum cornua differunt a cornibus uaccarum.3.de Partibus.capit.1.C.

14 Taurorum de cornibus Momi Aeſopi ſententia ponitur.3.de Partibus. c.2.C. Quære Cornu.21.

15 Taurus quidam exectus uaccam impleuit.3. de Generatione. capit.1.D.&.1.de Generatione.capit.4.B.

16 Tauri neruoſi ſunt, & eorum cor ita conſtat, quod oſſe eo, quod in corde eorum nonnullis gignitur, oſtenditur. Oſſa enim naturam neruorum deſiderant. 5.de Generatione.capit.7.D.

17 Tauri uocem contentam & acutam magis reddunt, q̃ urtuli, aut uaccæ.5.de Gener.c.7.D. Quære Bos. Cornu. Vacca.✳

TAVRVS SCARABAEVS. Inſectũ. Quære Scarabæus.4.

TEDA.

Teda quomodo calida ſit, & quomodo poteſt frigida effici, hẽs.2.de Part.c.2.G.

TEMO. Nauis. Quære Nauigium.2.

TEMPORA. Capitis.

1 Tempora appellamus partem poſitam inter utrumq; oculum & aurem & uerticẽ. 1.de Hiſtoria.capit.11.B.

2 Temporibus primo caneſcunt homines. 3.de Hiſtoria.cap.11.B.

3 Tempora non calueſcunt. 3.de Generatione.capit.3.A.

TEMPVS.

Temporum mutationes morbos generant aliquando, aliquãdo tollunt, aliquãdo indicant, aliquando intẽdunt, quia aut contrariæ ſunt morbis, & ſic illos tollere poſſunt, aut quia ſimiles, & ſic intendũt, & interimunt. Vnde cum tempora euariant, ratio ualetudinis tunc præcipue habenda eſt. 3. Problemate. *Sectio*.1.✳. Motus.

TENDO. Neruus.

Tendo quæ pars nerui appelletur. Quære Neruus.3.

TEREDO. Inſectum.

Teredo non diſſimilis bombyci eſt, ſed uaria & latitudine proxima apibus. Cupedioſa eſt, & ad culinam & piſces & huiuſmodi delitias aduolat. Fœtum ſub terra ædit.9.de Hiſtoria.capit.43.A.

TERGVM.

1 Tergum animalium carnoſum eſt, ut cor & reliqua partis ſuperioris uiſcera protegat. 3. de Partibus. cap. 9. C.

2 Tergum cur magis ſudat, q̃ pars prior, habes. 14. Problemat. Sect. 2.

TERGVS. Quære Aſilus. 3. Tabanꝰ. 2.

TERRA. TERRESTRIA.

1 Terreſtrium & aquatilium differentia unde ſumatur, habes. 8. de Hiſtoria. c. 1. C. Quære Animal.

2 Terra gelidam & grauem naturã habet. 1. de Partibus. capit. 1. G.

3 Terra humida cogitur frigore. 2. de Partibus capit. 4. B.

4 Terræ qualitas quæ ſit, habes. 2. de Partibus capit. 3. A.

5 Terram quaſi fœminam & matrem ſtatuit in uniuerſo, ſicut cælum & ſolem patrem & genitorem. 1. de Gener. cap. 3. A.

6 Terra quæ conſtãt, ſi refrigeſcãt, dura efficiuntur. 2. de Generatione. c. 4. AA.

7 Terra & humor generant animalia & plãtas. 3. de Generatione. cap. 11. D.

8 Terra putret. 5. de Generatione. ca. 4. A. & 20. Problemat. Sect. 25.

9 Terra non eſt infinita, aut illius grauitas. de Commu. animal. motu. capit. 1. G.

10 Terra quieſcit perpetuo. de Cõmuni. animalium. motu. capit. 1. E. ✳.

TERRIGENA.

Terrigenarum generatio quomodo intelligẽda ſit, habes. 3. de Generatione. c. 11. F.

TESTATA. Aquatilia teſta intecta.

1 Teſtata nõ hẽnt oculos. 1. de Hiſt. c. 9. A.

2 Teſtata aĩalia carnẽ habẽt, ut cruſtata, quippe quæ intus eã cõtineant, foris teſta claudantur. 4. de Hiſtor. cap. 3. A.

3 Teſtata inter ſe diſcrepãt multis differentiis, tum teſtæ, tum carnis interioris ratione. 4. de Hiſtor. cap. 4. A.

4 Teſtata quædã ſunt biualuia, quæ ſilicet duplici teſta teguntur, quædam uniualuia, quæ ſcilicet unica tantum teſta teguntur. 4. de Hiſtoria. cap. 4. A.

5 Teſtata quædã tota teſta integunt, & nulla ex parte carnẽ oſtendunt, ut tubera, & calli. 4. de Hiſtoria. cap. 4. B.

6 Teſta, qua operiunt teſtata animalia, aliis eſt læuis, aliis ſcabra, aliis tenuis, aliis craſſa, aliis pectinatim diuiſa, aliis alia differẽtia, intus tamen oĩbus eſt læuis. 4. de Hiſtoria. capit. 4. B.

7 Teſtatorũ alia ſe mouent, alia penitus immobilia ſunt, alia uolare dicunt a quibuſdam, ut pectines. 4. de Hiſtoria. cap. 4. B.

8 Teſtatis biualuibus & uniualuibus ſic caro teſtæ adhæret, ut niſi p uim auelli nequeat. 4. de Hiſtoria. capit. 4. B.

9 Teſtatorum interiora quomodo inter ſe cõueniant, aut differant, & quæ ſint eorũ interiorum partes, quis ordo, quæ figura, oſtẽditur. 4. de Hiſtoria. cap. 4. p totum.

10 Teſtata guſtũ & olfactũ habere, cõſtat argumento eſcarũ. 4. de Hiſtoria. cap. 8. G.

11 In Teſtatis licet ſit, quod pariat, & generet, non tamen eſt, quod maris fungatur officio. 4. de Hiſtoria. capit. 11. C.

12 Teſtata expertia coitus ſunt omnino. 5. de Hiſtoria. capit. 15. A.

13 Teſtata ex limo fere & materia putreſcẽte oriuntur. 5. de Hiſtoria. cap. 15. A.

14 Teſtatorum partus quomodo & quando fiant, oſtenditur. 5. de Hiſt. cap. 15. A.

15 Teſtata omnia uere & autumno uident habere ſua oua. 5. de Hiſtoria. cap. 12. A.

16 Teſtata omnia celeri incremento augentur. 5. de Hiſtoria. capit. 15. D.

17 Teſtata omnia ex limo ſponte proueniunt, ſecundum limi differentiam. 5. de Hiſtoria. cap. 15. D.

18 Teſtata reſpectu gradientiũ animalium ſimilia plãtis ſunt. 8. de Hiſt. cap. 1. B.

19 Teſtata immobilia humore dulci, qui intra mare continetur, aluntur. 8. de Hiſtoria. capit. 2. D.

20 Teſtata mobilia, quæ carne ueſcuntur, ex piſciculis aluntur. 8. de Hiſtor. c. 2. D.

21 Teſtata immobilia habent parte ſuperiore meatum, quo excrementa reddant. 8. de Hiſtoria. capit. 2. D.

22 Teſtata quædam ſunt biualuia, quædam uniualuia, quibus frigora nocẽt, & imbres. 8. de Hiſtoria. cap. 2. B.

23 Teſtata gaudent anno pluuio, præterq̃ purpuræ. 8. de Hiſtoria. cap. 20. A.

24 Teſtata non ſunt in Põto Euxino, niſi locis quibuſdam pauca. 8. de Hiſt. c. 28. A.

25 Teſtata tunc optima eſui ſunt, cum grauida ſunt, & quanq̃ grauida dicamus, nullũ eorum partum aut coitum uidemus. 8. de Hiſtoria. capit. 30. A.

26 Teſtata partem habent, quæ linguæ proportionatur. 4. de Partibus. cap. 5. A.

27 Teſtata omnia frigoris tẽpore laborant. 4. de Partibus. capit. 5. F.

28 Teſtatorum partes & uiſcera explicant. 4. de Partibus. capit. 5. A. uſq; ad. N.

29 Teſtatorum corpus non multiplex eſt, quia eorum natura ſtabilis eſt, ſed natura conſulens eorum uitæ cutis duritiam addidit. 4. de Partibus, capit. 7. A.

30 Teſtata partim ſunt ſimilia mollibus, partim cruſtatis, & in quo ſimiles ſint, habes. 4. de Part. capit. 9. A.

31 Teſtatorum alia ſunt uniualuia, alia biualuia, alia turbinata. Turbinatorũ alia in anfractũ intorta, alia in globum circũacta, alia reſeratilia. 4. de Part. cap. 7. A.

32 Teſtatorũ nullũ eſt, qđ capite careat, cæteræ uero ptes noĩe carẽt. 4. de Part. c. 7. A.

33 Teſtata omnia habent caput infra plantarum modo. Cuius rei cauſa eſt, quia cibũ de imo capiunt. 4. de Partibus. c. 7. A.

34 Teſtata an coeant, incertum eſt. 1. de Generatione. cap. 14. A.

35 Teſtata unde generentur, habes. 1. de Generatione. c. 20. O.

36 Teſtata ambigua ſunt inter animalia & plãtas, nam ſexu maris & fœminæ carent, & nullũ animal gignunt, ſed cõſiſtunt, & gñant ex humida & terrena cõcoctione. 1. de Gen. c. 20. L. & 3. de Gen. ca. 11. G.

37 Teſtata nullã ſexus maſculini aut fœminini differẽtiã habẽt. 1. de Gen. c. 1. C.

38 Teſtata frigida ſunt & exanguia, & ideo in ſtagnis marinis & iuxta oſtia fluuiorum naſcuntur. 3. de Gener. c. 11. B.

39 Teſtata quomodo increſcant, habes. 3. de Generatione. cap. 11. H.

40 Teſtata eſui præſtantiora ſunt, cum ouũ, quod appellant, habent. 3. de Gen. c. 11. G.

41 Teſtata animalibus comparata, plãtæ uidentur, plantis uero comparata, animalia uidentur. 3. de Generatione. cap. 11. A.

42 Teſtata aut nulla aut pauca in terra gignuntur, ut limacũ genus, in quo differũt a plãtis, quæ paucæ in mari, multæ in terra gignuntur. 3. de Gener. c. 11. A.

43 Teſtata quomõ gignantur, & oriãtur, & augeant, habes. 3. de Gen. c. 11. per totum.

44 Teſtatorum motus qualis ſit, habes. de Communi. animal. greſſ. c. 7. B. ✳.

TESTES. Teſticuli.

1 Teſtes gemini ſubiacẽt membro genitali cute obducti, quã ſcortum nominamus. Teſtes uero ipſi non ſunt eiuſdem naturæ cuius caro, nec multum a carne diſſident. 1. de Hiſtoria. cap. 13. A.

2 Teſtes maribus dependent ex neruoſo & chartilaginoſo foramine genitalis. 1. de Hiſtoria. capit. 19. A.

3 Teſtes alia aĩalia habẽt pẽdẽtes, alia recõditos, quæ uero habẽt illos recõditos, celerius pficiũt coitũ. 2. de Hiſt. c. 1. L.

4 Teſtes aliis foris depẽdet, aliis intus recõditi, aut renibus adhærent, aut aluo crediti ſunt. 3. de Hiſtor. cap. 1. A.

5 Teſtes nulli piſcium ſunt, nec cæteris quibus branchiæ, nec ulli ſerpentum, nec ulli quod pedibus careat, niſi intra ſe animal formare poſſit. 3. de Hiſtor. c. 1. A. & 5. de Hiſtor. capit. 5. A. & 4. de Part. cap. 13. E.

6 Teſtes dati ſunt omnibus auibus, non tamen qui dependeãt, ſed qui intus adhæreant lumbis. 3. de Hiſtor. c. 1. A.

7 Teſtes, quibus intus ſunt, iis ad aluum nectuntur. 3. de Hiſtoria. cap. 1. A.

8 Teſtes qbus ſunt, & quæ aĩalia intus contineãt, quæ extra, quibus depẽdeãt, & quibus aluo cõiũcti ſint, quæ eorũ figura, qđ officiũ, quibus meatibus, & uenis cõſtẽt, quo differãt in animalibꝰ, & quibus partibus annexi ſint, oſtẽdit. 3. de Hiſt. c. 1. A. B. C. D. E. & 1. de Gener. c. 12. A.

9 Teſtes auiũ grãdiores effici tpe coitꝰ, certũ eſt, ſed ſalaciorũ cõſpectiores ſunt, tẽperatiorũ minus cõſpicui. 6. de Hiſt. c. 9. A.

10 Teſtes quæ habẽt, & quæ nõ, & quo loco illos cõtineãt, habes. 1. de Gen. c. 3. A.

11 Teſtes nõ neceſſarii ſunt ad gñationem, alioqui oĩbus gñantibus ineſſent, qđ non fit, ut piſcibus, quare tamẽ dati animalibꝰ ſint, oſtenditur. 1. de Gener. c. 4. per totũ.

12 Teſtes hẽnt in anteriori parte oĩa aĩalia, quæ aĩal generant præter Herinaceũ, qui lũbis adhærẽtes cõtinet. 1. de Gen. c. 5. A.

13 Teſtes quidã dixerunt trahere ſemen per uim ſpiritus modo cucurbitarum medicinalium. 2. de Generatione. c. 4. A.

14 Teſte altero præligato, marem gigni aut fœminã aliqui dixerũt. 4. de Gen. c. 1. E.

15 Teſtes id officiũ præſtãt intẽdẽdis meatibus ſeminalibus, quod læuæ, quas textrices annectunt diſtento ſtamini. 5. de Generatione. capit. 7. C.

16 Teſtes contrahuntur timentibus. 11. Problemate. Sectio. 27.

TESTVDO. Pro terreſtri & marina & lutaria.

1 Teſtudo exiguum admodum lienem habet. 2. de Hiſtoria. cap. 15. B.

2 Teſtudo marina inter oẽs piſces ſola renes habet magnos pportione corporis, qſi ex multis conſtitutos. 2. de Hiſt. c. 16. A.

3 Teſtudo ſola inter ouipara ueſicã habet. 3. de Hiſtoria. cap. 15. A.

4 Teſtudines ſibilum abruptũ ædũt & exiguũ. 4. de Hiſtoria. ca. 9. C.

5 Teſtudo ueſicã habet, & in genere pariẽtium oua continetur. 5. de Hiſt. cap. 5. B.

6 Teſtudo oua ædit durioris teſtæ & bicolora, quale eſt ouum auium, quæ defoſſa terra, & cooperta ac pauita & compla

nata incubat crebrius repetens,fœtuſq; ſe
quente anno excludit.5.de Hiſt. c.33.A.
7 Teſtudo lutaria oua ædit in ſcrobe ef-
foſſa in terra dolii amplitudine,quæ oua
deſerit obruta terra,dieq; triceſimo repe-
tit,refoſſaq; aperit,fœtumq; continuo du-
cit in aquam.5.de Hiſtoria.cap.33.A.
8 Teſtudines marinæ in terra pariunt, &
noctibus incubant. Ouorum autem nu-
merus maximus eſt,nam ad centena pa-
riunt oua.5.de Hiſtor.c.33.A.
9 Teſtudines marinæ conchulas petunt,ha
bēt eñ os robuſtiſſimū,quicquid nāq; in
os ceperint,ſiue lapidē, ſiue quoduis aliđ
cōfringunt,& deuorant.8.de Hiſt.c.2.D.
10 Teſtudines marinæ intereūt,quoties in-
natantes ſole ſiccantur,deferri eñ in gur-
gitē nequeūt.8.de Hiſt.c.2.D.
11 Teſtudines lutariæ uiuere extra aquā nō
poſſunt,pariunt tamen,& educant in ſic-
co.8.de Hiſt.c.2.A.
12 Teſtudo cum uiperam ederit,mox cunilā
herbam edit,quod cū ſæpius factum ani-
maduertiſſet quidā,herba euulſa,teſtudo
interiit.9.de Hiſtor.cap.6.B.
13 Teſtudo ſola inter corticata habet ueſicā,
quia pulmonem ſanguineū habet, & cū
humor difflari non poſſit propter duriſſi
mam teſtam,qua integūtur,ueſicā habet,
quæ ſuperfluitatem humoris excipiat.3.
de Partibus.cap.4.A.
14 Teſtudines marinæ pulmonem habent
carnoſum & ſanguineū,& ſimilē bubulo-
rum, terreſtres uero proportione maio-
rem.3.de Part.cap.8.A.
15 Teſtudo inter corticata renes habet,quia
& ueſicam habet.8.de Part.cap.8.A.
16 Teſtudo lutaria ueſica & renibus caret,
quia propter tegminis molliciem difflaẗ
humor.3.de Part.cap.9.A.
17 Teſtudines pulmonem habēt fungoſum.
3.de Part.cap.6.A
18 Teſtudo uitiatum habet iecur. 3.de Par-
tibus.capit.12.A.
19 Teſtudinis humor tranſit in corticem te-
gētē,ueſicā tamē habet.4.de Part.c.1.A.
20 Teſtudini meatus excrementi ſicci intus
eſt.1.de Generatione.cap.13.A.
21 Teſtudines ouum pariunt perfectum.2.
de Gener.cap.1.C.
22 Teſtudines quomō habeant crura, & illa
flectāt,habes.de Commu.animal.greſſu.
capit.5.C.Quære Mus.4.✳.
TETTIGOMETRA. Cicadarū maẗ.
Tettigometra,id eſt mater cicadæ qđ ſit,
hēs.5.de Hiſt.c.30.B.Quære Cicada.19.

TETRIX.Auis.
1 Tetrix condenſo frutice prolem munit.
6.de Hiſtoria.cap.1.B.
2 Tetrix nidum ſuum auræ patere cupit.
6.de Hiſtoria capit.1.B.
3 Tetrix ab Athenienſibus urages dicitur.
6.de Hiſtoria.capit.1.B.
THASVS.Quære Gammarus.6.
THAPSIA.Herba,quæ ferula ſeu ferula
go a latinis dicitur.
1 Thapſiæ ſuccus uentrem inferiorē & ſu-
periorē mouet,& ſoluit.42.Prob.Sect.1.
2 Thapſia & cyathus licet contraria ſint,
cum thapſia calida ſit & urens, cyathus
frigidus,uibices tamen pariter diſcutiunt
9.Problemat.Sect.9.
THEBAE. Aegypti urbs. Quære Cor-
niger.2.✳.
THEMISCYRA. Oppidum Ponti.
Quære Apes.24.Hedera.
THEMISTOCLEVM. Quære Spina
Piſcis.
THERMODON. Fluuius Ponti in
chalybibus. Quære Apes.24.Piſcis.73.
Hedera.
THYMVS.Frutex notiſſimus.
1 ex Thymo conficiunt ceram apes. 9.de
Hiſtoria capit.40.M.
2 Thymum terra Attica fert acerrimum,
cum cæteros fructus dulciſſimos ferat.
2.Problemat.Sect.20.
THORAX.
1 Thorax eſt ea pars hominis, quæ a collo
ad pudenda uſq; trunca protenditur.
1.de Hiſtoria. capit. 7.A. &. 4.de Parti-
bus.capit.10.O.
2 Thorax parte priore & poſteriore cōſtat.
1.de Hiſt.c.12.A.Quære Pectus.✳.
THOS. Lupus ceruarius. Quære Lu-
pus ceruarius.
THRASSA.Piſcis.
Thraſſæ uariæ ſunt toto genere.5.de Ge
neratione.cap.6.A.
THRAX.A Thracia. THRACIA.Eu-
ropæ regio.
1 Thraces quomō pingues reddant ſues,
habes.8.de Hiſtoria.cap.6.A.
2 Thraces capillo & pilo ſimplici ſunt,quia
humore abundant, & aere humido am-
biuntur.5.de Gener.cap.3.C.
3 Thracum quædam gens ad quattuor tā-
tū numerādi ſeriē termināt,eo ꝙ amplius
meminiſſe modo puerorum nō poſſunt,
nec uſum habent rerū multarū. 3.Prob.
Sectio.14. Quære Accipiter.9.Aſinꝰ.23.
Amphipolis.Cyclops.1.Sus.25.✳.



THRIASIVS.
Thriaſio campo terræ Atticæ auſter de
mari occurrit.19.Prob.Sect.26.
THVNNA.THVNNVS.Piſces.
1 Thūni gregatim degunt.1.de Hiſt.c.1.F.
&.6.de Hiſtoria.cap.2.A.
2 Thunnus læuis eſt.2.de Hiſt.c.13.C.
3 Thūna ſemel parit in anno, ſed quia pri
mam partem ædit mēſe Decembri ante
brumam,alterā uere, putatur bis parere.
5.de Hiſtoria.cap.9.A.
4 Thunnꝰ mas differt a fœmina, quia fœ-
mina pinnulam iunctam ſub uentre ha-
bet,quæ uocatur aphareus, mas illā non
habet.5.de Hiſtor.cap.9.A.
5 Thunnus in Ponto parit, & nuſq̄ alibi.5.
de Hiſtor.cap.10.A.
6 Thunnus inter fuſaneos connumeraẗ.
5.de Hiſtoria.capit.10.A.
7 Thunna circa ſolſtitium parit menſe Iu-
nio.5.de Hiſtor.cap.11.A.
8 Thūna parit quiddam ſimile folliculo,in
quo oua exigua,multaq; conſiſtunt. 5.de
Hiſtoria.capit.11.A.
9 Thūni præ nimia pinguedine dehiſcunt,
nec pluſq̄ biennio uiuere poſſunt. 6.de
Hiſtoria.capit.17.C.
10 Thunni coeunt menſe Februario poſt
Idus. Pariunt Iunio ante nonas,ædūt ſua
oua condita quaſi utriculo.Incrementum
autem fœtus ſumma celeritate ſumit.6.
de Hiſtor.cap.17.C.
11 Thunni carniuori ſunt. 8.de Hiſt.c.2.F.
12 Thunni menſe Decembri incipiunt mu
tare locum.8.de Hiſt.cap.12.B.
13 Thunnus poſt arcturum melior eſt, iam
enim eo tempore ab infeſtantis aſili agita
tione requieſcit,quæ facit,ut æſtate ſit de
terior.8.de Hiſt.c.13.A.
14 Thūni ſubeunt Pōtū Euxinū uere,æſta-
tēq; ibi traducunt.8.de Hiſt.cap.13.B.
15 Thunni dextrorſum terrā contingentes
ſubeūt,ſed remeant cōtra.Quod ꝑpterea
facere dicunẗ,quia clarius uident dextro
q̄ ſiniſtro oculo.8.de Hiſt.capit.13.C.
16 Thunni latēt hyeme præaltis gurgitibus.
Pingueſcūt a latibulo maiorem in modū.
Capi incipiunt ab ortu uergiliarum uſq;
ad occaſum ultimū arcturi,reliquo tpe la
tentes quieſcūt.8.de Hiſt.c.15.A.
17 Thunni caniculæ ex ortu agitātur aſilo,
qui eſt uermiculus quidā ſub pinna.8. de
Hiſtoria.capit.19.C.
18 Thūni ſenes uel ad rem ſalſamētariā inu
tiles ſunt.8.de Hiſtor.capit.3.B.
19 Thūnus maximꝰ captꝰ eſt ſenex,cuiꝰ pō
dus erat ad talenta quindecim, & caudæ
interuallū ad cubitos quinq; & palmum.
8.de Hiſtoria.capit.30.B.
20 Thūnorū ſenectus duritie & magnitudi-
ne ſquāmarū cōſtat.7.de Hiſto.c.30.A.
Quære Aſilus.4.
TIBIA.Cruris.
1 Tibia eſt cruris pars,quæ gemino oſſe
ſubiacet molæ.1.de Hiſt.cap.15.B.
2 Tibiæ pars anterior crea,poſterior uero
ſura dicitur.1.de Hiſtoria.cap.15.B.
3 Tibiarum oſſa quo ſitu,& figura conſtēt,
oſtenditur.3.de Hiſt.cap.7.B.
4 Tibia dū mouetur,quieſcit genu.de Cō-
muni.animal.mot.cap.1.G.
5 Tibiarum ulcera cur difficile ſanātur in
corporibus plenis & impuris, oſtenditur.
18.Problemat.Sect.1.
6 Tibiis cur minus q̄ femoribus fatigamur,
dum mouemur,habes.26.Prob.Sect.5.
TIBIA.Muſicum inſtrumentum.
Tibiā adhibere ſolemus,tā in laborādo q̄
in fruēdo ſolatio.1.Prob.Sect.19.✳.
TIGRIS.Fera.Quære Canis.42.✳.
TILO.Piſcis.
Tilonibus lumbricus innaſcitur ortu ca-
niculæ,quo cogūtur ad ſūma efferri, atq;
æſtu intereunt.8.de Hiſtoria.cap.20.A.
TIMENS. TIMIDVS.A.VM.
1 Timida ſunt aialia,quibus ſanguis aut
nullus,aut exiguus aut dilutior eſt.2.de
Partibus.capit.4.A.
2 Timidi ſunt, quibus cor grandius eſt.3.
de Partibus.capit.4.H.
3 Timētes cur ſileāt,hēs.9.Prob.Sect.27.
4 Timētibus cur pedes ſudant,non aūt fa-
cies,habes.26.&.31.Prob.Sect.2.
5 Timentibus cur aliquādo ſemen excur-
rit,habes.8.Problemat.Sect.4.
6 Timētes cur tremūt uoce & manibꝰ &
labro inferiore,oſtēdiẗ.6.Prob.Sect.27.
7 Timentes cur ſitiunt, & algent, habes.
7.Problemat.Sectio.27.
8 Timētibꝰ cur teſticuli cōtrahunẗ,habes.
11.Proble.Sect.27. Quære *Metuens*.✳.
TINEA.Vermiculus.
Tineæ oriuntur in lanis præcipue pul-
uerulentis,& in tunicis,& in cera uetu-
ſta.5.de Hiſtoria.cap.32.A.
TINVNCVLVS.Accipitris ſpecies.
1 Tinunculorum ouum rubrum eſt modo
minii.6.de Hiſtoria.capit.2.A.
2 Tinunculus raro bibit. 8.de Hiſt.c.3.D.
3 Tinunculus eſt fœcūdiſſimus,ſed ut plu-
rimū quattuor oua parit inter aues adun
cas,& bibit.6.de Hiſtor.capit.1.B.&.3.de

Generatione.c.1.B.
TIPVLA.Inſectum.
1 Tipulæ unde,& ubi, & quomodo gignātur,habes.5.de Hiſtor.cap.19.D.
TYRANNVS.Auis.
2 Tyrannus corpus habet nō maiꝰ locuſta, criſtam rutilam ex pluma elatiuſcula,cætera elegantia, cantu item ſuauis auicula eſt.8.de Hiſtoria.capit..3.A.
TIRTAMVS.Quære Elephātus.26.
TITILLARE.TITILLATIO.
1 Titillatio mouet riſum, quia ad præcordia pertingit ille motus,qui q̃uis leuiter calefaciat, aperit tamen, & mentem mouet præter uoluntatem. Titillatur autē homo ſolus,quia cutis tenuis illi eſt,qua celeriꝰ motus ille præcordia mouet. 3.de Partibus.capit.10.B.
2 Titillare cur nemo ſeipſum poteſt,habes. 9.Problemat.Sect.35.
3 Titillamur cur maxime labris,oſtēditur. 7.Problemat.Sect.35.
TITIVS.
Titius uentus. de Communi. animal. motu.capit.1.D.
TONITRVVM.
Tonitruo magno ſopitur ſilurꝰ, cyprino etiam idem accidit, ſed leuiter. 8.de Hiſtoria.capit.20.A.✳.
TONSILLAE.
Tonſillæ ſunt biſida oris compago.1.de Hiſtoria.capit.11.C.
TORONA.Oppidū Macedoniæ.Quære Echinus.6.Spongia.5.Vacca.2.
TORPEDO.Piſcis.
1 Torpedini fel in iecore ē.2.de Hiſt.c.15.A
2 Torpedo inter chartilaginea connumeratur.5.de Hiſtoria.capit.5.A.
3 Torpedines ſuos fœtus & emittūt extra ſe,& recipiunt intra ſe.6.de Hiſt.c.10.D.
4 Torpedo circa autumnum parit.6.de Hiſtoria.capit.11.A.
5 Torpedinē uel hominibus inſpirare torporem,manifeſtū eſt.9.de Hiſt.c.37.A.
6 Torpedo torpere facit piſces,qui illi adhæſerint,& ſic capit. 9.de Hiſt.cap.37.A.
7 Torpedo qua parte pinnas gerat,habes. 4.de Partibus.cap.13.C.
8 Torpedini qualis ſit cauda, habes. 4.de Partibus.capit.13.A.
TORQVILLA. Auis,quæ & turbo,& Iynx dicitur.Quære Iynx.
TORTVS.Hoc ex hæſitans in loquēdo,quos Ariſtoteles græce τραυλόυσ appellat.
Torti lingua qui ſint, habes. 2.de Part. capit.17.A.Quære Balbus.Blæſus.
TOTICOLORA.
1 Toticolora animalia ſunt, quorū corpus eundem habet colorem, ſed non omnia eundem colorem.5.de Gener.c.6.A.
2 Toticolora colorem magis mutant,q̃ unicolora.5.de Gener.c.6.A.Quære Color.
TRACTVS.Species motus localis.
Tractus quomodo peragatur,habes. de Communi.animal.greſſ. c.1.C.& de Cōmu.anial.mot.c.4.D.✳. Motus.
TRACTILE.Quære Animal.7.
TRAGICVM.
Tragicum eſt uarietas & immutatio in cantando,& cur id fiat, habes. 6.Problemate.Sectio.19.✳.
TRIANGVLVS.
Triangulū habere tres angulos æquales duobus rectis,æternū eſt,& demōſtrabile.2.de Gener.cap.4.AA.✳.
TRINGA.Auis.
Tringa aquas petit,unde cibum quærat. 8.de Hiſtoria.cap.3.D.
TRIORCHA.Accipitris ſpecies.
Triorcha a numero teſticulorū nūcupatē græce, quaſi tres habeat teſticulos. 9.de Hiſt.cap.36.A.Quære Accipiter.8.
TRIREMIS.Quære Anguis.3.
TRISIO.Quæ & Phocena.Quære Phocena.Pontus Euxinus.2.
TRISTE.
Triſte fugi ſolet. de Communi.animal. motu.capit.3.C.✳.
TRITICEVS.A.VM.TRITICVM.
1 Triticea farina cur candidior redditur, oleo inſtillato,habes.1.Prob.Sect.21.
2 Triticeus cibus cur cōpetentior eſt corporibus humanis q̃ ordeaceus, habes.2. Problemat.Sectio.21.
3 Triticeæ farinæ primum cur candidius eſt,ordeaceæ uero ultimū,habes.3.&.7. Problemat.Sectio.21.
4 Triticea maſſa contrita cur amplior redditur,oſtēditur.9.&.22.Prob.Sect.21.
5 Triticea maſſa cur amplior igne reddit,q̃ ordeacea,habes. 10.&.23.Prob.Sect.21.
6 Triticea maſſa cur amplior efficitur pertrita,ordeacea uero nigrior,habes.16.Problemate.Sect.21.
7 Triticum qui attractāt,ut piſtores,cur bene habito corpore ſunt,qui uero ordeū, imbecilli euadunt & diſtillationibus infeſtantur,oſtēditur.24.Problemat.Sect.21. Quære Canis.47.✳.
TROCHILVS. Auis,quæ rex auium dicitur latinis.
1 Trochilus aquas amat,unde cibum petat 8.de Hiſt.c.3.D.
2 Trochilus auis inuolans crocodilorū dentes purgat.Ille autem cōmode ſecum agi ſentiens,nihil nocet,ſed cum uult auem egredi, ceruices mouet, ne comprimat. 9. de Hiſt.c.6.A.
3 Trochilus,qui & rex & ſenator dicitur, fructeta incolit & foramina.Capi difficile poteſt, fugax atq; infirmis moribus eſt, ſed uictus probitate atq; ingenii ſolertia præditus. Aquilā cum eo pugnare ferūt. 9.de Hiſt.c.11.A.
TROCHVS. Auis.
Trochū inire ſeipſum, dixit Herodotus, quod refellitur.3.de Gen.c.6.A.
TROGLODYTAE.Quære Pygmæꝰ.
TROPEVS.Reciprocus uentus. Quære Ventus.6.7.
TVBERA. Quæ & uertibula. Quære Vertibula.
TVBER.Pro gibbo cameli. Quære Camelus.2.
TVLLO.Piſcis.
Tullo gregalis eſt,& littora tranquilla petit,quibus pariat.6.de Hiſt.c.14.C.
TVRBINATA.Teſtata aquatilia.
1 Turbinata ſunt quædam aquatilia.4. de Hiſt.c.4.A.
2 Turbinata locum mutant, & ſerpunt. 4. de Hiſt.c.4.B.
3 Turbinatorū caro non ualide cuti adhæret,ſed laxior eſt.4.de Hiſt.c.4.B.
4 Turbinatorū natura partiū interiorum & exteriorum oſtenditur.4.de Hiſt.c.4.C.
5 Turbinatis omnibus os in terrā uerſum eſt,& qua excrementa emittunt, ſurſum, quia paſtum ex imis petunt.4.de Hiſtor. cap.5.B.
6 Turbinatorum diuerſitas ponitur. 4. de Part.c.7. A.
7 Turbinatorū partes deſcribuntur,& quomodo turbinata ex biualuibus fiant uniualuia, & ubi contineant ſuum papauer, habes.4.de Part.c.5.D.E.G.
8 Turbinatorum & mollium differētia ponitur.4.de Part.c.9.B.
9 Turbinatorum extrema coeunt,& cōfunduntur.4. de Part.c.9.A.
10 Turbinatorū interiora quo ordine conſtent,habes.4.de Part.c.9.B.
11 Turbinata quomodo increſcunt,habes.3 de Gen.c.11.G.
12 Turbinata omnia ex omni parte dextra ſunt,& priorē & poſteriorē partē in idem omnino torquent,de Communi animal. greſſ.cap.1.G.H.
TVRBO.Auis.Quære Iynx.
TVRDVLI. Hiſpaniæ populi in Bætica. Atqui Ariſtoteles hoc loco λυγγίουσ appellat, quos Stephanus Tarteſſo proximos dicit.
Turdulorum gentis homines creari ſeptenis tantū coſtis, nullius idonei authoris teſtimonio conſtat.1. de Hiſt.c.15.A.
TVRDVS.
1 Turdus piſcis quales branchias habeat,oſtenditur.2.de Hiſt.c.13.B.
2 Turdus littoralis eſt.8.de Hiſt.c.13. A.
3 Turdi coniugatim,id eſt,mas cum fœmina latent hyeme.8.de Hiſtoria.c.15. B.
TVRDVS.Auis.
1 Turdi nidos faciunt ex luto in excelſis arboribus,ut hirundines,ita deinceps continuato opere, ut quaſi cathena nidorum contexta uideatur. 6. de Hiſtoria. capit. 1. B.
2 Turdus hyeme latet. 8. de Hiſtoria. capit. 16. A.
3 Turdorum tria ſunt genera, unū uiſciuorum, quod reſina & uiſco & nō alio uictitat,magnitudine picæ.Alterum pilare,qđ ſonat acute, & magnitudine merulæ eſt. Tertium,quod Iliacum uocant, magnitudine minimū inter hæc, minuſq; maculis diſtinctum.9.de Hiſtoria.c.20.per totum.
4 Turdus mutat colorē colli hyeme & æſtate.9.de Hiſt.c.49.B.
TVRTVR. Auis.
1 Turtur minima eſt inter omnia columbacei generis.5.de Hiſt.c.13.A.
2 Turtures bina pariunt oua. 6. de Hiſto. cap.1.A.
3 Turtures trimeſtres coire & fœtificare,alii qui referunt.6.de Hiſt.c.4.B.
4 Turtur frugibus ueſcitur, & æſtate tātum uidetur.8.de Hiſt.c.3.C.&.c.12.B.
5 Turtures paucæ hyeme apud nos manēt locis apricis.8.de Hiſto.c.12.B.
6 Turtures cū abeunt a nobis, aut ad nos ueniūt,gregatim uolant.8.de Hiſt.c.12.B
7 Turtur latere incipit præpinguis,& quan q̃ pennas in latibulo dimittit, pinguedinē tamen ſeruat.8.de Hiſt.c.16.A.
8 Turtur occiditur a luteo. 9.de Hiſtoria. cap.1.D.
9 Turtur cū ignaria pugnat,quia eodem loco & uictu paſcuntur.9.de Hiſt.c.1.D.
10 Turturem amat merula.9.de Hiſtoria.capit.1.G.
11 Turtures non reſupinant collum,cum bibunt,9.de Hiſt.c.7. B.

12 Turtur mare uno cõtenta uiuit.9.de Hiſtoria.cap.7.B.
13 Turtures ad annum octauum uiuunt.9.de Hiſt.c.7.B.
14 Turtures degunt æſtate locis frigidis,hyeme tepidis.9.de Hiſt.c.7.B.
15 Turturi pars alui nouiſſima uehementer citatur,cũ uocẽ reddit.9.de Hiſt.c.49.C
16 Turtur cæcos parit pullos.4.de Generatione.c.6.B.

TVSSIS. TVSSIRE.
1 Tuſſes grauiſſimæ fiunt,ſi quid in arteriã dilabatur.3.de Part.c.3.B.
2 Tuſſiunt cur quædã animãtia, quædã uero nõ tuſſiunt, habes.1.Prob.Sect.10.
3 Tuſſes excitantur hyeme, quam præceſſit æſtas ſicca & aquilonia,& autũnus humidus,& cur id fiat, habes.10.Proble.Sect.1
Quære Arteria.16.

## V

VACCA.
1 Vaccæ Epiroticæ ꝑpter magnitudinem corporis multum lac reddũt,dũ emulgentur.3.de Hiſtoria.cap.21.A.
2 Vaccæ apud Toronam lacte carent paucis diebus ante partum.3.de Hiſt.c.21.B.
3 Vaccæ exiguæ,quas Phaſiana regio fert, multum lactis reddunt, cum mulgentur pabuli beneficio.3.de Hiſtoria.c.21.A.
4 Vacca grauiorem habet uocem q̃ bos,cõtra aliorum quadrupedum & bipedũ naturam.4.de Hiſt.c.11.C.&.5.de Hiſt.c.14 B.&.5.de Gen.c.7.D.
5 Vaccarum cornua minus robuſta ſunt q̃ taurorum.4.de Hiſt.c.11.C.
6 Vaccæ non patiuntur tauros niſi raro,ꝑpter rigorẽ genitalis nimiãq; tẽriginem.5 de Hiſtor.cap.2.B.
7 Vacca annicula aliquando peperit,& educauit,& prolẽ perfecit.5.de Hiſt.c.14.D.
8 Vaccæ minores natu prius turgent ad coitum q̃ ſeniores.6.de Hiſt.c.18.C.
9 Vaccæ cum ſtimulantur libidine,mingũt crebrius more equarum,ſuperueniũt tauros,& ſequuntur ſedulo,& aſſiſtunt.6.de Hiſtoria.cap.18.C.
10 Vaccæ poſt equas maxime agitantur libidine.6.de Hiſtoria.cap.18.B.
11 Vaccam concepiſſe, indicium eſt,ſi menſtrua ceſſant.6.de Hiſt.c.18.E.
12 Vacca gerit uterum bimula,fert autẽ nouem menſes,decimo parit. Sunt autem, qui affirment, totos decem menſes ferre, exceptis diebus paucis. Parit ſingulos,raro geminos. Quod uero in lucem præcurrerit hæc tempora,abortiuum eſt,& minime uitale, etiam ſi paulo maturauerit partum, imperfecta præmolliq; ungula prodit.6.de Hiſt.c.21.A.
13 Vaccæ magna ex parte uiuũt annos quindecim,nonnullis ætas eſt ad annos uiginti.6.de Hiſt.c.21.A.
14 Vaccarũ lac utile eſt a partu, caret lacte, anteq̃ pepererit. Quantum lactis prouenerit,primum concreſcens perinde ac lapis dureſcit,niſi aqua admiſceatur.6.de Hiſt.cap.21.B.
15 Vaccæ coeunt menſe Aprili & Maio, ſed nõnullæ ad autumnũ uſq; tempus coeundi deducunt.6.de Hiſt.c.21.A.B.
16 Vaccæ Epiri,quas Pyrrhicas appellãt, annis nouem ſeruantur intactæ a uenere,ut incrementum ampliter accipiant,& ſetauras nuncupant has numero quadringentas,quæ proprie regis ſunt,nec alibi uiuere poſſunt,q̃uis aliquibus tentatum eſt.8.de Hiſt.cap.7.A.
17 Vaccæ iuniores augentur,cum plus temporis exptes ueneris degunt.8.de Hiſtor.cap.7.A.
18 Vaccarum & taurorũ cornua inter ſe diſtant.3.de Part.c.1.C.
19 Vaccæ mãmas gerunt inter femora,quia ſurſum uerſus capiunt ſui corporis incrementa.4.de Part.c.10.N.
20 Vacca quædã Perinthi cibi excremẽtũ ꝑ ueſicam tranſmittebat.4.de Gene.c.4.M
21 Vaccæ grauiorem uocem emittunt q̃ tauri,quia partem,quã mouent,infirmior eſt propter ſexum.5.de Gen.c.7.D.
22 Vaccæ colore uario ſunt,nõ tñ toto gñe 5.de Gener.c.6.A.Quære Bos. Taurus. Vitulus.

VAGINIPENNES.Inſecta,quorũ pennæ cruſta quaſi uagina incluſæ ſunt.
1 Vaginipennis nulla armatur aculeo in aluo.1.de Hiſt.c.5.C.
2 Vaginipennes ſunt uolucres,quibus tutelæ pẽnarũ ſuppenit cruſta.1.de Hiſt.c.5.C
3 Vaginipennes quomodo ſenectutem exuant,habes.8.de Hiſt.c.17.C.

VAPOR.
Vapor terren⁹ uim hẽt aeris craſſioris,& illius putredo ẽ ſitus.5.de Gene.c.4.B.✳



VARIAE.Aues.
Variæ quædam aues dictæ pugnãt cum alaudis.9.de Hiſt.c.1.C.

VARIX. Venæ,quæ in crurib⁹ intumeſcunt atro ſanguine.
1 Varices qui habent,minus calueſcunt.3.de Hiſt.cap.11.D.
2 Varices naſcuntur,ſanguine excreſcente uitiato.3.de Hiſt.cap.19.C.
3 Varices non fiunt niſi raro mulieribus.3.de Hiſtor.cap.19.C.
4 Varices nõ fiunt mulieribus,dũ menſtrua erumpunt.1.de Gen.c.19.B.
5 Varicibus qui laborant,gignendi facultate priuantur.21.Prob.Sect.4.

VBERA.Quære Mamma. Papilla.

VEGETABILE.Quære Planta.✳.

VELIA.Auis.
Velia in primis commoditate uitæ nota eſt.Conſiſtit æſtate in umbra & aura,hyeme in ſole & apricis.Inſpectat paludes ab harundinibus ſummis.Paruo corpore eſt, ſed uoce proba,colore etiã pulchro. Peregrina auis eſt,& raro noſtris locis uidetur 9.de Hiſtoria.cap.16.A.

VELLVS.
1 Vellera ouium a lupo occiſarum aptiora ſunt ad procreandos pediculos q̃ alia.8.de Hiſt.cap.10.A.
2 Vellus multitudo pilorum eſt.5.de Gen.cap.3.D.Quære Ouis.3.4.23.

VENA.
1 Vena ſicca eſt,& quod illi proportione in aliis reſpondet.1.de Hiſt.c.1.C.
2 Venæ maiori & aortæ pulmo annectitur.1.de Hiſtoria.cap.16.C.
3 Venæ ſepti tranſuerſi. Quære Septum tranſuerſum.
4 Venæ hominis craſſæ ſunt proportione corporis humani.1.de Hiſt.c.17.B.
5 Venæ maiori annexũ eſt iecur, uena eñ quæ a maiore proficiſcitur,iecur trãſigit.1.de Hiſt.cap.18.B.
6 Venæ uni maiori annexus eſt lien.1.de Hiſtoria.cap.18.A.
7 Venæ renum.Quære Renes.
8 Vena,qua ſanguis continetur,eſt maxime partium ſimilarium in omnibus animalibus.3.de Hiſt.c.2.A.
9 Venarũ & ſanguinis natura & principiũ difficile eſt,ut cognoſcatur, quia in mortuis natura uenarũ principaliũ abolet, in uiuis fieri non poteſt,ut cernatur, natura enim earũ occultatur.3.de Hiſt.c.2.A.B.
10 Venarum natura & principium ponitur ex opinionibus Synneſis Cyprii medici,& Diogenis Apolloniatæ.3.de Hiſt.c.2.B.C
11 In Venis eſt ſanguis omnis præter exiguum,qui eſt in corde.3.de Hiſt. c.2.A.
12 Venarum ordo ponitur ſecundum Polybii opinionem.3.de Hiſt.c.3.A.B.
13 Venarũ natura ſatis percipi poteſt in animalibus ſtrangulatis,& iam ante extenuatis.3.de Hiſt.c.3.B.
14 Vena aorta.Quære Aorta.
15 Venarum principium, & ſitus,& figuræ, oſtenduntur.3.de Hiſtoria.cap.3.B.C.D &.c.4.per totum.
16 Venarum origo a corde eſt.3.de Hiſt.c.3.&.4.per totum.&.c.5.A.&.2.de Part.c.9.A.&.3.de Part.c.4.A.B.&.2.de Gene.cap.4.G.&.5.c.7.B.
17 Venæ quaſi quodam riuo multiplici ſparſæ figuram totius corporis deſcribunt, ita ut corporibus maxime attenuatis, partes omnes uenulis refertæ uideantur.3.de Hiſtoria.cap.5.A.&.2.de Generatione. cap.4.AA.
18 Vena nulla ſeorſum ꝑ ſe eſt,ſed omnes partes ſunt unius.2.de Part.c.9.A.
19 Venarum principium quidam capiti tribuunt,ſed abſurde,cum duo principia faciant uenarum.3.de Part.c.4.B.
20 Vena nulla per cor tendit.3.de Partibus.cap.4.B.
21 Venæ omnes ex corde ſua initia trahunt.3.de Part.c.4.D.
22 Venæ duæ principales ſunt ſcilicet maior & aorta,a quibus continua ſerie aliæ producuntur.3.de Part.c.4.E.
23 Venæ uas ſanguinis ſunt.3.de Partibus.cap.4.G.
24 Vena maior & aorta recipiunt primũ ſanguinem a corde,reliquæ uero uenæ ſoboles earum ſunt.3.de Part.c.4.G.
25 Vena maior & aorta quomodo permeẽt totum corpus, & per diuerſas uenulas diffundantur,quomõ etiam permutentur,habes.3.de Part.c.5.per totum.
26 Venæ a corde tendũt modo riuorũ, qui in parietibus pinguntur proficiſcẽtes ab eodem.2.de Gen.c.4.S.✳.

VENEFICIVM.Quære Hippomanes.2. Remora.

VENENATA.VENENVM.
1 Venenatorũ omnium morſus grauiores ſunt,ſi alter ederit alterum,ſicut certũ eſt ſcorpium deuorari a uipera.8.de Hiſtor.cap.29.A.
2 Venenatorũ morſibus plurimis medetur hominis ſaliua.8.de Hiſt.c.29.A.
3 Venena ipſa pro locorum diuerſitate ua-

riantur.8.de Hiſt.c.30.A.✳.
VENEREA.
1 Venereorum cupidine & uoluptate maxi
me geſtire & incitari, commune eſt om-
nium animalium.6.de Hiſt.c.18.A.
2 Venereorũ uſus immodicus prodeſt mor
bis,qui a pituita contrahuntur.51.Proble-
mat. *Sect.*1.
3 Venereis qui maxime dediti ſunt, illis o-
culi & clunes ſubſident.2.Prob. *Sect.* 4.
4 Venerea cupere agere,pudet confiteri.28
Prob.*Sect.*4.
5 Venerea alii magis pati, alii magis agere
cur cupiãt,habes.27. Prob.*Sect.*.4.
6 Venerea qui ſectantur,in oculorum acie
offenduntur.3.Problemat.*Sectio*.4.Quæ
re Coitus.Mulier.Semen.Venus.Vir.✳.
VENTER.VENTRICVLVS.
1 Ventriculus, in quem cibus deuoratur,
communis eſt omnibus animãtibus.1. de
Hiſt.cap.2.A.
2 Vẽter imus reſpõdere ſolet faciei in cor-
pulẽtia uel gracilitate.1.de Hiſt.c.15.A.
3 Ventriculus humanus canino ſimilis eſt,
quippe qui nõ multo amplior ſit q̃ inteſti
num,ſed quaſi inteſtino ſimilis ampliori.1
de Hiſt.cap.16.D.
4 Venter ſubeſt ſepto tranſuerſo,inteſtinũq;
de eo porrectum finit ad exitum cibi ad
eam partem,quæ podex dicitur.2.de Hi
ſtoria.c. 17.B.
5 Venter quibus finibus conſtet in diuerſis
animalibus, & qua figura, oſtẽditur.2. de
Hiſt.cap.17.B.C.
6 Vẽtre pingueſcit plurima pars animaliũ,
& præcipue,quæ parum ſe mouent.3. de
Hiſt.cap.17.A.
7 Vẽter infra pectus eſt,cuius radix pte pri
ore eſt umbilicus.8.de Hiſt.c.13.A.
8 Venter nõ integit coſtis, ut ingeſtu cibo
rũ exurgat,& in fœminis incremẽto par
tus obſtent.2.de Part.c.9.B.
9 Venter ſubeſt præcordiis ſeu ſepto tranſ-
uerſo ea parte,qua gula deſinit,ſi habeat,
ſin minus,ori adiungitur.3.de Partibus.c.
13. A.
10 Ventris & inteſtini diuerſa ſunt loca,quia
diuerſa officia,nam uenter concoquit,in-
teſtinum locus excrementi eſt.3.de Part.
cap.9. B.
11 Ventrũ differentiæ in omnibus animali-
bus ponuntur.3.de Part.c.14. per totum.
12 Ventris calore rependit natura defectum
oris,ſi minus cibi confecti ſunt.3.de Part.
cap.14.B.
13 Venter & inteſtina ſunt animalibus id,
quod eſt terra plantis,nã ſicut plantæ hau
riunt e terra alimentum, ſic animalia ex
uentre,& inteſtinorum uirtute.4.de Par-
tibus.cap.4.A.
14 Venter iacet a pectore coſtis non clauſus
propter cibi tumorem,qui per calorem ne
ceſſario euenit.4.de Partib.c.10.I.
15 Ventrem ſuperiorem cur quædam medi-
camenta mouent,quædam inferiorem uẽ
trem,oſtenditur.42. Prob.*Sect*.1.
16 Venter cur opimus admodum eſſe ſolet,
habes .5.Prob.*Sect*.5.
17 Venter cur frictionibus extenuatur,cũ re
liqua mẽbra pleniora frictionibus reddã-
tur,oſtenditur.14.Prob.*Sect*.5.
18 Venter eorũ,q in mari natãt,cur euacua-
tur ſalubriter,habes.39.Prob.*Sect*.23.
19 Vẽtris calor liquefacere poteſt ea, q̃ aqua
feruens nõ liquefacit.4.Prob.*Sect*.24.
20 Ventres quot habeãt ruminãtia,& quo or
dine.Quære Coagulũ.7. Ruminãs.8.✳.
VENTVS.
1 Ventorum motu mare turbatur, & ſubſi-
ſtit.4. de Gen.cap.10.B.
2 Venti afficiuntur circuitu ſolis & lunæ.4
de Generatione. cap.10.B.
3 Ventorum ortus & interitus eſt.4.de Ge
neratione.cap.10.B.
4 Venti putredinem prohibent.5.de Gene
ratione.cap.5.A.
5 Ventorum mutationes cur generent, aut
intendant,aut tollant morbos,hẽs.3. Pro-
blemate.*Sect*.1. Quære Tempus.
6 Ventos tropeos,id eſt reciprocos qd mo-
ueat,oſtenditur.7.Prob.*Sect*.26.
7 Venti tropei cur a mari ſpirare ſolent,ha-
bes.7.Prob.*Sect*.26.
8 Venti cur excitari ſolent ante lunæ defe
ctũ,nam ſi luna deficere media nocte de-
bet,excitãtur in principio noctis, ꝙ ſi ma
ne futura ſit eclipſis,excitãt media nocte,
habes.20.Prob.*Sect*.26.
9 Vẽti orientales cur flant hyeme maxime,
æſtate occidentales,oſtenditur.23.Proble
mat.*Sectio*.26.
10 Ventorũ indiciũ cur dant ſtellæ,id eſt ig-
niculi trãſcurrẽtes,hẽs.25.Prob. *Sect*.26.
11 Venti cur ad poſtremum uehemẽtiſſime
flant,habes.27.Prob.*Sect*.26.
12 Venti cur ſiccant pluſq̃ ſol,cũ frigidi ſint,
habes.20.&.33.Prob.*Sect*.26.
13 Venti ſternuntur,& augent aliqñ, ſole ſe
attollente .35. Prob.*Sect*.26.
14 Venti unde profluãt,habes.38. Problem.
*Sectio*.26.
15 Venti tropei , id eſt uerſarii ſeu recipro-



ci flare ſolent, qua mare ſinuatur, qua ue-
ro porrecta penſaq; maria ſunt, flare non
poſſunt.42.Prob.*Sect*.26.
16 Vẽti cur frigidi ueniũt,cũ tñ caloris com
motione oriãt,oñdit.5. Prob.*Sect*.26.
17 Venti eteſii id eſt anniuerſarii,cur eodem
modo atq; tempore flare ſolent,& deſinẽ-
te die,deſinunt,noctuq; non ſpirant, ha-
bes.53.Prob.*Sect*.26.
18 Venti cur non flant ſuper excelſiſſimos
montes,cuius rei indiciũ eſt,ꝙ ea,quæ ſa
crificantes illic relinquunt,intacta ſe com-
perire affirmant, habes. 38. Problemate.
*Sectio*.26.
19 Venti cur alii aliis locis imbres afferunt,
habes.58.Prob.*Sect*.26.
20 Vẽtus cur ſi mane incœperit,amplius du
rare põt,hẽs.61.Prob.*Sect*.26.Quære ſin
gulorũ uẽtorũ nomina.Mare.✳.
VENVS.Poetica dea.
Venerem deã,quæ præeſt rei ueneræ, a
ſpuma aphroditen nominauerũt antiqui,
quia ſemen prolificum ſpumoſum eſt. 2.
de Gen.c.2.C.✳.
VENVS.In talo oſſe animalis. Quære
Talus.6.
VER.Anni pars quarta.
1 Vere maxima pars piſcium parit.5.de Hi
ſtor.c.11.A.
2 Vere maxime ſunt prona ad coitum ani-
malia omnia,licet ſint,quæ non eo tẽpore
coeant.5.de Hiſtor.c.8.B.&.6.de Hiſtor.
cap.18.E.
3 Ver quod ſalubre ſit,& quod inſalubre,ha
bes.*Sect*.2.in multis Problematibus.
4 Vere cur morbis infeſtamur, oſtenditur.
27.Prob.*Sect*.1.Quære Mel.8.✳.
VERBASCVM.
Verbaſcum herba piſces necat.8. de Hi-
ſtoria. c.20.A. Quære Phœnices.
VERBER.
Verberum aut uibicibus aut uulneribus ſi
quis admoueat pelles arietũ maxime recẽ
ter detractas,prohibent ulcera cõſiſtere.1
Problem.*Sect*.9.Quære Vulnus.
VERECVNDVS.A.VM.Quære An-
ſer.1.✳.
VERETILE.Piſcis.
Veretile ſpecie & magnitudine genitale ui
ri imitatur,ſed pinnis ſubnexis binis loco
teſtium, exceptumq; eſt aliquando hamo
rum frequentia uſitata.4.de Hiſtoria. ca-
pit.7.C.
VERGILIAE.Conſtellatio,quæ & pleia-
des dicuntur.
Vergiliarum ortus cur ſoleat morbos aut
tollere,aut intendere,aut remittere,aut ef-
ficere,habes.3.Problemate.*Sect*.1. Quæ-
re Apes.31. Anguilla.18. Mel. 3. *Senex*.5.
*Squatina*.3.
VERMIS.
1 Vermis eſt,ex quo toto animal totum per
ſubiecti fœtus formationem incremen-
tumq; gignitur.1.de Hiſt.c.5.A.
2 Vermis ouum. Quære Ouum.3.
3 Vermem generant quædam animalia. 1.
de Hiſt.c.5.A.
4 Vermium & eorum,quæ a uermibus ge-
nerantur,commune eſt,ut a ſole,aut a ſpi
ritu principium præſtetur.5. de Hiſtoria.
cap.19.C.
5 Vermiculi quidam naſcũtur in uentribus
piſcium,qui partum eorum expellunt.6.
de Hiſtor.c.17.A.
6 Vermiculos uenantur rubetra, rubicilla,
Picus,Curuca.Quære in ſuis dictionibus
7 Vermes non coeunt , nec ex animalibus
oriuntur.1.de Gener.c.16.A.
8 Vermis fœtus inſectorum imperfectus ẽ.
2.de Gen.cap.1.E.
9 Vermem quæ animalia pariant,oſtẽditur.
2.de Gener.cap.1.C.
10 Vermis & ouum hoc differunt, ꝙ ouum
eſt,cuius ex parte animal gignitur, reli-
quũ cib⁹ eſt ei, quod gignit,uermis uero
eſt,ex quo toto animal gignitur.2.de Ge
neratione.c.1. C.
11 Vermium augmentum quale ſit,habes.3.
de Gener.c.11.F.Quære Ceruus.4.✳.
VERNATIO.Anguis ſpolium ſeu ſene-
ctus. Quære *Senectus* pro uernatione.
*Serpens*.26.27.
VERRES.Quære *Sus*.
VERSICOLOR.
Verſicolores pilos habentia animalia etiã
cutem uerſicolorem habent.3.de Hiſtor.
cap.11.D.Quære Cutis.
VERTEBRAE.Oſſa quædã colli & ſpi
næ dorſi.
1 Vertebras nullas habet ceruix leonis. 2.
de Hiſt.c.1.A.
2 Vertebræ oẽs medio foramine peruiæ ſi-
bi iunguntur.3.de Hiſtoria.cap.7.A.Quæ
re *Spina* dorſi.
VERTEX.Capitis.
1 Verticem appellamus mediũ diſcrimen &
æquamentum pilorum, quod æquamẽtũ
nonnullis geminum eſt.1.de Hiſt.c. 7.A.
2 Vertex eſt inter occiput & ſinciput.1. de
Hiſt.c.7.A. Quære Biuertex.
VERTEX.Cæli. Quære Polus.
VERTIBVLA.Teſtata aquatilia.

1 Vertibula appellantur aquatilia quædã, & mitiore teſta operta ſunt. 1. de Hiſt. c. 1. E.
2 Vertibula tota teſta integuntur, nec ulla ex parte carnem detectam habent. 4. de Hiſtoria. capit. 4. B.
3 Vertibula totum corpus habent tectũ tegumento, cuius duritia eſt inter coriũ & teſtam. Adhærent ſaxis. Colore ſunt pallido aut rubido. Excremẽtum nullum in eis ſpectatur. 4. de Hiſtoria. capit. 6. A.
4 Vertibulorum natura, color, interiores & exteriores partes, & figura deſcribuntur. 4. de Hiſtoria. capit. 9. A.
5 Vertibula non uidẽtur habere olfactum. 4. de Hiſtoria. capit. 8. G.
6 Vertibula rimis & cauernis ſaxorum proueniunt. 5. de Hiſtoria. capit. 15. D.
7 Vertibula parum ſua natura differunt a plantis, q̃uis uiuaciora ſint ſpongiis. 4. de Partibus. capit. 5. I.
8 Vertibulorũ & ſpongiarũ & plãtarũ quæ ſit differẽtia, habes. 4. de Part. c. 5. N.
9 Vertibula deſcribuntur. 4. de Partibus. capit. 5. O.

VERTICILLA. Auis.
Verticilla quomodo coeat, habes. 5. de Hiſtoria. capit. 8. A.

VERTICILLVS. Quære Noctua. 7.

VERTIGINES. Quære Fluuius.

VERTIGO. Capitis morbus, quo om̃ia circumferri uidentur.
Vertigo cur potius accidit ſurgenti q̃ ſedenti, oſtenditur. 4. Prob. Sectio. 6.

VESICA.
1 Veſica conceptabulum eſt excrementorũ humidorum. 1. de Hiſtoria. cap. 2. A. & 1. de Generatione. capit. 18. O.
2 Veſicam habẽtia omnia habent aluũ, nõ tamen econtrario. 1. de Hiſt. cap. 2. A.
3 ad Veſicam deueniunt duo meatus inſignes a ſinu renum. 1. de Hiſt. cap. 18. B.
4 in Veſicam deueniunt duæ uenæ cauæ & neruoſæ ex medio renum ſingulorum, & ſpinam prætereuntes anguſto itinere, in utramq; coxam abolentur, ac demum in ueſicam deſcendunt. Hæc enim ultimo loco poſita eſt meatibus illis annexa porrectis a renibus ad ceruicem urinarium producentem meatum. 1. de Hiſtoria. capit. 18. B.
5 Veſica hominũ amplior eſt q̃ cæterorũ animaliũ proportione. 1. de Hiſt. c. 18. B.
6 Veſicã habent omnes quadrupedes, quæ animal generant. 2. de Hiſt. c. 16. A.
7 Veſica mẽbrana eſt, ſed alterius generis, a membranis aliis animalibꝰ, utpote quæ tendi ingenue poſſit. 3. de Hiſtor. c. 15. A.
8 Veſica data eſt tantum animalibus, quæ animal generant, nulli autem ouiparo, niſi teſtudini tantum. 3. de Hiſt. cap. 15. A.
9 Veſica uulnerata non coit, niſi id contingat in exordio ſuæ ceruicis, q̃uis raro uiſa ſit coire. 3. de Hiſtoria. capit. 15. A.
10 in Veſicam nihil tranſmittitur mortuis. 3. de Hiſtoria. capit. 15. A.
11 in Veſicam deſcendunt concremẽta quædam, ex quibus calculi fiunt, & aliquando intra ueſicam inuenta ſunt quædam concrementa, quæ nihil differre uidebantur a conchyliis. 3. de Hiſtoria. capit. 15. A.
12 Veſica data eſt animalibus pulmonẽ ſanguineum habẽtibus. Nam cum habentia pulmonẽ talem multũ caloris cõtineant, ſitibũda ſunt, & multũ humoris hauriũt. Vnde ueſica data eſt, quo humoris redũdantia confluat. 3. de Part. cap. 18. A.
13 Veſica nulli piſcium aut ſerpentum data eſt. 4. de Partibus. capit. 1. A.
14 Veſica locus eſt excrementi humidi. 1. de Generatione. capit. 18. O.
15 Veſicam, & non aluum cur ſoluunt quædam medicamenta, & econtrario, oſtenditur. 4. Problemat. Sect. 1.

VESPA. Inſectum.
1 Veſpæ exangues ſunt. 1. de Hiſtoria. capit. 42. A.
2 Veſpæ diuulſæ uiuunt. 4. de Hiſtoria. capit. 7. A.
3 Veſpæ, quæ Ichneumones appellant, phalangia perimunt, & occiſa ferunt in parietinas, aut in aliquod foramem peruiũ, deinde illiniunt luto, atq; ex iis incubando ſuum procreant genus. 5. de Hiſtoria. capit. 20. A.
4 Veſparum fœtura qualis ſit, & quomodo fœtificẽt, habes. 5. de Hiſtoria. cap. 23. per totum.
5 Veſpæ iniuriam maxime inferũt apibus. 9. de Hiſtoria. capit. 40. I.
6 Veſparũ duo eſſe genera, & quibꝰ utriuſq; moribus ſit, & ubi degant, & quos duces habeant, & quomodo ſuos fauos conſtituant, & de earum matricibus, habes. 9. de Hiſtoria. capit. 41. per totum.
7 Veſpas quomodo uenẽtur apiarii, ne noceant apibus, habes. 9. de Hiſt. cap. 40. O.
8 Veſpis aculeus eſt pro armis. 4. de Partibus. cap. 6. B.
9 Veſpæ coeunt, & ex ſui generis animalibus oriuntur. 1. de Gener. cap. 16. A.
10 Veſparũ generatio qualis ſit, habes. 3. de Generatione. capit. 9. B. & 3. c. 10. H.
11 Veſparum natura qualis ſit, cum generãtur, habes. 3. de Gener. cap. 9. B.
12 Veſpæ uropygio carent. de Communi. animal. greſſu. cap. 3. F.

VESPERA. Diei.
Veſpera cur minꝰ frigida eſt q̃ aurora, habes. 15. Problemat. Sect. 25.

VESPERTILIO. Volucris.
1 Veſpertiliones pedes habẽt, quibus ingredi poſſunt. 1. de Hiſt. cap. 1. F.
2 Veſpertilio cute uolat. 1. de Hiſtoria. capit. 5. C.
